

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA

Sala: A

Estante: 44

Numero: 389

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA


Sala: 93

Estante: 45

Numero: 402

e44845565





De illa Regia Comp. Venetia. B. 2



3

S V M M A E V I R - T V T V M G E N E R A -

L I S D I S T I N C T I O , C V M

*Summaria ordinatâq; declaratione
rerum in eadem comprehensarum.*

*



R I M V S iste To-
mus, eò quòd de Vir-
tutibus tractaturus
est, S V M M A V I R -
T V T V M vocatur.

Capitulum sextum, quòd virtus sit
proprie bonum nostrum, possessio
libera & sufficiens.

Capitulum septimum, quòd vir-
tus sit magna iucunditatis.

& secatur in quinque partes prin-
cipales.

Capitulum octavum, quòd status
virtutis assimilatur paradiso ter-
restri & caelesti.

Prima est de Virtute in communi.

Capitulum nonum, de praeexcel-
lencia gaudij virtutis, respectu
gaudij mundani.

Secunda, de tribus virtutibus
Theologicis.

Capitulum decimum, de his quae
faciunt gaudium virtutis.

Tertia, de quatuor virtutibus
cardinalibus.

Capitulum undecimum, de com-
mendatione virtutis, facta com-
paratione ad futura bona.

Quarta, de donis.

Capitulum duodecimum, de com-
mendatione virtutis ex authori-
tate Saluatoris.

Quinta, de beatitudinibus.

*P R I M A P A R S
principalis de virtute in
communi, habet XIII.
capitula.*

Capitulum primum, quòd expe-
dit virtutem commendari.

Capitulum decimumtertium, de
commendatione virtutis à mul-
tiplici suo effectu.

Capitulum secundum, de notifica-
tione virtutis.

*S E C V N D A P A R S
principalis dividitur in qua-
tuor Tractatus.*

Capitulum tertium, de descriptio-
nibus virtutis.

Tractatus primus, est de tribus
virtutibus Theologicis in com-
muni.

Capitulum quartum, de triplici vir-
tutis commendatione.

Secundus, de fide.

Capitulum quintum, quòd virtus
sit optimum praesentis vitae, & bo-
nitas aliarum rerum.

Tertius, de Spe.
 Quartus, de Charitate.
 ¶ Tractatus primus, vnicum continens capitulum, est de numero & ordine Theologicarum virtutum.
 ¶ Tractatus secundus, de Fide, xxx. habet capitula.
 Capitulum primum, est de ordine dicendorum in isto tractatu. Et de necessitate Fidei.
 Cap. secundum, de defectu Fidei.
 Cap. tertium, quod vna sit vera Fides. Et quod illa sit Christiana, multis argumentis ostenditur.
 Cap. quartum, de commendatione Fidei.
 Cap. quintum, de articulis Fidei.
 Cap. sextum, de erroribus qui catholicae Fidei aduersantur. Primo de errore illorum qui negant Deum esse.
 Cap. septimum, de errore idololatriæ. In quo primo ostenditur quid sit idololatria.
 Secundò, arguitur de idololatriæ.
 Tertio, de speciebus.
 Quarto, error idololatriæ destruitur.
 Capitulum octauum, de principali errore Manichæorum, in quo authoritates & rationes quibus ipsi innittuntur primò eis subtrahuntur, dein de ponuntur authoritates & rationes quibus error ille directè destruitur.
 Cap. nonum, de alijs erroribus Manichæorum, quorum aliqui enumerantur. Et de primo errore, qui est in distinctione ciborum.
 Cap. decimū, de errore illo qui ponit veterem legem datam esse à

principē tenebrarum, & malam.
 Capitulum vndecimum, de errore illorum qui damnant patres Veteris Testamenti.
 Cap. duodecimum, de errore illo qui ponit animas non de nouo creari, qui diuificatur in quatuor oppositos errores.
 Capitulum decimum tertium, de errore illo qui ponit animas esse angelos apostatas.
 Capitulum decimum quartum, de errore illo qui ponit duas animas esse in corporibus humanis.
 Capitulum decimum quintum, de errore illo qui ponit omnes animas simul fuisse creatas.
 Capitulum decimum sextum, de errore illo qui ponit animas de semine trahi sicut & corpora.
 Capitulum decimum septimum, de errore illo qui ponit Christum non habuisse veram humanam naturam.
 Capitulum decimum octauum, de errore illo qui condemnat Ioannem Baptistam: in quo tanguntur xvj. quæ pertinent ad commendationem Ioannis.
 Cap. decimum nonum, de erroribus negantibus pluralitatem, vel æqualitatem diuinarum personarum.
 Capitulum vigesimum, de erroribus pertinentibus ad Dei misericordiam & iustitiam. Et primo de errore illorum qui filij Dei incarnationem negant.
 Capitulum vigesimum primum, de errore illorum qui dicunt animam perire cum corpore: in quo immortalitas animæ probatur.
 Cap. vigesimum secundum, de errore illo

illorum qui negant corporum resurrectionem.
 Capitulum vigesimum tertium, de errore illorum qui dicunt vnumquēq; in fide, vel lege sua posse saluari.
 Capitulum vigesimum quartum, de errore illorum qui negant æternitatem pœnæ futuræ.
 Capitulum vigesimum quintum, de errore ponentium animas in charitate migrates, nulla pœna purgatoria puniri: qui error tres habet sibi errores annexos. Et primo de errore illorum qui dicunt nullum peccatum esse veniale.
 Capitulum vigesimum sextum, de secundo errore, illorum scilicet, qui dicunt, quod quando dimittitur culpa, dimittatur tota pœna.
 Capitulum vigesimum septimum, de tertio errore illorum qui dicunt, quod suffragia ecclesiæ non proficiunt mortuis.
 Capitulum vigesimum octauum, de causis errorum, quæ sunt octo.
 Capitulum vigesimum nonum, de diuersitatibus fidei, quæ enumerantur.
 Capitulum tricesimum, de quibusdam quæ faciunt fidem commendabilem.
 ¶ Tractatus tertius, de Spe, sex habet capitula.
 Capitulum primum, est de ordine dicendorum in isto tractatu. Et de descriptionibus spei.
 Capitulum secundum, est de commendatione spei.
 Capitulum tertium, de his quibus in quatuor species meditationum seu considerationum.
 Prima est directè in Deum.
 Secunda, circa ea quæ pro Deo agimus vel sustinemus.
 Tertia, circa Dei beneficia generalia vel specialia, corporalia vel spiritualia.
 Quarta, circa sanctorum merita, quæ subdividitur in quatuor alias species.
 Prima est circa mediatorem Deum & hominum Iesum Christum.
 Secunda, circa mediatricem, scilicet beatam Virginem: vbi etiam habetur multum de ipsius misericordia.
 Tertia, circa angelos.
 Quarta, circa sanctos.
 Capitulum quartum, de his quæ spei aduersantur, scilicet de desperatione & confidentia in creaturam. Et de quatuor causis desperationis.
 Capitulum quintum, de rebus sperandis: & de descriptione beatitudinis. De duodecim etiam quibus cognosci potest magnitudo futuræ gloriæ. Et de duodecim fructibus ligni vitæ. Et multiplici materia futuri gaudij. Et de differentia futuri gaudij ad præsens. Et de duodecim cognitionibus intellectus per duodecim stellas quæ sunt in corona spoliæ.
 Capitulum sextum, de diuersitatibus: spei quæ spes detestabilis est ex quatuor, & commendabilis ex tribus.
 ¶ Tractatus quartus, de Charitate, xvij. habet capitula.

DISTINCTIO GENERALIS

Capitulum primum, de ordine dicendorum in hoc tractatu. Et de descriptionibus Charitatis.

Capitulum secundum, de his quæ pertinent ad commendationem charitatis.

Capitulum tertium, de ordine dicendorum de amore Dei. Et primo de his quæ incitant ad amandum Deum.

Capitulum quartum, de his quæ valere possunt ad hoc ut aliquis ametur à Deo.

Capitulum quintum, de modo amandi Deum.

Capitulum sextum, de diuersis speciebus digni amoris.

Capitulum septimum, de signis diuini amoris.

Capitulum octauum, de ordine dicendorum de amore proximi. Et primo de his quæ incitant ad amandum proximum.

Capitulum nonum, de his quæ incitant proximum, vt amet nos.

Capitulum decimum, de modo amandi proximum.

Capitulum vndecimum, de ordine dicendorum, de diuersis speciebus amoris proximi. Et primo de amore parentum.

Capitulum duodecimum, de amore inter virum & vxorem, & de sexdecim quæ ad hunc amorem hominem inducant.

Capitulum decimumtertium, de amore bonorum.

Capitulum decimumquartum, de dilectione inimicorū: & de octo quæ ad hunc amorem hominem inducant.

Capitulum decimumquintum, de vera amicitia: & de quatuor quæ sunt attendenda in eligendo aliquem in amicum, & de duodecim pertinentibus ad veram amicitiam.

Capitulum decimumsextum, de quadruplici ordine charitatis.

Capitulum decimumseptimum, de his quæ aduersantur charitati.

Capitulum decimumoctauum, de diuersis gradibus charitatis.

TERTIA PARS
principalis diuiditur in sex Tractatus.

Tractatus primus, est de quatuor virtutibus cardinalibus in communi.

Secundus, de Prudentia.

Tertius, de Temperantia.

Quartus, de Fortitudine.

Quintus, de Iustitia.

Sextus, de Diuisione virtutum secundum Macrobiū.

Tractatus primus, de quatuor virtutibus cardinalibus in communi, duo habet capitula.

Capitulum primum, quare istæ quatuor virtutes dicantur cardinales.

Capitulum secundum, de numero prædictarum virtutum.

Tractatus secundus, de Prudentia sex habet capitula.

Capitulum primum, de ordine dicendorum in hoc tractatu. Et de diuersis modis quibus sumitur hoc nomen Prudentia.

Capitulum secundum, de Prudentiæ descriptione, & quomodo prudentia virtus sit, cum videatur esse scientia.

Capit

SVMMAE VIRTVTVM

Capitulum tertium, de diuersis actibus seu officijs prudentiæ, & de duodecim stultitijs quibus imprudētes in bello spiritali succubūt.

Capitulum quartum, de commendatione prudentiæ.

Capitulum quintum, de speciebus prudentiæ. In quo primò triplex eius diuisio ponitur. Secundò agitur de memoria, & obliuione. Tertio de prudentia. Quarto, tangitur quædam diuisio prudentiæ, secundum Senecam, & distinguitur quadruplex ordinatio. Quintò diuiditur prudentia in prouidentiam, circumspectionem, cautionem & docilitatem, & agitur de illis. Et de docilitate dupliciter. Primò prout ad eam pertinet, docere: & tanguntur duodecim quæ faciunt ad hoc vt aliquis debito modo doceat, & tria quæ doctor debet attendere in sua doctrina. Secundò agitur de docilitate prout ad eam pertinet addiscere: & tanguntur septem quæ valent ad hoc vt aliquis bene addiscat.

Capitulum vj. de his quæ Prudentiæ aduersantur: & de duodecim stultitijs eorum qui peccant.

Tractatus tertius de Temperantia tredecim habet capitula.

Capitulum primum, de ordine cardinalium virtutum adinuicem, & ordine dicendorum in hoc tractatu.

Capitulum secundum, de diuersis acceptioibus huius nominis Temperantia.

Capitulum tertium, de descriptionibus Temperantiæ.

Capitulum quartum, de commendatione eiusdem.

Capitulum quintum, de partibus Temperantiæ, secundum Tullium: & de prima eius parte, scilicet continentia: vbi tanguntur duodecim, quæ nobis dissuadent inordinatum amorem voluptatum, & duodecim damna quæ nobis faciunt voluptates.

Capitulum sextum, de descriptione Clementiæ: & quod principi maxime sit necessaria: & quod duodecim sunt quæ possunt incitare principes ad elementiam.

Capitulum septimum, de Modestia.

Capitulum octauum, de partibus Temperantiæ, prout ipsa est virtus regens animam circa delectationes sensuum, & ordine dicendorum de eis.

Capitulum nonum, de Sobrietate: vbi nomen Sobrietatis primò distinguitur: secundò Sobrietas commendatur: tertio de officijs eius tangitur.

Capitulum decimum, de diuisione temperantiæ, quæ attenditur circa delectationes secundum tractum: & de illa parte temperantiæ, quæ pertinet ad membra generationi deputata, potest vocari continentia, quæ describitur, commendatur & diuiditur.

Capitulum vndecimum, de continentia virginali: vbi primò nomen virginitatis distinguitur. Secundò describitur. Tertio commendatur. Quarto tanguntur quatuor quæ timenda sunt virginibus. Quintò agitur de tripli-

ei aureola, scilicet prædicatorum, virginum & martyrum. Et tanguntur quinque causæ, propter quas multum competit, officio prædicationis abrenuntiatio priorum.

Capitulum duodecimum, de Castitate: & primo de continentia viduali.

Capitulum decimumtertium, de castitate ministrorum Ecclesiæ, vbi octo tanguntur causæ quare castitas multum eis comperat.

Capitulum decimumquartum, de continentia coniugali: vbi primo destruitur error illorum quidam nant matrimonium.

Capitulum decimumquintum, de commendatione matrimonij.

Capitulum decimumsextum, de modo contrahendi matrimonium.

Capitulum decimumseptimum, quod opus carnale sit illicitum, & quod licitum: vbi quædam tanguntur quæ faciunt ad hoc, ut opus carnale fiat sine culpa & meritorie. Et quædam quæ requirunt inseparabilitatem matrimonij.

Cap. decimumoctauum, de temperantia delectationum secundum visum, auditum, & olfactum.

¶ Tractatus quartus, de Fortitudine, diuiditur in decem partes.

In prima agitur de ordine dicendorum in hoc tractatu, & de distinctione nominis Fortitudinis.

In secunda, de descriptionibus eiusdem.

In tertia, de commendatione Fortitudinis.

In quarta, de his quæ iuuant Fortitudinem.

In quinta, diuisiones Fortitudinis ponuntur, & numerus specierum ostenditur. Et de prima specie, scilicet securitate agitur, vbi multa solatia contra timorem mortis & alia terribilia tanguntur: vbi etiam tangitur de timore inordinato, & de securitate commendabili & reprehensibili.

In sexta agitur de Patientia, quæ subdividitur in sex capitula.

Capitulum primum, de ordine dicendorum, de patientia, & de descriptionibus patientiæ: & de merito eius ac distinctione nominis.

Capitulum secundum, de commendatione patientiæ.

Capitulum tertium, de his quæ iuuant patientiam: vbi agitur de tribulatione, & de multiplici eius utilitate.

Capitulum quartum, de diuisione patientiæ in patientiâ diuine correctionis, humanæ persecutionis, & dæmoniacæ impugnationis.

Capitulum quintum, de tentationibus dæmonium: vbi primo ostenditur quod dæmones impugnet homines. Secundo utilitas tentationum. Tertio tangitur de varijs modis tentandi quos habet tentator. Quarto, de modo repugnandi, quem debet habere qui tentatur: & de octo adiutorijs eius qui tentatur.

Capitulum sextum, de alijs diuisionibus patientiæ.

In septima parte agitur de Constantia: vbi tanguntur sex quæ pertinent ad Constantiâ, & alia sex quæ videntur

videntur facere ad instabilitatē,

In octaua parte agitur de Perseuerantia, quæ & describitur & commendatur.

In nona parte agitur de Magnanimitate.

In decima parte agitur de Fiducia & Magnificentiâ: vbi vtraque describitur, & officia Magnificentiæ tam in pace, quàm in bello ostenduntur.

¶ Tractatus quintus, de Iustitia, diuiditur in xvj. partes.

In prima agitur de ordine dicendorum in hoc tractatu: & nomen Iustitiæ distinguitur.

In secunda parte, de descriptionibus Iustitiæ.

In tertia parte, de commendatione Iustitiæ.

In quarta parte agitur de diuisionibus Iustitiæ.

In quinta parte agitur de Latria, & religione, prout Tullius religionem sumit: & de vtriusque descriptione: de latriæ commendatione & diuisione: de partibus eius, ac quadruplici officio religionis.

In sexta parte agitur de Dulia, quæ subdividitur in tria capitula.

Capitulum primum, de ordine dicendorum de Dulia, & nominis duliæ distinctione ac descriptione.

Capitulum secundum, de speciebus Duliæ.

Capitulum tertium, de errore illorum qui dicunt Ecclesiam idolatrare circa sanctos & imagines sanctorum.

In septima parte agitur de Oratione: quæ etiam subdividitur in

x. capitula.

Capitulum primum, de ordine dicendorum de Oratione, & de diuersis acceptionibus huius nominis Oratio.

Capitulum secundum, de descriptionibus Orationis.

Capitulum tertium, de commendatione eiusdem.

Capitulum quartum, de præparatione Orationis.

Capitulum quintum, de impedimentis ipsius.

Capitulum sextum, quando sit orandum.

Capitulum septimum, vbi sit orandum.

Capitulum octauum, quomodo sit orandum.

Capitulum nonum, quid in oratione sit perendum.

Capitulum decimum, de speciebus orationis.

In octaua parte agitur de laude Dei, vbi etiam tanguntur necessaria intendendi laudi diuinæ.

In nona parte agitur de gratiarum actione Deo exhibenda: vbi de octo quæ possunt hominem incitare ad gratiarum actionem: & de beneficijs, pro quibus homo debet regratiari Deo.

In decima parte agitur de Obedientia, quæ subdividitur in septem capitula.

Capitulum primum, de ordine dicendorum de Obedientia & descriptionibus eiusdem.

Capitulum secundum, de commendatione obedientiæ.

Capitulum tertium, de his quæ

- funt iuuare obedientiam. na temporali.
- Capitulum quartum, de gradibus obedientia: In duodecima parte, agitur de Aequitate & Pietate, prout Tullius & Macrobius eam accipiunt.
- Capitulum quintum, de partibus obedientia: In tertiadecima parte, agitur de Gratia: vbi ostenditur quæ sint cauenda danti vel accipienti beneficicia: & de vindicatione.
- Capitulum sextum, de his quæ aduersantur obedientia:, & de duodecim malis quæ propria voluntas homini facit. In quartadecima parte, agitur de Misericordia, quæ subdividitur in septem capitula.
- Capitulum septimum, de errore illorum qui dicunt, soli Deo obediendum esse, & non homini. Capitulum primum, de ordine dicendorum de Misericordia, & de descriptionibus eiusdem.
- In vndecima parte, agitur de Disciplina, quæ etiam subdividitur in septem capitula. Capitulum secundum, de commendatione Misericordia:.
- Capitulum primum, de ordine dicendorum de disciplina, & diuersis acceptionibus huius nominis Disciplina. Capitulum tertium, de his quæ possunt incitare ad correctionem faciendam.
- Capitulum secundum, de his quæ possunt incitare ad correctionem faciendam. Capitulum tertium, de impedimentis correctionis.
- Capitulum quartum, de modo faciendi correctionem. Capitulum quartum, de diuisionibus ad Misericordiam pertinentibus: & de operibus Misericordia: per ordinem. Primum de specialibus: vbi tanguntur octo incitantia ad compatiendum Crucifixõ pro nobis: deinde de corporalibus.
- Capitulum quintum, de his quæ possunt incitare ad libenter recipiendum correctionem vel disciplinam. Capitulum quintum, de quo fit eleemosyna facienda.
- Capitulum sextum, de partibus disciplina: & primò de Ieiunio, & eius commendatione. Secundò de speciebus eius. Tertio de his quæ debent ipsum comitari. Capitulum sextum, cui fit danda eleemosyna.
- Capitulum septimum, de erroribus circa disciplinam: & primò de errore illorum qui dicunt nullum esse excommunicandum. Secundò, de errore illorum qui dicunt maleficos nõ esse puniendos pœ-
- Capitulum septimum, quomodo sit danda eleemosyna. In quintadecima parte, agitur de his quæ omnibus debemus: vt est dilectio, veritas, & fides, & præcipue de Veritate, de qua primò ostenditur quid sit, prout est pars iustitia:.
- Secundò tanguntur aliqua quæ ad amorem veritatis incitant. Tertio destruitur error illorũ qui dicunt

- dicunt veritatem non esse iuramento firmandam. In septima parte agitur de dono Consilij.
- In sextadecima parte agitur de Fide, prout fides idẽ est q̄ fidelitas. In octaua parte agitur de præmienia vitæ contemplatiuæ respectu Actiuæ.
- ¶ Tractatus sextus tertiæ partis principalis vnũ cõtinens capitulum est de diuisione Virtutũ cardinalium, secundũ Macrobiũ. In nona agitur de distinctione cõtemplationis à simplici consideratione & cogitatione: & de speciebus cõsiderationis & contemplationis.
- QVARTA PARS*
principalis.
- ¶ Tractatus de donis diuiditur in duodecim partes. Et primò ponuntur quæ dicit Bernardus de hac materia in libro de consideratione. Secundò quæ dicit Richardus de sancto victore in libro de contemplatione.
- In prima parte agitur de ordine dicendorum de Donis: & quare vocentur Dona. In decima parte agitur de duodecim quæ præparant hominem ad diuinorum contemplationem: & de octo gradibus secundum Bernardum, quibus iuri contemplatiui ascendunt. Itẽ, de septem gradibus secundum Augustinum, & de diuersis speciebus visionum.
- In secunda agitur de commendatione donorum, & eorum numeri manifestatione. In vndecima parte agitur de dono intellectus.
- In tertia agitur de dono timoris, quæ subdividitur in quatuor capitula. In duodecima, de dono Sapientie.
- Capitulum primum de ordine dicendorum de dono timoris, & de præscriptionibus timoris. *QVINTA PARS*
principalis.
- Capitulum secundum de commendatione eiusdem. ¶ Tractatus de Beatitudinibus diuiditur in duodecim partes.
- Capitulum tertium, de speciebus timoris. Capitulum quartum, de his quæ possunt incutere timorem, quæ sunt duodecim: & de viginti quæ sunt attendenda circa extremum iudicium, & de acerbitate, varietate, & infirmitate pœnarum infernalium. In prima parte, agitur de ordine dicendorum in isto tractatu, & de descriptione Beatitudinis.
- In quarta parte agitur de dono Pietatis. In secunda agitur de quinque quæ attendenda & admiranda sunt circa doctrinam illam, quæ est cõpendium nouæ legis.
- In quinta parte agitur de dono Scientia: In tertia parte, primò ostenditur quid sit paupertas spiritus.
- In sexta parte agitur de dono Fortitudinis. Secundò, quare peuperes spiritu sunt beati.

Tertio,

Tertiò, quare regnum cælorum fit eorum.

Quartò, cui dono paupertas spiritus adaptetur.

In quarta parte, agitur de Humilitate: quæ subdividitur in quinque capitula.

Capitulum primum, de ordine dicendorum de humilitate, & de eius descriptione.

Capitulum secundum, de cõmendatione humilitatis.

Capitulum tertium, de causis humilitatis.

Capitulum quartum, de signis humilitatis, & de his quæ valent ad humilitatem.

Capitulũ quintũ, de diuisionibus ad humilitatem pertinentibus.

In quinta parte, agitur de Paupertate.

In sexta parte, agitur de Mansuetudine, quæ primò describitur.

Secundò, ostenditur quare Mites sint beati: vbi tanguntur sexdecim pertinentia ad commendationem mansuetudinis.

Tertiò, quare mansueti possidebunt terram.

Quartò, cui dono mansuetudo adaptetur.

In septima parte, agitur de luctu, qui primò describitur.

Secundò, species eius distinguuntur.

Tertiò, ostenditur quare lugentes sint beati: vbi tangitur de his quæ ad commedationem luctus

siue lacrymarum pertinent.

Quartò, de impedimentis lacrymarum.

Quintò, cui dono luctus adaptetur.

In octaua parte, agitur de Esurie iustitiæ.

In nona, de Misericordia.

In decima, de Múditia cordis, quæ primò describitur.

Secundò tangitur de his quæ eam efficiunt vel custodiant.

Tertiò ostenduntur quinque causæ propter quas munditia maxime decet ministros ecclesiæ: vbi etiam tanguntur duodecim, quæ faciunt ad cõmendationem munditiæ.

Quartò agitur de partibus munditiæ.

Quintò, quod donum ei adaptetur.

In vndecima parte, agitur de Pace, quæ primò describitur.

Secundò commendatur.

Tertiò tanguntur duodecim, quæ valent ad pacem habendam.

Quartò agitur de his quæ paci aduersantur.

Quintò ponuntur diuisiones ad pacem pertinentes.

Sextò ostenditur, quid sit beatitudo illa que commendatur verbo illo, Beati pacifici.

Septimò quare pacifici sint beati.

Octauò quod donum ei adaptetur.

In duodecima parte, agitur de patientia persecutionum.

F I N I S.

R E V E R E N D I S S I M I

A C E X I M I I S A C R A E T H E O

logiæ professoris Guillelmi Peraldi Episcopi

Lugdunensis, ex sacro Ordine Prædicatorum, in Tomum Primum, qui

S V M M A V I R

T V T V M a p

pellatur,

P R O L O G V S.



QUæ circa vtilia studere debeamus, exemplo Salomonis dicentis: Cogitavi in corde meo abstrahere à vino carnè meam, vt animam meam transferrem ad Sapientiam, deuitarèmq; stultitiam, donec viderem quid esset vtile filijs hominũ. Ecclesiast. 2. Vtilia etiam docere debeamus, exemplo Domini, dicentis Esaia 48. Ego Dominus Deus tuus, docens te vtilia. Virtutibus vero nihil fit vtilius in hac vita hominibus. Sapien. 8. Circa virtutes specialiter versari debet studium & doctrina. præcipue cum sine studio & doctrina virtus vix vel nõquam haberi possit. Senec. Virtus sine studio sui esse non potest. Bernar. Primum opus virtutis est doceri. Virtus cum humilitate vult doceri, cum labore quæri, cum amore haberi: nec aliter vel doceri, vel quæri, vel haberi potest. Item Sen. Cito nequitia surripit: difficile virtus inuen

ta est, ducem rectorèmq; desiderat: sine magistro vitia discuntur. Idem: Erubescimus discere bonam mentem: & turpe est huic rei quærere magistrũ: desperandum est posse casu tantũ bonum nobis influere: præcipua pars Philosophiæ est, quæ circa virtutes versatur, studiosis minime negligenda. Vnde Senec. dicit Philosophiã studiũ esse Virtutis. Ideò ego minimus de ordine fratrum Prædicatorum desideravi colligere aliqua, quæ diffusè in scripturis inueniuntur de Virtutibus. Quod cum dissuaderet mihi ingenij paruitas, & materie difficultas (materias enim grandes ingenia parua non sustinent, vt ait Hieronymus) præualuit Superioris autoritas, qui hoc onus mihi iniunxit: cui non ausus fui contradicere, sciens quòd omnis potestas à Deo est: & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit Rom. 13. Et in memoria habens illud verbũ Saluatoris. Luca: 10. Qui vos audit, me audit. verbum

à min

à ministro eius dictum habui, ac si de cælo sonuisset. Fiducâ ergo habens in Deo quod veller mihi ministrare quod per ministrum suum à me dignabatur exigere: cum tamen sciret me nisi ab ipso hæc habere non posse. Incassum enim laborat in doctrina virtutum, qui aliunde eam sperandam putat, quàm à Domino virtutū, ad gloriam Domini nostri IESV Christi, qui est Virtus & sapientia Dei Patris: ausus sum aggredi Tractatum Virtutum, ad utilitatem humilium. Superbi enim dimittendi sunt sibi: quia separatum est conuiuium eorum. Osee 4. Dedignantur enim sedere ad communem mensam cum alijs, scripta cōmunia contemnent. Vnde eo ipso quod aliqua scriptura humilibus publicatur, superbis absconditur. Facies enim eorum nimis inflata nō sinit eos videre quæ ab alijs vidētur. Matthæi 11. Abscondisti hæc sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Superbi erubescunt aliquid dicere, ex quo semel dictum est: cum tamen dicat Senec. quod nunquā nimis dicitur quod satis non dicitur, quibusdam remedia demonstranda, quibusdam inculcanda sunt. Grego. Oportet sæpe reminisci quod modus cogit obliuisci. ¶ Superbi nolunt

aliquid dicere, postquam bene illud sciunt: cum tamen Socrates inquirenti cuidā quomodo posset optimè dicere, dixit: Si nihil dixeris, nisi quod bene scieris. Augustinus in lib. de Utilitate credendi: Miseri homines quibus cognita vilescunt, & nouitatibus gaudent: libentius discunt, quum norunt, cum cognitio sit finis discēdi: malunt nesci, quàm saturari, cum finis voluptatis sit nec esurire, nec sitire. ¶ Nec de folis scripturis sacris testimonia volui assumere in opere isto: sed etiam de scripturis Philosophorum, iuxta verbum Senec. In aliena castra transiens, non tanquam transfuga, sed tanquam explorator. Ne hoc reprehensibiliter. Sicut enim dicit Augustinus in lib. de Doctr. Christiana: Si Philosophi aliqua fortè vera & fidei nostræ accommoda dixerūt, non solum formidanda non sunt, sed etiam ab eis tanquam ab iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicāda. Et Exod. 12. Aegyptij ab Hebræis præcepto Domini spoliātur. In principio verò operis, de Virtute in cōmuni aliqua tangere voluit. Secundò prosequemur de tribus virtutibus Theologicis. Tertio de quatuor Cardinalib⁹. Quarto de donis. Quintò de beatitudinibus.

PROLOGI FINIS.

PRIMA PARS PRINCIPALIS DE VIRTUTE IN COMMUNI.

Quid expediat Virtutem commendari. CAPVT I.



I separaueris pretiosum à vili, quasi os meū eris. Hieremias 15. Pretiosum est anima. Prouerbiolum 9. Mulier animam viri pretiosam rapit. Ideò filius Dei seipsum pretium animarum posuit, ne animæ nobis vilescerent. Pretiosæ etiam sunt virtutes. Bernardus: Veræ diuitiæ non sunt opes, sed virtutes, quas secū conscientia portat, vt in perpetuū diues fiat. Vile verò est corpus: animi enim pondus ac pœna est, vt ait Senec. Imò quod plus est, factum est immundities & materia propinqua vermiū. 1. Mach. 2. Gloria impij, stercus & vermis. Gloria impij vocat corpus: Vilia etiā sunt bona tēporalia, etiā quæ pretiosiora vidētur. Aurū enim & argentū (secundū Bern. in quodam sermone de Aduentu) sunt terra rubra & alba, quæ solus error hominū facit, aut magis reputat pretiosa. Sap. 7. Omne autū in cōparatione ipsius, arena est exigua, & tanquā lutū aestimabitur argentū in cōspectu illius. Pretiosum à vili separat, qui pretiositate virtutū ostēdit, & tēporaliū vilitatē, & animā ab amorē tēporaliū se-

iungit, & ad amorē virtutū inducit: & talis quasi os Dei est. Saluator enim os suū aperiens, doctrinā suā à contemptu tēporaliū inchoauit, dicens Mat. 5. Beati pauperes, &c. Et de amore virtutis subdidit: Beati q̄ esuriunt & sitiūt iustitiam, &c. Vnde doctrina quæ cōtemptū temporalium inducit, & ad amorem virtutis allicit, quasi processisset ex ore Dei habenda est. Frater Guido Carthusiēsis: Rationalis creaturæ vera perfectio est, vnāquanq; rem tanti habere, quanti habenda est. Senec. Quid tam necessariū, quàm pretia rebus imponere? Secundum Senec. tres sunt partes moralis doctrinæ. Prima rebus dignitates distribuit, & pretia imponit, maximè vtilis. Secunda impetū animi reprimat. Tertia actionem regit, ostendens quādo vnumquodq; & vbi, & quemadmodū agi debeat. Ideò commendationi virtutis in hac prima parte operis insistemus, vt eius pretiositas appareat, & vt ad amorē eius homines allciātur. Magna enim pars bonitatis est, vt ait Senec. velle fieri bonum. Et August. Socratis sententia est, quibus hominibus satis per suasum esset, vt nihil mallent se esse quàm bonos viros, his reliquā facillè esse doctrinā. ¶ Virtus

com

cōmendatione indiget: quia hæc thesaurus est absconditus in agro cordis: qui ideo non quæritur, quia ignoratur. Matt. 13. Est etiã velut lapis pretiosus qui conculcatur ab his, à quibus virtus eius ignoratur. Eccl. 6. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis: hoc est ictu de sapientia, quæ est de sapore virtutù condita sciëntia, quæ reprobant & despiciunt qui eius virtutē non agnoscunt. Matth. 7. Neque mittatis margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis. Ex ignorãtia pretiositatis virtutis accidit, quod ipsa adeò despicitur: quod si esset venalis, non inueniretur qui eam emeret. Senec. Bona mēs nec cōmodatur, nec venditur. Et puto si venalis esset, non haberet emptorē: at mala quotidie emitur. Gregor. Carnalium mētes bona pensare non valēt, nisi quæ carnaliter vidēt. August. Vix est aliquis qui diligit interiora bona, quæ sola diligenda sunt: cæteris autē ad necessitatē vtendum, non ad gaudium perfruedū est. Virtus quia non agnoscitur: ideo à Deo non petitur nec accipitur, qui paratus est eā dare, si esset qui desideraret eam accipere. Hebr. 12. Contemplātes nequis desit gratiæ Dei. Et 1. Petr. 1. Sperate in eā quæ vobis offertur gratiã. Extentam habet Deus manum dexterã ad largiendum bona spiritualia, sed non est qui accipiat. Omnes enim ad sinistrã aspiciunt, vt in-

de temporalia recipiant. Comendationi verò virtutis aliqua, quæ pertinent ad eius notificationem, breuiter præmittemus.

De notificatione Virtutis.

C A P. II.

Notandum ergo, quod nomen Virtutis antiquitus fuit solius fortitudinis, vt ait Tullius. Ratio verò huius hæc est: quia non statim innotuit hominibus virtuositas aliarum virtutù: sed virtuosus semper apparuerunt, qui laboribus & doloribus non facile vinci potuerūt. Sed post experiētia docuit, animū habere multa certamina contra diuitias, delicias & honores, quorum victoria difficilis est & vtilis: vnde & virtuosus nominati sunt, quæ tales vincere potuissent. Item notandum, quod nomen virtutis incanone Sacræ scripturæ, vt frequentius, sumitur pro fortitudine, vel pro potentia, vel pro opere mirabili. Ratio autem prout hęc de ea intēdimus. Sed quod Philosophi in morali doctrina virtutē vocāt, Scriptura sacra, vt frequentius, gratiã nominat. Ratio autem huius diuersitatis hæc est. Virtus duplicē habet comparationē. Vnam ad id à quo est, scilicet ad Dei liberalitatem, cuius donum est: & sic dicitur gratiã. Est et gratia donum à Deo gratis datum, habentem se Deo gratum faciens, & opus eius Deo gratum reddens. Aliam comparationē habet Virtus ad id quod ab ea est, scilicet

ad

ad opus suū: & sic vocatur Virtus: & sic nominant eam Philosophi, faciem habentes ad donū Dei, & dorsum ad datorem. August. 4. lib. Cōfess. Dorsum habebam ad lumen, & ad ea quæ illuminant faciē, & ipsa faciēs, qua illuminata cernebã, nō illuminabatur. Philosophi fuerūt propriæ gloriæ amatores, & diuinę gloriæ neglectores, de propriis viribus cōfidentes, cōditori suo gratias nō agentes. secundum illud dictum de ipsis Romanor. 1. Non sicut Deum glorificauerūt, aut gratias egerūt, sed euanuerunt in cogitationibus suis. Sancti verò faciēs habētes ad lumē, in lumine Dei agnoscūt insufficientiã suã. 2. Cor. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Itē agnoscunt boni ad quā tēdimus eminentiã, quæ supra vires nostras est. Vnde super illud Matth. 11. Regnū cælorū vīm patitur, &c. dicit Glos. Grandis uiolentia est in terra nasci, & cælū rapere, & habere per virtutē, quod per naturam nō possumus. Agnoscunt etiã hostiū inuisibiliū præminentia, secundum potestatem & statum malitiæ. Job 40. Nō est potestas super terrā quæ cōparetur ei. Nos quasi locustæ sumus, & ipsi velut gigantes. Numer. 13. Vidimus monstra filiorū Enac, de genere giganteo: quibus cōparati locustæ uidebamur. Origenes: Vult Dominus Iesus mi-

rabiles res facere: vult enim de locustis superare gigantes, & de his quæ in terra sunt, cælestes uincere nequitias. Ideo sancti intelligentes adiutoriū gratiæ ad eò eis esse necessariū, ut sine eo nihil possint, neque bonum agere, neque tueri: oportet enim gratiã præuenire ut uelint, & subsequi ne inaniter uelint. sec. Greg. Patrū enim prodest homini bonū uelle, nisi tētati postea possit resistere, & tueri bonū quod acquisitū est: omnia Deo attribuit, & radicem meriti, uirtutē scilicet & præmium, nō uidentes nec in se, nec in alio bonū aliquid, nisi gratiã Dei. 1. Corinth. 15. Gratiã Dei sum id quod sum. Et Ioānes testatur se uidisse Iesum plenū gratiã. Ioā. 1. Et Angelus Mariam plenā gratiã nominat. Luc. 1. Et Gabriel monet natū ex sterili, Ioannē uocari, quod gratiam sonat. Lucæ 1. Anima ex se sterilis secundū naturam, nō potens ad meritū regni æterni, gratiã Dei reputare debet tã meritū quàm præmiū. Rom. 6. Gratiã Dei uitam æternam. Glos. Cōsuetudū est gratiam Dei uitam æternā uocari: quia his meritis redditur quæ gratiã contulit homini. Simile Io. 1. Gratiã pro gratiã. Et initium boni & finis gratiã est. Aug. in lib. de Correctiōe & gratiã: Desiderare auxilium gratiæ, initium gratiæ est. Psal. Qui coronat te in misericordia & miserationibus. Apoc. 4. Viginti quatuor seniores mittebant coronas suas

b ante

ante thronū, ostendendo sedenti in throno deberi honorē, q̄ coronas recepissent. Rom. 9. Non est uolentis, neq; currentis, sed miserentis Dei. Es. 66. Omnia opera nostra in nobis operatus es Domine. Rom. 7. Velle adiacet mihi: adiacet inquam quasi infirmū: perficere autē bonū nō inuenio. 1. Cor. 15. Abundantius illis omnibus laboraui: nō ego autem, sed gratia Dei mecum. Phil. 2. Deus est enim qui operatur in nobis & uelle & perficere. Ioā. 15. Sine me nihil potestis facere. ¶ Et notandū q̄ uirtus dicitur ad uī, unde Dominus uocat uirtuosos uolētos, Matt. 11. Violēti rapiunt illud. Et Luc. 16. Ioquens de regno cælōrū: Omnis enim in illud uim facit. ¶ Virtuosus tripliciter uim facit sibi. Primō ardua aggrediēdo, & quę sunt supra hominē. Secūdo aduersa patiēdo. Act. 14. Per multas tribulationē oportet nos intrare in regnū Dei. Tertio ad placitis abstīnēdo, Gen. 8. Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Ideo quasi cū quadā uiolentia oportet hominē ab his, quę sibi placent, compesci. Quid in Epistolis: Est uirtus placitis abstīnēdo. Vel dicitur uirtus, quasi uiri stat⁹, siue uirilitas. uirtus enim est perfecti animi & ad rectas operatiōes robusti: sicut uirilītas est corporis robusti & perfecti. ¶ Itē notandū, q̄ sicut dicit Tullius in lib. de Offi.

Virtus & honestas nomina diuersa sunt: res autē subiecta prorsus eadē. Honestū uerō est quod sua uī ad se nos allicit, & dignitate trahit: ut idē Tullius dicit in 1. Rhet. Honestus uerō dicitur aliquis eō q̄ nihil habeat turpitudinis: ut dicit Isido. in lib. Etymologiarū. Et subdit: Nam quid est honestas, nisi honor perpetuus, & quasi honoris status? Unde hominibus uirtuosis & honestis honor maximē exhibendus est. ¶ Inueniuntur in scripturis multę descriptiones uirtutis: de quibus ad ipsius maiorem declarationē aliquas ponemus, & exponemus.

De descriptionibus Virtutis.

CAP. III.

Virtus sic describitur in lib. de Spiritu & anima. Virtus est habitus mentis bene institutę. Et intellige mētem bene institutam, ad similitudinē regni, quod bene institutū est, si rectē in eō cōsolatur, & rectē impertur, & rectē obediatur. Sic mens bene instituta est, quū ratio rectē cōsultat, uolūtas rectē imperat, & uires subiectę uolūtati rectē obediūt. Hanc bonā institutionē uirtus in mente facit, Ipsa enim rationē illuminat, & uolūtatē de seruitute uitiōrū ad imperiū sublimat. Sine uirtute mēs pueriliter regitur, Unde uer. ex. Eccle. 10. Vā tibi terra, cuius rei puer est. Sine ea regnū mētis simile est regno Roboā, qui potius acquieuit cōsilio iuuenum impru

imprudētiū, quā cōsilio senū. 3. Reg. 21. Sic ubi uirtus non est, derelicto cōsilio rationis, sensibus acquiescit: ubi uirtus nō est, quod debuit in homine seruire, imperat, nō sine magna inordinatiōe. Proverb. 19. Nō deest seruū dominari principibus. Et eiusdē 30. Per tria mouetur terra: id est, turbatur: & quartū qđ nō potest sustinere, per seruū quū regnauerit. Virtus facit in regno mētis partē nobiliōrē regnare, & tūc beata est anima. Ecclesi. 19. Beata est terra, cuius rex nobilis est. Ipsa soliū iudicii rationi reddit: ex quo sequitur dissipatio omnis mali. Proverb. 20. Rex qui sedet in folio iudicii, intuitu suo dissipat omne malū. Virtus uerā nobilitatē in anima perficit, quā natura inchoauit. De initio nobilitatis, ait Seneca: Quis est generosus? Ad uirtutē à natura bene dispositus. De perfectione dicit Hieron. Sola apud Deū libertas est, nō seruire peccatis: summa apud eū nobilitas, clarere uirtutibus. Item Virtus sic describitur ab August. in lib. de quantitate animę: Virtus est æqualitas quędā uita undiq; cōsonans rationi. Virtus uita æqualitatem facit: quia secundū Senecā, animū reddit asperis blandisque inuictū, neutri se fortunę submittētē, quem nulla uis frāgat, quē nec attollat fortuna, nec deprimat. Tullius: Præclara est æqualitas in omni uita: idē qui fem-

per uultus, eademq; frons: ut de Socrate accepimus. Virtus in utraq; fortuna par est: uirtutem materia nō mutat, nec peiorē facit dura aut difficilis: nec meliorem hilaris & læta, ut ait Seneca, uirtus per omnia cōsonat rationi. Unde Bernardus in epistola ad fratres de monte Dei: Virtus est ad iudicium rationis usus liberę uoluntatis. Seneca: Humanis uirtutibus regula una est ratio recta. ¶ Virtus etiā sic describitur à Philosopho: Virtus est habitus animi, modo nature cōsentaneus rationi. Ad opera uirtutū, Primō incitat nos natura. Secundo, ratio. Tertio, gratia. Verbi gratia: Natura incitat ut subuenias proximo indigētī. Idē etiā ratio dicit, quia similis indigētia potest tibi accidere, in quā uelles idē tibi fieri. Gratia uerō hoc suadet tibi, quia proximus es, Dei imago, Dei filius, uel ad hoc creatus, ut in æterna beatitudine sit tibi socius. De instinctu naturę dicit Tullius: Sūt nobis innata uirtutum initia, quę si adolēscere liceret & paterem r, nos ad beatitudinē cū diuino munere ipsa natura perduceret. Idē: Nos igniculo naturę datos extinguimus. Si quis autē obiciat, qđ ad opus patiētia nō incitatur à natura, quod uidetur peccius esse cōtra naturā. Respōdet Seneca, qđ materia boni cōtra naturam est, ut uulnerari, & subiecto igne tabescere, sed bonū nūquā. Seruare enim

enim animū infatigabilē inter ista, quod est opus uirtutis, secū dū naturā est: quia nullū bonū sine ratione est, ut ipse ait. Sequitur autē ratio naturam. Bernardus: Omnis uirtus hominī naturalis est. Idē: Virtus quoniā naturę res est, cum uenit in animū, aliquando nō uenit sine labore, sed uenit in locū suū, & fideliter sedet, & bene cū ea natura conuenit. Seneca: Virtus secundum naturam est, uitia uerō inimica sunt & infesta. Et secundū Arist. Virtus nō est præter naturam. Chrysostomus uerō in quadam homilia dicit, q̄ uirtus animi est, rectē de Deo sentire, & rectē inter homines agere. ¶ Virtus etiam sic describitur à Philosopho: Virtus est habitus uoluntarius in medietae consistēs quo ad nos. Medietae ista attēditur inter superfluitatē & indigentiam. Vnde idē Philosophus dicit, q̄ uirtus est medietae duarum malitiarū: huius quidē secundū superfluitatē, huius uerō secundum indigentiam. Boëtius: Virtutes mediū tenent: si uel ultrā uel citrā quā oportuerit fiat, à uirtute disceditur. Hęc autē medietae in uirtutibus cardinalibus inuenitur: in uirtutibus uerō theologice non uidetur posse inueniri. Remigius: Ea quę sunt purē delectatiōes animę, id est, quę sunt animę secundum se, nō determinantur secundū superfluum & diminutū. Cant. i. Adoleſcētulę dilexerunt te ni-

mis. Ergo nimietas dilectiōis in Deū nō uidetur esse superflū uel uitium. Quo ad nos dicitur esse hęc medietae: quia dēterminando hęc medietae, habendus est respectus ad personā operantis. Alicui enim esset parum quod aliū esset nimīū, uel e conuerso. Aug. in lib. de libero arbitrio sic describit uirtutē: Virtus est bona qualitas mētis, qua reſtē uiuitur, qua nemo male utitur, quā Deus in nobis operatur, Virtus dicitur bona eo modo quo albedo dicitur color albus; nō ideo q̄ albedo color inhereat ut accidēs, sed color est ipsa albedo: sic est uirtus bonitas mētis mentē bonam faciens. Virtus etiā bona est: quia ducēs ad summū bonū. Virtute etiā rectē uiuitur: uitā autē rectā intellige, quę extenditur ad Deū principium, & Deum finē, Deo qui est principium omnīū bonorum de omnibus bonis gratias agendo, iuxta illud i. Thessa. i. In omnibus gratias agite: & gloriā eius in omnibus quærendo: ad hoc enim creati sumus. Deut. 26. Faciet te Dominus excelsiorē cunctis gentibus quas creauit in laudem & nomē & gloriā suam, Esaię 44. In gloriā meā creauit. eum. i. Corinthe. 10. Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud agitis, omnia in gloriā Dei facite. Vita eius qui sibi solum uult uiuere, tantūm quę sua sunt quærens, & ad gloriā Dei nō attendens, nō est recta, imō

imō curta, quum in se reflectatur. Item non est recta quæ declinat quasi in latus per superfluitatem uel indigentiam. Virtutes cardinales obliquitate, quæ est secundū superfluitatē uel indigentiam, excludunt: Theologica uerō curuitatē, quæ est ubi uita reflectitur in utilitatē proprii subiecti, nō ordinata ad finem ultimū. Virtutes ergo cardinales cum theologice uitam rectam efficiunt. Item quum rectum sit, cuius medium non exit ab extremis: extrema autē uitæ nostrę quum sit Deus principium, & Deus finis, uita recta est, quæ sicut est à Deo & ad deū, ita & sub Deo humiliter implēs eius imperiū, sicut ab eo habuit initium, & ab eo expectat præmiū. Vitam uerō hic intelligas quatuor partes conseruationis: scilicet cogitationem, affectionem, locutionem, & operationem. Rectitudo uerō horum est, quum non discordat à regula legis diuinæ, quæ nobis indicat diuinā uoluntatem. Huic autē rectitudini oppositū est peccatū, prout describit illud Augustinus dicens, Peccatū est dictum, uel factum, uel concupitum contra legem Dei. Per concupitū uerō intellige cogitationē & affectionem. Itē uita recta est, quum uoluntas in nullo dissentit ab eo quod ratio rectē sentit. Voluntas enim rectē uiuitur, uoluntate peccatur, ut dicit Aug. Ratio hęc regula est uolūtatis. Bernar.

super illud Cant. Recti diligunt te. Illū uerē rectū corde dixerim, qui & rectē in omnibus sentiat, & à recto quod senserit in nullo dissentiat. ¶ Virtute etiā nemo male utitur, p̄prie loquedo. Si quis tamē obiciat de illo uerbo Isidori, Intēdū male usę uirtutes uitia generant. dicēdū est, q̄ uirtus potest esse occasio alicuius mali, sed nunquā actus eius erit abusus: sicut accidit in potētis naturalibus, quibus homo potest bene uti uel abuti. Per hoc q̄ subditur, quā Deus in nobis sine nobis operatur: patet q̄ hęc descriptio est intelligēda de uirtute gratuita: præcedens uerō uirtus, est habitus uoluntarius & consuetudinalis. Alię uerō descriptiones positę ferē omnes possunt intelligi & de gratuita & de consuetudinali. Si quis uerō obiciat de illo uerbo Augustini: Qui fecit te, sine te, non iustificat te sine te. Vnde uidetur q̄ Deus non operetur in nobis uirtutē sine nobis. Respōdendum est, q̄ Deus iustificat hominem sine homine cooperante, sed nō sine homine adoperatē: sicut sol illuminat domū cum aliquis aperit fenestram non sine homine adoperatē, tamen sine homine cooperatē: homo enim nō cooperatur soli illumīnādo domū. Sic uerus sol infundit uirtutes nobis preparatis ad earum susceptionem: nō tamen cooperatur illi in illa infusiōe.

De triplici Virtutis commensuratione. CAP. IIII.

Sequitur de commendatione Virtutis. Et notandū q̄ uirtus est primò commendabilis à dignitate dantis. Retinuit enim Deus donationē eius ad manū suā. Psal. Gratiam & gloriā dabit Dominus. Virtus fructus est Spiritus sancti. Gala. 5. Fructus spiritus est charitas, gaudiū, pax &c. Ex nobilitate arboris fructus bonitatem agnosce. Arbor bona fructus bonos facit. Matth. 7. ergo optima optimos. ¶ Secundò à dignitate eorū quibus datur: hoc enim donū non est nisi bonorū & amicorum Dei: temporalia bona & etiā naturalia corporis uel animæ communia sunt bonis & malis, amicis Dei & inimicis. Et frequenter mali & inimici Dei potius in talibus abundāt quā amici Dei. Ex quo apparet non esse uera bona. Si enim uera bona essent, potius daret ea amicis quā inimicis. Augu. in primo lib. de Ciuitate Dei: Ista temporalia bona & mala uoluit Deus bonis & malis esse cōmunia, ut nec bona cupidius appetantur, quæ mali quoq; habere cernuntur: nec mala turpiter euitentur, quibus & boni plerūq; afficiuntur. Itē Aug. in eod. lib. 20. Profertō salubriter discimus, nō magis pendere seu bona seu mala, quæ uidemus esse bonis malisq; communia, & illa bona querere, quæ bonorū, & illa mala maxime fugere, quæ propriè sunt ma-

lorum. Itē Aug. in eodē: Pulchritudinē idcirco Dominus largitur etiā malis, ne magnū bonū uideatur bonis. Deserto itaque bono bonorū proprio, lapsus est factus ad bonorū minimum, nō bonis propriū, sed bonis malis, que cōmune. ¶ Tertio quasi à situ: quia possessio est ualde bona bene sedēs. Bene sedet possessio quæ propinqua est ciuitatis: melius quæ infra muros propriae domus tuta est, & ab hostibus & à ciuib⁹. Per optimē sedet uirtus quæ est in secreto cordis. Seneca: Hūc dicito, hunc habere beatū, nō quē uulgus uocat, sed cui omne bonū in animo est. Itē Seneca: Sapiens intra se omne bonū terminabit. Et dicit q̄ qui dam capta patria, & uxore & liberis amissis, quū ex incendio publico solus & tamē beatus exiret: interrogāti uictori, Nūquid aliquid perdidisset: Nihil, inquit, perdidit, bona mea mecum sunt.

Quod Virtus sit optimū presens uita, & bonitas aliam rerum. CAP. V.

Quarto cōmēdabilis est cōparatiōe aliorū bonorū. Et primò facta comparatiōe ad bona præsentia. Scdō ad futura. ¶ Secundū comparationē primam uirtutis optimum dicitur, Heb. 13. Optimū est gratia stabili cor. Aug. in lib. de moribus Ecclesie: Erit, inquit, hominis optimum, quod animā optimā facit: nemo autem dubitauerit, quia

quā uirtus animam faciat optimam. Et Iaco. 1. Omne datū optimum & c. Datū optimum, uirtus uel gratia dicitur: respectu cuius simpliciter bona dicuntur quæ communia sunt nobis & brutis, ut fortitudo corporis, agilitas, pulchritudo, sanitas, & ea quæ pertinet ad corporis sustentationem, uel ornatū, uel protectionem. Bona meliora sunt bona anime, quæ tamē animā nō reddunt de necessitate bonam, quæ similiter sunt cōmunia bonis & malis, ut sciētia & similia. Optimū uerò uirtus, uel gratia. Perfectum, gloria. 1. Corin. 13. Quū uenerit quod perfectū est, euacuetur quod ex parte est. Virtus non solū bona est, sed etiam bonitas bonū faciēs necessario possessorem suū. Arist. in libro de eligēdis: Si hoc facit bonum id cui adest, illud autē o facit, quod facit magis est ei. Quidē, uel quod melius & principalius facit bonū: & si quidē hoc facit animam, illud autē corpus. Nō sic dignitates & diuitiæ, quæ ut frequēter malos faciunt possessores suos, uel magis malos ostendūt. Boëtius: Collata improbis dignitas, nō modo non efficit dignos, sed potius prodit & ostendit indignos. Ecclesi. 11. Si diues fueris, nō eris immunis à delicto. Seneca: Multū est non corrūpi diuitiarū contubernio. Ideo uirtus multum appetenda esset, tanquam propria bonitas: sed tanta est hodie hominū stultitia,

quod de propria bonitate non curant, cū in omnibus suis bonitatē querant. Seneca: Nihil est cuiq; se uilius. Augu. Bona uis habere, & bonus nō uis esse. Idem: Quid est q̄ te uelis malū habere? Nihil omnino. Nō uxorem, non filium, non seruū, non tunicam, postremo nō caligam, & tamē uis habere malā uitam. Rogo te preponere uitā tuam caligē tuā. Idem: Quid te offēdit uita tua, quam solā uis malam, ut inter omnia bona tua tu solus sis malus? Idē: A deo cæcitas mentis inualuit, adeo homo interior obscuruit, ut omnia uelit habere bona præter seipsum. Plus deberet homo amare bonitatem sui, quā totū mundum. Quum enim homo præualeat toti mūdo, bonitas eius bonitatis mūdi totius præualeat. Seneca. In homine nihil ad rē pertinet, à quā multis salutetur, quā pretioso incubet lecto, q̄ perlucido poculo bibat, sed quā bonus sit. Hoc autē debet mouere hominē ad amorem propriæ bonitatis, q̄ sicut ipse quādo bonus est, melior est omnibus creaturis uisibilibus: sic quādo malus est, peior est illis: quia nō solum malus est malitia pœne, sed etiā malitia culpæ, ipse debitor est mortis temporalis & æternæ. In hoc deterioris conditionis est serpētibus & bufonibus. ¶ Nec solum uirtus bonitas est hominis, sed etiā est bonitas operum. Plus enim ualet una elemosy-

na, uel aliud bonū opus ex uirtute uel gratia procedens, quā mille sine gratia. Si aliquis mille annis facit opera de genere bonorū sine gratia, nō meretur regnum eternū, quod tamē meretur unico bono opere ex gratia facto. Senec. Vnū dies hominum eruditorū plus ualet, quā imperiti longiſſima aetas. Qui faciūt opera de genere bonorū sine gratia, piēcturas habent bonorum operū, non bona opera. Senec. Apud sapiētes sunt honesta, apud uulg^o simulachra rerū honestarū. Opus de genere bonorum sine gratia factū, lumen esse uidetur, & tamē non est uerū lumē. Matth. 6. Si lumē quod in te est tenebrarū sunt, ipse tenebrarū quāte erūt: Tale opus simile est ligno putrido; quod his qui in tenebris sunt lucidū uidetur. Tale op^o uidetur esse aurū, quum sit aurichalcum. Benard. Melius est pallens aurum, quā fulgens aurichalcū. Qui habet abūdantiā talū operū, est quasi diues quū nihil habeat. Prou. 13. Itē opus tale est uelut cadauer exanime. Vnde anima cui^o sunt opera talia, est uelut mulier infatrix, omnes foetus suos paries mortuos. Quid est fides quę nō operatur ex dilectione, nisi cadauer exanime? Quod de fide informi dicitur, uerū est de omnib. operib. informib. quę scilicet sine gratia sūt. Homo absq; gratia est uelut arbor syluestris ferens fructus, quib. porci infer

nales pascuntur. Gratia uerō est uelut ramusculus celestis, q̄ huic arbori insertus facit eā ferre fructus optimos, qui letificēt Deū & angelos. Luc. 15. Gaudiū erit in celo super uno peccatore poenitentiā agēte &c. ¶ Nec solum uirtus est bonitas operū, sed etiam rerū tēporaliū. Bonū enim rerū tēporaliū, est laudabilis usus earū qui uirtutis est uel gratiæ. Vnde malis tēporalia bona nō sunt, cū malē illis utātur. Senec. Stulto nulla re opus est, nulla enim re scit uti. Eccl. 13. Bona est substantia, cui nō est peccatum in cōsciētia. Sicut sanguis in corpore humano nō est bonus, si sit materia infirmitatis. unde euacuāus est: sic tēporalia nō sunt bona his, quibus sunt materia infirmitatis spiritalis. Senec. Dicit, pecuniā perdidit. O te felicē si cū ea auaritiā perdidisti: sed si manet illa apud te, es tantū felicior, quo tāto malo materia subducta est. Prou. 1. Vtque stulti ea quę sibi sunt noxia cupiūt. Fit iusto Dei iudicio, ut cū aliquis malus est uerē domino illa mala sint ei quibus ipse dominatur, quasi uindicta creatorem suū. ¶ Virtus etiā mala poenę in bona cōuertit: iuxta uerbū Sen. Eccl. 8. Qui custodit præceptū, nō experiet quicquā mali. Non est mala aduersitas uiro iusto, cū sit materia coronę eterne. Et ut breuiter dicat, Virtus si ue gratia est totū uerū bonū hominis in uita ista. Vnde gl. Aug. super

super illud Psal. Signatū est super nos lumē, &c. dicit de lumine gratiæ. Hoc lumen est totū & uerū hominis bonū. Sine gratia nō est homini uerē bonum, uel bonū nature, uel bonū fortunę. Bernar. Si quis callidus est ingenio, si uiget arte, si præeminet intellectu, instrumēta sunt hæc tā uitorū quā uirtutū. Senec. Nō uiuere bonū est, sed bene uiuere: bene autē uiuere uirtutis est. Tullius: Quod rectū & honestū est & cū uirtute, id solū bonum arbitror. Nūq̄ potest cuiquā malo bonū esse, aut potest quisquā in abūdantiā bonorū esse nō bonus? Seneca: Doce non esse positū bonū uitæ in spatū uirtutis est. Sap. Omnia quę extra pos sunt dona, quęq; hominibus fortē cōtingunt, nō ideo laudant, q̄ habuerit quis ea, sed q̄ his honestē sit usus. Augusti. Non utiliter in tempore uiuitur, nisi ad comparādum meritum, quo in æternitate uiuatur.

Quod uirtus sit propriē bonū nostrum, possessio libera & sufficiens. CAP. VII.

Virtus, secūdū Philosophos, bonū nostrū est propriē, quū bona fortunæ sint bona aliena a nobis. Hoc bonum nulla uis a nobis excutit, iuxta uerbū Senecę, Nō potest auferri ab homine, nec in uita, nec in morte. Tull^o, Omnia alia caduca sunt: uirtus una est, altissimis defixa radicibus. Tullius: Hęc demū la

piēria est, ut omnia tua in te posita esse dicas, humanosq; calūs uirtute inferiores putes. Senec. Non est tuū fortuna quod fecit tuum. Boētius in libro cōsolat. Nūquā tua faciet esse fortuna, quæ natura rerum a te facit esse aliena. Sen. Periturū est, nempe quod aduentitiū fuit. Idē: Quid stultius est, quā in homine aliena laudare? qd̄ eo demētius qui circa se miratur ea quę ad aliū protinus trāferri possunt? Non faciūt meliorē equū auri freni, Aug. in libro Soliloqorū: Deus per quē dicimus aliena esse, quę aliquādo nostra: & nostra esse, quę aliquādo aliena putauim^o, accipe me ab istis fugiētē famulum tuū: quæ & ista me quādo fugiebā a te, acceperunt alienū, ad te mihi redēdū esse sentio, nihil aliud scio nisi fluxa & caduca spernēda esse, & certa & eter na requirēda. Senec. Ratio arbitra est bonorū & malorū: aliena & hesternā pro uilibus habet, omne illi bonū in animo est. Habacuc 2. Væ qui congregat non sua. Nō sua uocat tēporalia. Senec. Huc cogitatiōes tuæ tēdāt, hoc cura, hoc opta, omnia alia Deo uota missurus, ut cōtentus sis temetipso, & ex te nascētibus bonis. ¶ Itē uirtus possessio libera est, quę possidet bona tēporalia in subiectione, est aliqua uel fortunę, uel ipsarū diuitiarū, uel eorū quibus occasiōe diuitiarū indiget. Se. Incipit esse fortunę subiectus, si quis partē sui foris

querit. Aug. Venditis rebus nostris nullū magis carū accipimus pretiū, quā nos ipsos. Implicati enim talibus nō eramus nostri. Sen. Minus quā seruus est, qui seruos timet. ¶ Itē uirtus possessio est habētū sufficiens. 2. Corin. 12. Sufficit tibi gratia mea. Sen. Virtus nudo homine cōtēta est. Idem: Sapiēs se cōtētus est, nō ut uelit esse sine amico, sed ut possit. Itē Seneca: Se cōtētus est sapiens ad bene uiuēdū, nō ad uiuēdū: ad hoc enim rebus multis illi opus est, ad illud tantum animo sano & erecto & despiciente fortunā. Idem: Virtus nullo eget, & prāter summū bonū extrinsecus instrumēta nō querit. Econtrario, diuitiā terrenā multis indigēt. Boētii: O angustas inopēsque diuitias, quas nec habere totas pluribus licet, & ad quēlibet sine cāterorū paupertate nō ueniunt. Idem: Verū illud est, permultis illos indigere, qui permulta possident. Homo absque uirtute uel gratia est regio egestatis. Aug. in lib. Confes. Defluxi à te ego, & erraui: erraui: Deus meus nimis deuius à stabilitate tua in adolescentia mea, & factus sum mihi regio egestatis.

Quod uirtus sit magne iucunditatis & dignitatis.

CAP. VII.

Item Virtus bonū est & magne incūditatis & magne dignitatis. Boēt. de cōsol. Nunquā sine pœna sunt uitia, nūquā sine

præmio sunt uirtutes. Seneca. Rerū honestarū pretiū in ipsis est: hoc pretiū est mētis læticia. Idē: Rectē factorū uerus fructus est in ipsis: nec ullū uirtutū pretiū dignū ipsis extra ipsas est. Bern. Delectationes nō perdimus, sed mutamus à corpore ad animā, à sensibus ad cōscientiā. Itē Greg. super Iob 1. Filii per domos conuiuium faciūt, dū uirtutes singulæ iuxta modū propriū mentē pascūt. Econtrario curre per singula, tot inuenies animē tormēta, quot uitia, ut ait Aug. Gaudiū uirtutis est uelut fons gaudiū in domo propria nascēs. Seneca. Existimas me detrahēre tibi multas uoluptates, quæ fortuna submoueo, qui dulcissima spei oblectamēta cenfeo deuitanda. imō ecōtrā uolo tibi nūquā deesse lætitiā: uolo illā tibi domi nasci: nascitur, si intra te ipsum sit. Idem: Tu iudicas eū gaudere qui ridet: animus debet esse alacer & fidens, & super omnia reus. Ecclesi. 30. Nō est oblectamentum super cordis gaudiū. Seneca. Cōculca ista quæ extrinsecus splendēt, & de tuo gaude. **Q**uid est autem hoc, de tuo: de teipso, & tui optima parte. Idē: Viri boni gaudium est ex bona conscientia, ex cōtemptu fortuitorū, ex honestis consiliis, ex rectis actionibus, ex placito uitæ & cōtīnuo tenore unam premeptis uiam. Idem: Hæc quibus delectatur uulgus, tenuē habēt ac perfunctoriam uoluptatem, & quod

quodcunq; inuentitium est gaudium, fundamēto caret: hoc de quo loquor, ad quod te conor perducere, solidum est, & quod plus pateat introrsus. Idē: Fundamētū bonæ mētis est, nō gaudere uanis. Fundamētū hīc esse dixi culmē, cū ad summa peruenit qui scit quo gaudeat, qui felicitatē suā in aliena potestate non posuit. Itē Seneca: Improbę uoluptates nō sunt solidæ, non sunt fideles: etiā si nō nocent, fugiunt: potius aliquod bonū mālū circūspice. Sola uirtus prestat gaudiū perpetuum, securū: etiā si quid obstat nubiū, materia interuenit, qua infrā ferūtur, nec unquā die uincūt. Greg. Absit ut tāta sit delectatio in uitiis, quāta est in uirtutibus. ¶ De dignitate uirtutis dicit Boēt. Nō uirtutibus ex dignitate: sed ex uirtutibus dignitati honor accessit. Idem: Virtuti propria dignitas inest. Virtus est beatitudo, uel felicitas præsentis uitæ. Beatitudo uirtutū de fonte celestis beatitudinis, amicis Dei in hac ualle miserię stillatur. Vnde 2. Corint. 12. dicit gl. Aug. In regione intelligibiliū beata uita in fonte suo bibitur: inde aliqd aspergitur huic humanæ uitæ, ut in tentationibus huius seculi temperanter, fortiter, iustē, prudenterque uiuatur. Tullius: In quo uirtus est, nihil ei deest ad bene ac beatē uiuēdū. Macrobius: Solę uirtutes faciūt beatū, nullāque alia uia quicquam hoc

bonum adipiscitur. Seneca. Ratio recta & cōsummata felicitatem hominis implet: hoc unū bonum hominis est, qd qui habet, etiā si aliis destituitur, laudāus est: qd qui non habet, in aliorū omniū copia dānatur. Ratio uerō recta & consummatā facit uirtus. Vnde Aug. dicit in libro Soliloquiorum, qd uirtus est ratio recta uel perfecta: id est, rationis rectitudo uel perfectio.

Quod status uirtutum assimilatur paradiso terrestri & celesti. CAP. VIII.

Virtus seu gratia quasi paradisi facit in corde hominis. Eccles. 41. Gratia Dei sicut paradisi in benedictionibus. Assimilatur cor tibi gratia est, paradiso & terrestri & celesti.

¶ Terrestri tripliciter, scilicet amoenitate, fecunditate, & securitate. ¶ Amoenitatē & fecunditatē ibi faciūt quatuor uirtutes, uelut quatuor flumina paradisi mētē irrigātes. Vnde Gl. Greg. sup illud Gen. 2. Fluius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandū paradisi &c. Quatuor flumina paradisi irrigāt: qd dū his quatuor uirtutibus cor infundit, ab omni desideriorū carnaliū astu tēperat. Ecc. 40. Super omnē aquā uiuiditas, & ad orā fluminis. Altitudo uerō facit securitatē: qd sicut paradisi terrestri in alto situs est pingēs usque ad lunare circulū, sicut dicit gl. Strab. super illud Gen. 2. Plātauerat Deus paradisi uoluptatis: sic cor ubi

ubi Dei gratia est, in alto situm est. Sene. Talis est sapiētis animus, qualis mundus supra lunā: semper illic ferenum est, quod nō est alieni muneris: nec arbitrii alieni est, qd' nō dedit fortuna, nō eripuit. ¶ Paradiso uerō cælesti in quatuor afsimilatur. Primo, in hoc quod est Dei habitatio, placet enim Deo habitare in anima uirtutib' ornata. Hiero. Nihil quietius, nihil purius ea mēte debet esse, quæ in Dei habitaculū præparanda est: quem nō auro templa fulgētia, non gemis altaria distincta delectant, sed anima ornata uirtutibus. Prouer. 8. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Bernardus animam huiusmodi cælum uocat, dicens, Nec mirum, si cælum hoc libenter inhabitat dominus Iesus, quod non quomodo cæteros dixit tantū ut fieret, sed pugnauit ut acquireret, occubuit ut redimeret. Secūdo in hoc quod est locus luminis. Iob. 38. Nosti per quā uisā spargitur lux. Glos. iustitia est lux. Tertio, quia locus est ordinati amoris. Breuis enim & uera diffinitio Virtutis, est ordo amoris: ut ait Aug. in lib. de Ciui. Dei. Quarto, quia locus est gaudii. Esa. 51. Ponam desertum eius delicias & solitudinem eius quasi hortū Domini. Cor hominis antequā sit in gratia Dei, est uelut desertū, sed per gratiā fit quasi hortus Domini. Ista quatuor in paradiso cælesti inueniuntur. Est enim

Dei habitatio, locus luminis, & ordinati amoris, & gaudii. ¶ Cōtraria uerō quatuor prædictis cor peccatoris faciunt quasi infernū, cū sit habitatio dæmonū, & habeat tenebras ignorantæ & culpe, & ignem prauæ concupiscentiæ, & uermem remordentis cōsciētiae. Hęc enim quatuor sunt in inferno. Vē illis qui multis in laboribus & expensis sibi faciunt infernū. Væ illis qui potius eligūt habitare in inferno q̄ in paradiso. Mira infānia talū qui infernū præoccupant, quasi timerēt se nimis tardē peruenturos ad eum.

De præexcellētia gaudii uirtutis respectu gaudii mundani. CAP. IX.

ET notandum, quod gaudii uirtutis quadrupliciter præcellit respectu gaudii mundani. ¶ Primo in cōiunuitate. Homo carnalis nō semper sedet ad mensam corporalē, sed homini uirtutis secura mens est quasi iuge conuiuium. Prouer. 15. Iob 20. Gaudii hypocrite ad instar pūcti. Hypocrita est mundus exterius deauratus. Aug. in lib. Cōfess. Si quid arrisisset prosperū, tædebat apprehēdere: quia penē prius quā teneretur, auolabat. Gaudium mūdānum uenit de foris, & facillē impeditur, & discōtinuatur. Seneca uitā uirtutis luci comparat, utā uerō mūdānā fulgori, dicēs. Magna existimas esse quæ relicturus es, &c. Proposisti illā securitatē ad quam

quam iturus es, retinet te huius uite fulgor, à qua trāsiturus es tā quā in sordida & obscura casurū: erras. Ex hac uita ad illā ascēditur, quod interest in splendore & luce, cū hęc certā originem habeat atque suā, ille niteat ex alieno: hoc interest inter hęc uitā & illam, hoc fulgore ueniēte extrinsecus percussa est, statim crassam faciet illi umbrā, quicquid obstiterit, illa suo lumine illustris est fulgor, est luminis repercussio. ¶ Secūdo in puritate. Dulcedo enim felicitatis humane multis amaritudinibus respersa est, iuxta uerbū Boëtii, Homo enim carnalis uisā amaritudinē habet ex dilatiōe deliciarū, quas uehementer appetit: aliā ex defectu quem inuenit in usu earū: ubicunque enim caro querit refectiōnē, inuenit defectiōnē, iuxta uerbū Aug. Excessum etiā in sumēdo delectabilia sequitur duplex amaritudo, scilicet remorsio cōsciētiae & granamē naturæ. Seneca: Voluptas quo auidius hausta est, citius in cōtrariū recedit. Eccle. 31. Amaritudo anime uinū multū potatū. Gaudii uerō uirtutis purum est, nō respersum tot amaritudinibus. Aug. in lib. Cōf. Tu semper aderas misericorditer senēs, & amarissimis aspergēs offēnsiōibus oēs illicitas, uicūditates meas, ut ita quærerēs sine offēnsiōe iucūdari: & ubi hoc possēs, non inuenirēs quicquā præter te Domine. ¶ Tertio in dignitate,

Gaudii enim uirtutis est de iis de quibus dignum est gaudere. Vñ sup illud Gal. 5. Fructus Spiritus, est charitas, gaudii, dicit glo. id est, elatio animi de his quæ digna sunt gaudii: gaudii mūdi de indignis est. Senec. In uoluptate nihil est magnificum, nihil qd' naturā Deo proximā deceat, mēbrorū uiliū ac turpiū ministerio ueniens, exitu foeda. Prouer. 3. Stultorum exultatio ignominia. Item 15. Stultitia est gaudii stulto. Et Dominus gaudēti Hierusalē hęc ait, Si cognouisses & tu. Luc. 19. in uicēs cecitatem causam esse illius gaudii. Prouer. 2. Qui lætatur cū malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Aug. Quid est seculi gaudii? breuiter dico, Seculi lēgitia est impunita nequitia: scilicet luxuriari, in spectaculis uagari, ebriositate ingurgitari, turpitudine fœtere, & nihil mali pati, hoc gaudii deterius est dolore. Peius est enim gaudere de iniquitate, quā dolere de corruptione, ut ait Aug. ¶ Quarto in salubritate gaudii uirtutis salubre est faciēs cōtēni gaudia uana. Eccle. 1. Vbi multa est sapiētia, multa est indignatio. Vbi enim sapor uirtutū sentitur, iucūditas carnalis despicitur: quia gustato spiritu, despicit omnis caro, iuxta uerbū August. Itē facit triumphare de diabolo. Vnica enim ratio uincēdi inimicū, est lēgitia spiritalis, ut ait Anto. Eccle. 30. Iucūditas cordis hęc est: uita homini

minis & thesaurus sine defectio-
ne sanctitatis. Qui gaudiū sen-
tit in vita bona, p̄seuerare p̄t
in ea: cōtrario in mōre animi
deicitur spiritus. Prouer. 17.
Deicietur in quā ab altitudine
uirtutū. Gaudiū uerō mūdi no-
xiū est. Nec mirū, cum sit à Deo
maledictū. Luc. 6. Vā uobis diui-
tibus, qui hic habetis cōsolatio-
nē uestrā &c. Si quis non audeat
gustare cibum ab aliquo sancto
maledictū, quāto minus maledi-
ctū à Deo? Gaudiū illud hominē
infatuat: ut patet in Salomone, q̄
nō phibuit cor suū, quin omni
uoluptate fruere. Eccl. 2. Et in-
fatuatus est. 3. Reg. 11. Job. 28. Sa-
piētia nō inueniē in terra suauiter
uiuētū. Hoc gaudiū in do-
lorem uertetur. Prouer. 14. Ex-
trema gaudiū luctus occupat.

*De his quæ faciunt ad gau-
dium uirtutis. CAP. X.*

ET notādū, q̄ oīdo sunt quæ
facere uidentur ad gaudium
eius in quo uirtus est. ¶ Primō
cōsciētīe puritas. Animus enim
generosus potius q̄scit in lecto
consciētīe, quādo est mūdus, q̄
quādo est immūds naturaliter
abhorrēs immunditiā. Vnde sup
illud Gal. 5. Fructus Spiritus, est
charitas, gaudiū. dicit gl. id est,
puritas animi. ¶ Secūdo sanitas
uirii animæ, quam gratia facit.
Anima sanata maiorē quietē ha-
bet. Prouer. 16. Dulcedo animæ
sanitas oīsiū: id est, uiriū. Chry-
sost. Gratia est sanitas mentium.
¶ Tertio libertas. Peccator liga-

tus est ante aduētū gratiæ ser-
uitute peccati, ut nō possit facere:
qd' uult superior pars rationis,
iuxta illud Prouer. 5. Iniquita-
tes suæ capiūt impiū, & funibus
peccatorū suorū quisq; cōstrin-
gitur. Augusti. in lib. Cōfess. Su-
spirabā ligatus nō ferro alieno,
sed mea ferrea uoluntate: uelle
meū tenebat inimicus, & inde
mihi catenā fecerat, & cōstrin-
xerat me, q̄ppe ex uolūtate per-
uersa facta est libido: & dū ser-
uitur libidini, facta est cōsuetu-
do: & dū cōsuetudini nō resisti-
tur, facta est necessitas. Gratia
uerō Spiritus sancti adueniēs li-
bertatē in homine facit. 2. Co-
rinth. 3. Vbi Spiritus Domini, ibi
libertas. ¶ Quarto quies à cru-
ciatu tumultuosarū cogitatio-
nū & inordinatarū affectuonū, &
à cruciatu uermis cōsciētīe. Ab
illis enim uis gratiæ cor liberat.
Oēs qui illicita appetūt, uel in
hoc mundo aliqd uideri uolūt,
dēs cogitationū tumultibus in
corde cōprimūtur, ut ait Greg.
Sancti uerō, q̄ nihil huius mū-
di appetūt, nullis proculdubio
in corde tumultibus opprimūt-
tur, ut idē Greg. ait. Itē mali cru-
ciātur in corde inordinatis affe-
ctiōibus. Augu. in lib. Cōfess. In-
sit Deus, & hē est ut p̄na sibi
sit inordinatus animus. Alii cu-
piditate cruciantur, quasi fame
& siti insatiabili bonorū tēpo-
raliū, qui cruciatus nō cessat, ni-
si Deī gratia famē & sitim hu-
iusmodi sedet. Senec. Si uis ani-
mum

mū in perpetua uoluptate esse,
nō uoluptatibus adiciendū est,
sed cupiditatib; detrahendum.
Augu. Qui biberit de flumio pa-
radii, cuius gutta una maior est
q̄ Oceanus, restat ut in eo sitis
mūdi huius extincta sit. Alii au-
tē timore cruciātur habētes cap-
put tremulū sicut campana. Job.
17. Sonitus terroris semp in au-
rib; eius: & cum sit pax, ille sem-
per infidias suspicatur. Alii cru-
ciātur inuidia, amittētes quicqd
alii lucrātur. Alii exuruntur ira.
Has affectiōes gratia cessare fa-
cit: unde animus q̄scit & iucū-
dus est. Itē peccatorē uermis cō-
sciētīe cruciat. Hiere. 2. Scito &
uide q̄ malū & amarum est reli-
quisse te Dominū Deū tuū. Au-
gust. Tale bonū est Deus, ut ne-
mini eum deserētī bene sit. Hęc
est prima uindicta, quam sumit
Deus de peccatore, nō sinēs de-
dec^o culpe esse sine decore uin-
dictæ. Seneca: Scelera etiā si nō
sunt deprehēsa cum fierēt, solci-
tudo cum ipsis abiit. Poē. Prima
est hęc ultio, quōd se Iudice ne-
mo nocēs absoluitur. Cū gratia
hęc uermē cessare facit, animus
quiescit, sicut aliquis melius q̄-
scit in lecto suauē q̄ sp̄nis ple-
no. Cāt. 1. Lectulus noster flori-
dus. Lectulus in quā cōsciētīe.
De cōsciētīa p̄t dici, quod di-
xit Philosophus Zeno de uxore.
Vxor, inquit, aut perpetuale
refugiū est, aut perēne tormētū.
¶ Quinto cōuenientia uirtutis
cum natura. Bene enim cōuenit

natura cū uirtute: iuxta uerbum
Bernard. Chryso. Grana est cor-
dis delectatiō. Prouer. 3. Lux ius-
torū latificat. Lux iustorū gra-
tia est, quæ naturæ cōiūcta lati-
ficat. ¶ Sexto iucunditas boni
operis. Psal. In custodiēdis illis
retributio multa. Gl. Nō tātum
pro eis in futura reddetur pra-
miū: sed hic in eorum custodia
magnum est gaudiū. Cui^o gaudiū
ratio p̄t esse, q̄ opus uirtutis
est in mediocritate: natura uerō in
mediis delectat, & in extremis
cōtristatur: ut uisus delectat in
uiridi colore, qui medius est in-
ter albū & nigrū. Sicut mulier
naturaliter gaudet cum pepererit
filii: si autē peperisset bufonē,
uel aliud cōtra naturā, doleret:
sic anima gaudet, quando bonū
opus fecit, tāquā fructū sibi cō-
petētem: & cōtristatur de malo
opere, tāquā de foetu cōtra natu-
rā. Ioā. 17. Mulier, cum parit &c.
propter gaudiū, dicūt uirtutes.
Esaie. 3. Panē nostrum comedē-
mus, & uestimentis nostris ope-
riemur. In operibus enim earū
quædā sp̄ialis refectio est. ¶ Se-
ptimo discretū regimē corporū.
Hi in quibus uirtus est, non ha-
bēt tot molestias ex parte cor-
poris, & diutius uiuūt, quia cor-
pus discretē regit. Eccl. 15. Bea-
tus q̄ habitat cū muliere sensa-
ta. Mulier sensata est caro disci-
plinata. Senec. Potest nostra p-
uidētia lōgiore prorogare huic
corpulculo morā, si uoluptates,
quibus maior pars perit, poterit-

mus regere & coercere. ¶ Osta uo, quod boni uoluntate sua conformant uoluntati diuina. Vnde sicut uoluntas Dei impletur, ita uoluntas eorum. Augu. Iugū Christi suaue est, & onus eius leue: quia q̄ huic iugo subiectus est, cætera ei subiecta sunt, & nihil ei repugnat. Nō habēt mali pacē, qui Deo resistūt. Ioēl. 9. Quis resistit ei, & pacē habuit? Senec. Vir bonus quicqd ei acciderit, æquo animo sustinebit: scit em hoc accidisse ex lege diuina ex qua uniuersa procedūt. Via uirtutis in principio habet aliquid difficultatis: quia in cōsuetu est. Hierony. Insuauē & asperā fecit nobis uia uirtutū lōga cōsuetudo peccādi. Dulce est lumen, & delectabile oculis uidere solē. Eccle. 11. & tamē lux solis cōtristat oculos tenebris asuetos, sic uia uirtutū in principio est molesta, sed post iucunda efficitur gratia & assuetudine. Bernar. Facillimū esset & delectabile ad iūcto Dei amoris cōdimēto secūdum naturā uinere, si insania nostra nos permitteret, qua sanata statim naturalibus natura arri det. Tullius: Quis uinēdī eligēda est, uia ueludā reddet assuetudo. Glo. super illud Mat. 11. Iugū meū suaue est. Angusta est uia quæ ducit ad uitā: quia non nisi angusto initio incipitur: processu uero tēporis ineffabili delectatiōis dulcedine dilatatur. Prover. 4. Ducā te per semitas æquitatis, quas cum

ingressus fueris, nō ardeabuntur gressus tui. Senec. Initium eūdi ad uirtutes arduū est: quia hic primū imbecille mētis, & ægrē est inexperta formidare: itaque cogenda est ut incipiat, deinde nō est acerba medicina, protinus enim delectat dum sanat. Aliorū remediorū post sanitatē uoluptas est philosophia, pariter & salutaris & dulcis est.

De commendatione Virtutis, facta comparatione ad bonā futura. CAP. XI.

Comparatiōe ad futura bona cōmendabilis est uirtus multipliciter. ¶ Primō, quia signū est quo distinguuntur recipiēdi ad gloriā aternā à nō recipiēdis. Ephel. 4. Nolite cōtristare Spiritū sanctum in quo signati estis, &c. Apoc. 3. Ecce dedi ostiū aptū corā te, qd nemo pōt claudere, q̄a modicā habes uirtutem, id est, humilem uirtutem. De defectu huius signi cōqueruntur damnati in inferno, Sapientia 5. Virtutis, inquit, nullum quidem signum ualimus ostendere. ¶ Item uirtus pignus & arra est hæreditatis aternæ. Ephel. 1. Signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Quidam tamen codices melius habent, arra, Glof. Interest inter arram & pignus: quia pignus quando datur, soluto pro quo ponitur, aufertur. Arra uero est, cum de ipso pretio datur aliquid quod nō est aufere-

dum

dum, sed complēdum. Virtus uel gratia est arra beatitudinis: quia quedā inchoatio eius est. 2. Corinth. 1. Signauit nos & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. ¶ Item unctio est ad regnū: non ad regnum Francia, sed ad regnum gloriæ. Serua unctiōnem, securus es de regno. 1. Ioan. 2. Et uos unctiōnem quam accepistis ab eo, maneat in uobis, hanc unctiōne facit Deus ipse. 2. Corin. 1. Qui unxit nos, Deus est. Nec solum unctio est ad regnum futurum: imō per ipsam uiri sancti uiam ducunt regiā in præsentia. Lucæ 18. Regnū Dei intra uos est. Rom. 13. Regnū Dei nō est esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudiū in Spiritu sancto. Non solum regnū Dei dicitur esse in cordibus sanctorū: quia Deus in eis regnat, cuius imperio in omnibus obediunt: sed etiā quia ipsi quodammodo regnant ad Dei similitudinem. Omnia enim & prospera & aduersa seruiunt eis, & cooperantur in bonum. Seneca: Si uis omnia tibi subicere, subice te rationi. Idem: Vis habere honorem magnum, imperiū dabo tibi, impera tibi, Bernard. Non putent diuites huius seculi fratres Christi possidere sola cælestia, quia audiunt Christi dicentē: Beati pauperes, &c. possident & terrenā. Fideli homini totus mūdus diuitiarū est. Planē totus, quia tam prospera quā aduersa opus ipsius æquē omnia seruiunt ei & cooperan-

tur in bonū. Sapient. 17. Omnia transfigurata omniū nutrice gratiæ tuæ deseruiēbāt. ¶ Item uirtus uel gratia pretium est regni cælestis. Rom. 5. Gratia Dei uita aterna. Macrobius: Quanquam sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorū amplissimum uirtutis est præmium: tamen illa diuina uirtus stabiliora quædam præmiorum genera desiderat. Virtus est pretium quodammodo ipsius Dei. Augu. in lib. de ciuitate Dei: Præmium uirtutis erit ipse qui uirtutem dedit.

De commendatione Virtutis, autoritate Saluatoris.

CAP. XII.

Quintō cōmendabilis est uirtus autoritate Saluatoris, qui uirtutē monet quærere, cum bona terrena cōsulat relinquere. Matth. 6. Primū quærite regnū Dei, & iustitiam eius, &c. Mat. 19. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, &c. Aug. Cum ea quæ Deus laudat & promittit ab illo petitis, securē petite. Illa enim Deo propitio conceduntur. Quando autem petis temporalia, cum modo petite, & cum timore illi committite, ut si profint, det: si scit obesse, non det. Quid enim obit uel proffit, medicus nouit, non ægrotus. Amatores uirtutis Christus beatos prædicat, cum contēptores temporalium beatos dicat, Matth. 5. Beati pauperes Spiritu, &c. Et in eodē, Beati qui esuriunt & sitiūt

c iust

iusitiam, quoniã ipsi saturabuntur. ¶ Cum Christus pauperrimus esse uoluerit, quantum ad bona tēporalia, tamē quantum ad uirtutes ditissimus uoluit esse, unde Ioãnes refert se uidisse eū plenum gratiæ. Ioan. 1. Et in eodem: De plenitudine eius nos omnes accepimus. Præmiserat Deus diuersos sanctos in mundum, ad diuersas uirtutes ostendendas: tandē uenit ipse in propria personā eas docere, & per experientiam addiscere. Greg. in Moral. Ad ostendendam innocentiam uenit Abel. Ad docendam munditiā uenit Enoch. Ad insinuandam longanimitatē spei & operis uenit Noë. Ad manifestandā obedientiā uenit Abraham. Ad demonstrandam coniugalis uitæ castimoniam uenit Isaac. Ad insinuandā laboris tollerantiā uenit Iacob. Ad rependendā pro malo bonæ retributionis gratiam uenit Ioseph. Ad ostendendā mansuetudinē uenit Moyses. Ad insinuandam cōtra aduersā fiduciā uenit Iosue. Ad ostendendam inter flagella patientiam uenit Iob. Magister uirtutū mansuetudinis & humilitatis scribit Saluator. Mat. 11. Discite à me, inquit, quia mitis sum, & humilis corde. Et eiusdē 10. docet prudentiā: Estote, inquit, prudentes, Et Lucæ 21. sobrietatem: Attēdite uobis ne fortē grauentur corda uestra in crapula & ebrietate. Io. 13. charitatē & humilitatē, in ablutione pedū. Eius-

dē 15. charitatē. Cæteras uirtutes similiter docet, sicut patebit, cum de singulis uirtutibus tractabitur. Addiscere etiam eos uoluit per experientiam. Vnde Lucas ostendit eum profecisse sapientia, & ætate, & gratia apud Deū & homines. Luc. 2. Et ad Hebr. 5. Cum esset filius Dei, ex his quæ passus est, didicit obedientiā. Non parū efficax est exemplū uirtutū Christi. Aug. Exemplo uirtutum Christi nostra uitia curantur, ut id quod ostēdit esse faciendū, non solum sine murmure, sed etiam cum delectatione faciamus.

De commendatione Virtutis à multiplici suo effectu.

CAP. XIII.

SEXTO commendabilis est uirtus à multiplici suo effectu. Vnus effectus eius est, quod à malis defendit. Vnde quidā dixit, Virtutē dici eō quod in tueatur possessore suū. Ideo Dominus exponere noluit post passionē suam discipulos periculis, antequā uirtute muniti essent. Luc. 24. Sedete in ciuitate, quousque induamini uirtute ex alto. Sen. Nullus cōtra fortunam inexpugnabilis murus est: intus instruamur: si pars illa tuta est, pulsari homo potest, capiti non potest. Tull. Mors terribilis est his, quibus cū uitā omnia extinguuntur. Sapientis animus uirtutibus omnibus & manibus septus est. ¶ Itē uirtus etiā bonā tēporalia discretē disponit. Vnde Aug. Deus ostēdit in opulentissimo & præclaro imperio Romanorum

manorū quantū ualere ciuiles etiam sine uera religione uirtutes, ut intelligeretur hac addita homines fieri ciues alterius ciuitatis, cuius rex ueritas, cuius lex charitas, cuius modus æternitas. Vnicū uitii, ut superbia, uel ira, uel odium, occasio est quandoque destructionis unius regni: E contrario uirtus una, occasio est conseruationis. ¶ Item uirtus felicē commutationē facit in anima. Stabulum enim cōuertit in templum, desertū in cælum, habitationem dæmonū in Dei habitaculū. Esa. 35. In cubilibus in quibus prius habitabant dracones, orietur uiror calami & iunci, & erit semita, & uia sancta uocabitur. Hoc fit, cū anima uirtutibus ornatur in amœnum Dei habitaculum, quæ prius erat habitaculum dæmonum. Conscientia peccatoris bestialiter uiuentis, quasi stabulum est. Bern. Puto iumenta dicerēt, si loqui fas esset: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est. Aug. Domine, merito dedignaris inhabitare corda infidelium, fornacē corruptionis, domos luteas, cloacam immun-ditiæ. Conscientia etiā peccatoris quasi desertū est. Ioel. 2. Quasi hortus uoluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti. ¶ Item uirtus siue gratia animā abominabilē peccato adeo decorat efficit, quod eius decorem rex gloriæ cōcupiscit. Psal. Corrupti sunt, & abominab. &c. Item concupiscit rex decorem tuum.

¶ Gratia de deformitatē diabolicam expellit, & decorem diuinū introducit. Decorem animæ habentis gratiā, Sol & Luna mirantur: quia decor illorum decore illius inicitur. Vt illis qui de hoc decore non curant, cum tamē in omnibus suis decorem querant. Augustin. Cum iniquis omnia sunt pulchra, & ipsi sunt turpes. Diogenes, cum illi domum suam homo turpis formæ ostenderet, omnibus in ea locis lapidibus & auro nitentibus, in facie domini expuit, dixitque, aliud uilius in domo illa non respexisse. Simile huic accidit in peccatore decorem propriū negligente, & in aliis pulchritudinem exquirere. Itē uirtus uel gratia lux est, eum in quo est non sine periculo se errare. 1. Io. 2. Vnctio eius docet uos de omnibus. Sine hac luce homo in periculo est in mundo isto. Esa. 9. Habitābus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Sine hac luce non habet homo uerā lætitiā. Tobia 5. Quale gaudiū mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non uideo? ¶ Item uirtus hominem pretiosum facit. Prouerb. 16. Pretiosus spiritus uir eruditus. Sicut prudentia hominem reddit pretiosum, sic & temperantia. Eccle. 26. Omnis ponderatio non est digna continentis animæ. Idē intelligendū est de cæteris uirtutibus. ¶ Vnde uirtus similis est uirtuti quæ dicitur esse in lapidibus pretiosis, quæ unū modicū lapidem

dem præualere facit multis magnis lapidibus communibus. Sic unus homo uirtutē habens uideatur præualere multis hominibus uirtutē non habentibus. Eccl. 16. Melior est unus timens Deum, quam mille filii impij. Ex hoc perpendi potest fatuitas hominum qui tantū desiderāt meliorationem rerū suarū, de sui melioratione non curantes, nolentes laborare ut uirtutes habeant, quæ adeo meliorarēt eos. Ad ostendam pretiositatē hominū in quibus uirtus est, designati sunt uirī uirtutis, scilicet duodecim patriarchæ, uel duodecim apostoli, in duodecim lapidibus pretiosis, qui fuerunt in rationali. Exod. 28. Et in duodecim lapidibus pretiosis, qui erūt in fundamento spiritalis Hierusalem. Apoc. 21. ¶ Item uirtus mira efficit. De mirabilibus eius effectibus patebit, cum de singulis uirtutibus agetur. Sed quantum ad præsens, ipsa operatur mira in cælo, in mundo, in inferno, & in corde humano. In cælo, quia regno cælōrū uim facit, dum illis, qui per peccatū illud sibi clauserant, illud aperit. In mūdo, quia hominē ne in mari huius mundi mergatur, custodit. Genes. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas. Esa. 43. Cū trāseris per aquas, tecū ero, & flumina non obruent te. Ab igne etiam tribulationis defendit. Esa. 44. Cū ambulaueris in igne, non comburēris. Ipsa est ros, eos qui fide

habēt Trinitatis, in fornace Babylonica custodiēs. Daniel. 3. In inferno; quia ignē infernalem, quantū ad illū in quo est, extinguit, ut nihil possit ignis ille in eum, in quo gratia uel uirtus est. In corde uerō humano; quia plus potest una gutta gratiæ ad extinguendum ibi ignē concupiscentiæ, quam totus mūdus. Plus etiā ualet ad repletionem cordibus humanis, quam omnes diuitiæ mūdi. Vna gutta gratiæ Pharaonem infernalem cum exercitu uitiōrū submergit in amaritudine cōtritiōnis, quasi in mari rubro. Hæc sola cor humanum replere potest. Act. 2. Repleti sunt omnes Spiritus sancto. Ioan. 3. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternū. Sine gratia anima est, sicut terra sine aqua, quæ in puluere euanescit. Psal. 1. Non sic impij, nō sic, &c. Anima sine gratia, est quasi terra maledicta, spinas & tribulos, germinans. Gen. 3. Homo absq; gratia est uelut inermis in medio inimicorū suorū positus, qui undique sagittatur: nocēt enim ei & prospera & aduersa. Thren. 3. Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signū ad sagittā. ¶ Item gratia uel uirtus uita spiritalis est, Homo sine gratia est uelut mortuus. Eccl. 9. Melior est canis uiuus leone mortuo. Gloss. Canis uiuus, pauper iustus, leo mortuus, potens iniustus. Homo sine gratia quasi nihil reputatur. Esa. 40. Omnes gētes quasi non sint,

sint, sic sunt corā eo. Gentes sunt gentiliter uiuentes. Psal. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, &c. Esa. 41. Omnes gētes quæ pugnant aduersum te, erunt quasi non sint. Esse laudabile, & quod alicuius ualoris est, esse gratiæ est. 1. Corinth. 11. Gratia Dei sum id quod sum. Ipsa potētia recipiendi gratiā uidetur præualere toti mundo, cuius signū est, quod damnatis potius uideretur expedire esse in statu in quo gratiā possent recipere, quam totū mundū habere. Homo sine gratia uel uirtute est uelut arbor arida incendio infernali apta. Lucæ 23. Si in uiridi ligno hoc faciūt, in arido quid fiet? Eccl. 6. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ uelut taurus: ne fortē elidatur uirtus tua per stultitiā. Et subditur: Et relinquareis uelut lignum aridū in eremo. Figura hominis absque gratia, est ficus maledicta à Domino, & arefacta. Matth. 21. Vita gratiæ multum est amanda. Cū enim triplex sit uita: naturæ scilicet, gratiæ, & gloriæ: uita naturæ ualorē suū, habet ex uita gratiæ. Sen. Non uiuere bonum est, sed bene uiuere. Vita naturæ uiuunt & demones & animæ damnatæ, quibus bonū esset nō esse. Vita uerō gloriæ acquiritur per uitam gratiæ. Filius Dei uitam gratiæ morte sua uoluit restaurare, & ad suscitandam eam pabulo doctrinæ uel exēplo ferē trigintatribus annis uoluit in

miseria huius mundi manere. ¶ Item uirtus uel gratia hominem super se leuat. Thren. 3. Leuauit se super se. Sen. O quam contempta res est homo, nisi supra humana surrexerit. Item, uirtus nō solum gratia est Deo, imō est ipsa gratia: hominem faciens gratum Deo & opera eius. Sine ea nullus Deo gratus est: cum ea nullus potest esse, quin sit Deo gratus. Vnica gutta gratiæ si in diabolo esset, ipsum Deo gratū faceret. Omnes in quibus gratia non est, filii sunt iræ. Gratius est unicum opus ex gratia factum, q̄ infinita absque gratia. Ex hoc perpēdi potest fatuitas eorū quibus gratia grata non est, qui uel mala sua, uel bona contēptibilia ei præponūt. Sen. Adeo gratiosa est uirtus, ut in situ sit malis probare meliora. Sen. in epistolis: Errare mihi uisus est qui dixit: Gratius est pulchro ueniens ex corpore uirtus. Nō enim ullo homine nescio eget: ipsa magnū sui decus est, & corpus suū cōsecrat.

SECVNDAE partis principalis, de tribus uirtutibus theologis, Tractatus I. unicum cōtinet capitulū, in quo succincte de numero & ordine earū in communi agitur.



ICTVM est de uirtute in communem nunc dicendum est de speciebus uirtutū. Et

primò de Theologicis, scilicet Fide, Spe, & Charitate. De quibus 1. Corin. 13. Nunc manent fides, spes, charitas. His scientia & prophetia militant: ut dicit ibi glossa. Aug. in libro de Trinitate dicit, quòd propter ista tria in animo edificanda omnium diuinorum librorum machinamenta consurgunt. Ideo uerò prius dicitur de theologicis, quàm de cæteris: quia theologicæ ordinant animam ad finem supremum: cæteræ uerò circa ea quæ sunt ad finem illum. In intentione uerò operantis prior est finis his quæ sunt ad finem; Secundum enim naturam finis, sumuntur ea quæ sunt ad finem. Causa finalis causa causarum est. Secundum enim exigentiam finis causa efficiens eligit materiã, & in materia electa intendit acquirere formam competentem fini. Verbi gratia: Qui uult facere instrumentum ad secandum, eligit materiam duram. Si enim esset mollis, potius cederet quàm infecaret. In materia uerò dura, acquiritur forma acuta: si enim obtusa esset, non esset penetratiua, neque idonea ad secandum. Sic finis in intentione operantis, prior est his quæ sunt ad finem, tanquam quædam causa motiua ad illa. Et uirtutes Theologicæ quæ ordinant ad finem supremum, priores sunt cæteris uirtutibus quæ disponunt animam ad ea quæ sunt ad finem. ¶ Tres uerò sunt, quia necesse habemus finis bonitatem

cognoscere & desiderare, & aliam quam fiduciam obtinendi habere, ut scilicet agnoscamus quòd debeamus tendere, & uelimus uenire, & speremus posse peruenire. Non enim tentanda sunt quæ omnino effici non possunt, ut ait Sapiens: Fide bonitatem finis agnoscamus, Charitate desideramus, Spe fiduciam obtinendi habemus. Quum tria exigantur ad bene operandum, scire, posse, & uelle: & scire nostrum propter peccata fit diminutum in ui rationabili, & posse in irascibili; & uelle inordinatum in concupiscibili, fides supplementum est cognitionis in rationabili, spes supplementum fortitudinis in irascibili, charitas est ordinatiua uoluntatis in concupiscibili. ¶ Fide cognoscimus supremum finem, siue summum bonum esse bonum se communicans. Ex qua cognitione duæ affectiones oriuntur: scilicet spes, ex eo quòd cognoscitur liberissimum bona sua communicando: & desiderium, ex eo quòd cognoscitur esse bonum, quò nihil melius potest desiderari. Bonum enim est, quòd desideratur ab omnibus, ut ait beatus Dionysius. Etiam secundum Aristot. Omnia bona exoptant. Vita hominis absque lumine fidei uaga est, nesciens quò tendat. Ioan. 12. Qui ambulat in tenebris, nescit quò uadat. Homo absque fide ad molam temporaliu istorum circuit ad modum Sampsonis

exoc

exoculati. Iudic. 16. æterna nec cognoscens, nec cupiens. Psalm. In circuitu inopi ambulat. Item uiam ciuitatis habitaculi non inueniunt. Eccles. 10. Labor stultorum affligit eos qui nesciunt ad urbem pergere. Thren. 4. Errauerunt ceci in plateis. Fide homo in uia dirigitur. Et quia uia ardua est, spe omnipotentis innititur. Et per charitatem suauitate summi boni trahitur. Trahit enim sua quæque uoluptas. Cantico. 8. Quæ est ista quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum Aug. in libro de libero arbit. Tanta est iucunditas diuini aspectus, quod non potest uideri sine amore. ¶ Harum trium uirtutum est mentem uirginem castam exhibere Christo. Virginitas enim mentis (ut ait Aug.) consistit in hoc, quòd fides sit integra, spes solida, & charitas sincera. Et ut ait idem Aug. in libro de Doctrina Christiana: Homo fide, spe, & charitate subnixus, & eas inconcusse retinens, non indiget scripturis, nisi ad alios instruendos. Et solitudine sine codicibus uiuunt. Fides (ut ait August.) nos Deo supponit, spes erigit, charitas unit. Fide agnoscamus nos sub Deo esse, & debitores esse seruituti. Spes nos eleuat ut audeamus aggredi quòd supra uires nostras est. Charitas uero nos facit unum esse cum Deo. Amor enim est uis unitiua, ut dicit Dionysius. Inter uirtutes theologicas

prius de Fide dicitur: quia actus fidei prior est actu spei & charitatis: ut patebit inferius.

SECVNDAE PARTIS PRINCIPALIS DE TRIBUS VIRTUTIBUS THEOLOGICIS TRACTATUS I. DE FIDE.

De ordine dicendorum in hoc tractatu, & de necessitate Fidei. CAP. I.



DE Fide uerò hoc modo dicemus.

¶ Primò ostendemus necessitatē huius uirtutis. Secundò descriptiones eius ponemus. Tertio, de unitate fidei tractauimus. Quarto, cōmédationi ipsius insistemus. Quintò, tāgetur de articulis. Sextò, de erroribus & causis errorū. Septimò, ad diuersitates fidei descendemus. ¶ Circa primū notādū quod cū homo sit ab aliquo, & sub aliquo, & ad aliquid, & supra aliqua, necesse habet cognoscere illū a quo est, ne sit de tanto beneficio ingratus, & per consequens ceteris beneficiis indignus. Ber. Ingratitudo est uetus urens, sicca sibi fontē pietatis, rorē misericordiarum, fluentia gratiarum. Itē, necesse habet cognoscere eum sub quo est, ne sit inutilis seruus, & per consequens irę Domini pœna dignus. Pro. 14. Acceptus est regi minister intelligēs: iracundiã eius inutilis sustinebit. Mat. 25. Seruū inuilem proiicite in tenebras exterioris. ¶ Circa illū uerò sub quo est, necesse habet cognoscere & eius maiestatem, ut sciat eū glorificare. Maiestas est, quod significatur per

c 4

hoc

hoc aduerbiū, Summē: quum dicitur, summē potens, summē sapiens, summē bonus. Et quæ sit eius uoluntas, ut fiat ei ad eius beneplacitū seruire. Et iustitiā, & misericordiā eius in seruos suos, & exhibitā & exhibendā iustitiā in debito modo seruientes. ¶ Item necesse habet cognoscere illud ad quod est. Sine hac cognitione erit in mari huius mundi quasi sopitus gubernator amisso clauo. Prouerb. 23. Et nesciet se dirigere: nescit se regere qui ignorat quò debeat tēdere. In exilio etiā huius mundi quasi in patria appetit manere. Greg. Qui peregrinationem pro patria appetit, inter dolores dolere nescit. Itē in itinere præsentis uitæ & fatigabitur, & quiete finis frustrabitur. August. in libro Confess. Dominē fecisti nos, ad te inquietū est cor nostrū donec requiescat in te. ¶ Necesse etiā habet cognoscere à quo teneat ea supra quæ positus est, ne sit infidelis seruus in his in quibus solum ministeriū habet, sibi usurpās dominū, uel alii quā debeat seruitium reddens, & ita qui pro fidelitate fuerat remunerandus, pro infidelitate sit puniendus. Matth. 25. Euge serue bone & fidelis quia super pauca &c. Et Lucæ 16. Si in alieno fideles nō fuistis, quod uestrū est quis dabit uobis? Alienum est bonum transitorium, nostrum est bonū æternum. Bernard. in quodam sermone de

aduentu: Terrenæ diuitiæ nec uestræ nec nostre sunt. Et paulò post: Denique si uestra sunt hæc, tollite ea uobiscū. Psalm. Homo cum interierit, nō sumet omnia, nec descendet cū eo gloria eius. ¶ Conuenientissimus uerò modus cognoscendi prædicta per fidem est: nec mirandum est si oportet habere cognitionē per fidem de patre inuisibili à quo sumus, quum etiam de parentibus carnalibus aliter cognitio haberi non possit: ut ostendit Gregor. 4. libr. dialog. his uerbis: Audenter dico, quia sine fide neque infidelis uiuit. Si eundem infidelem percontari uolero, quem patrem uel quam matrem habuerit, protinus respondet illum atque illam: quem si statim requiram, utrum nouerit quando conceptus sit, uel uiderit quādo natus fuerit, nil uel uidisse, uel nouisse minime fatebitur: & tamen quod non uidit, credit. Item si de ipso suo inuisibili corpore credunt quod minime uiderunt, cur inuisibilia non credunt, quæ corporaliter uideri non possunt? ¶ Iste modus cognoscendi & Deo est gloriosus, & homini meritorius, & laude dignus, & hunc requirit natura eorum quæ cognoscenda sunt, & etiam natura eorum qui cognituri sunt. ¶ Quòd deo sit gloriosus, ex hoc patet, quòd gloriosum est principi, si simplici uerbo eius credatur absque cautione pignoris, uel iuramenti, uel

ti, uel fidei iussoris. Ignominiosum uerò est ei, si simplici uerbo eius non credatur. Etiam ciuilibet uiro notæ bonitatis & sufficientis facultatis molestum est, si simplici uerbo eius non credatur: quanto magis Regi gloriæ, qui nec falli, nec fallere potest, displicet, si non credatur uerbis eius sine cautione rationum quam quærūt gentiles, uel cautione signorum quam quærunt Iudæi. Corinth. 1. Iudæi signa petunt, Græci sapientiam quærunt. ¶ Quantum Deus offendatur per hoc, ostēdit Matth. 12. & 16. Generatio mala & adultera signum quærunt. Eiusdem 17. O generatio incredula & peruersa usquequo patiar uos? Hippocrates & Pythagoras indixerunt hanc legem discipulis suis, ut non essent ausi in sententis suis interrogare, propter quid: sed esset eis pro ratione dicentis autoritas: quanto magis autoritas diuina pro ratione habenda est? Meritorius etiam est homini hic modus cognoscendi. Cū enim homo assentit Deo in his quæ non sunt sensui manifesta, nec per se nota intellectui, nec uolentia necessariæ probationis offensa, libera est assensio illa, & ideo meritoria: assensio uerò qua homo assentit uel manifestis sensui, uel per se notis intellectui, uel necessario probatis, meritum non habet, quia quasi coacta est. Vnde glo. super illud Hebræorū 10.

Habentes fiduciam in introitu sanctorum, in sanguine Christi, &c. Fides non habet meritum ubi humana ratio, id est, humanus sensus præbet experimentum. Quæ gratia est creditori, si sub bona cautione credat uerba alicuius? ¶ Item hic modus cognoscendi laude dignus est. Non est uirtuosum uidere lucidum, sic nec credere quod manifestè probabile est. Sed uirtuosum & laude dignum est credere Deo in his quæ sensus uel ratio uidetur dissuadere. Sicut fecit Abraham, de quo legitur Romano. 4. quòd contra spem in spem credidit. Glossa: Prior spes secundum naturam fuit, dum iuuenis ex iuencula secundum naturam sperauit sobolem, nec tamen habuit: modò contrarium illi spei sperauit, scilicet ut uetulus ex uetula sterili generaret. De eodem habes Genesis decimo quinto. dicit Dominus Abraham: Qui egrediatur de utero tuo, habebis eum hæredem. Et ibidem: Suspice cælum, & numera stellas, si potes; sic erit semen tuum. Impossibilia poterant hæc uideri, quum Dominus concludisset Saram. Gene. 16. Et quum ipsa consensisset, & Abraham uertulus esset. Eiusdem 18. Et tamen credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Eiusdem 15. Similiter beata Virgo beatificatur Lucæ primo, quæ credidit angelo in illa sublimi promissione: Beata, c s inquit,

inquit, quæ credidisti &c. Econtrario uero Moyses & Aaron puniuntur de incredulitate. Numeri 20. Quia non credidistis mihi ut sanctificaretis me coram filiis Israël, non introducetis hos populos in terram quam daturus sum eis. Et Zacharias similiter punitur. Lucæ 1. Ecce, inquit angelus, eris tacens, & non poteris loqui usque in diem, quo hæc fiat, pro eo quod non credidisti uerbis meis. Ecclesia. 16. In gente incredibili exardescit ira. Et Apocaly. 21. Timidis & incredulis pars illorum erit in stagno igne ardenti, & sulphure, quod est secunda mors. Natura eorum quæ cognoscenda sunt, requirit hunc modum cognitionis, cum quædam eorum sunt præterita, quædam futura. Et cum quædam sint in cælo, quædam in inferno. Quomodo enim de his omnibus cognitio haberi poterit, nisi per fidem? Præterea Deus, de quo hæc cognitio principaliter est, lucem habitat inaccessibilem, quam nullus hominum uidit, nec uidere potest. 1. Timoth. 6. Exod. 33. Non uidebit me homo, & uiuet. Esaiæ 45. Verè tu es Deus absconditus. Io. 1. Deum nemo uidit unquam, nisi unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Et Matthæi undecimo: Nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui filius uoluerit reuelare. ¶ Credendum est ergo de Deo filio enarrati, & his quibus filius enar-

rauit, quum à nobis in præsentia uideri non possit. Et secundum uerbum Hilarii, soli Deo de se credendum est, qui se solus nouit. Bene credit Deo, qui credit sanctis, in quibus Deus loquitur. Nec mirandum est si necesse habemus credere Deo de se, quum homini de interioribus suis necesse habeamus credere. 1. Corint. 2. Quis scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quæ Dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus Dei. Et subditur: Nos autem non spiritum mundi hominis accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. Glos. Amb. Manifestum est cogitationes à nullo sciri, nisi ab animo nostro. Non timeas uiris sanctis credere assensum tuum, cum Dominus eis crediderit sensum suum. 1. ad Corinthios 2. Nos autem sensum Christi habemus. Gregorius etiã in quarto libro dialogorum dicit: Quisquis incredulitate inuisibilem solidum non est, debet proculdubio maiorum dictis fidem præbere, eisque per spiritum sanctum inuisibilem experimentum habentibus credere. Nam stultus est puer, si matrem ideo existimat de luce mentiri, quia ipse nihil aliud quam tenebras carceris nouit. Loquitur Gregorius de puero nato, & nutrito in carcere, cui mater quæ grauida de eo posita fuit in carcere, de luce solis, quam ipsa quandoque nouit, loquitur.

Natura

¶ Natura etiam eorum qui cognoscuntur sunt, hunc modum cognitionis requirit. Cognitio enim ista pertinet ad communitatem hominum, imo ad uersitatem. Est enim cognitio necessitatis, sine qua non est falsus. Hebræ. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Multi uero sunt qui capaces non sunt rationum, quibus eis persuadere possint ea quæ necesse est cognosci accedentibus ad Deum: unde oportet eos credere his, qui talium sunt capaces. Bruta animalia non sunt Dei perceptibilia: sic nec homines animales capaces sunt eorum quæ Dei sunt, nisi credendo uiris spiritualibus. 1. Corinth. 2. Animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt, ubi ostendit glossa. August. quod animalis est quis, uel in uita, uel in sensu. Vita animalis est quam intra naturalis ordinis metas spiritus rector non cõtinet, eod quod ipse Deo regenerandum se non subiicit. Animi uero sensu quis animalis est: quia de Deo iuxta corporum fantasiam, uel legis literam, uel modum cognoscendi supplet defectus aliarum cognitionum. Si alicui datur uisus, necesse habet credere alii de uia & de aliis quæ ad uisum pertinent. Si est intellectus parui & rudis, necesse habet credere his qui habent magnum intellectum & exercitatum. Di-

scientem enim oportet credere. Ergo quum prædicta sensui non subiaceant, & intellectus humanus, secundum uerbum Philosophi, se habeat ad diuinam essentiam, sicut uisus noctuæ ad solem, necesse est per fidem talia cognosci. Præterea cum Deus altissimus sit, non est possibile reperire scalam sufficientis rationis, quæ quilibet ad eum attingat. Non attingit nanus quocunque attingit gigas: nec attingit qui est parui intellectus, ad comprehendendum per rationes omnia, ad quæ attingit qui est magni intellectus. ¶ Item qui non appropinquat rei subtili, non potest eam uidere: licet ille qui propinquus est, eam uideat. Sic homines qui in sensibilibus commorantur non appropinquantes studio uel exercitatione ad ea quæ sunt inuisibilia, non possunt ea agnoscere quæ agnoscunt qui studio & exercitatione appropinquant. Philosoph. Imperiti uelut longè distantes speculantur. ¶ Item intellectus grossus subtilia uidere non potest. Qui habet turbidum oculum, non uidet pilum, quem uidet qui habet clarum: non uidet uisus humanus, quicquid uidet aquilinus. Non potest ergo communitas hominum cognoscere quæ necesse est cognosci accedentibus ad Deum, nisi per fidem. Fides est, quia intellectus humanus Deo subditus est, qui indubitanter subiectione ei debet, sicut & affectus

affectus cum ab eo similiter sit. Nulla enim ratio est quare potius intellectus ab hac subiectione sit exemptus, quam affectus. Et cum duæ sint partes legis Dei, scilicet testimonia & mandata: intellectus credit testimonia, sicut affectus implet mandata. Item quum intellectus induendus est gloria sicut & affectus, & gloria ipsius intellectus principalis uideatur esse secundum id quod dicit glossa super illud Psal. Ostendat illi salutem meam: id est; Christum in maiestate. hæc uisio est tota merces. Intellectus hic gratia fidei induendus. Quomodo enim fieret in futuro a Deo gloriosus, nisi in presenti Deo esset gratus, uel gratiofus?

De descriptionibus Fidei.

C A P. I I.

Ostenfa necessitate fidei ponenda sunt descriptiones eius. Prius tamen notanda sunt diuersæ acceptiones huius nominis fides, ut appareat quomodo hic fidem accipiamus. Fides quam dicitur sponso. 1. Tim. 5. Quia primam fidem irrita fecerunt. Quandoque fidelitas. Pro- uerbiorum uigesimo: Virum fidelem quis inueniet? Quandoque conscientia. Rom. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est. Quandoque creditum, uel collectio creditorum. Vnde Athanasius: Hæc est fides catholica. Quam doque sacramenti fidei. Augustinus ad Bonifacium: Quid est paruulos habere fidem, nisi fidei sa-

cramentum? Quandoque fides in formis. 1. Corin. 13. Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam &c. Quandoque fides uia, sic sumitur hic, & secundum hoc sic describitur Hebr. 11. Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium.

¶ Fides substantia est. Substantia stat sub accidentibus ea supportans & sustinens, & non eget alio subiecto. Sic fides in edificio spiritali substat totum edificium supportans & sustinens, non eget uirtute aliqua quæ eam præcedat. Ipsa est firma petra supra quam, sapiens edificat domum suam, Matt. 7. & eiusdem 16. Super hæc petram edificabo Ecclesiam meam. Petram uocat firmitatem fidei in Petro. Hoc fundamentum non timet nec pluuia, nec flumina, nec uentos. Nec mirum. Innixum enim est primæ ueritati. Fides enim innititur primæ ueritati. Matt. 7. Descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & non cecidit, fundata enim erat supra firmam petram. Pluuia quæ defursum uenit, est impugnatio aëreæ potestatis. Flumina quæ de montibus descendunt, sunt persecutiones potentium. Uenti dicuntur omnium tentationum genera. De hoc fundamento legitur 1. Corin. 3. Ut sapiens architectus fundamentum posuit. Glo. id est, fidem Christi. Et paulo post: Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, Iesus Christus, id est, fides Christi. Apocaly. 21. Fund

21. Fundamentum primum iaspis. Iaspis uiridis est coloris, & fugat fantasmatum, & fidem significat, quæ uiriditate æternorum oculos cordis deleat, & uanitatem huius mundi, quæ quasi fantasma est, fugat, dum fugiendam esse indicat. Augustinus, O munde imunde quid strepis? quid avertere conaris: tenere uis fugiens, quid faceres, si maneres? Absque fundamento fidei uanum est edificium spirituale: id est, uadens in nihilum, Sapien. 13. Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. Scientia Dei seu cognitio fides est. Sine hoc fundamento est edificium spirituale quasi supra arenam, quod necesse habet corrui ad descensum pluuia, uel impetum fluminis, uel uenti, Matth. 7. Descendit pluuia, uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit. ¶ In descriptione fidei res sperandæ ponuntur: quia digniores sunt inter ea quæ sunt fidei, & quia sunt finis. Sicut enim fides bonum inchoat, sic adeptio rerum sperandarum consummat. Actus uero sperandi potius nominatur ibi quam diligendi: quia immediatus est ad actum fidei: & quia sic notatur absentia eorum, de quibus est fides, diligere possunt de presentia & absentia, sed non sperantur, nisi absentia uel futura. Fides autem dicitur substantia rerum sperandarum: quia causa est ut res quæ sperantur in futuro, in nobis subsistant. In præsen-

ti etiam quodammodo facit eas in nobis subsistere. Per fidem enim futura bona mentis nostræ quodammodo sunt presentia. Per eam etiam quæ inuisibilia sunt quodammodo uidentur. Propter primum, dicitur substantia rerum sperandarum; propter secundum, dicitur argumentum non apparentium. Glossa, Fides proprie est de his quæ non uidentur. De uisus enim non est fides, sed agnitio. Et subditur: Hæc est laus fidei, si quod creditur, non uidetur. Fides dicitur argumentum non apparentium, quia est inuisibilium certitudo: ut dicit glossa super Galat. 5. Ipsa est probans non probatum: indignatur enim esse conclusio. Tria sunt quæ sequuntur ex hoc argumento, scilicet articulo certitudo, uitæ rectitudo, præmii æterni celsitudo. De primo iam habitum est. De secundo habetur Rom. 1. Iustus autem ex fide uiuit: id est, uitam suam regit & disponit. De tertio, Ioan. 3. Qui credit in filio, habet uitam æternam. Fides nobis primo proponitur. Secundo uitæ rectitudo assumitur, ex quibus uitæ æterna concluditur. Ex certitudine fidei infertur uita æterna, tanquam ex imperfecta argumentatione. Ioan. 6. Qui credit in me, habet uitam æternam. Ex fide uero cum uitæ rectitudine, quasi ex perfecta argumentatione uita æterna infertur. Ex fide cum uitæ prauitate concluditur mors æterna. De qua conclusione Ezech. 7. Fili hominis fac

fac conclusionē: quoniam terra plena est iudicio sanguinū: & ciuitas plena iniquitate. Iacob. 2. Quid proderit fratres mei si fidem se dicat quis habere? opera autem nō habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Secundum Chryso. Fides maiorum est argumentum fidei minorum. Confirmatur enim fides in minoribus per hoc quod tot & tam sancti homines eam tenuerunt. ¶ Et notādū, quod ad uiam fidem duo pertinent, scilicet primā ueritatem cognoscere, & in ea tantam summam bonum uel beatitudinem tendere. Quātū ad primum, dicitur fides argumentum non apparentium. Quātū ad secundū, dicitur substantia rerum sperandarum. Item fides sic describitur ab August. in libr. de prædestin. sanc. Fides est cogitare cū assensione ea quæ ad Christianam pertinet religionē. Et Isidorus: Fides est qua ueraciter credimus. Chryso. dicit quod fides est sanctissimæ religionis fundamentum. Religio (ut ait Isidorus) est appellata, quod per eam uni Deo religamus animas nostras ad cultū diuinum seruendū uinculo. Magistraliter etiā sic describitur: Fides est uirtus, qua ea quæ ad fundamentū religionis pertinent, rectē firmiterque creduntur. Bernard. in lib. de Cōsideratione: Fides est uoluntaria quædam & certa prælibatio necdū propalata ueritatis. ¶ Et notandū quod quatuor uidentur

facere ad hoc quod fides uiua, scilicet sit cognitio, uirtus sit. Primū est, quod actus ipsius multum habet à uoluntate. Sicut enim ille qui multū amat aliquem, uoluntarius est ad credēdum bonā de eo, mala uerō de eo credere nō uult. Sic ille in quo est amor Dei intensus, uoluntarius est ad credendum de Deo omnia, quorū credulitatem credit esse placitā Deo: unde sine ratione sufficienti assentit talibus. 1. Corint. 13. dicitur, quod charitas omnia credit. ¶ Secundum est, quia consentit his, in quæ difficile est consentire. Unde sicut diligere inimicum, uirtutis est, cum ad dilectionem illam meritum eius qui diligitur non iuuat, sed potius repugnet: sic cōsentire Deo in his quæ contra rationem uidentur esse, uirtutis est. ¶ Tertium est, quod fides uiua radius uiuus est procedens à fonte uitæ, à sole sci licet intelligentiæ. De quo Sap. 5. Sol intelligentiæ non est ortus nobis. Fides mortua est sicut lumen solis, quod est in locis obratis, non habens calorem. Fides uerō uiua non solum lucet, sed etiam calefacit: nec solum lumen est ostendendum, sed etiam uita mouens: scilicet ad faciendum bonum, & declinandū à malo. Cui uidetur concordare quod dicit Aristotel. de Diuina scientia, quod plus est uirtus, quàm ars. ¶ Quartum est, quod mira operatur, ut infra patebit. Marci ultimo: Signa autem eos qui

qui crediderint, hæc sequentur. Sicut impetuositas fluminis tunc primo apparet quum fluuius inuenit obstaculum: sic fidei impetuositas, cum aliquid impugnās habuerit. ¶ Item fides sic potest describi: Fides est digna Deo credulitas. Credulitas digna Deo est credere ei propter se, & super omnia. Unde super illud 2. Corinthiorum 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, dicit gloss. quod cogitare est initium fidei: assentire autem summæ ueritati propter se & sup omnia, est eius cōplementū. Et notandum, quod licet fides uiua non assentiat primæ ueritati principaliter ppter rationes, tamē rationes possunt esse introductiua ad eam. Sed postquam ipsa introducta fuerit, dicit sicut dixerunt Samaritanæ mulieri Samaritanæ: Iam nō propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiuius & scimus, quia hic est saluator mundi. Ioan. 4. Augustinus in libr. de Correctione & gratia: Aliud est adiutorium sine quo aliquid nō fit, & quo aliquid fit: nam sine alimētis non possumus uiuere: nō tamen afferunt alicui alimenta: quod uiuat qui mori uoluerit, quasi causa sine qua non sit, uel ratio non sit. Fides uiua in anima est, uel speculum creaturarum, uel miracula, uel rationes, uel doctrina: sed lux infusa desuper principalis causa est, quod intellectus consentiat firmē in

ea quæ sunt fidei. Unde Augustinus dicit, quod fides est illuminatio mentis ad summam ueritatem. Et super illud Marc. 9. Crede Domine, adiuua meam incredulitatem. dicit gloss. Credulitas nostra infirma est, nisi sit innixa adiutorio Dei.

Quod una sit uera fides. Et quod illa sit Christiana, multis argumētis ostēditur. C A P. I I I.

Sequitur de unitate fidei, de qua legitur Epheseos quarto: Unus dominus, una fides. Quinque uerō uidētur facere ad unitatem fidei. Primō hoc, quod illud de quo principaliter est fides, unum est. Unde super illud, Una fides, dicit gloss. Vnum & idem est quod creditur ad cunctis fidelibus. Unde fides catholica dicitur: id est, uniuersalis. Deus de quo fides est, principaliter unus est, & non mutatur. Exod. decimo: Audi Israël, Deus tuus unus est. Psalm. Non erit in te Deus recens. Iaco. 2. Apud quem non est transmutatio. Hieronymus: Nec fides mutatur. Tob. 2. Vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab illo. Secundō hoc, quod fides est lumen infusum desuper, & non est à probabilitate rerum quæ creduntur: ideo non diuersificatur secundum diuersitatem rerum creditarū. Ipsa est lucerna quam Dei sapientia accendit ad recuperandam drachmam perditam. Luc. 15. gloss. Drachma est nūmus certe

cetæ quantitatis habens imaginem regis. Drachma perditæ est homo qui ad imaginem Dei creatus, in peccatū lapsus est. Ad eandem lucernam possunt diuersa uideri, & una fide diuersa credi. ¶ Tertiū hoc, quod una est ratio credēdi in omnibus articulis, scilicet prima ueritas, cui fides una semper principaliter ionitur. Credulitas, quæ per rationes est, secundum diuersitates rationum debet diuersificari: sed non sic est in fide. ¶ Quarto hoc, quod natura hominum una & eadem est apud omnes: ergo & naturalia hominum eadem debent esse apud omnes: sed intellectus debet Deo de iure naturali obsequium fidei: ergo fides una & eadem debet esse apud omnes: unica ergo est uera fides. ¶ Quinto hoc, quod affectiones quas affectus hominis debet Deo, eadem sunt apud omnes: ergo & eadem ratione quod debet intellectus Deo, idem erit apud omnes. Præterea affectionum causa sunt apprehensiones præambulæ: ut timoris causa est apprehensio diuinæ potentiae uel iustitiæ: spei causa est apprehensio diuinæ liberalitatis, uel misericordiae: amoris causa est apprehensio diuinæ bonitatis: ergo quum affectiones istæ eadem sint apud omnes, & apprehensiones quæ sunt causa illarum, eadem erunt apud omnes. Apprehensiones uero de Deo in præsentia oportet esse fidei, propter par-

uitatem intellectus hominum, sicut prius ostensum est: ergo uera fides una & eadem est apud omnes. Præterea aut aliquod obsequium debet Deo intellectus humanus, quod sine eius iniuria non possit non soluere, aut nullum. Si dicatur quod nullum, ostenditur hoc esse falsum, per hoc quod simili ratione nec affectus: aliquod obsequium deberet Deo, nec etiam corpus: ergo Deus non esset Dominus uerus, quum nullum seruitium deberetur ei. Præterea conqueritur Dominus de subtractione seruitii affectus. Malac. 1. Si pater ego sum, ubi est honor meus? & si Dominus ego sum; ubi est timor meus? Præterea certum est cuiuslibet habenti rationem bene dispositam, quod sine Dei iniuria non potest dici Deum non esse adorandum, uel uenerandum, uel timendum, uel amandum, Præterea omnis secta igne & ferro persequitur sentientes contraria fidei suæ, etiam potius, quam fures uel raptores. Philosophus etiam dicit, eos qui dicunt deos non esse adorandos, pœna indigere. Relinquitur ergo, quod aliquod certum seruitium intellectus debetur Deo, quod specialiter consistit in credendo illi. Aliud enim obsequium secundum intellectum, non uidetur ei posse soluere uniuersitas hominum. Cogitare solum siue bonum, siue malum, non uidetur meritorium esse

esse uel demeritorium: alioqui Deus qui omnia mala uidet, peccatus esset: ergo assensus uel dissensus cogitationi adueniens, meritum uel demeritum facit. Assensus possibilis uniuersitati hominum circa illa quæ de Deo sunt fidei est: ea autem quæ homo tenetur credere de Deo, non sunt infinita: sunt ergo aliqua certa quilibet adultus, nisi sit mente alienatus, tenetur credere de Deo. Vnde Hebræorum 11. Credere oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Vbi dicit gloss. Sine hac fide nemo unquam saluari potuit. Si quis tamen obiciat, quod non est necesse eadem credi de Deo ab omnibus propter paruitatem intellectus quorundam, uel propter defectum doctrinæ uel gratiæ, sed sufficit quædam de Deo credi ab uno, & alia ab alio. Ad hoc dicendum est, quod nullus est adultus, nisi sit mente alienatus: cuius intellectus capax esse non possit eius quod est Deum esse timendum, honorandum, amandum, & in eo esse sperandum: & nunquam fuit mundus qui non habuerit doctrinam sufficientem ad huiusmodi credenda. Vnde Gregorius loquens de parabola illa quæ est de operariis in uineam missis, Matth. 20. dicit, Paterfamilias conditor noster est, qui habet uineam uersalem ecclesiæ, quæ ab Abel usque ad ultimum electum qui

in fine nasciturus est, quot sanctos protulit, tot palmites misit. Hic pater exiit ad excolendam uineam mane hora tertia, sexta, nona, undecima, operarios conduxit: quia à mundi huius initio usque ad finem ad erudiendam fidelium plebem, prædicatores mittere non desistit. Gratia etiam non desit alicui adultus sanæ mentis ad prædicta, nisi culpa eius impediatur. Si quis tamen esset in loco ubi doctrinam circa talia non posset habere, uerisimile est nisi culpa sua hoc impediret, occultam inspirationem ei uicem doctrinæ supplere, uel per creaturam pulchritudinem de conditore & rectore uniuersitatis admoneri. Est igitur una fides uera omnium uerè fidelium, licet inter eos alii qui plura, alii qui pauciora de Deo explicitè credant. Omnes tamen parati debent esse credere Deo in omnibus, quæ uel per se, uel per uiros fide dignos eos docere uellet. Debent etiam omnes credere omnia illa esse uera, quæ prophætæ & alii homines spiritu Dei docti crediderunt, & docuerunt. Omnes autem sectæ quantum ad ea in quibus non conueniunt cum illa & uera unica fide, errores sunt.

Argumenta quibus fides Christiana unica & uera ostenditur.

Illa uero uera & unica fides, fides Christiana est: sicut multipliciter potest ostendi. Et primo

mo miraculorum confirmatio-
ne. Nulla enim alia secta habet
miracula ad sui confirmationē.
Miracula huius fidei ab Abel fi-
lio Adam facta leguntur. De quo
legitur Gene. 4. Respexit Deus
ad Abel & ad munera eius. Quo
modo respexit, alia translatio
determinat, quæ sic habet, Infrā-
mauit Deus super Abel & super
munera eius. Ignis enim de cæ-
lo oblationem eius incendit: ut
legitur factum Eliæ in Carme-
lo. 3. Regū 17. & in Leuiti. 9. sub
Moysē. Deinde subsecuta sunt
miracula sub Noë, & sub Abra-
ham, & sub aliis usq; ad legem
Moysi: & in gentē Hebræo-
rum multiplicata sunt, & ab exi-
tu Aegypti usque ad ingressum
terræ promissionis consolata
sunt gentē illam, & donec gens
illa deseruit hanc fidem, nō de-
feruerunt eam miracula. Tan-
dem cum hac fide in Apostolis
miracula translata sunt ad Ec-
clesiam. ex Iudæis & gentibus
collectam. Miracula uerō qui-
bus hæc fides confirmata est, ta-
lia fuerunt, quod solus Deus ea
facere poterat: sicut fuit statio
Solis & Lunæ ad spatium xij.
horarum ad præceptum Iosue
ministri Dei obediente Domi-
no uoci hominis. Iosue 10. Et re-
gressus solis tempore Ezechia.
Esaie 38. Et obscuratio Solis &
Lunæ in passione Domini fa-
cta, propter quam philosophi
qui Athenis erant, non ualentes
inuenire naturalem causam il-

lius obscurationis, induci sunt
ad hoc, ut dicerent, quod Deus
naturæ patiebatur: & constitue-
runt arā illi Deo ignoto, de qua
Actu. 17. Quis dubitat de hoc,
quod ille solus cursum solis mu-
tare potest, qui instituit? Itē no-
titia linguarum data Apostolis,
& illuminatio subita, quia hi
qui erant idiotæ docti facti sunt
secundum promissionem eis fa-
ctam à Christo. Io. 14. Paracletus
autem Spiritus sanctus quem mi-
tet Pater in nomine meo, ille
uos docebit omnia &c. Luc. 21.
Ego dabo uobis os & sapien-
tiam, cui nō poterunt resistere
& contradicere omnes aduersa-
rii uestri. ¶ Itē roboratio Apo-
stolorum, qui cum adeo debiles
essent, quod Petrus qui maior
uidebatur esse ad uocem unius
ancillæ, dum mori timuit, uitam
negauit, uirtute Spiritus sancti
induti ex alto, adeo fortes facti
sunt, ut nullum timerent. Luc. 11.
Sedete in ciuitate quousq;
induamini uirtute ex alto. Non
timebant eos, qui iam Domini
eorum occiderant. Actu. 4. Non
possumus, inquiunt Petrus & Io-
annes, quæ uidimus & audiui-
mus non loqui. Item subiugatio
mūdi per paucos simplices. Ber-
nard. Licet magna & diuina pla-
nè fuerint miracula quæ Domi-
nus gessit in terris: hoc tamen
super omnia alia enituit, quod
in paucis simplicibus totū mun-
dum & omnem eius altitudinē
sibi subiugauit. Item coniun-

ctio

ctio fidei cum ratione quasi per
totum mundum, quod est unum
trium operum mirabilium Dei,
quæ enumerat Bernard, dicens:
Tria opera, inquit, fecit omni-
potens illa maiestas in assum-
ptione nostræ carnis, ita singu-
lariter mirabilia, & mirabiliter
singularia, ut talia nec facta sint,
nec facienda sint amplius super
terram. Coniuncta sunt quippe
ad inuicem Deus & homo, ma-
ter & uirgo, fides & cor huma-
num. Multi etiam mortui resu-
scitati sunt & à Christo & à fide-
libus in nomine Christi. Quis
autem dubitat quod Deus solus
qui homini uitam dedit, potest
ei eam reddere, postquam eam
amiserit? Ioan. 10. Potestatem ha-
beo ponendi animam meam, &
iterum sumendi eam. Quomo-
do purus homo hoc posset? Po-
sita enim anima iam non esset
homo qui eam posset sumere.
Cum enim anima ponitur, ho-
mo desinit esse. Qui uerò non
est, se rescire nō potest. In no-
mine etiam Christi cæci sunt il-
luminati, leprosi mundati, pa-
ralytici & alii infirmi insana-
biles secundum naturam sana-
ti. Quæ omnia quum Deus qui
solus ea facere potuit, ad con-
firmationem dictæ fidei fecerit,
& certissimum sit Deum nolle
testificari mendacium aliquod,
nec uelle miraculis homines in-
ducere in errorem, nec eos sub-
trahere à cultura sua, & sic di-
minuere gloriam suam: mani-

festum est, ueram fidem esse fi-
dem Christianam, quam Deus
sic confirmare uoluit. Nullus e-
nim intellectus bene dispositus
hoc reciperet, quod prima ue-
ritas posset esse mendax, uel
uellet esse causa erroris sibi cō-
tumeliosi. De hac testificatione
dicitur 1. Ioan. 5. Qui non cre-
dit filio, mendacem facit pa-
trem: quia non credit in testi-
monium quod testificatus est
Deus de filio suo. Item Ioan. 5.
Ego habeo testimonium maius
Ioanne. Opera enim quæ dedit
mihi pater ut perficiam, ea ipsa
opera quæ ego facio testimo-
nium perhibent de me: quia Pa-
ter misit me. Item eiusdem 15.
Si opera non fecissem in eis,
quæ nemo alius fecit, peccatum
non haberent. Et eiusdem 14.
Pater in me manens ipse facit
opera. Non creditis, quia ego
in Patre, & Pater in me est: Alio
quin propter ipsa opera credi-
te. Si quis tamen dicat miracu-
la illa non esse facta ad fidei te-
stificationem: patet hoc falsum
esse per modum quo miracula
facta sunt. Et exempli causa pau-
ca miracula ponamus. Matth. 9.
dicit Christus: Vt sciatis quia
filius hominis habet potesta-
tem in terra dimittendi pecca-
ta: tunc ait paralytico, Surge,
tolle lectum tuum, & uade in
domum tuam, & surrexit &c.
Patet ex ipsa litera miraculum
illud factum esse in testimo-
nium fidei. Et Actuum 3. dixit
d 2 Petrus

Petrus claudo ex utero matris suæ: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Et sequitur; Et protinus consolidatæ sunt bases eius, & plantæ, & exiliens stetit & ambulabat. Et de Dionysio Areopagita legitur, quod cum disceptaret cum Paulo, fortè pertransiit cæcus per uiam coram eis, & statim ait Dionysius Paulo: Si dixeritis huic cæco: In nomine Dei tui uide, & uiderit; ego credam statim. Sed ne utaris uerbis magicis: quia fortè nosti uerba quæ habent huiusmodi efficaciam, ego præscribam tibi formam uerborum. Hanc, inquit, formam uerborum dices ei: In nomine Iesu Christi nati de Virgine, crucifixi, mortui, qui resurrexerit, & ascendit in cælum, uide. Et ut omnis tolleretur suspicio, præcepit Paulus Dionysio, ut ipse eadem uerba proferret. Et in ea uerborum forma dixit Dionysius cæco ut uideret: & statim uidit, & confessus est Dionysius se credere. De probatione per miracula, dicit Petrus Actuum 2. Iesum Nazarenum uirum approbatum à Deo in uobis uirtutibus & prodigiis & signis quæ fecit Deus per illum in medio uestri, sicut uos scitis: hunc desinito consilio & præscientia Dei traditum per manus iniquorum asfligentes interemistis. Et Bernardus in sermone de Ascensione, ostendit Christum per-

fecisse probationem dominii sui, cum in cælum ascendit, his uerbis: Cum Iesus se dominum uniuersorum quæ sunt in terra, & in mari, & in inferno probasset: non restabat nisi ut æris & cælum se Dominum probaret. Terra eum Dominum cognouit: quia ad uocem uirtutis eius, cum clamaret uoce magna, Lazare ueni foras: mortuum reddidit. Cognouit mare, quia solidum se præbuit sub pedibus eius. Cognouit infernus, cuius ipse portas æreas & uertes ferreos confregit, & Satanam ligauit. Sic in quâ qui in ore piscis cum ipso pisce statorem inuenire prædixit, proculdubio & maris, & omnium quæ in mari sunt, Dominus fuit. Qui mortuos suscitauit, leprosos mundauit, cæcos illuminauit, omnes effugauit infirmitates, Dominus omnium fuit, & eadem manu, qua fecerat quæ defecerant, reficiebat. Ad perficiendam igitur fidei nostræ integritatem restat, ut uidentibus discipulis per mediū æris Dominus ascendat, & tunc probabitur, quia dominus uniuersorum es, etiam tibi profecto debetur, ut in nomine tuo omne genu flectatur. ¶ Circa miracula uerò notabile est, quod ministri Christi post passionem eius in nomine ipsius maiora miracula fecerunt quam Christus fecisset, sicut ipse promiserat. Ioan. 14. Qui credit in me,

opera

opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Maius fuit, quod ad umbram Petri sanabantur infirmi, Actu. 5. quam quod ad tactum uestimenti eius mulier fluxum sanguinis patiens sanata est. Matth. 9. Item longè fuit maius, quod duo latrones qui ueneno sumpto mortui erant, suscitati sunt tunica beati Ioannis Euang. posita super eos. Item Dominus in Enan gelio legitur tres mortuos suscitasse: sed de beato Andrea legitur, quod quadraginta submersos suscitauerit. Item sancti non solum uiui, sed & mortui fidem istam miraculis confirmauerunt. Et ut uno uerbo dicam, quasi uniuersitas rerum fidem istam mirabiliter confirmauit. Vnde Greg. in Homilia Epiphaniæ: Omnia, inquit, elementa authorem suum uenisse testata sunt: ut enim de his quidem usu humano loquar, Deum hunc cæli esse cognouerunt, quia protinus stellam miserunt. Mare cognouit, quia sub plantis eius se calcabile præbuit. Terra cognouit, quia eo moriente contremuit. Sol cognouit, quia lux suæ radios abscondit. Saxa & parietes cognouerunt, quia tempore mortis eius scissa sunt. Infernus cognouit, quia hos quos tenebat mortuos reddidit, & tamen hunc quem Dominum omnia insensibilia elementa senserunt, adhuc infidelium Iudæorum cor-

da Deum esse minimè cognoscunt, & duriora saxi scindi ad poenitentiam uolunt: eumque confiteri abnegant, quem elementa (ut diximus) aut signis aut scissionibus Deum clamant. ¶ Secundo potest ostendi ueritas fidei Christianæ testium multitudine, omni exceptione maiore, & primò producimus in medium Ioannem Baptistam, qui à prophetis prædictus fuit. In Psalm. Parauit lucernam Christo meo. Esa. 40. Vox clamantis in deserto &c. Et Malach. 3. Ecce ego mittam Angelum meum & præparabit uiam ante faciem meam. Hunc Deus miraculosè nasci fecit in mundo isto ex sanctis parentibus. Cum Elizabeth esset sterilis, & ambo pcessissent in diebus suis. Luca 1. ut ferret testimonium Christo. Ioannis 1. Hic uenit in testimonium &c. Quis dubitat de hoc quod Deus non ideo fecit eum nasci miraculosè in mundo isto, ut testimonium perhiberet mendacio. Ioannis 5. Vos misistis ad Ioannem, & ipse testimonium perhibuit ueritati. Eius conceptio & natiuitas pronuntiata sunt ab Angelo. Luca 1. Hic in utero materno testimonium dedit Christo. In codè: Ecce ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, ait Elizabeth, exultauit infans in gaudio in utero meo. Sine omnidolo fuit testimonium illud. Ipse tantæ sanctitatis fuit, quod

Iudæi miserunt ad eum Sacerdotes & Leuitas, ut scirent ab eo utrum ipse esset Christus. Io. 1. Et credidissent ei, si dixisset se esse Christum. Io. 5. Vos uolulistis exultare ad horam in luce eius, ut crederetis ipsum esse Christum. dicit Gloss. interli. Quanto magis debuerunt credere ei ferenti testimonium alii? efficacious enim est testimoniū quod aliquis perhibet alii, quam quod perhibet sibi. Ioannis 5. Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est uerum. Sanctitas Ioānis non solum Christianis, sed etiā gentilibus & Iudæis nota est. Testimonium eius multum efficax est ad confundendum Iudæos. Ideo post illud Psal. Parauit lucernam Christo meo, subditur, Inimicos eius induam confusione &c. Qualiter Christus testimonio Ioannis cōsiderit Iudæos, habes Matthæi 21. Baptismus, inquit, Ioannis unde erat? de cælo, an ex hominibus? & illi cogitabant intra se, dicentes: Si dixerimus de cælo, dicet nobis, quare ergo non credidistis ei? Si autem dixerimus, ex hominibus: timemus urbem. Omnes enim habebant Ioannem sicut prophetam. De testimonio Ioannis de Christo habes Ioannis 1. Qui post me uenturus est, ante me factus est. Ante, scilicet dignitate, quia prior me erat, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Et post:

Cuius non sum dignus ut soluiam corrigiam calciamēti eius. Item: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Item: Vidi spiritum descendantem quasi columbam de cælo, & manentem super eum, & ego nesciebam eum; sed qui misit me Baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem uideris spiritum descendantem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Aliud testimonium est Ioannis Euangelistæ: Vidimus, inquit, gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre. Vidimus, id est, cognouimus, per miracula, per uocem elapsam de cælo, per Transfigurationem, Resurrectionem, Ascensionē, Spiritus sancti missionem, gloriam eius talem & tantam, ut decet unigenitum Dei patris. Et 1. Ioannis 1. Quod fuit ab initio, quod audiuimus & uidimus oculis nostris, quod perspeximus & manus nostræ contrectauerunt, de uerbo uita, & uita manifestata est, & uidimus & testamur, & annuntiamus uobis. ¶ Fidei nostre testimonium dant Deus, & homo, & angelus. De primo habemus 1. Ioannis 5. Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. Et subditur: Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est, secundum

eundem glossam, Pater perhibuit testimonium Christo, dicendo: Hic est filius meus dilectus. Filius in Transfiguratione, ostendendo potentiam deitatis, & speciem beatitudinis. Spiritus sanctus super Christum in specie columbæ descendendo, & in nomine Christi corda discipulorum implendo. ¶ Testimonium uerò hominum talium fuit qui notæ fuerunt sanctitatis, mundi contemptores, nullum hominem timentes, qui ueritatem fidei morte propria ausi sunt confirmare, cum manifestum sit, quod nullus sani capitis morte mendacium auderet confirmare. Etiam homines mendaces in morte ueritatem confitentur. Etiam ipse Christus ueritatem fidei morte propria confirmauit. Hoc signum speciale tanquam certissimum promittebat ipse Iudæis. Matthæi 12. & 16. Generatio, inquit, mala & adultera signum querit, & non dabitur ei, nisi signum Ionæ propheta. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus & tribus noctibus &c. cum omnino duæ res peccatum faciant, scilicet timor & euiditas, ut dicit glossa super illud Psalm. In cenſa igni & suffossa. quæ causa posset esse mendacii in illis qui transitoria bona contemnebant, & mala lætanter susti-

nebant? Philippen. 3. Omnia arbitror ut stercora, ut Christum lucrificam. Actuum 20. Spiritus sanctus per omnes ciuitates, protestatur mihi dicens: Quoniam uincula & tribulationes Hierosolymis me manent, sed nihil horū ueoreor. Si quis uerò dicat sanctos noluisse decipere, sed deceptos fuisse: Quomodo potuit Christus decipi circa suum esse, cum natura rationalis maximè habeat cognoscere se esse? Augustinus in libro de Anima & Spiritu: Nihil tam nouit mēs uel anima, quam id quod sibi præsto est: nec menti uel animæ quicquam magis præsto est, quam ipsa sibi: nihil ergo tantum nouit, quantum se esse. Quomodo ergo Christus decipi poterat, cum dicebat Ioannis 8. Amen amen dico uobis, antequam Abrahami fieret, ego sum. Item 10. Ego & Pater unum sumus. Itē cum nature rationalis per se notæ sint operationes suæ: Anima enim per se cognoscit se credere, uel intelligere, uel diligere: quomodo poterat decipi? circa illud Io. 8. Ego principium, qui & loquor uobis. ipse sciebat se simpliciter omnium quæ creata erant principium fuisse. Lucæ 8. Terigit me aliquis: nam & ego cognoui uirtutem de me exisse. Item quomodo Paulus circa caelestia bona decipi potuit, qui raptus est usque ad tertium cælum, ubi audiuit arcana uerba quæ non

licet homini loqui. 2. Corin. 12. ¶ De testimonio hominum de Christo legitur Actuum 10. Nos testes sumus, ait Petrus, omnium quæ fecit Iesus in regione Iudæorum & Hierusalem, quem occiderunt suspendentes in ligno. Hic Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo postquam resurrexit à mortuis, & præcepit nobis prædicare populo, & testificari quia ipse est qui constitutus est à deo iudex uiuorum & mortuorum. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Testimonium uero istud iacitò Deus confirmauit. Vnde subditur: Adhuc loquente Petro uerba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum. Testimonium Petri de Christo habes similiter Matthæi 16. Tu es Christus filius Dei uiui. Et Ioanis 6. Ait Petrus: Nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei uiui. ¶ Fidei nostræ testimonium dedit Angelus in Christi Conceptione. Lucæ 2. Item in eius Natiuitate. Lucæ 2. Ecce Angelus Domini stetit iuxta illos &c. Et post: Ecce euangelizo uobis gaudium magnum. Item, & facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis exercitus. Item

in Resurrectione. Matthæi, Marci, & Lucæ ultim. Ioan. penultim. Item in Ascensione. Actuum 1. ¶ Fides ista testimonium habet, & à domesticis, & ab extraneis. Exod. 8. Magi Pharaonis deficientes, in tertio signo compulsi sunt confiteri, dignus Dei est hic. Deuteronom. 32. Non enim est Deus noster ut dii eorum, & inimici nostri sunt iudices. Et Matthæi 9. Videtes turbam Christum mirabilia operantem, dixerunt: Nunquam sic apparuit in Israël. Et Ioannis 9. Illuminatus cæcus à natiuitate, dixit: A seculo non est auditum quod quis aperuit oculos cæci nati. Et Ioannis 11. Ipsi pontifices & Pharisei dixerunt: quid facimus? quia hic homo multa signa facit: si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et Iosephus, qui semper fuit Iudæus sapientissimus in ueteri lege, qui captus fuit in ultima captiuitate Hierusalem facta per Titum & Vespasianum, tale testimonium dedit Christo: Fuit eisdem temporibus Iesus, sapiens uir, si tamen eum uirum dicere fas sit. Erat enim mirabilium operum effector, & doctor eorum qui libenter quæ uentura sunt audiunt, & multos ex gentibus sibi adiunxit: Christus hic erat. Item post crucem his qui ab initio eum dilexerant, apparuit eis iterum uisus secundum quod prophetæ uel hæc uel alia de eo futura prædixerant. Sed usque in hodiernum diem

diem Christianorum qui ab eo dicti sunt, & nomen perseuerat, & genus. ¶ Hodie etiam fidei nostræ alia selecta testimonium perhibent eam post suam aliis præferendo. Vnde cum testimonium quod pro se perhibet, nullum reputemus, testimonium eorum quod alicuius ualoris est, pro fide nostra est. Itē nobiles Philosophi in his quæ de Deo noscibilia sunt, fidei nostræ testimonium perhibent: ut circa hoc, quod una sit prima causa, & quod eterna sit summæ potentia, summæ sapientia, summæ bonitatis. Vnde quantum ad ista fides nostra ex intimis Philosophiæ sumpta est disciplinis, iuxta uerbum Boetii in præmio libri de Trinitate. ¶ Fidei etiam nostræ testimonium perhibet uniuersitas creaturarum, quantum ad ea quæ de Deo cognoscibilia sunt. Hoc enim quod unus est mundus, attestatur quod unus sit Deus. Accedet quæcunq; uis creatura, & faciat alium mundum tantum, & talē qualis est iste mundus, & dicā, Quia Deus est. Perpetuitas creaturarum attestatur æternitati creatoris, cum omnis causa potētiō sit suo effectui. Magnitudo uero eius potētiæ, pulchritudo, sapientia utilitas creaturæ bonitati. ¶ Tertio potest ostendi ueritas fidei nostræ per hoc quod reuelationes & prophetias habet. Reuelationes habuit ante legem: ut sub Noë, Abraham, & Iacob, ut patet ex lib. Genesis, quæ multipli-

catæ sunt lege suscepta. Numer. 12. Si quis fuerit inter uos propheta Domini, in uisione apparebo ei, uel per somnium loquar ad eum. at non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei. Deuteron. 4. Non est alia ratio tam grandis quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noiter adest cunctis obsecrationibus nostris. Psal. Non fecit taliter omni nationi &c. Et Baruch 4. Beati sumus Israël: quia quæ placent Deo, nobis manifesta sunt. ¶ Prophetiæ quas habet fides nostra multum confirmant eam. Vnde cum Ioannes Baptista misisset discipulos ad Christum ad certificandum eos de Christo, Matth. 11. Dominus certificauit eos ostendendo prophetiam esse impletam quam prædixerat Esaias de aduentu eius. Esaias 35. Deus ipse ueniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Vnde ait Dominus discipulis Ioannis: Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis & uidistis, cæci uident, claudi ambulant &c. Item Esaiæ 41. Dicit Dominus ad deos non ueros, Annuntiate quæ uentura sunt in futurum, & sciemus quia dii estis uos. Reuelationes & prophetiæ cum hac fide translate sunt in ecclesiam collectam ex gentibus

gentibus: ut patet in reuelatione illa excellenti, de qua 2. Corint. 12. quæ Paulo facta est usq; ad tertium cælū raptō. Et in Ioanne, cui reuelata sunt tot mystéria, quæ in Apocal. continentur. Iudæi uerò modo non habent reuelationes uel prophetias, quia hanc fidē deseruerūt. ¶ Quarto per hoc, quod fides nostra dignissima de Deo sentit. Aug. Prudentum est æstimare & fidelium, quæ sit fides purior & maiestatis Dei dignior. Aliæ sectæ malè sentiunt de Dei omnipotentia: sicut qui negant Deum posse corpora nostra suscitare, uel naturā nostram potuisse sumere. Alii de eius bonitate, ut qui negant lapsos in peccatum per pœnitentiā posse redire ad Deū. Alii de eius iustitia: ut qui negant Deum uindicaturū peccata: aut qui dicūt eum saltē nō uindicaturum æternaliter. Fides uerò nostra omnipotentiam Dei prædicat, & summā eius sapientiam & bonitatē. ¶ Quinto per hoc quod fides nostra de homine probabiliora sentit, & quæ magis debeat creaturā rationalē. Dicit enim eum ad imaginem Dei creatum. Genesi 1. Creauit Deus hominem ad imaginē & similitudinem suam. Ad similitudinem etiam Dei monet uere. Ephe. 5. Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi. & ad gloriam similem diuine gloriæ promittit peruenire. 1. Io. 3. Charissimi nunc filii Dei sumus, &

nondum apparuit nobis quid erimus. Scimus quoniā cum apparuerit, similes ei erimus. Gēs Iudæorum & gens Mahometi sentiunt indigna de Dei magnificentia, dum gens Iudæorū sperat solam affluentiam tempora lium à Deo, & gens Mahometi solas delicias corporales quantum ex promissione legis eorū. Vtraq; autē spes dicta uidetur esse hominū, qui in uanum acciperunt animas suas, & ferè est brutalis. Cū anima inuisibilis sit, bonis inuisibilibus remuneranda est: nec natura rationalis bonis se inferiorib⁹ beata fieri potest. Aug. Beata uita iuenitur: cū id quod est hominis optimū, & amatur, & habetur, quod deterius esse quàm ipse homo non potest, quisquis quod seipso deterior. ¶ Fides etiā Christiana hominem ad maiore perfectionē perducit, quantum ad Deum, & quantum ad proximū: quātum ad Deū, quia de Deo prædicat quæ maximè timorem Dei nobis incutiūt, & ad spem maximè erigunt, & Dei amorē in nobis maximè accendūt. Ostendit enim districatissimā iustitiam Dei in rebelles ipsius, & uindictam æternam mirè acerbitatis, quod efficacissimum est ad timorem incutiendum. ¶ Item ostendit liberalitatē Dei qua filio proprio propter nos nō pepercit, propter quod nullus locus desperationis in nobis relinquatur.

Roma

Romano. 8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non cum illo omnia nobis donauit? Item beneficiū redemptionis, quod est maior ignis ad accendendum cor nostrum, quàm esset totus mūdus ad accendendum corpus nostrum, si totus arderet, cordibus nostris immittit amorem: quid magis idoneum ad incendendū & inflammadum diuinum amorem in nobis? Non acceditur melius ignis quàm igne: nec est maior ignis spiritalis amore quo filius Dei amauit nos. Ioā. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm ut animam suā ponat quis pro amicis suis: quātū ad proximū: quia dilectionē iubet ad inimicos extendere, & nostra proximo communicare: & si necesse est, etiam animam pro eo ponere. Matth. 5. Diligite inimicos uestros: benefacite his qui oderunt uos & c. 1. Ioan. 3. Qui habuerit substantiam mūdi huius, & uiderit fratrem suū necessitatē habere, & clauerit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? In eodē. In hoc cognouimus charitatem Dei: quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. ¶ Sexto per successum quē habuit populus qui hanc fidem suscepit, dum secundum eam uixit, & deiectionem ipsius: uel dum fidem istam de-

seruit, uel dum secundum eam non uixit. Ut enim omitteremus de aliis, quis sufficeret narrare nobiles triumphos quos habuit populus iste in paucis uincens infinitos? iuxta promissionem Domini. Leuit. 26. Si in præceptis meis ambulaueritis & c. persequemini inimicos uestros, & corruet coram uobis: persequetur enim de uestris quinque cētum alienos, & centum ex uobis decem millia. Quando autem male se habebat in fide, uincebantur. Leuiti. 26. Quod si non audieritis me, nec feceritis oīa mandata & c. corruetis corā hostibus uestris, & subiiciemini his, qui oderūt uos. Fugietis nemine persequente. Et paulo post: Terrebit uos sonitus folii uolantis & c. Et Iosue 7. Non poteris stare corā hostibus tuis, donec deleatur ex te qui cōtaminatus est hoc scelere. Deuteropentult. Beatus es tu Israël, quis similis tui popule, qui saluaris in Domino? scutum auxilii tui, & gladius gloriæ tuæ Deus tuus. Item Iudi. 5. Deus eorū pugnauit pro eis, & uicit, & non fuit qui insultaret populo isti, nisi quādo recessit à cultura Domini Dei sui. Quotiescunque autem præter ipsum Deum suum alterum colerunt, dati sunt in prædam, & in opprobrium, & in gladium. Quotiescunque autem pœnituerunt se recessisse à cultura Dei sui, dedit eis Deus cæli uirtutē resistendi. Quū igitur

tur fides Christiana tot habeat veritatis suæ argumenta, inexcusabiles sunt tot argumentis nolentes acquiescere, & merito punientur. Valde incredulus est, cui tot testimonia facere fidem non possunt. Valde ponderosus est uel ualde debilis, quem tot appodiationes sustentare non sufficiunt. Nec mirum si offenditur prima veritas, quando tot pignoribus signorum uel aliarum probationum ei non creditur, cum paucioribus testibus crederetur uni Iudæo uel Saraceno. De punitione infidelium, legitur Deut. 18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui &c. Qui autem uerba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego ultor existam. Quod uerbum assumit Petrus Actu. 3. dicens: Omnis anima quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe. Eiusdem 4. Non est in alio aliquo salus, nec nomen est aliud sub cælo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Et Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine unigeniti filii Dei. Hoc autem est iudicium, id est, causa damnationis. dicit August. quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines tenebras magis quam lucem. Et eiusdem 8. Si non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato uestro. Et eius. 15.

Si non uenisssem, & locutus eis non fuisssem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habet de peccato suo. Esa. 60. Gens, & regnū quod non seruerit tibi, peribit. Matth. ult. Qui non crediderit, cōdemnabitur. Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnū Dei. 1. Cor. 14. Ignorās ignorabitur.

De commendatione Fidei.

CAP. IIII.

Sequitur de cōmēdatiōe Fidei. Notādum ergo quod fides Deo multum placet, diabolo displicet, homini multū prodest. De primo Eccl. 1. Beneplacitum est Deo fides & mansuetudo. Hæ duæ uirtutes multum placent Deo in homine: quia fides Deo subiicit intellectū, mansuetudo affectum: unde Dominus hominem mansuetum & fidelem diligit quasi suum. Fides adeo placet Deo quod sine ipsa nihil placet ei. Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Omnes infideles filii iræ sunt. Unde Ioā. 3. Qui incredulus est filio, non uidebit uitam æternā, sed ira Dei manet super ipsum. Oculi diuinæ misericordiæ non respiciunt nisi ubi est fides. Unde propitiatorium non excedit arcā. Exo. 25. Arca significat populum fidelem quem propitiatio diuina non excedit. Remissio enim peccatorum non est extra fidem Ecclesiæ. Hier. 5. Domine oculi tui prospiciunt fidem. Vbi

amor

amor, ibi oculus. Ioā. 6. Hoc est opus Dei, ut credatis in eū quē misit ille. Credere in Deum est speciale opus Dei: & quia Dei donū, & quia Deo ualde acceptum: nec mirū si multū placeat Deo fides, quū ipsa primū obsequū faciat Deo. Signum huius placetiæ est hoc, quod Deus tantum facit pro fide. Matth. 8. Valde, dixit Iesus Centurioni, & sic creditisti, fiat tibi. Hierony. Cuique sicut credit, ita fit. Fides Deo placet etiam sine sacramētis: ut patet in Abraham, qui ante sacramentum Circūcisionis per fidem Deo placuit. Gen. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiā. Sacramenta uero sine fide Deus quasi non reputat. Gal. 5. In Christo Iesu neque circūcisio aliquid ualet, neque præputium: sed fides quæ per charitatem operatur. Fides porta est per quā princeps uniuersorum intrat ad cor hominis. Ezech. 46. Sine ea non uidetur Dñs dominū habere in corde, quū non habeat ibi ingressum. Ipsa est porta aurea per quā intrauit in mētē Virginis lux & decus uniuersæ fabricæ mundi. Prius enim intrauit filius Dei in mētē Virginis, quā in uētrē. Luc. 1. Beata quæ credidisti: quia perficientur in te quæ dicta sunt tibi à Domino. Angu. in lib. de Virginitate. Beatior fuit Maria percipiendo fidē Christi, quā concipiēdo carnē Christi. Materna propinquitas nihil Marię

profuisset, nisi felicis Christi corde quæ carne gestasset. Porta fidei morti & auctori mortis clausa est: nec infernalis exercitus præualebit aduersus eā. Unde super illud Matth. 16. Et portæ inferi: dicit glos. Qui intimo cordis amore fidē Christi percipit, quicquid ingerit extrā, facillē uincit. Hæc porta sanguinē agni debet habere & in superliminari & in utroque poste, ne exterminator mētē noceat. Exo. c. 12. Superliminare tinctum debet esse sanguine Christi, ut in tutu humilitatis Christi & passionis eius mens superbiam caueat. In utroque etiā poste debet esse sanguis agni, ut exemplo Christi, nec aduersa mēs timeat, nec prospera concupiscat. ¶ Fides porta est tabernaculi, scilicet militantis Ecclesiæ, ubi hostia offerenda est. Leuit. 17. Homo quilibet de domo Israël, qui occiderit bouē, aut ouē, siue caprā in castris, siue extra castra, & non obtulerit ad ostiū tabernaculi oblationē Domino, sanguinis reus erit. Nec mirum si fides ualde est Deo grata: quia sine fide Deus non colitur, quū de eo non cognoscatur quare timendus sit, uel amādus, uel obsequio honorādus. ¶ Fides thesaurum absconditum regni cælestis quæ daturus est Dominus seruiētibus sibi hominibus ostēdit. ¶ Fides primum Dei hostē, scilicet sensum humanum occidit. Hostis iste in sapiētibus hu-

ius

ius mundi est fortissimus hostis Dei, qui significatus est per cini-
fes, quorum plaga non legitur
curata. Exod. 8. Cuius de pul-
uere terræ educti, argumenta
sunt philosophorum de subtili
terreno sensu prodeuntia, qui
oculum fidei lædunt. Vnde glo.
Orige. Hoc animal corpus cui
incederit acerbissimo terebrat
stimulo, ut quæ uolētē uidere
quis nō ualet, sentiat stimulan-
tem. Hoc ergo animal arti dia-
lecticæ cōparatur, quæ minutis
& subtilibus uerborum stimulis
animas terret, & tāta calliditate
circūuenit, ut deceptus non ui-
deat, nec intelligat unde deci-
piatur. Hæc plaga non curatur.
Idola enim philosophorum re-
manserunt, quum idola gentiū
destruata fuerūt, ut ait quidam.
¶ Fides intellectum captiuat in
seruitium Christi. 2. Corin. 10. In
captiuitatem redigentes omnē
intellectum in obsequiū Chri-
sti. Fides in arce mentis, scilicet
in intellectu insigne regium po-
nit, scilicet filium in cruce pen-
dentem de morte, & de mortis
authore triumphantem. ¶ Item
fides matrimonium inter ani-
mam & Deum initiat. Osée 2.
Sponsabo te mihi in fide, quod
charitas consummat. 1. Corin. 5.
Qui adhæret Domino, unus spi-
ritus est cum illo. ¶ Fides est ue-
lut anulus argenteus positus in
digito sponsæ. Ornamentum e-
nim est à Christo datum ratio-
ni, quæ per digitū intelligi po-

test: quia discretiua est. Anulus
nec excedere debet, nec excedi:
sic fides nec excedere debet, nec
excedi. Non enim debet Chri-
sto attribuere alter quid, quod
eius non sit: nec de eo negare
quod ipse sit. In argento uerò
intellige quod fides candore pu-
ritatis & luce salutaris ueritatis
debet resplendere, & suauitate
synceræ confessionis debet re-
sonare. Argentum enim candi-
dum est & resonat. ¶ Item fides
uirginitas est, mentis intellectu
à corruptione erroris seruans,
& undique protegens: sicut
anulus digiti cingit ex omni
parte. ¶ Fides quātum proprio
sensu detrahit, tantum intelle-
ctum diuini sensus capacem fa-
cit: sicut Sapiens dicit de prop-
ria uoluntate, quod tantum uir-
tuti adiicis, quantum proprie
uoluntati detraxeris. Qui uult
uenire post Christum, debet ab-
negare semetipsum: iuxta uer-
bum Domini Matth. 16. & quan-
tum ad propriū sensum, & quan-
tum ad propriam uoluntatem.
¶ Fides primogenita est inter
uirtutes: ideo merito à Deo be-
nedicta. Beati qui nō uiderunt,
& crediderunt. Ioan. 20. & Lucæ
16. Beati oculi qui uident quæ
non uidetis: quod de uisu fidei
intelligendum est. Galat. 3. Qui
ex fide sunt, benedicentur cū hi-
deli Abraham: propter prædicta
nō est mirū, si fides Deo placet.
¶ Diabolo uerò multum displicet:
nec mirum, quum ipsa ei cul-

cultum & honorē, qui ei in mū-
do exhibebatur, abstulerit: ipsa
diabolū expulit ab hominibus,
& quātum ad animas, & quātum
ad corpora. Act. 15. Fide purifi-
cans corda eorum. Marc. ult. Si-
gna autem eos qui crediderint
hæc sequentur. In nomine meo
dæmonia eiciunt. hæc est quæ
diabolo resistit. 1. Petr. ult. Cui
resistite fortes in fide. Ipsa est
scūtū, ignea tela inimici extin-
guens. Ephes. 6. In omnibus si-
mentes scūtū fidei, in quo pos-
sitis omnia tela inimici ignea
extinguere. Ipsa est lorica totū
hominem interiorē à diabo-
lo protegens. 1. Thessalo. quar-
to: Sobriū simus, induti lorica
fidei. Ipsa caput serpentis infer-
nalis, quod est error uel infide-
litas, conterit. Genesis 3. Ipsa cō-
teret caput tuum. Eccle. 25. Non
est caput nequius super caput
colubri. Sicut caput noui ho-
minis fides, scilicet diligentis-
simè custodiendum est, secundū
illud Matth. cap. decimo: Estote
prudentes sicut serpentes. sic ad
destruēdum caput serpentis in-
fernalis, scilicet errorem, maxi-
mè est conandum. Et in primo
peccato angeli, & in primo pec-
cato hominis error uidetur fuisse.
Esaie 14. Ero similis Altissimi.
Gene. 3. Nequaquam mor-
te moriemini. Scit enim Deus
&c. Fides diabolū de arce men-
tis expellit, ponēs ibi uexillum
Christum in cruce pendentem,
quod multū diabolo displicet.

Quum enim superbissimus sit,
multum displicet sibi, quum ab
arce mentis expellitur, & cum
uexillum illud exosum ei sit, eò
quod in cruce deictus fuerit,
hoc uexillum timet hostis, scies
adese regis presentiam. Non
enim dat regale uexillum exer-
citu, nisi rex presens fuerit. Vi-
dens ergo illud, de uictoria de-
sperat, sciens se contra regē di-
micare. Item quia diabolus in
cruce deictus fuit, multum timet
crucem. Bernar. Nullus dæ-
mon propè stare poterit, uides
gladiū in quo deictus est: cru-
cē scilicet. ¶ Fides lux est, ualde
exosa latroni infernali. Ioan. 3.
Qui male agit, odit lucem. Iob
34. de latronibus: Quum subito
apparuerit aurora, arbitratur
umbrā mortis. Ipse est ut falsus
mercator uolēs homines deci-
pere: ideo tenebras quærit. Et
est uelut deformis adulter, qui
non uult se ad lucem ostende-
re. Iob 24. Oculus adulteri ob-
seruat caliginē. ¶ Fides oculus
est quæ coruus infernalis multū
quærit eruerē: sicut coruus uis-
ibilis primò currit ad oculū ca-
daveris. Nec mirum, quū fides
diabolum & eius insidias dere-
gat. Sine fide hostis inuisibilis
nō uidetur: & ideo nō cauetur.
Oculum fidei diabolus seruiē-
tibus sibi uelat, ne uideant quò
ducantur, sicut solent oculi ue-
lari his qui ducuntur ad patibu-
lum. Quidam senex dicit in Vi-
tis Patrum: quando operiuntur
oculi

oculi animalis, tunc circuit ad molendinum, alioquin nō ambulat in circuitu molæ; sic diabolus si operuerit oculos mentis, in omne peccatum humiliat hominem. Iudic. 16. Sāpson erutis oculis ad molam circuit. Fides est oculus dexter animæ, quo amisso homo ad pugnam inutilis est: ideo hostis inuisibilis fidē multū conatur destruerē. Reg. 11. In hoc feriā uobiscum fœdus, ut eruaam omnium uestrum oculos dextros. Cuius intentio erat, quōd dextris oculis erutis, quum operirentur finistri scuto, ipsi inutiles fierent ad pugnā. ¶ Fides diabolo non cessat contumeliam facere, ipsa ostendit eum nullius creaturæ dominum esse, & authorē totius mali, & propter culpam suā iam iudicatum. Ioā. 15. Princeps mundi huius iam iudicatus est: ideo nō est mirum, si fides multum exosa est diabolo. ¶ Fides est ualde utilis homini: ipsa est lux tenebras infidelitatis expellens: ubi fides non est, tenebræ sunt. Exod. 10. Factæ sunt tenebræ horribiles in inuersa terra Aegypti. Et subditur: Vbicūque habitabant filii Israhel, lux erat. ¶ Fides inter opera recreatiōis prima est, in minori mūdo, homine scilicet, sicut lux in maiori mundo prima fuit. Genes. 1. Post creationem cæli & terræ, subditur: Fiat lux &c. ¶ Fides columna nubis est de Aegypto tenebrarum errorum intellectu

potenter educens. Exod. 13. Fides columna est fulciēs cor hominis. Vetus enim homo qui per ea significatus est, habet caput tremulum, & oculos caligantes: sed fides uiua, & oculus intellectus illuminat, & cordi uacillanti fulcimētum præstat; Est enim fides fida & salutaris. credulitas. Bernard. in 5. lib. de cōsideratiōe. In his quæ fidei sunt omnino cauenda est confessio, ne aut incertum opiniōis fides figat, aut quod firmum fixūq; est fidei opinio reuocet in questionem. Opinio enim si habet assertionem, temeraria est: fides si habet hæsitationem, infirma est. ¶ Et notandum quōd columna illa ex parte filiorum Israhel lucida erat: ex parte uerō Aegyptiorum, tenebrosa: sic fides fidelibus lux est, quam infideles tenebras reputāt: maximè quantum ad ea quæ pertinent ad incarnationem filii Dei: & liberationem generis humani. Ipsi sunt quasi noctuæ lucē reputantes tenebras. Esaiæ 5. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum: ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem. Fides uidetur eis stultitia, quum tamen sit uerē sapientia. I. Corint. 1. Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Fides est lucerna, ad quam in nocte uitæ præsentis ambulatur; 2. Corinth. 5. Per fidem ambulamus, & non per speciem. Augustinus in libro de Fide, ad Petrum: Si quis

quis

quis nō ambulauerit per fidem, non perueniet ad speciem. ¶ Fides cæteris uirtutibus lumē ministrat. Ipsa est stella matutina, solem iustitiæ & intelligentiæ præueniens. Per eam oritur dies gratiæ, quem sequetur dies gloriæ. Ipsa est stella cardinalis nauigatiuis per mare huius mundi, portam ostendēs & patriam. Ipsa est stella reges spirituales ad Saluatorem adducens. Matthæi 2. Ipsa est prima gemma in corona intellectus, quæ ex quinque luminibus fabricatur. Corona intellectus est lumen salubris cognitionis. Iob 31. Librum scribat ipse qui iudicat, ut in humero meo portem illum, & circumdam illum quasi coronā mihi. ¶ A sole intelligentiæ quasi quinque radii luminis uiui fluunt super intellectum nostrum: scilicet lumē fidei, consilii, prudentiæ, intellectus, & scientiæ. Diuersitas uerō horum luminū uidetur sic posse ostēdi. Anima ad tria habet comparationem: scilicet ad principiū à quo est, scilicet ad Deum: & ad opera, quorum ipsa est principium: & ad ea quæ dant ei occasionem, ut sit principium eorum, instruendo. scilicet eius intellectum, uel mouendo affectum siue uoluntatē. Signa naturalia uel positiua intellectum instruunt: bona & mala in quantum talum, talia mouent affectum. Fides est lumen illuminans intellectū circa principium, à quo est anima, osten-

dens ei Dei maiestatem, & iustitiam, & misericordiam Dei in creaturas rationales. Donū uero consilii & uirtus prudentiæ illuminat animū circa opera quorum ipsa est principium. Ad consiliū pertinet deliberare an aliquid sit faciendum. Ad prudentiam uerō pertinet providere, ut opus fiat eo fine quo debet, & uestire illud aliis debitis circumstantiis: prudentia uerō providere debet ut opus agēti sit fructuosum, Deo gratum, proximo lucens per bonum exemplum. Et sicut alterius scientiæ est cognoscere an expediat aliquem sanari, alterius uerō cognoscere qualiter aliquis sit sanandus, quia primum pertinet ad theologiam, secundum ad medicinam: sic aliud lumen est donum consilii quàm prudētia. Donum uerō scientiæ propriè pertinet ad bonum & malum, in quantum mouent affectum nostrum. Unde à tali materia denominatur. Gen. 2. Cùm dicitur lignum scientiæ boni & mali. Et eiusdem 3. Eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Ad hoc donū pertinet cognoscere deceptiones, quas bona præsentia, & mala quæ non sunt uera bona, uel uera mala faciunt hominibus. ¶ Tripliciter fallunt homines bona temporalia. Primò, quia faciunt eos credere quōd ipsa habeant suauitatem ueram & magnam, cūm aliter sit. Sic fallūt uoluptuosi. Eccl. 7. Inueni amariorem mor-

o 18

te mulierem. hæc mulier voluptas carnalis est, & temporalis. Secundò faciūt credere quòd in eis sit copia, cum in ueritate exinaniant possessores suos. Luc. 1. Diuites dimisit inanes. Tertio faciunt credere, quòd sit honor, quod est ignominia. Lucae 16. Quod hominibus altū est, abominatio est ante Deum. Propter has deceptiones cupiunt homines nō uera bona pro ueris bonis. Fugiunt etiā mala pœnæ præsentis, quæ nō sunt uera mala, pro ueris malis, quæ sunt mala culpæ & mala futura. Ad donū uerò intellectus pertinet cognoscere signa naturalia & positiua, scilicet creaturas quæ sunt quasi libri naturales, & sacramenta, quæ sunt quasi signa positiua, & situs, & formas, & ornatus ecclesiarum, & ministrorum, & habitus religiosorum, & similia, in quantum pertinent ad salutem animarum. Quæ significatio præcipuè est ratione similitudinis. Verbi gratia: Homo per terram significatur ratione similitudinis, ut intelligat homo se ad modum terræ esse sterilem, nisi excolatur, & quòd super nihil temporale debet esse fundatus: sed Deo inniti, & quòd desuper irrigari debet rore gratiæ & pluuia doctrinæ. ¶ Item fides est initium uitæ spiritualis. Per fidem enim habitat Christus in cordibus nostris, Ephe. 3. Qui uita est, ut ipse ait. Ioan. 14. Et sicut unumquodque uitium mors

spiritualis est: sic unaquæque uita uita est. Vnde dicitur Rom. 7. de prudentia spiritus quòd uita est. ¶ Fides uita est intellectus. Est enim uiuus radius à uero sole procedens, sufficiens ad producendum fructum boni operis, sicut arbor uiua fructus ex se producit. Ipsa etiā est causa residui uitæ spiritualis. Ipsa causa amoris est, qui dicitur uita animæ. Vnde super illud Gala. 5. Fides quæ per dilectionem operatur: dicit gloss. Opus fidei dilectio est. Bernard. ad fratres de Monte Dei: Vita animæ amor Dei. Hunc fides concipit, spes parturit, Spiritus sanctus format & uiuificat, lætat læctio, meditatio pascit, oratio confortat, & illuminat. Amor Dei dici potest uita: quia opera bona idè sunt Deo accepta & remuneratione digna, quia ex amore Dei processerunt, & in hoc attendi potest uita eorum. Fides ergo causa est dilectionis, & per dilectionem causa est operū. Vnde ipsa est prima pars uitæ gratiæ, & causa totius residui uitæ. Idè bene dicitur Rom. 1. & Hebr. 10. quòd iustus ex fide uiuit. Et Galat. 2. In fide uiuio filii Dei. Vita etiā gloriæ ex fide erit. 1. Io. 5. Vitam habebitis æternam, qui creditis in nomine filii Dei. Extra fidē nihil uiuiri in mari mortuo nihil uiuere potest, sed ante faciē fidei ibit mors. Habacuc 3. Ipsa est lux quæ oritur his qui sunt in umbra mortis, &c. Esa. 9. Hab.

Habitantibus in regione umbræ mortis, &c. ¶ Ante faciem eius ibit triplex mors. Prima mors culpæ. Pro uerb. 5. Per misericordiam & fidem purgantur peccata. Gala. 2. Ex operibus legis non iustificatur homo, nisi per fidem Iesu Christi. Roman. 1. Iustificati igitur ex fide, &c. Actū 10. Huic omnes prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. In hoc omnis qui credit iustificatur. Secunda est mors temporalis, quæ in portam uitæ æternæ per fidem conuertitur. August. 13. libro de Ciuitate Dei: Tantam Deus fidei gratiam præstitit, ut mors quam constat uitæ esse contrariam, instrumentum fieret per quod trāsiretur ad uitam. Ioan. 11. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit, uiuet. Intell. Credens etiam mortuus uiuit, sicut non credens etiā uiuus mortuus est. Tertia mors æternæ. Vnde Ioan. 11. Omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in æternum. ¶ Item fides est initium salutis humanæ, ut dicit August. Et causa totius salutis est aspectus ille Christi in cruce exaltati, qui sanat à morsu serpentem infernalis. Ioan. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filiū hominis: ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Hoc agnoscitur est Numeri 21. Rom. 10.

Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum Christum, & in corde tuo credideris, quia Deus suscitauit eum à mortuis, saluus eris. ¶ Fides est fundamentum omnium bonorum: ut dicit August. Vnde uidetur ruina quæruere, qui sine ea uult ædificare, Romano. 11. Tu autem fide stas. 1. Corinth. 16. Vigilate & stete in fide. Ecclesi. 2. Qui timetis Dominum, credite illi, & non euacuabitur merces uestra. Esaie 7. Si non credideritis, non permanebitis. In fide stabile est ædificium: cum fides in aliquo destruitur, funditus bonum in eo destruitur. Seneca: Nihil retinet qui fidem perdidit. Qui sine fide est, omni uero bono uacuuus est. Vnde de quodam Iudæo, qui propter defectū hospitii in templo Apollinis iacebat, dæmones qui ibi conuenerant requisiti à magistro suo, quis ibi iaceret: Responderunt, uah uah, uas uacuum, sed signatū, ut refert Gregorius in dialogo. Ille non habebat fidem Christianam: sed sibi in nocte impresserat signum crucis, quia uiderat Christianos sic facientes: unde cum non haberet ueram fidem, uacuuus erat omni bono. ¶ Item fides est radix omnium bonorum. Cæteræ uirtutes sunt radices suorū operum: sed ipsa est radix cæterarum uirtutum. Si hæc radix auellatur, cæteræ uirtutes arefcunt. August. super Ioann. Sicut in radice arboris nulla profus appa-

ret species pulchritudinis & decoris: & tamē quicquid est in arbore pulchritudinis & decoris, ex illa procedit: Sic ex fidei humilitate, quicquid meriti, quicquid uel beatitudinis anima suscipitura est, procedit. Item Gregorius: Sicut rami sine radice uirtutis arefcunt: ita quælibet opera, licet bona uideatur, nulla sunt si à fidei soliditate disiunguntur. ¶ Fides hominem filiū Dei efficit. Galat. 13. Omnes filii Dei estis per fidem. Ioann. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, &c. 1. Ioann. 5. Omnis qui credit quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est. Augustinus de fide ad Petrum: Sine fide nemo potest ad filiorum Dei numerum peruenire. ¶ Fides est quæ uiam ostendit regni. Vnde Augustinus super illud Romanorum 3. Arbitramur hominem iustificari per fidem. Bona ante fidem inania sunt: ita enim mihi uidentur esse ut magnæ uires & cursus celerrimus præter uiam. Nemo ergo computet uerè bona opera sua ante fidem: ubi fides non erat, uerè bonum opus non erat: bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Idem de fide ad Petrum: Sine fide omnis labor hominis uacuum est. Tale quippe est, ut sine uera fide quicquid uelit Deo placere: quale si quisque tendens ad patriam in qua scit se bene uicturum, relinquat itineris reſutu-

dinem, & improuidus ſectetur errorem quo non ad beatam uitam perueniat, sed in præcipitium cadat, ubi non gaudium peruenienti detur, sed cadenti interitus inferatur. Idem: Si bona uidebantur antequam crederes, currebas quidem: sed præter uiam currendo, errabas potius quàm perueniebas. ¶ Item fides uidetur esse mater cæterarum uirtutum genitura: ut tangit gl. interli. super illud Matth. 1. Abraham genuit Isaac, &c. ¶ Item fides habet primum congressum in bello spiritali: secundum illud Prudentii: Prima petit campum dubia sub forte duelli, Pugnatura fides. ¶ Fidei in scriptura sacra specialiter uictoria adſcribitur. Vnde de sanctis dicitur Hebr. 11. quòd per fidem uicerunt regna. Vicit fides & regnum inferni, & regnū cæli, & regnum mundi. Regnum inferni uicit, quū fidelibus Christus cōtriuuit portas aereas, & uetes ferreos confregit: & quotidie infernum uincit, dum oratio fidelium animas à porta inferi eripit, & dum ignem infernalem quantum ad eos qui uerè fideles efficiuntur, extinguit. Legitur etiam de beato Gregorio, quòd cum quodā tempore ante palatia Traiani, qui Imperator fuerat, transfret: recordatus clemētiae eius, amarissimè flere cepit, & pro eo tandiu ante altare sancti Petri flens orauit, donec obdormiuit, & ad eum dormientem

tem uox dixit, Traianum precibus eius à pœnis infernalibus liberatum: sed de cætero caueret, ne pro aliquo infideli defuncto orare præsumeret. Regnum cæli etiam uicit: quia quasi quadam uolentia illud acquirit. Per fidem enim sancti adepti sunt reſpromiſſiones. Hebr. 11. Pet. 1. Reportantes finem fidei salutem animarum ueſtrarum. Item uincit mundum. 1. Ioann. 5. Hæc est uictoria quæ uincit mundum, fides nostra. Fides uincit mundum in quibusdā mundum ſubiiciendo, in aliis eum abiiciendo. Subiiciendo uincunt mundum, qui remanentes in mundo terrena sibi ſubiiciunt, & dominantes eis faciunt quodammodo ſe altiores, & ad impugnandum inimicum potentiores. Faciunt enim inde largas eleemoſynas. Qui modus impugnandi diabolum ualde efficacis est. Vnde super illud Psalm. Misericordia mea, & refugium meum. dicit Augustinus: De nulla re sic uincitur inimicus diabolus, sicut de misericordia. Et Ecclesi. 29. dicitur de eleemoſyna: Super ſcutum potentis, & super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit. Econtrario cupidi & auari non sibi terrena ſubiiciunt, sed potius se terrenis, super humeros suos ponentes ea quæ malè acquirunt, & quasi ſe uino ſepeſciantes, ſimiles talpæ super humeros suos ponenti terrā quam fodit. Secundò modo uincunt

mundum, qui rebus mundi pro amore Christi renuntiant, qui ad modum luſtantium ſe terrenis ſpoliant, ne diabolus habens quo eos teneat, deiciat eos & deuincat. Luc. 14. Omnis ex uobis qui non renūciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Fides uincit mundum, id est, ea quæ ſunt in mundo: ſcilicet diuitias, delicias, & honores. Diuitias uincit, dum oſtendit corpus noſtrū latronem eſſe morti condemnatum: de quo patet quòd non decet eum delicia. Senec. Omnes capitali ſupplicio condemnati ſumus. Ecclesi. 33. Seruo maleuolo tortura & compedes. Eſa. 11. Et erit fides cinctorum renum eius. Diuitias uincit, dum oſtendit eas eſſe in muſcipulam diaboli. Aug. Præda quam uis rapere, in muſcipula eſt: tenes alienum, & teneris à diabolo. Item diuitias uincit, dum æternas longè meliores eis oſtendit. Hebr. 10. Rapinam bonorum ueſtrorum cum gaudio ſuſcepisti, cognoscentes uos habere meliorem & manentem ſubſtantiam. 1. Timot. ult. ſuper illud, Sectare iuſtitiam, pietatem, fidem. dicit gloſſ. Qui ueram fidem de Deo habet, nō cupit in miſeriis ſeculi diues fieri: nec pluriſ eſt ei mundus, quàm Deus. Gregorius: Vileſcunt tēporalia, dum conſiderantur æterna: honores uincit, dum plenos cōfuſione eos eſſe oſtendit. Phil. 3. Gloria in cōfuſione

fione eorum qui terrena sapiūt. Bernard. Omnis pupura illusio- nis est, postquam Domino in pur pura illusum est. Hæc tria Moy- ses fide uicit. Vnde ad Heb. 11. Fi- de Moyses factus grandis, nega- uit se filium esse filiarum Pharaonis: ecce contemptus honoris: ma- gis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati ha- bere iucunditatem: ecce con- temptus deliciarum: maiores di- uitias aestimans. thesauro Aegy- ptiorum improprium Christi: ecce contemptus diuitiarum: aspi- ciebat enim in remuneratione. De hac uictoria mundi dicitur 1. Io. 6. Quis est qui uincit mundum, nisi qui credit quoniam Christus est filius Dei uiuū: quod intelligē- dum est de illo qui hoc credit nō de uiua. De fide enim mortua di- cit Bern. Nec mirū uideri potest si nequaquam uincit fides, que nec uiuit. ¶ Et notandum q̄ mundus quasi duabus manibus nobiscū pugnat, scilicet dextera prospere- ritatis, & sinistra aduersitatis pro- speris scilicet alliciens, & aduer- sis terrens: quem ille uincit qui credit quod Christus est filius Dei. Qui enim hoc credit, cum filius Dei fuerit summe bonus, nouit quoniam in ipso non fuit defectus ueri boni, nec presentia ueri mali. Vnde cum in eo tēpo- ralis prosperitas defuerit, & ad- uersitas affuerit, cognoscere po- test, quod temporalis prosperi- tas non est uerum bonum, nec temporalis aduersitas uerū ma-

lum: unde nec illa est appeten- da, nec ista timenda. Augustin. Omnia bona terrena cōtempnit homo Christus, ut contemenda monstraret, & omnia mala terre- na sustinuit quæ sustinenda præ- cipiebat, ut nec in illis quærere- tur felicitas, nec in istis timeretur infelicitas. ¶ Idē: Fides regna uin- cit faciendo ne peccatum in no- bis regnet. Rom. 6. Non regnet peccatum in uestro mortali cor- pore, ut obediatis concupiscen- tiis eius. Fides est scutum triangulare quo circumdat nos ueritas Dei. Vnus angulus est fides de pœnis æternis. Alius de bonis æternis. Tertius fides Christi me- diatoris. Fides ostēdit iis qui sunt in pugna spirituali ex una parte regnum eis paratum, si uicerint, ex alia parte patibulum inferna- le eis paratum, si uicti fuerint: & sic causa est strenuē pugnandi & uincendi. Bernard. Quid est quod non optamus etiam per- medios enses, si oporteat decli- nare tantam miseriam, ad tan- tam accelerare gloriā, nisi quod mortua est fides nostra? ¶ Fides ostendit Christum pugnantibus. Et hoc tripliciter. Primo ut stre- num ducē strenuē agendi exē- plum dantem. Secundo, ut for- tissimum adiutorem. Tertio, ut liberalissimū remuneratorem. Primo modo ostēdit ipse se Apo- stolis, cum essent clausi in domo propter metum Iudæorum offen- dens eis manus, & latus. Lucæ ulti. Et Ioan. penulti, & 16. Con- fide,

Adite, ego uici mundum. Thre. 3. Dabis eis scutum cordis labo- rem tuum. Augustin. Magna con- solatio membrum ex capite. Gre- gor. Si passio Domini ad memo- riam reuocetur, nihil est adeo durum quod non æquo animo toleretur. Hebr. 12. Recogitate eum qui talem sustinuit à pec- catoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut non fatige- mini animis uestris deficientes. Secundo modo ostendit se Chri- stus Stephano pro eo lapidan- do, qui uidit gloriā Dei, & Ie- sum stantem à dextris eius, tan- quam paratum ad adiuuandum. Act. 7. 1. Corinth. 10. Fidelis Deus qui non patietur uos tentari su- pra id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. Iosue 1. Con- fortare, & esto robustus, noli me- tuere, & noli timere, quia tecum est Dominus. Iob. 17. Pone me Domine iuxta te, & cuiusuis ma- nus pugnet contra me. Fides po- nit Deum iuxta hominem, imò infra hominem. Per fidem enim habitat Deus in cordibus nostris. Vnde ipse pugnans in homine triumphat. 2. Paral. 20. Non est pugna uestra, sed Domini. Et post: Non eritis uos qui dimi- cabitis: sed tantummodo con- fidenter state, & uidebitis auxi- lium Domini super uos. Bernar. Quoties tentationibus resistis, quoties uincis malignum, no- li in te, sed magis in Domino

gloriar: quando enim fortis il- le armatus tuæ cederet infirmi- tati? Tertio modo ostendit se Deus Abraham. Genesis 15. No- li, inquit, timere, ego prote- ctor tuus, & merces tua magna nimis. Augustin. Labor te terret, uide mercedem. Bernard. Vtrum que mihi es Domine Iesu, & spe- culum patiendi, & præmium pa- tientis: fides determinat nobis & locū pugne spiritualis, & tēpus. De loco dicit Bernar. In mundo isto quasi in stadio certaminis positi sumus, ubi Christus mor- tuus est. Quisquis ergo hic liuo- rem uel plagā non susceperit, in futuro iudicio miles inglorius apparebit. Tēpus uero militare est tēpus presentis uite. Iob. 7. Mi- litia est uita hominis super terrā. Fides ostendit hostes cum quibus pugnare habemus, & modū pugnandi quem habent. Fides etiam ostendit & Deū, & ange- los bonos, & malos aspicientes certamen nostrū. Boni aspiciūt, ut si uicerimus gaudeant: mali, ut si uicti fuerimus, irrideant. 1. Co- rinth. 4. Spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & homini- bus. Homo sine fide est quasi ho- mo cæcus, qui pugnat eū uiden- te. ¶ Fides radix sapientiæ. Eccle- siast. 1. Gregorius uocat eam sa- pientiā in primo Moralium: Fides est sapientia illa quam nō uincit malitia. Sapient. 7. At- tingit enim à fine usque ad finē fortiter. A fine inquam cogita- tionis usque ad finē operis. Fides

enim offendit cogitationem malam esse uelut caput serpentis infernalis, cui fortiter resistendum est. Hieronym. Lubricus est antiquus serpens, & nisi capite teneatur, statim totus illabitur. Item, fides attingit à fine: id est, à creatione mundi, usque ad finem: id est, usque ad extremum iudicium. Per beneficium creationis inuitans homines ad Dei seruitum, & per distinctionem iudicii exterrens à Dei offensa. Item fides attingit à fine usque ad finem, à coclo scilicet usque ad infernum, à delectationibus transitoriis separans homines amaritudine suppliciorum infernalium, & amaritudines quæ occurrunt in seruitio Dei dulcorans magnitudine pæmiorū. Gregor. Si dulcia quærimus, necesse esse ut amara toleremus. Ecclesiast. 1. Usque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis. Sic sapientia disponit omnia suauiter guttas amaritudinum præsentium immensa dulcedine futurorum bonorum condens. Fides, dicit illud Esaiæ 38. In dimidio dierum meorum uadam ad portas inferi. nunc habitat in caelo, nunc in inferno. Ipsa descendit in infernum uiuens, ne descendat moriens. Fides triumphat de uituis, alia aqua lacrymarū submergendo, alia igne infernali exurendo, alia fame ieiuniorum & alis afflictionibus effugando, & sacerdoti ea exponēdo, ut præ-

erubescētia & confusione ab homine recedant. Fides à Deo fortitudinem recipit. 2. Paralipom. 16. Præbet fortitudinem his qui perfecto corde credunt in eum. Fide Deus ab hostibus protegit. Eiusdem 20. Credite in Dominum Deum uestrum, & securi eritis. Item à periculis eripit. 1. Machabæorum. 2. Ananias, Azarias, Michaël credentes liberati sunt de flama. Fides miracula facit. Marci 16. Signa eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo &c. Matthæi 17. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, trās hinc, & transibit, & nihil impossibile erit uobis. Et Marc. 12. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Ioan. 14. Qui credit in me, opera quæ ego facio, ipse faciet, & maiora horū faciet. Hebræorū 11. Fide transierunt mare rubrū tanquam per aridam terram, & post: Fide muri Iericho corruerunt. Matthæi 9. Fides tua te saluam fecit: dictum est mulieri patienti fluxum sanguinis. Et Marci 10. dictū est cæco, Vade, fides tua te saluum fecit. Etiam fidei informi sunt miracula. Vnde cum Alexander uenisset ad montes Caspios, & petissent filii captiuitatis x. tribuū licentiam egrediendi ab eo, ipse cognita causa inclusionis eorū, quod scilicet recessissent apertē à Deo Israël inutilis aureis immolando, & per prophetas Dei prædictū eos à captiuitate non redituros

respon-

respondit quoddam arctius includeret eos. Cūmq; angustas uias eorum obstruere uellet molibus bituminatis: uidens laborem humanum non sufficere, orauit Deum Israël ut opus illud compleret: & accesserunt ad se inuicem prærupta montium, & factus est locus immobilis. Et ut ait Iosephus, Deus quid facturus est pro fidelibus suis, si tantum fecit pro infidelibus? Etiam fides in formis triumphare facit. Sicut uiderur accidisse Alexandro, cui per somnium Deus apparuit in habitu summi sacerdotis, dum adhuc Alexander in Dio ciuitate Macedoniæ esset constitutus: dūmq; cogitaret utrum Asiam possēt obtinere, inisit eū confidere: nam ipse exercitum eius perduceret, & principatum Persarū ei traderet. Qui promissioni eius credidit, & secundum fidem suam factum est ei. Vnde cum ipse Alexander iratus Iudæis ueniret Hierosolymanam, & pontifex Iudæorum præcepto domini pōticialibus indutus, & reliqui sacerdotes cum eo legitimis stolis induti obuiā exirent ei extra ciuitatem, Alexander intuens antistitem pontificali stola insignem, & super cidarim laminam, in qua scriptū erat nomen Domini, descendit de equo, & adiit eum solus, & nomen Domini adorauit, & pōtīficem ueneratus est. Et obstupuerunt principes exercitus putantes mentem regis ludifica-

tam. Solus Parmenio quæsiuit ab eo, cur sacerdotem gentis Iudææ adorasset: respondit, Non hunc adorauit, sed Deum, cuius principatū sacerdos gerit: nam per somnium in tali habitu Deū conspexi. ¶ Item fides usque ad Deum attingit. Vnde Augusti. Fides est res audax & improba, perueniens quō non pertingit intelligentia: ipsa ascendit super Cherubin, & uolat super Seraphin senas alas habētia. Esaiæ 6. Bernar. Quid non inueniat fides? Attingit inaccessa, deprehēdit ignota, comprehendit immensa, apprehēdit nouissima, ipsam denique æternitatem suo illo uastissimo sinu quodammodo circūcludit. ¶ Fides est uirtus probata, quæ corrūpit insipientes. Sapientia. 1. Ipsa est cōmunis uia salutis, & sapientibus, & insipientibus: ipsa in fornace præsentis tribulationis non læditur, sed melioratur. 1. Pet. 1. Vt probatio fidei uelut stræ multo pretiosior sit auro quā per ignem probatur. Ipsa ordinat & regit totā uitam præsentē. Vnde Apostolus Hebr. 11. Opera antiquorū patrū quibus uel Deo placuerunt, uel hominibus mirabiles extiterunt: fidei attribuit, exempla ponens de diuersis libris Veteris testamenti. Apocalyp. 13. Hæc est patientia & fides sanctorum. Et hæc de commendatione fidei sufficiant: licet multa ad eius laudē pertinentia deficiant. Apostolus ad Heb. 11. laudes fidei nō compleuit. Deficiet

inquit

inquit tempus me enarrantem de Gedeon &c. Vnde non est mirum si nos eas non expleamus.

De Articulis fidei. CAP. V.

Sequitur de Articulis fidei. Sūt autem articuli modicæ partes fidei, prout fides nominat ea quæ creduntur: sicut articulos dicimus quædam membra in corpore humano. Arctamur ad articulos credendos: & ipsi creditarctant nos ad timorem Dei, uel amorem, uel aliam affectionem in Deum. ¶ Et notandum quod non omnia credenda dici possunt articuli fidei. Sunt enim quædam quæ fidem antecedunt, ut quæ sunt iuris naturalis, sicut est hoc, quod proximo non est nocendum. Quædam uerò consequuntur fidem: ut antichristum esse futurum. Et licet tam hæc, quam illa sint credenda, tamen non sunt articuli fidei, ut uidetur quibusdam, quod non sint articuli nisi sint de Deo. ¶ Item notandum quod inter credenda quædam sunt de Deo, quædam de aliis. Inter ea uerò quæ sunt de Deo, quædam sunt de Deo sine respectu creaturarum, quædam de Deo per respectum ad creaturas. Quæ sunt sine respectu creaturarum, sunt unitas essentiæ, singularitas in nobilitate, & supereminentia: contra quæ blasphemauit Manichæus ponens duo principia, bonorum scilicet & malorum, & duos principes lucis & tenebrarum, & duo regna,

æternitas, simplicitas, immutabilitas personarum Trinitas, & eandem æqualitas. hæc sunt quasi septem stellæ in dextera Christi, Apocalyp. 1. Fides enim illuminans circa ista septem, donum Christi est. Inter ea uerò quæ dicuntur respectu creaturarum, principalia sunt Dei potentia, sapientia, bonitas uel benignitas. Consequentiæ uerò ad hæc sunt, creatio, recreatio, & similia. Ex apprehensione uerò potentia, sapientia, & bonitatis, oriuntur quasi omnes partes diuini cultus. Ex apprehensione diuinæ potentia, adoratio & ueneratio. Ad adorationem pertinent humiliatio nostra exterior uel interior, qua re cognoscimus nos subesse Deo ad saluandum uel perdendum in re plenissimo. Exterior fit hæc re cognitio in curuatione, genu flexione, prostratione, & cum exprimumus uerbo nostram subiectionem ad dominatissimam potentiam Dei. Interior uerò fit hæc re cognitio, dum cogitamus prauitatem nostram diuinæ maiestati subiectam. Ad uenerationem uerò pertinet, quod ad Deum ponimus loti præsumimus accedere, uel sacra loca intrare, uel sacra contrectare. Item ad eandem pertinet sacrorum locorum decor, uasorum & ornamentorum & illuminarium apparatus, & celebritas diuini officii. ¶ Ex sapientia uerò Dei cuncta lucidè intuente oriuntur timor & pudor, & sollicitudo declinandi ea quæ Deo displicent,

splicent, & quærèdi ea quæ Deo placent. ¶ De bonitate uero primo oritur amor: & si referatur bonitas ad operationes, quatuor fortitur nomina. Primo uocatur gratuita beneficentia, in quantum gratis tribuit bona sua. Secundo misericordia, in quantum tollit uel lenit mala nostra. Tertiò iustitia, in quantum ulciscitur mala. Quartò, largitas remunerans obsequia. ¶ Ex bonitate Dei primo modo nominata oriuntur quatuor partes diuini cultus ex radice unius uirtutis procedentes, quæ dici potest gratitudo uel deuotio. Prima pars est gratiarum actio. Secunda benedictio, seu bonorum imprecatio. Tertia laudatio. Quarta glorificatio, quæ est beneficiorum Dei predicatio ad alios. ¶ Ex misericordia uerò oriuntur multe partes diuini cultus procedentes ex radice unius uirtutis, quæ est spes ueniæ uel gratiæ. Prima pars est deprecatio pro malis tollendis uel leniendis. Secunda oratio pro bonis obtinendis. Tertia afflictio, ut ieiunium. Quarta, elemosyna. ¶ Ex iustitia per donum timoris oriuntur, poenitentia de præteritis, & cautela à malis futuris in quantum referuntur ad fugiendam diuinam ultionem. ¶ Ex largitate obsequia remunerante oritur spes remunerationis, ex qua est omnis diuinus cultus, in quantum uia est ad mercedem æternam. ¶ Inter credenda uerò quæ sunt de aliis rebus à Deo, Primum est,

quod nihil numinis est in aliis rebus à Deo. Secundum, mundi inchoatio cum uniuersis quæ de eo sunt. Tertium, creatio animarum in corporibus. Quartum, earum immortalitas. Quintum, singularitas corporum contra pluralitatem Pythagoricam. Sextum, resurrectio corporum. Septimum, loca tormentorum futurorum, scilicet infernus & purgatorium. Octauum, sacramenta. Nonum, gratia. Decimum, liberum arbitrium. Circa ista inueniuntur errores. ¶ Item notandum quod articuli fidei collecti sunt in tribus locis, scilicet in Symbolo Apostolorum, quod dicitur submissè, & in illo Symbolo quod cantatur in Missa, quod à sanctis compositum est: & in Symbolo Athanasii, quod cantatur ad primam, scilicet, Quicumque uult, Primum factum fuit ad instructionem Ecclesiæ, quando nouella erat. Aliud post, hæresibus ortis, ad explanationem primi, & expugnationem quarundam hæresum ortarum, & maxime contra illam quæ dicebat adorationem Spiritui sancto non esse tribuendam, unde contrarium multum exprimitur in illo Symbolo. Tertium uerò factum fuit contra alias hæreses, & maxime contra illas quæ erant contra incarnationem Filii, & resurrectionem mortuorum. Primum ideo dicitur submissè: quia quando factum fuit, non ita publicè fiebat fidei protestatio. Alia uerò duo alia uoce: quia

quia facta fuerunt cōtra hæreticorum proclamationem, & quia tunc publica erat fidei protectatio. Primum Symbolum dicitur ad primā, & ad cōpletorium, duplici ratione. Primò, quia altera harum horarū principiū diei est, altera noctis. In principio ergo diei, & in principio noctis dicitur, Credo in Deū: quia fides est principiū omnis boni. Secundò, quia fidei professio ualet ad effugandos dæmones qui diurnis & nocturnis actibus insidiantur, & eisdem horis, eisdem rationibus à laicis fidelibus dicendum esset. A religiosis tamen dicitur quando frater morti appropinquat ad dæmones effugandos, qui fini hominis insidiantur, secundū illud Genes. 3. Tu insidiaberis calcaneo illius. ¶ Possimus autē distinguere Symbolū Apostolorum in duodecim articulos, sicut duodecim fuerunt Apostoli, qui cōposuerunt. Fides uerò horum duodecim articulorum est uelut corona duodecim stellarū in capite sponsæ: in intellectu scilicet. Apoc. 12. ¶ Primus articulus pertinet ad Patrē, sex sequētes ad filium. Primus illorū est secundum deitatem, quinque alii secundum humanitatem, & quinque ultimi pertinent ad Spiritum sanctum. Primus articulus est, Credo in Deū Patrem omnipotentē creatorem cæli & terræ. Et notandum quod non est idē credere Deo, & credere in Deum. Deo credit, qui credit esse uera, quæ ab eo di-

cuntur: & hoc modo possumus dicere quod aliquis credit Petro & Paulo. Credere in Deum, est credendo diligere, & credendo in eum ire. Vnde gloss. Augu. super illud Rom. 4. Credenti in eū qui iustificat impiū &c. Quid est credere in Deū: Credendo amare, credēdo diligere, credēdo in eum ire, & mēbris eius incorporari. Fides ostendit homini Deū esse summū bonum: ideo gressū amoris & boni operis habens fidem tendit in Deū. Ex iam dictis patet, quod ille qui in peccato mortali est, mentitur, cum dicit, Credo in Deum, si intendit illud dicere in propria persona. Aliud est si intendat hoc dicere in persona Ecclesiæ fidē eius profitendo. Ad declarationē uerò huius uerbi, Credo in Deum, additur in Symbolo sanctorū, unum, cū dicitur, Credo in unum Deum. Sequitur, Patrem omnipotentem. Omnipotentia in tribus attenditur, scilicet in amplitudine potentiae: potest enim quæcunque uult facere. Secundò in hoc quod ad agendum nullo indiget. Tertio in hoc quod à nullo prohiberi potest. Et attende hanc cōtinctionem, Patrem omnipotentem, ualde dulcem esse uerē fidelis. Patri enim non deest bona uoluntas ad filios, præcipuē patri misere ricordiarū, qui minus obliuiscitur filiorum suorum, quàm mater. Esaia 49. Omnipotenti uerò non deest potestas implendi illam bonam uoluntatem. Patris

omnipot

omnipotentiam non uidentur credere, qui relicto Deo adherent diabolo, credentes se fame morituros, si Deo seruiert: quasi diabolus uel melioris uoluntatis uel maioris potestatis sit ad prouidendum his qui sibi seruiunt, quàm Deus. Sequitur, Creatore cæli & terræ. Creare est de nihilo aliquid facere. Ad declarationem huius uerbi, dicitur in Symbolo sanctorū, Factorē cæli & terræ, uisibiliū, & inuisibilem. Quæ expressio facta est contra illam hæresim, quæ dicit uisibilia esse à principe teſtebrarū, inuisibilia uerò à Deo. ¶ Secundus articulus est, Et in Iesum Christum filium eius unicum, Dominum nostrū. Et est sensus: Credo &c. id est, fide tēdo in Iesum Christū, fidem habeo de ipso, quod ipse sit Iesus, id est, saluator eorum qui ei adhærēt, ideo ei adhæreo. Et iterum quia fidē habeo quod ipse sit Christus: id est, unicus, & benignus. Bernardus: Omnino propter mansuetudinē quæ prædicatur in te, currimus post te Domine Iesu, auditis quod pauperes non spernas, peccatores nō horreas. Itē credo quod sis fili⁹ Dei, cui seruire, honor est. In hoc quod dicitur fili⁹ Dei, insinuat quod ipse sit Deus. Sicut enim filius hominis homo est non alterius speciei: sic filius Dei Deus est. Sequitur, Vnicum Dominum nostrum. Christus Dominus noster est duplici iure, scilicet iure creationis & iure redemptionis. Creatura

necessariò est creatoris, cum eā gratis fecerit & ex nihilo. Tribus de causis aliquis habet ius in re, quæ sit uel quia eam facit, uel quia pretio eius fit, uel quia materia ex qua fit ipſus est: sed nulla harum causarū aliquod habet dominium in creatura, nisi creator. Cōtra uniuersale dominium Christi peccare uidētur, hi qui uolunt dominari, & qui contra uoluntatem Dei terrenis dominis nolūt obsequi. Qui ascendit super occasum, Dominus nomen est illi. Ille solus pro domino habēdus est, qui suscitare potest hominem, si in eius seruitio mortuus fuerit. Non libet seruire miles dominū illum qui non potest ei restituere equum suū, si in seruitio eius eum amiserit. ¶ Primus inter articulos pertinentes ad filii humanitatem est hic: Qui conceptus est de Spiritu sancto natus ex Maria uirgine. Christus conceptus est de Spiritu sancto: id est, Spiritu sancti operatione: quia Spiritus sanctus separauit à beata Virgine quod purissimum erat in ea, & formauit inde corpus Christi, & instanti animam infudit, ut tam citò esset uerus homo & uerus Deus. Non fuit anima infusa circa 40. diem à conceptione, sicut dicitur fieri in aliis. Imò fuit uir ab ipsa cōceptione. Hierem. 31. No uum creauit Dominum nostrum, femina circundabit uerum &c. Christus in conceptione cul pam cauit, in natiuitate uerò matris suæ

tri suæ dānnum uirginitatis nō intulit, nec ei doloris causa fuit. Mansit enim mater eius uirgo post partum, & sine dolore eum peperit: in quo dedit exēpla aliis ut benignè sese habeat erga matres suas, nec sint eis causa doloris uel depauperationis. ¶ Secundus articulus pertinēs ad humanitatem est, Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus. Attēdere debet fidelis quanta pro eo sit passus, & à persona quæ indigna erat etiā uita, cum esset infidelis. Cruci etiam affixus est, quod erat uilissimum genus tormentorum, in qua perseuerauit usque ad mortem, ut fideles à cruce pœnitentiæ & suggestionem diaboli non descendant. Sepultus est, licet corpus eius non esset dandum corruptioni, secundum illud, Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Volens in ista absconfectione aliis assimilari. ¶ Tertius articulus pertinens ad humanitatem, est, Descendit ad inferna: & hoc secundum animam: ut extraheret suos qui in limbo erāt. Et attende peruersitatem hominis qui non uult Christum sequi in cælum, qui hominem secutus est in infernum. ¶ Quartus est, Tertia die resurrexit à mortuis. Si Christus mortuus sua uirtute resurrexit: uerisimile est quod ipse iam uiuens mortuos suscitare possit. ¶ Quintus est, Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis: inde

uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Si Christus ascendit in cælum, ascendent post eum qui ei adherent. In eodē enim hospitio membra recipientur, in quo caput receptum est: Christus secundum quod homo, sedet à dextris Patris, quia est in potioribus bonis eius: secundum uerū quod Deus est, cōregnat equalis ei, ut tangit Glo. super illud Psal. Sede à dextris meis. Christus sibi & suis ad dexterā Patris locum elegit: quia in dextera sunt delectationes eius usque in finē. Inde uētur⁹ est iudicare uiuos & mortuos: id est, bonos & malos, uel illos qui in aduētū suo uiui reperiuntur, qui in momento moriētur, & postea resurgēt, & illos qui prius erāt mortui. Magna fiducia erit fidelibus, quod frater eorū iudicabit. Ioan. 5. Pater non iudicat quenquā, sed omne iudiciū dedit filio. ¶ Primus articulus pertinēs ad Spiritū sanctū est, Credo in Spiritū sanctū, sanctā Ecclesiā catholicā. Credo: id est, fide tendo in Spiritū sanctum, Qui fidē habet quod Spiritus sanctus magnæ bonitatis & suauitatis sit his in quibus habitat, preparat se ad hoc quod sit eius habitaculum, hic per gratiā, in futuro per gloriam. Sap. 12. O quam bonus & suauis est Domine spiritus tuus in nobis. Eccl. 24. Spiritus meus super mel dulcis. ¶ Ad Spiritū sanctū tria pertinent in præsentī, & duo in futuro. Cum enim ipse sit bonitas, ad eū pertinet

nec

net destructio malitiæ: bonitas enim cōtraria est malitiæ. Vnde ad eū pertinet sanctificatio. ideo dicitur, Sanctam Ecclesiā catholicam. Et pertinent ad eundem articulum hæc duo, Spiritus sanctum, sanctam Ecclesiam catholicā. Credere enim debem⁹, quod Spiritus ipse sanctus sit, & quod Ecclesia sancta sit ab eo. Item ad Spiritū sanctum pertinet sanctorum cōmunicatio: unio membrorum in corpore Ecclesiæ & ad caput & ad inuicem: sicut spiritus humanus in corpore humano membra unit, cuius unio nis signum est sacramentum Domini corporis. Item ad Spiritū sanctū pertinet communio quam habent sancti ad inuicem, in hoc quod sunt socii in lucro. quod tangit David, dicens, Particeps ego sum omnium timentium te, &c. In communione ergo sanctorum tria intelligamus ad quæ pertinet secundus articulus. Sacramētum communionis mystici corporis, quod est Ecclesia. Communione sancte societatis, ex qua accidit quod quilibet qui est de Ecclesia, uerè partem habet in omnibus bonis quæ fiunt in Ecclesia, per quam uiam aliquis de facili ditatur. Ad quæ etiam communionem sequi debet communicatio tam bonorum quam malorum temporalium, ut mala proximorum nobis assumamus per compassionem, & bona nostra eis communicemus per eleemosynarū largi-

tionem. Item ad Spiritū sanctū pertinet remissio offensio- num, cum ipse sit benignitas, ad quod pertinet tertius articulus, Peccatorum remissionem. Credere enim debemus, quod peccata remittuntur in Ecclesia per baptismum & pœnitentiam & alia sacramenta: nec solum semel remittit Spiritus sanctus peccata homini: sed quotiescunque uerè quis pœnitet. ¶ Ad bonitatem etiam Spiritus sancti pertinet remuneratio tam in corpore, quam in anima. Ad remunerationē corporis pertinet quartus articulus, Carnis resurrectionē. Ad remunerationē animæ quintus, Vitam æternam. Qui carnis resurrectionem fideliter credit, non timet miserum corpus expendere in seruitio Christi, ex quo sperat se recepturum illud cum quadruplici gloria claritatis, impassibilitatis, subtilitatis, & agilitatis. Item qui fidem habet de uita æterna, sollicitus debet esse quomodo illi pvideat. Si cum tanta solitudine prouidetur huic miseræ uitæ, de qua nemo certus est per diem: quanta sollicitudo debet esse prouidēdi illi uitæ de qua certum est quod erit æterna? Ibi nec locus erit mendicandi, ut manifestū est in diuite epulone. Luc. 16. Et in fatuis uirginibus. Matth. 25. Nec locus laborandi, nec aliquid mutuo accipiendi. In uita enim præsentī uix est aliquis, cuius paupertati non consulatur aliquo istorum trium

trium modorum. Ibi uerò qui sibi non prouiderit, egestatē aternam patietur, ut nec gutta aquæ modicam habere possit. Et notandum quòd Aug. in libro de fide, ad Petrum, enumerat 40. firmiter credenda & indubitanter tenenda, quæ causa breuitatis hic non posuimus.

De erroribus qui catholicæ fidei aduersantur. Et primò de errore illorum, qui negāt Deum esse. CAP. VI.

Sequitur de erroribus qui fidei catholicæ aduersantur. Et primò dicitur de errore illo quem tangit David, dicens: Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. ¶ Et notandum quòd hi qui sunt in errore isto, omni bono sunt indigni, quia largitori omnis boni ingrati: unde indigni sunt disputatione qua laboratur ad destructionem erroris eorū, ipsi meritò sunt à Deo despecti, quum ipsi Deum non reputēt: & ideo à correctione sunt ualde remoti. Eccles. 7. Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere quem ille despexit. Tum quia Dei misericordia immensa est, & quia scriptū est, Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse uideatur. Prouerb. 26. Ad extirpationem huius erroris aliqua dicemus. ¶ Error iste non solū est insipientia, imò insania. Quæ maior insania, quàm dicere, illud non esse quod causa est omnibus ut sint? Cum insano uerò nemo

solet philosophari ad destructionem errorum ipsius. Philosophus: Stultum est de quolibet cōtraria opinionibus proferere esse sollicitū. Itē Philos. Nō oportet omne problema nec oppositionē desiderare: sed quā dubitabit aliquis indigentū rationis & nō pœnæ uel sensus. Nam qui dubitat utrū oporteat Deū uenerari, & parentes honorare, uel nō, pœna indiget: qui autem utrū nix alba, uel nō, sensu. Verè qui Deū nō agnoscut, pœna indigent, ut qui in bonis positi non agnoscut bonorū omniū largitorē, in malis positi agnoscut malorum liberatorē. Greg. Teceat quos culpa claudit, pœna aperit. Esa. 28. Sola uexatio tantimodo dabit intellectū auditui. Hier. 16. secundū aliam translationē: Per omne flagellū & dolorē eruditur Hierusalē. Et Tob. 11. Recuperauit uisum Tobias, cū filius eius liniuisset oculos eius felle. Et 1. Mac. 19. Antiochus Deum recognouit in tormentis à Deo positus, dicens: Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Pœna timorem incutit: timor uerò initū sapientiæ est. Prou. 1. Qui in errore isto sunt, rusticissimi & ignobilissimi sunt: unde uerbis erudiri nō possunt. Prou. 26. Seruus uerbis erudiri nō potest: quia quod dicit audit, & respōdere contēnit. Verè contēptus siue uoluntas in causa est, uel potius in culpa est, quòd tales non credūt Deū esse.

Animo

Animo enim inuito nihil facile suadet. Ignobilis animi est & ingrati nolle agnoscere benefactorē suum: nobilis uerò animi est multū desiderare agnoscere eū à quo beneficia recipit. Sicut patet in paupere illo, de quo legitur in uita diui Nicolai: cui cū S. Nicolaus multiplici iniectione auri in domum eius paupertati ipsius cōsuluisset, proposuit deinceps uigilare, donec sciret quod esset qui aurū in domū illius tā cautē proiecisset. Patet ergo ualde ingratos esse, qui negāt Deū esse à quo incessanter beneficia recipiunt, nec infinitis testibus hoc credere uolūt. Tale est hoc actū aliquis nollet credere igne esse, à quo tamē incessanter uehementer calefieret. Psal. Nō est qui se abscondat à calore eius. Bernar. in lib. de diligēdo Deū: Inexcusabilis est infidelis, si nō diligit Deū roto corde, tota anima, tota uirtute. Clamat intus ei innata iustitia: quia ex toto se illū diligere debeat, cui totum se debere nō ignorat. Idē: Infidelē urget iustitia naturalis se totum tradere illi à quo se totū habet, & ex se toto diligere. Nullus est qui compos sit mentis suæ, qui nō possit agnoscere quod ipse non semper fuit, & quum nō fuit, nihil boni habuit: ergo esse suū & quicquid boni habet, ab alio habet: ergo uel à solis parentibus carnalibus, aut nō: si à solis parētibz carnalibus, illi nō semper fuerūt: unde ab aliis habuerūt: &

illi similiter ab aliis, donec perueniatur ad aliquē, qui semper fuit, à quo primus pater carnalis initū habuit, à quo etiā habuit ut posset aliū generare. Constat enim quod parentes carnales non habent à se quòd generēt filiū, cum quādoque generent quando nolent generare, & quādoque nō generēt cum uellēt, & cum uellent generare filiū, quādoque generant filiā. Nescit etiā mater quomodo filius in domū illius tā sicut quēdā laudabilis mater quæ dixit filiis suis, 1. Mac. 7. Nescio, inquit, qualiter in utero meo apparuistis: neque enim ego spiritū & animā donauit uobis, & uirtutē, & singulorū membra nō ego ipsa compegi. Si uerò nō à solis parentibus carnalibus esse suū habuit, sed à parētibz carnalibus corpus, & à patre spirituum spiritū: secundū illud Arist. in lib. de animalibz. Intellectus diuinitus ab extrinseco aduenit, quum primus pater carnalis qui non semper fuit, ab aliquo qui semper fuit, totū esse suū acceperit, & quod aliquid boni posset habere, & quod aliquid boni posset conferre: patri illi qui semper fuit, omne bonū debetur, quod à nobis habetur, qui uerè Deus est. Magna est ergo ingratitudo illū non agnoscere, cuius beneficia nō cessamus recipere; nec solū per parentes carnales beneficia ipsius recipim⁹, sed etiā per alias creaturas. Collatio uerò beneficiorū ipsius quædam exhortatio

f tio

ratio est ad amorē ipsius. Aug. lib. 10. Confes. Cælum, & terra, & omnia quę in eis sunt, ecce undique mihi dicunt, ut te amē, nec cessant dicere omnibus ut sint inexcusabiles. ¶ Error iste est quē odire debet quicquid odire potest, quū interimat patrem omnium. Vnde debem⁹ eū odire, sicut aliquis odit eum qui patrē eius interimit. Qui in hoc errore sunt, demonibus quantum ad hoc deteriores etiam uidentur, qui saltem Deū credunt esse. Iacobi 2. Tu credis quomā unus est Deus, bene facis, & dæmones credunt, & contremiscunt. Qui in hoc errore sunt, in uanū uidentur accepisse animam suā, quum Deum nō agnoscant. Ad quē cognoscendum ratio eis data est. Propter quod enim rationē habent potius quā bruta animalia, si tantū illa quę sensibus corporis subiacent agnoscut sicut & illa. Vnde Dominus iustissimē posset tales punire, sicut puniuit Nabuchodonosor. Dan. 4. Ab hominibus ei ciēt te, & cum bestiis & feris erit habitatio tua. Fœnum quasi bos comedes, & septē tēpora mutabuntur super te, donec scias, quod dominetur excelsis in regnō hominum, & cuiuscūq; uoluerit, det illud. Bernard. super Cantic. An nō tibi uidetur ipsis bestiis quodāmodo bestialior esse hominē ratione uigens & ratione non utens? Magna fatuitas dubitare de fonte, ex quo apparet fluuius

cōtinuē perseverans. Fonti in-
deficienti attestatur fluuii con-
tinuitas, & certissimū iudicium
creatoris est continuus fluxus
creaturarū. Et notandū quod ad
cognoscendū Deū esse, natura in-
citat. Hoc idē omniū scriptura
indicat, & omnis creatura cla-
mat. De primo, Io. Damasc. Cog-
nitio existēdi Deū nobis natu-
raliter inserta est. Intantum ue-
rō præualuit malitia hominum
naturā, ut quosdā in irratio-
nabilissimū & omnium malorum
pessimū perditionis barathrū
deduceret, ut dicāt nō esse Deū,
Deū esse, uox omnium est. Apud
enim omnes nationes instinctus
naturā habetur. Vox autem om-
nium, uox naturā est: iuxta uer-
bum Sapientis. Secundum mani-
festum est: quia & scriptura gen-
tiliū, & Iudæorū, & Christiano-
rum affirmat Deū esse. Doctrina
etiam nobilissimorū philosopho-
rum hoc indicat, ut Platonis,
Arist. Tullii, Sen. & similitū. Scri-
ptura Iudæorū in principio as-
serit omnia à Deo esse creata,
Scriptura Christianorū in prin-
cipio euangeliū Io. per Deū uer-
bum asserit omnia esse facta.
Omnis etiā creatura clamat Deū
esse, ut ostēdit Aug. 11. lib. de Ci-
uitate Dei: exceptis propheticis
uocibus. Mūdus ipse ordinatissi-
ma sua mutabilitate & mobili-
tate uisibilium omnium pulcherrima
specie quodāmodo tacitus
& factū se esse, & nō nisi à Deo
ineffabiliter atque inuisibiliter
feri

feri se nō potuisse proclamat.
Idem 10. lib. Cōfes. Interrogavi
de Deo meo, cælū, solem, lunā,
stellas: neq; nos sumus Deus quē
queris, inquit: & dixi omni-
bus qui circumstant carnē meā,
Dicite mihi de Deo aliquid: ex-
clamauerunt uoce magna, Ipse
fecit nos. Interrogatio mea in-
rentio mea, & responsio eorum,
species eorū, flores, & alia quę
terra producit quę est infimum
elementorū, & pedibus omnium
calcatur, speciē nobis talē osten-
dunt qualē nullus homo qui di-
gnissima creatura est, & qui ra-
tionē habet, cuius est discernere,
posset facere: unde ostēsiōne
illius speciēi apparet maiorem
hominē esse qui talia facit. Ter-
ra enim per se talia facere non
potest. Sicut mater nō parit nisi
aliunde receperit: sic terra aliū-
de recipit quod talia producat.
Aug. in lib. de Trinitate: Sicut
matres grauidę sunt foetibus, sic
ipse mūdus grauidus est causis
nascētium. Ostēsiōne ergo speciēi
suę exclamat hos se à Deo fa-
ctū esse, cum nulla creatura nec
etiā rationalis eū possit facere.
Matth. 5. Considerate lilia agri
&c. Dico autē uobis quod nec Salo-
mō in omni gloria sua cooper-
tus est, sicut unū ex istis, Quod
de flore dictum est, intelligatur
de aliis creaturis. Aug. in lib. de
Utilitate credendi: Non frustra
intueri oportet, & inaniter pul-
chritudinē cæli, ordinē syderū,
piciissitudines temporū, in quo-

rum consideratione nō curiosi-
tas est exercenda, sed gradus ad
æterna faciendus. Sap. 13. A ma-
gnitudine speciēi & creaturę
cognoscibiliter poterit creator
horū uideri. Iob. 12. Interroga iu-
menta, & docebunt te, & uolati-
lia cæli, & indicabunt tibi: loque-
re terrę, & respondebit tibi, &
narrabunt pisces maris. Quis
ignorat quod omnia hæc manus
Domini fecerit? Rom. 1. ubi lo-
quitur Apostolus de philoso-
phis, Deus, inquit, reuelauit eis.
gl. Ambros. Vt Deus qui natura
inuisibilis est, etiā à uisibilibus
posset sciri, opus fecit quod opi-
scē uisibilitate sua manifestauit,
ut per certū incertū posset sciri,
& ille esse omnium Deus crede-
retur qui hoc fecit quod ab aliis
impossibile est fieri. Et subditur
ibi in tex. Inuisibilia enim ipsius
à creaturā mūdi per ea quę fa-
cta sunt, intellecta cōspiciuntur:
sempiterna quoq; eius uirtus &
diuinitas. Dū sumus in hoc mū-
do inferiori, quasi per quādam
scalā creaturarū ad cognitionē
creatoris oportet nos ascendere.
Bern. Sanē hac scala cæli ciues
nō egēt, sed nos exules: quia crea-
tura cæli in uerbo cōspicit facta
per uerbū, nec opus habet ex his
quę facta sunt factoris notitiā
medicare. Esa. 40. Leuate in ex-
celsum oculos uestros, & uidete
quis creauit hæc quę eduxit in nu-
mero militiā eorū. Et glōf. Aug.
super cap. ad Ro. 1. Philosopho-
totū cōsiderasti rerū ordinē, &

nō uis attēdere q̄ mūdus opus Dei sit, idoli opus fabri. Si faber idolo sicut dedit figurā, daret & cor, ab ipso idolo faber adoraretur. Ex quo sequitur, inexcusabile esse qui creatorē suū nō adorat, qui eū prae creaturis uisibilibus honorauit dādo ei rationē. Cūm homines agnoscat animā esse per effectū ipsius in corpore, ut est uita sensus, motus, licet ipsa inuisibilis sit, & omnino insensibilis: quare similiter non agnoscat ipsi creatorem esse in mūdo per eius opera? Amb. sup. ca. 1. ad Ro. Sicut ex motibus & administratiōe corporis animā quā nō uidēs intelligis: sic ex administratiōe totius mūdi & regimine omnium creatorē philosophi intellexerūt. Sen. in lib. de natu. quæst. Quid est Deus me⁹, inq̄t, uniuersū? Sic se habet Deus regēdo uniuersum, sicut mens regēdo corpus proprium. Noli ergo de Deo dubitare, etsi eum nō uideas, sicut nō dubitas de animā, etsi eā nō uideas: certissimū habebas multa esse quæ tamē inuisibilia sunt. Inuisibilia sunt causa uisibilib⁹ ut cognoscatur. Vnde Greg. 4. lib. dialog. Nulla uisibilia nisi per inuisibilia uidentur. Ipse corporeus oculus nihil corporeū uideret, nisi hunc res incorporea ad uidentū acueret. Nam tolle mentē quæ nō uidentur, & incassum pater oculus qui uidebat. Si oculi per se uidebāt, cur descedere anima nō uident? Itē in hoc mundo uisibili nihil

nisi per creaturā inuisibile dī sponi potest. Bernar. Nobile hospite habes o caro, & nobile habes de, tota salus tua pendet ex eius salute: da honorē hospiti tanto; diligēter attende, quid hospitii huius præsētia largiatur. Ipse est qui retribuit oculis uisum, auribus præsētat. Deniq; discēssus probat qd præsētia cōferat. Itē cūm ad fidē faciendā de parētibus carnalibus sola fama publica sufficiat, nec testes super hoc requirātur, nec alia probationes, maxime cūm parētes carnales nobiles sunt, nec cediū ad dedecus filio, & cūm sperat se successurū eis in magna hereditate, quæ causa est, q̄ cūm tanta difficultate sit fides aliquibus de patre cælesti, qui nobilissimus est, & a quo tanta speratur hereditas? ¶ Præterea secūdum considerationem Sapientis, cui consequēs est maius bonū, hoc magis est eligendū; si autē consequentia sunt mala, cui consequēs est minus malū, hoc magis eligendū est. Sed ex eo, quod aliquis credit Deum esse, consequēs est magis bonum quā ex eo quod aliquis credit Deū nō esse, si bonum ex hoc sequitur, & si malum inde sequeretur, minus malū sequeretur: ergo magis eligendū est q̄ homo credat Deū esse, quā q̄ credat Deum nō esse. Media oppositio sic potest manifestari: Si aliquis credit Deū esse & est, sequitur inde uitæ æternæ remuneratio. 1. Io. 3.

Habe

Habebitis uitam æternam qui creditis in nomine filii Dei. Posito autem per impossibile, q̄ Deus nō sit, nullū sequetur malum post præsēntem uitam, ex eo q̄ aliquis credit Deum esse, quia non erit qui eū puniat. Ille uero qui credit Deum non esse, si ipse est, magnū malū habebit, quia mortē æternam. Posito autem per impossibile, q̄ Deus non sit, nullum lucrum in futuro habebit aliquis, ex eo q̄ credit Deum nō esse: ergo maius bonum consequēs est ad hoc q̄ aliquis credit Deum esse, quā ex hoc q̄ aliquis credit Deum non esse, & si malū sequeretur ex his credulitatibus, minus malum sequeretur ex eo q̄ aliquis credit Deum esse, quā ex alia credulitate. ¶ Item inter ea quæ inceperunt esse, nihil est cuius ortum causa nō præcesserit: sed causa quæ præcessit omne quod inceperit esse, nō est de numero eorum quæ inceperunt esse. Sic enim præcessit scriptam, qd est impossibile: ergo aliqua causa est, quæ nunquā inceperit esse. Sed quod nō inceperit esse, non definit esse. Esse enim qd habet esse, amittere nō potest. Sene. Periturū est, nempē qd aduentitium fuit: ergo aliqua causa est sine principio, & sine fine, & hoc indubitātē est Deus. ¶ Item Io. Damascē. Creabilia sine creata omnino ab aliquo cōdita sunt: oportet autē conditorē increabilem esse. Si enim & ipse crea-

tus est, omnino ab aliquo creatus est, quousq; deueniamus ad aliquid increabile. Probatio autem hæc Io. Damascē. supponit, q̄ Philosophis probatum est, q̄ in causis nō est processus in infinitum. Vnde demonstrato aliquo causato sic potest procedi: Aut causa huiusmodi habet causam, aut nō. Si nō, est ergo causa, ita q̄ nō causatū: ergo est prima causa. Si autē habet aliā causam, & illa causa aliā, cūm in causis nō sit processus in infinitum, ad ultimum inuenietur aliqua causa, quæ ita est causa, q̄ nō causatū: unde & prima causa est Deus. Præterea potētia agēdi quæ est in igne, & sole, & aliis creaturis uisibilibus, nō est potētia libera: ideo quā aliquis grauat ab igne, ut cū domus eius cōburitur, uel ab æstu solis: si discretus est, nō rogat ignē uel solem ut cessent. Potētia enim eorum est ut potētia ministrorum, qui necesse habēt implere imperiū dominorū quibus subiecti sunt. Constat ergo aliā potētiam superiorē esse quæ libera est, cui hæc potētia subiecta est: & hæc est potētia Dei, cuius uoluntatē necesse habent implere dictæ creaturæ, nec possunt cessare ab operatiōe indita eis à Deo, nisi Dei uolūtas aliter ordinaret: sicut accidit quādo sol & luna steruerūt per spatium 12. horarū. Iosue 10. Et in regressu solis tempore Ezechie. Esa. 38. Et in fornace Baby. quādo pueros in igne po-

f 3

fitos

fitos ignis non leſit. Dan. 3. Item potentia agendi quæ eſt in elementis & aliis creaturis uisibilibus abſq; ſapientia & diſcretionẽ, eſt quæ fit illarũ creaturatum, & tamen opera earum diſcretiſſimè ſunt: ergo neceſſe eſt ſapientiam aliquã eſſe à qua operationes earũ ordinatę ſunt. ¶ Ad hoc autem non ſufficit aliqua ſapientia creata, cum nec ad cognitionem earũ uideatur ſufficere. Eſt ergo aliqua ſapientia increata infinita, à qua eſt ordinatio uniuerſorũ. Io. Damalce. Sit omnia, generari caſus cuius erit ordinare: & hoc ſi uidetur, demus cuius erit obſeruare & cuſtodire. Itẽ ipſa creatiõis permanentia, & conſeruatio, & gubernatio docet nos, quoniã eſt Deus qui hanc uniuerſitatẽ conſiſtere facit & cõtinet, & conſeruat, & ſemper ei prouidet: qualiter utiq; cõtrarię naturę, ignis dico & aquę, aëris acterrę in uniuſi mũdi cõſummationẽ adinuicem cõueniſſent, & indiſſo lubiles permãſiſſent, niſi aliqua omnipotens uirtus ea cõcordaſſet, & ſemper indiſſolubilia cõſeruarẽt. ¶ Itẽ cum uisibilia ſint cauſę aliquorũ, aut ſunt cauſę primę, aut nõ. Cauſę primę eſſe nõ poſſunt. Sũt enim omnia cõpoſita, unde neceſſariõ pręceſſit ea aliquid quod ea cõpoſuit. Pręterea partes ſunt quædam cauſa totius, & pars eſt naturaliter prior ſuo toto: ergo neceſſe eſt aliquid incõpoſitum & ſim-

plex quod omnia cõpoſita pręceſſit, à quo omnia ſunt compoſita. ¶ Itẽ in eis quę creata ſunt quędam ſunt corruptibilia, quę principium habuerunt & finem ſunt habitura: quędam uerõ habẽt perpetuitatẽ, quę principium habuerũt, ſed finẽ nõ ſunt habitura: ergo cũ cauſa abũdare debeat ab eis quorum eſt cauſa, & cauſa eorũ habebit æternitatẽ, ut ſit ſine principio & ſine fine. ¶ Itẽ omnipotẽtia creata determinata eſt circa eſſe, & operatũ circa materiã exiſtentẽ, & nullatenus trãſcẽdit eſſe ut de nihilo aliquid poſſit facere: ergo oportet aliquã potentiã increatã eſſe quę infinita ſit, & trãſcẽdat eſſe, & de nihilo fecerit illud ex quo creaturę operatur. ¶ Item cum in rebus ſit inuenire quędã bona & quædam meliora, aut non erit perfectio in uniuerſitate rerum, aut neceſſe eſt aliquid eſſe optimũ. Itẽ cum appetitus ſummũ boni naturaliter in anima ſit, nullus autẽ motus naturalis ſiſtrã ſit. Fruſtrã autẽ eſſet appetitus ille, niſi aliqd eſſet ſummũ bonũ: ergo aliquid eſt ſummũ bonũ. Hoc autẽ nõ eſt niſi Deus. ¶ Item ſecundũ Ariſtot. Magis eligendũ eſt q; natura eſt, eõ q; non eſt natura, ut iuſtitia iuſto: hæc enim natura, illud autẽ acquiſitum eſt. Eſt igitur aliquid quod eſt ſua bonitas, & ſua iuſtitia, omnibus illis quę bona ſunt per participationem præferendum. Item nihil quod mutabile ſit

ſit, optimum eſt. In mutatione enim aliquid boni amittitur, & aliquid acquiritur qd' optimo accidere non poteſt. Item dicit Aug. q; in omni re quę mutari poteſt, nonnulla mors eſt ipſa mutatio: mors autem optimo accidere non poteſt: omnis autem creatura mutabilis eſt: ergo nulla creatura optimum eſt: aliquid tamen optimum eſt, aliter non eſſet perfectio in uniuerſitate rerũ: ergo aliquid increatũ eſt. Aug. ſuper 1. ad Ro. Viderũt ſummi Philoſophi quos ceteris non immeritõ fama atq; gloria prælatos cernimus, quicqd' mutabile eſt non eſſe ſummũ Deũ: & ideo omnem animam mutabilem eſſe, quia ſpeciẽ tranſcenderunt: deinde uiderũt omnem ſpeciẽ in re quacũq; mutabili quę naturaliter eſt, omnẽque uniuerſi mũdi corpus nõ poſſe eſſe niſi ab illo qui incõmutabilis & ſimplex eſt: quia nõ aliud eſt illi eſſe, aliud uiuere, aliud intelligere, aliud beatũ eſſe: ſed quod eſt illi uiuere, intelligere, beatũ eſſe, hoc eſt illi eſſe. Propter hæc incõmutabilitatẽ & ſimplicitatẽ intellexerũt eũ & omnia bona feciſſe, & à nullo fieri potuiſſe. Itẽ cum modico corpori hominis regẽdo ratio ſit accõmodata, qua ipſum regatur, qua impedita uel omnino amiſſa, corpus periclitatur, uel in puluerem redigitur, uerifimile eſt rationem aliquam eſſe qua uniuerſitas fabricę mundi regatur.

¶ Item cum ratio quę in homine eſt agnoſcat ſe eſſe & non ſemper fuiſſe, & cauſam aliquã habuiſſe quę eã præceſſerit, cauſa autem rationis irrationabilis eſſe nõ potuerit, neceſſario rationem humanã & quacũq; aliam rationẽ quę eſſe inceperit, præcedit aliqua ratio quę eſſe non inceperit: & hæc ratio Deus eſt, qui uniuerſitatẽ rerũ regit. Vnde Sen. in lib. de naturalibus quęſtionib⁹: Noſtri melior, pars eſt animus: ideo extra animum nulla eſt pars, totus eſt ratio. De errore idololatrię. Et primõ de deſcriptione idololatrię. ſecundõ de cauſis eius. tertio de ſpeciẽbus. et quartõ de deſtructione erroris idololatrię.

CAP. VII.

Dictum eſt ſuprà de errore eorum qui Deum eſſe negant. Nunc dicendũ eſt de errore eorũ qui creaturas deificant, qui error idololatria dicitur. Primõ oſtendemus quid ſit idololatria. Secundõ tangemus de cauſis. Tertio de ſpeciẽbus. Quartõ de deſtructione eius intẽdimus. ¶ Notandum ergo, q; latría eſt ſummę uenerationis cultus ſoli Deo exhibẽdus. Vel latría eſt uoluntaria poſſeſſio diuinę maiſtatis. Idololatria uerõ eſt cultus Deo debit⁹ creaturę exhibitus. Et dicitur quaſi idololatria: non quia iſte cultus ſemper idolo exhibeatur, ſed quia frequenter, uel quia idolo primo eſt exhibitus. Et notandum quod idolum

quandoque dicitur lignum, uel alia res sic figurata: quandoque uerò dicitur coniunctū ex imagine & dæmone præfidente. Et sic sumitur 1. Cor. 7. ubi dicit Apostolus, q̄ nihil est idolū in mūdo. Illud enim q̄ putabāt esse idolū, personā scilicet subsistentem ex simulacro & spiritu præfidente, nihil erat. ¶ Itē notādū q̄ inter idola gentiliū quædam imagines erant tantū ad memoriā & representationē aliquorū in quibus nihil numinis esse credebatur: aliæ uerò erāt qui credebatur esse habitacula deorū, id est, dæmoniorū. Omnes enim dii gentiū dæmonia. In quibus dæmones decipiebāt homines dantes eis responsa acū in ipsis habitaret, inducī ad hoc sacrificiis & honoribus quæ eis exhibebātur. In quibusdā etiā imaginibus credebāt gētiles aliquam uirtutem esse infusam, eō q̄ sub certis horis funderētur, uel sculperentur, uel fabricaretur: sicut Mathematici mentiūtur homines trahere mores ex hoc q̄ tali hora, uel tali nascuntur. Similis error inuenitur in quibusdā uetulis nomine Christianis, quæ dicūt imagines lx. annos à factiōe sua uirtutē sortiri, & de cætero habere eā. Imagines prædictas quas nō credebāt solū esse imagines, uocauit Mercurius Deos factitios, scribens librū de Deo Deorū. Proauit, inquit, nostri inuenerūt artē quæ deos efficeret: & quoniā animas facere nō po-

terant, inuocantes animas deorum, eas indiderunt imaginibus factis. ¶ Possum⁹ autē octo rationes seu causas ostēdere quibus idololatria uel inducta est uel augmētata. ¶ Vna causā fuit, dolor nimius de amissione alicuius amici. Pater enim amisso filio nimīū dolens imaginē filii fieri fecit, ut ei esset qualecunq; solatiū. Vnde Sapiē. 14. Acerbo luctu dolēs pater, cito sibi rapti filii fecit imaginem. Ac illū qui tūc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquā Deū colere cœpit, & cōstituit inter seruos suos sacra & sacrificia. Deinde interueniente tēpore cōualescēte iniqua consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est. Hęc primā causā idololatriæ ostēdit Gregor. super illud Luca 11. In Beelzebub principe dæmoniorū &c. dicēs: Ninus rex Ninuē Belo patre suo mortuo statuam fecit, quā summa reuerentia honorauit, ita ut etiā reis ad eā fugientibus parceret: unde progressū tēporis homines cœperunt eā uenerari ut deū, & multiplicare: & quidam uocauerūt Bel, alii Baal, alii Baalim, alii Beelzebub, secundū uarietate linguarum. ¶ Alia causā fuit uesana superbia principū, qui nō attendentes infirmitatem suā uoluerunt se ut deos honorari, ut Nabuchodonosor, qui præcepit Holoferni principi militiæ suæ, ut omnes deos terræ exterminaret, ut ipse solus Deus diceretur

retur ab his nationibus quæ potuissent Holofernis potētia subiugari. Iudith 1. Principes superbi imagines suas faciebāt adorari ab his qui erāt subiugati ab eis. Vnde Sap. 14. Tyrannorum imperio colebantur figmēta: & hos quos palām homines honorare nō poterāt, propter hoc, q̄ lōgē essent, ē longinquo figurā illorū allatā euidētē imaginē regis, quem honorare uolebāt, fecerunt, ut illū qui aberat tanquam præsentē colerent. Alioqui etiā ut diuina stirpe nati uiderentur, diuinos honores parentibus detulerūt, deferrīque iusserunt: ut dicit Glo. super 14. Sap. ¶ Tertia causā fuit adulatio, seu desiderū, quod habebāt minores acquirēdi gratiā maiorū. Sapi. 14. Affectui aut regibus deseruientes homines in cōmunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerūt. Per hoc quod dicitur Affectui, tangitur prima causā iam habita: per hoc quod dicitur Regibus, tertia causā, de qua etiam dicit gl. Per populos & regiones paria sacra suscepta sunt, dum homines grati esse in suos principes cupiunt. Aug. in libro 10. de Ciuitate Dei: Multa usurpata sunt de cultu diuino, quæ honoribus deferuntur humanis, siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera. ¶ Quarta causā fuit amor reipublicæ. Vnde dicit Gl. ibidem: Alio loco dicit Cicero, quod in plerisque ciuitatibus acquiren-

dæ uirtutis gratia, ut libentius gratia Reipublicæ periculū adirent, optimos quosque uiros fortium honore deorū immortalū esse cōsecratos: hinc Romani Cæsares suos consecrauerūt, & Mauri suos Reges. ¶ Quinta, decor uel operis humani, uel alterius creaturæ. De primo Sapientia 14. Multitudo hominum adducta per speciem operis, eum qui ante tempus tāquam homo honoratus fuerat, nunc Deum existimauerunt. De secūdo Sap. 13. quando locutus est de stellis, sole, & luna, subditur: Quorū si specie delectati deos putauerunt, sciant quanto his dominator eorū speciosior est. ¶ Sexta potentia quam crediderunt supereminere in his quos deos putauerunt, ut dæmones crediderunt potestatem habere in homines, & res humanas, & etiam in elementa. Cuius erroris occasio fuit, quod credebant dæmones sanare læsiones corporum, dum ab eis cessabant. Credebant etiam eos sedare mundi turbationes, dū eas facerent, cellabant. Credebant etiam eos prænoscere futura: quia prædicebant eis mala, quæ Dei promissione ipsi erant illaturi hominibus: & malorum cessationes, quod non erat mirū. ¶ Item alia causā huius erroris fuit, q̄ facere uidebatur quædam opera quæ uerè naturalia erant: sed imperitis uidebantur esse supra naturam. Tale opus est subita
f s genera

generatio ranarum, & pediculorum, & uermium in quibus natura operatur. Dæmonibus tamen procurantibus quod hæc citius fiant, coniungendo uel commiscendo ipsas naturas rerum, & addendo aliqua semina, quæ semina naturam ad eò adiuuant, quòd opus tardum acceratur: ita quòd creditur non esse opus nature quæ tardius operari cõsuevit: sicut factum est in ignis quæ facta sunt à magis Pharaonis. ¶ Septima, cæca cupiditas hominum, qui tantum sunt curiosi sciendi uel cupidi aliqua acquirèdi, ut seipsos uendant dæmonibus, ut cupiditatè suã possint adimplere. ¶ Octaua, uoluptas & lasciuia, quæ erant in festis idolorum: uacabãt enim idololatræ deliciis & ludis, quæ multum alliciebãt homines ad idololatriam. 1. Corint. 10. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. ¶ Et notandum multas esse species idololatriæ. Quædã est cultus dæmonum, alia luminum, ut solis & lunæ uel stellarum: tertia, elementorum: quarta, hominum: quinta, animalium irrationalium: sexta, imaginum uel alterius operis humani: septima, temporis uel partium eius. Est etiã idololatria aliarum rerum. ¶ Et notandũ, quòd idololatria ideo peccatum magnũ est: quia Deo honorem suum aufert, & creaturæ cuius non est confert, & æquat creaturã creatori. Si pro

modico furto uel rapina quam aliquis facit homini, meretur exilium, uel mortem, uel aliam magnam pœnã, quãta pœna dignus est, qui diuinum honorem Deo surripit. ¶ Duplex autè rapina est in peccato idololatriæ, Vna eius qui honorè Dei Deo aufert, & alii offert. Alia ei⁹ qui honorem diuinũ sibi oblatum suscipit. ¶ Idolorum cultura omnium mali causa est, & initium & finis. Sapi. 13. Glo. Cum enim mens à creatore se auertit, omnibus implicatur sceleribus. Aggrauatur autem peccatum idololatriæ ex uilitate rei in quam transfertur honor diuinus. Maius enim peccatum est eum honor iste transfertur in quadrupedes aut reptilia, quàm quando in homines: & quando in imagines hominum, aut animalium, quàm quando in homines uel animalia. Roma. 1. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedũ, & serpentum. Gl. Ambr. Quanta est stultitia eorum, apud quos plus potest imago quàm ueritas, & potiores sunt mortui quàm uiui? Psal. Mutauerunt gloriam suam in similitudinem uituli comedentis fœcum. Tanto magis contumeliosum est Deo, quãto uilior est creatura quæ ei æquatur, & magis contra rationem est. ¶ Contumelia etiã fit humane nature, quãdo creature inferiori se subdit.

dit. Refert Aug. in lib. de uera religione, quòd Socrates occisus fuit, quia noluit adorare idola, quia erant tantum opus hominis: & dixit se prius adorare canè qui erat opus nature, cum causa nobilior sit suo effectu. Multum est contra rationem, quod homo adoret opera manuum suarum. Illa species idololatriæ qua homo adorat creaturam, se manifestè inferiorem hominè reddit infelicem & maledictum & derisione dignum. De primo Sap. 13. Postquã præmissum est de sole, & luna, & stellis quæ aliqui rectores orbis terrarum & deos putauerunt, subditur, Sed in his adhuc minor est querela. Et paulò post: Infelices aut sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerunt deos opera manuum hominum. De secundo Dent. 27. Maledictus homo qui facit sculptile & conflatile abominationem Domini, opus manuum artificum, ponitque illud in abscondito. Sap. 14. Per manus autem quod fit idolum, maledictũ est, & ipsum & quod fecit illud. De tertio Hiere. 10. Nõ est spiritus in eis, uana sunt, & opus risu dignũ. Irrisioe digni ostenduntur qui sunt in hoc genere idololatriæ. Sap. 13. ubi sic legitur, Nõ erubescit loqui cum illo qui sine anima est, & pro sanitate quidè infirmũ deprecatur, & pro uita mortuũ rogat, & in adiutorium inutilem inuocat, & pro itinere petit ab eo quod am-

bulare non potest. Et Esa. 44. Medietatem eius combussit igne, & de reliquo eius idolum faciam: ante truncũ ligni prociadã, pars eius cinis est. Quibus uerbis uilitas materiæ ostenditur ex qua fit idolum, & uilitas materiæ in quã redigitur. De materia eadè habes Baruch 6. Subtrahunt ab eis sacerdotes aurum & argentum: dant autem & ex ipso profutitutus, & meretrices ornant. Itè: Quĩ receperint illud à meretricibus: ornant deos suos. Et subditur ibi multum de uilitate & impotentia idolorum: Hi, inquit, nõ liberabuntur ab ærugine & tineæ. Itè: Habet in manu gladium & securim, se autem de bello & latronibus nõ liberat. Itè, Oculi eorum pleni sunt puluere à pedibus introeuntium. Et paulò post: Lucernas accendunt illis, & quidem multas, ex quibus nullã uidere possunt. Itè: Nigræ sunt facies eorum à fumo quod in domo fit. Supra corpus eorum & supra caput eorum uolant nocturæ & hircundines. Item: Sine pedibus in humeris portantur ostentantes ignobilitatem suã hominibus. Mirum erit si idola iuuare possunt, quũ nec preces auxilio indigentium possint audire, nec defectum eorum intelligere. Vñ subditur in Baruch: Quĩ audierint mutum non posse loqui, offerunt illud ad Bel, postulant ab eo loqui, quasi possint sentire quod non habent motum. Psal. Os habent & non loquuntur &c. Et Baruch.

eodem cap. Quum superuenerit illis prælum & mala, cogitant sacerdotes ubi se abscondant cum illis. Quomodo ergo sentiri debeat, quoniam dii sunt qui nec de bello se liberant, neque de malis se eripiunt? Item: Sicut in cucumerario formido nihil custodit: ita sunt dii illorum lignei, argentei, & inaurati. ¶ Post idololatricam illam, quæ est cultus illarum creaturarum, quæ manifeste sunt homine inferiores: destrueda est illa idololatria, quæ est cultus dæmonum, quæ ualde detestabilis est. Primo quia dæmones hostes Dei sunt: & magis displicet Deo, quum honor eius transfertur in eos, quam quando ad alias creaturas. Et etiam magis periculosa homini. Quum enim dæmones hostes sint humani generis, & cultoribus suis fiant familiares: ipsi sunt eis familiares inimici. Nulla autem pestis efficacior est ad nocendum, quam familiaris inimicus. Ideo dicit Augustinus in libro 83. quæstionum: Nihil tam contrarium Christiano, quam si curam artibus magicis adhibeat. Tunc enim eos recipit familiares, qui damnationem animarum quærunt. Item Aug. 19. lib. de ciuitate Dei: Magna Dei misericordia necessaria est, ne quisquam quum bonos angelos se amicos habere putat, habeat malos dæmones factos amicos, eosque

tanto nocentiores, quanto astutiores aut fallaciosi patiatur inimicos. Periculosum est, ualde ei credere qui mendacissimus est. Ioan. 8. Ipse est mendax, & pater eius. Præterea dæmones licet sublimes sint conditione naturæ: inferiores tamen sunt etiam brutis animalibus deiectione culpæ: quum miseri sint non solum miseria pœnæ, sed etiam culpæ, imò inferiores uidentur esse simpliciter cæteris rebus quæ sunt. Vnde diabolus non esse dicitur. Iob. 18. Habitent, inquit, in tabernaculo illius focii eius qui non est. ¶ Multipliciter autem potest ostendi, quod spiritus illi non sint colendi. Primo quia aut ipsi sunt boni, aut sunt mali. Si boni sunt, offenduntur, cum honor qui soli Altissimo exhibendus est, eis exhibetur. Non enim potest eis placere tanta contumelia & iniuria Domini eorum. Præterea si boni sunt, non placabuntur malitia offerentium eis honorem alienum. Quis bonus & discretus honorem reputet, & non magis derisionem, si quis mentiatur eum esse regem, uel episcopum, quum non sit? Sic si sunt boni spiritus & discreti, erubescant honorem Altissimi sibi exhiberi. Iuxta enim uerbum Sapientis, Qui falso prædicatur, necesse est, ut suis laudibus erubescat. Item quanto quis maiorem honorem indebitum sibi

sibi uult impedi: tanto ipse superbior & uanior est: ut clericus si honoré sacerdotale uult sibi impedi, superbus est: si episcopalé, superbior: ergo si ipsi uolunt sibi impedi summum honorem, superbissimi & uanissimi sunt. Si uerò ipsi sunt mali, indigni sunt & honore isto & alio. Item aut ipsi præstât beneficia cultoribus suis de suo, aut non. De suo non possunt. Vnica enim potètia est in creata, ut in frequentibus ostenditur. A qua & sub qua sunt omnia: & quum eos creauit Deus, non à se eos alienauit, nec à potestate sua eos exemit. Ipsi ergo à Deo sunt & Dei sunt, & beneficia si qua præstât cultoribus suis, dona Dei sunt, ad hoc data ut dêtur. Igitur ipsi sunt ut nütii & deferentes dona illa. Nuntii uerò & deferentes beneficia non sunt habendi ut domini, nec deificandi: sed gratia reddenda est ipsi Deo eorum. Bernardus loquens de bonis spiritibus: Honoremus, inquit, eos quantum debemus: totus tamen ei reddatur amor & honor noster, à quo tã ipsis quam nobis est totum: unde honorare possumus, uel amare, unde honorari amariue mereamur. Loca remota à fonte ita habent aquam ab ipso, sicut & loca fonti proxima: licet aqua fontis primo proueniat ad loca proxima, & per ea ad loca remota. Sic cum unicus sit fons omnium bonorũ Deus: ita

habêt bona sua ab eo creaturæ: quæ remote sunt ab eo dissimilitudine, sicut & illæ quæ sunt propinquæ ei dissimilitudine: ut sunt spirituales creature. Deo ergo soli debetur totus honor & gloria. ¶ Itē aut potètia quibus possunt spiritus isti dare beneficia cultoribus suis, sunt potentia irrationales seu naturales: sicut potentia calefaciendi, quæ est in igne, quæ ex necessitate sic operatur: aut sunt potètia liberè agentes seu rationales. Si primo modo nulla gratia debetur eis propter illa beneficia, nec propterea sunt colendi. Tales enim potentia operatur per modum seruientis, ut ait Sapientis: Si uero liberè agunt, aut consulant uoluntatem diuinam cultoribus suis dādo beneficia, aut non. Si sic, ergo se habent ut dispensatores secundum uoluntatē domini sui dispēfando bona ab eo accepta: non ergo habendi sunt ut domini, & multo minus ut dii. Si autem non consulant uoluntatem Dei, non curatex utrum Deus hoc uelit uel non, indiscretè dispensant: nec uidentur curare de rectitudine operum suorum, quum non respiciant ad uoluntatem Dei, quæ regula est bonorum operum, & ideo sunt mali. Si quis uerò dicat quod isti spiritus placandi sunt ab hominibus, quia ab eis sunt offensi. Si boni sunt, nõ debent ab hominibus offendi, nisi propter peccata. Si autem propter

pter peccata ab eis sunt offensus, per recessum à peccatis maxime deberent placari. Contrariorum enim contrariè sunt cause. Si uerò iustificatio eorum non placat eos, sed manet adhuc ira eorum donec offerantur eis carnes & sanguis animalium, ira talis non est ira diuina, sed poti⁹ ira leonum, aut aliarum bestiarum quæ non quiescunt donec aliquid præde ceperint: unde si propter hanc iram colendi sunt, & diuino honore digni, desicemus ergo leones & alias bestias. ¶ Itē aut placato altissimo & amico existēte mortaliū, pot ira huiusmodi deorum eis aliquid nocere: aut non pot. Si sic, non uidetur Altissimus esse omnipotens, quū coercere non possit illos deos ne noceant amicis suis. Si uerò non pot eis nocere, non est timēda ira eorum amicis Dei, nec ira eorum sacrificiis placāda. Præterea nulla potētia aliquid potest contra beneplacitū Dei. Nulla enim est quæ non redigeretur in nihilū, nisi à Dei potētia, à qua accepit esse, in ea retineretur: ergo in tuto est oīs homo quæ Dei fauorē habet, uel gratiā. Non est ergo necesse gratiā istorū deorum sacrificiis querere gratiā Altissimi obtēta. ¶ Itē spiritus isti quæ falso dii uocantur, si mali sunt, aut Altissimus compefcit malitiā ipsorum, aut non. Si compefcit malitiā eorum, non est malitia eorum timēda. Si uerò pmittit eos exercere malitiā suā, aut hoc facit ignorātia, aut quia non

curat, aut iudicio, quæ uidet expedire. Ignorātia non est: quum enim ipse sit sapiētissimus, ignorātia in eū non cadit. Iterū non accidit hoc quod ipse non curet de malis quæ sunt in mundo: cum enim ipse sit rex iustissimus, non potest non curare de malis quæ sunt in regno suo. Ergo quū permittit hos spiritus in mortales seruire, ipse facit hoc iudicio, quæ uidet hoc mortalibus expedire: ergo non est timēda malitia eorum mortalibus. ¶ Itē cum spiritus iā dicti potestate habeant ab Altissimo, aut illā potestate comitatur sapiētia & iustitia moderātes eā, aut non. Si sic, cum ipsi sint sapiētes & iusti, ipsi non irascuntur mortalibus bonis, nec nocent eis: peccatoribus uerò nunquam sunt placati, nisi à peccatis recedant. Inutile ergo est eis sacrificia offerre tā bonis quàm malis, quātum ad eorum placationē: sed mali si uolūt eos placare, recedant à peccatis suis. Si uerò Sapiētia & iustitia non comitatur eorum potestatem: ergo potestas eorum est ut gladius in manu furiosi: unde si propter hanc potestatem aliquis eos deos reputat, reputet ergo Deū, si quē uiderit furiosum in manu tenētē gladiū. Mira factiuitas eū Deū, reputare, quē homo cognoscit esse sine sapiētia & bonitate. Belluinū est potius quæ diuinū, potestate uti absque sapiētia & iustitia. ¶ Itē potestas eorum aut ligata est, aut non est ligata. Si non est ligata, mirum est quomodo

quomodo non occidunt omnes contemptores sacrificiorū eorum. Præterea longē uidetur esse à sapientia & bonitate Dei, ponere gladiū in manu furibūdi, dando potētiā cui homo non possit resistere maligno, nisi ipse eā uelit compefcere. Si uerò ligata est, ille quæ tenet eā ligatā, obsequiis est placādus, non ipsi. Cum aliquis tenet aliquam bestiā ligatā, ille orādus est, ut bestiā compefcat ab his qui seruitiam bestiæ timēt, & non ipsa bestia. ¶ Itē cum cultura illorum deorum exterminata sit à terra pmissionis iussu Dei Hebræorum, & iterū de regno Christianorum, etiā de Aegypto ubi oēs colebantur, & de urbe Romana, maxime de templo quod Pārtheū uocabatur, quod erat unū templū omnium deorum: constat hoc factum fuisse à maiori potētia quàm esset potētia eorum. Lucæ 11. Cum fortis armatus custodit atrium suū, in pace sunt omnia quæ possidet: si autē fortior eo superueniēs uicerit illū, uniuersa eius arma auferet &c. Illa ergo potētia aut fuit diuina, aut humana. De diuina ergo ipsi erant aduersarij Dei & mali. Si uerò humana, ergo magis timēda est humana potētia eis quàm potestas eorum hominibus. ¶ Et notādū quod aliqui peruenerūt ad tātam fatuitatem, ut crederent deos huiusmodi partitos fuisse totū orbē. Sed puerile est dicere Altissimū sortē misisse p diuisionē illa, cum fors non ha-

beat locum nisi ubi est ignorātia, quæ in Altissimo, qui sapiētissimus est, non cadit. Si uerò ipsi Altissimo incōsulto sortem miserunt, nihil iuris per hoc habuerunt in orbem terrarum. Si uerò de beneplacito Altissimi, quod ridiculum est, quomodo de partibus illis exterminati sunt? ¶ Itē aut amicitia est inter deos huiusmodi, aut non. Si est, ergo unus eorum amat cultores alteri⁹: nec propter cultores suos proprios inimicus erit cultoribus aliorum, nec contra illos iuuabit cultores suos. Si uerò non est amicitia, sed odium: ergo ipsi mali sunt. Quia aut est iustum odium inter eos, aut non iustū. Si iustū, ergo ipsi sunt iuste odiedi, & ita sunt mali. Si iniustū, illud non possunt ipsi habere, nisi sint mali. Malitiam etiam eorum ostendit, quod cultores suos iuuant in eis quæ mala sunt, ut patet ex scriptis Magicis, ubi docetur quomodo cōsilio talium spirituum uiri uel mulieres nimio amore intēdantur, uel quomodo alia scelera possint perpetrari. ¶ Si quis uerò dicat tales spiritus non esse honorandos honore diuino, sed honore quæ eis compefcit, quia apud Deū possunt impetrare uel procurare aliquod beneficiū eis qui eos honorant. Hoc planē concedendum est, & hæc est assertio fidei catholica. Quid si spiritus boni honorādi sunt tāquam amici Dei, non tāquā dñi uel dii, sed tanquā serui

Altif

Altissimi, quorū ministerio multa beneficia possunt nobis provenire, & spes suffragii in eis pōt poni: Sed nō debemus eos reputare authores salutis, sed potius impetratores: nec sacrificiū faciendū est in eis. Eo enim quōd aliquis alicui sacrificat, eū cui offert authorem sanctitatis confitetur, & eū inuocat ad sanctificādum illum pro quo illud sacrificium offertur. Item factū proficitur se esse in manibus illius cui sacrificat ad perdēdum uel ad saluandū: sicut animal illud est in manibus suis ad occidēdum uel perdēdū. Ista uerō soli Altissimo attribuēda sunt. Mali uerō spiritus non sunt honorandi, qui apud Deum nullū bonū nobis impetrare possunt. Nō sunt etiā timēdi amici Dei, cū nō possint eis nocere. ¶ Cōsequenter tangendū est aliquid de illa specie idololatriæ, quæ est cultus luminum. Et notandū quōd hi qui sunt huius erroris, dicunt mortales subiectos esse soli, & lunæ, & stellis, etiā quantum ad sapientiam uel ignorantiam, & quantum ad mores bonos siue malos. Et dicūt cælestia lumina secundum situs suos seu constellatiōes causam esse morum bonorum uel malorum in hominib⁹. Quod multis modis patet esse falsum. Primo, quia non propter stellas homo, sed stelle propter hominē factæ sunt, ut dicit Gre. Itē haberi pōt ex principio Genes. ubi sic legitur: Fiant

luminaria in firmamento cæli &c. Et subdit: Ut illuminēt terrā. Illuminatio terræ cā fuit quare fierēt. unde subditur ibidem: Et posuit eas in firmamēto cæli, ut lucerēt super terram. Propterea Iosue iubētī sol & luna obediūt, Iosue 10. Ergo cultorib⁹ Dei sol & luna subiecta sunt, & non ipsi cultores soli & lunæ. Itē & sol & luna naturaliter operātur in hominibus ea quæ ipsi eis imponūt, aut sciētē & uolūtariē. Si naturaliter, operatio illa seruilis est, ppter qd̄ dicit Philosophus, quōd natura operatur per modū seruiētis. Vnde uirtus sic operans ignobilis est respectu uirtutis liberē operātis, quæ potest super utrunque oppositorū, scilicet super suū operari & suū nō operari: qd̄ autē ignobilis est, nō est causa rei nobilioris, ergo uirtus naturalis luminū cælestiū nō efficiet sapiētiam, uel uirtutes, uel bonos mores, uel quascūque artes in hominibus, cūm hæc sint nobilia opera uirtute naturaliter operāte, quā ponunt in dictis luminib⁹. Si uerō sciētē & uolūtariē operant̄ prauos mores uel errores in hominib⁹: ergo ipsa mala sunt, & Deo inimica, Præterea malitia ista aut est eis innata, aut est acquisita. Si innata, ergo sunt mala naturaliter: hoc aut impossibile est qd̄ aliqd sit naturaliter malū. Præterea cū nihil sit in eis naturaliter qd̄ Deus nō creauerit in eis, Deus illā malitiā creasset, qd̄ lōgē est à

Dei

Dei bonitate. Si uerō acquisita: ergo corrupti sunt & mutati à suo statu naturali quantū ad spiritū, quē secundū istū errorē necesse est ponere in eis: hæc autē corruptio nō potest esse in eis secundū spiritū, cūm corpora eorū sint incorruptibilia. In substantiis enim ex spiritu & corpore cōpositis, quales filii qui sunt huius erroris credūt esse cælestia lumina, necesse est nobiliorem esse statū spirituum q̄ corporū. Præterea creaturæ rationales cūm aliquid uolūtariē operātur, primo intelligunt & desiderāt: ex quo sequeretur lumina illa cælestia mala esse quæ desiderarent malos mores esse in hominibus. Itē hic est modus operādi substantiarū quæ cōpositæ sunt ex spiritu & corpore, ut primo operentur in seipsis operationes merē spirituales, ut est intelligere & desiderare: secūdo in corporibus sibi cōiūctis operationes corporales, ut est motus, & per illas iterū alias in corpora aliena, & iste ordo operationū semper pcedit quasi ingressando & quasi per elongationē à spirituali subtilitate & nobilitate. Vnde si iste est mod⁹ cælestiū luminū operādi in homines, per hāc uia nō poterant imprimi nisi corporales dispositiones ignobiles in hominibus, & nō sciētæ & uirtutes. Præterea diuersitas hominū qui eadē hora nascūtur & mores habēt diuersos, ostēdit falsā esse quæ di-

cūtur ab his q̄ sunt in hoc errore de cælestibus luminibus. Dicūt enim eū qui sub tali cōstellatione nascitur, talē hominē futurū, & qui tale opus sub tali hora incipiet, prosperaturū. Manifeste autem uidetur qd̄ nati una & eadē hora, uel aggressi opus ali quod diuersos habēt euentus. Falsum est ergo quod prædicti idololatra de effectibus cælestiū luminū dicūt. ¶ Itē cōstellationes seu positiones stellarū aut sunt tantum signa euentū inferiorū, aut sunt signa & causæ. Si tantū signa, aut comitātur nec de necessitate, aut nō. Si sic, cūm signa euentū nō possunt, uel mutari, erūt ipsi euentus inuitabiles, & omnia de necessitate euenient mortalibus. Si nō erūt signa ista possibilia separari ab his quorū sunt signa: ergo poterūt fallere: ergo nō est sciētia de significationibus eorū. Sciētia enim & ars nō sunt de fallibilibus. Si uerō signa sunt & causæ istorū euentū, erūt euentus rerū necessarii, cūm causæ istæ sint necessariae: motus enim cælorū cū suis dispositionibus necessarius est immutabilis. Figura enim cæli & positio stellarū futura cras hac hora, nullo modo auerti possunt, quin sint futura cras: & similiter se habet de omni dispositione cæli & cælestiū: ergo oēs euentus, quorū causa est cōstellatio, sunt inuitabiles. ¶ Præterea qui luminibus cælestibus seruebant, aut intendebāt seruire

g spiri

spiritibus qui præsidebāt huiusmodi corporibus, aut cōpositis ex corporibus & spiritibus aut corporibus inanimatis. Si solis spiritibus, eisdē ratiōibus potest destrui hæc species idololatriæ, quibus cultus demonū prius destructus est. Si uerō corporibus inanimatis, uanē & ignominiosē ei seruirebāt, cum nec seruitiū eorū nec seruitores agnoscerēt, nec in remuneratiōe eorū intendere possent. Si uerō cōpositis, cōposita erant animalia, ut ipsi credebāt: ergo uel rationalia & intelligētia, aut nō. Si nō, ergo ignobiliora erāt homine: animal enim rationale nobilius est irratiōale: peruertebatur ergo naturalis ordo, cū homo colebat animal irratiōale. ¶ Præterea cum tāta distātia esset huiusmodi animalium ab hominibus, ut nullus clamor hominū ad ea posset attingere: idē erat ac si surdis tales preces fierēt. Præterea impossibile est, q̄ deitas sit in eo quod nō intelligit. Intelligere enim est illud in quo maximē spiritus creatus Deo assimilatur. Si uerō rationalia & intelligibilia, impossibile est eos deos esse, cum secūdū astronomos ipsimet fiant infortunati & nō liberi à malis, & impediantur casu aut oppositione fortiorum signorū. Diuinitas enim semper est libera & inuicta & impedimentū signū est impotētiæ. ¶ Ultimo rāgendū est de illa specie idololatriæ, quæ est cultus mili-

tiæ cæli: de qua frequēter loquitur scriptura sacra. Adorans militiā cæli, siue sit uir, siue mulier iubetur lapidibus obrui. Deute. 17. De militia cæli habes 4. Reg. 21. & 23. & Esa. 14. & Sophon. 1. Act. 7. Et notandū q̄ militiā cæli uocauerunt qui huius erroris fuerūt, multitudinē spirituum, quorū quosdā dicebant præesse cælo stellato, alios autē Saturnio & circulo eius: alios aliis planetis & circulis eorum: alios uerō præesse igni, alios mari, alios terræ, & utebantur inuocationibus huiusmodi spirituum prout credebāt cōgruere maleficiis suis. Impietas autem huius erroris manifesta potest esse ex hoc, q̄ inuocationes huiusmodi spirituum æquē fiebat ad bona faciēda & ad mala. Vnde si spiritus illi exaudiebāt illos & in bonis & in malis, ipsi erant mali. Si uerō in bonis tantū, mendaces erant libri eorū, & scriptores eorum, & ipsi spiritus secūdam ipsos, quorum reuelatione se talia scripsisse scripserunt.

De errore principali Manicheorum. Et primò authoritates & rationes quibus ipsi inniuntur, eis subtrahitur. dein ponuntur authoritates & rationes quibus error ille destruitur. CAP. VIIII.

Sequitur de errore Manicheorum, qui, ut ait Aug. in li. de natura, boni sensum perdidērūt studio cōtradiciendi. Hi ponunt duo principia. unum principium boni,

boni, alterū mali. Vnus secundū eos princeps lucis est, cuius habitatio est regio lucis super ista uisibilia. Alter est princeps tenebrarū ex aduerso, cuius habitatio est regio tenebrarū, & uterque princeps habet secūdū eos populū suū. Manichæi ad principem tenebrarū ponūt esse corruptibilia & mutabilia. ¶ Ille error ualde contumeliosus est & creatori & creaturis. Creatori, quia magnā partem regni sui & gloriæ suæ ei aufert, dum aufert ei dominū creaturarū uisibiliū, quæ plures uidentur esse quàm inuisibiles. Creatoris etiā contumeliosus est, quas subtrahit dominio tam honorabili: & subdit eas tam uili seruituti, ut est seruitus diaboli. Vnde error iste ualde odibilis est & creatori & creaturis. Huic errori primo subtrahemus authoritates & rationes quibus inniuntur, ostendēdo authoritates impertinentes esse ad eius confirmationem, & rationes infirmas, ut sic facilius corrūat. Authoritates uerō quibus inniuntur, hæc sunt. Legitur Gen. 1. Post creationem cæli & terræ, q̄ tenebræ erant super faciem abyssi. Ex quo ipsi inferūt non fuisse Deum benignū, qui opus suum incepit à tenebris, nō intelligētes tenebras nō esse alicuius rei existentiam, sed lucis absentiam. Vnde non oportet ponere aliquem authorem tenebrarum, cum tenebræ nihil fiat nisi lucis absentia. Nec mi-

nus laudabilis est mūdi creator, si à nihilo incepit. imò hoc cōmendat eius potētiā, quod ex nihilo lucem & alia creauit. Per hoc enim ostenditur per se potens operari sine materia præiacente uel instrumēto, quod proprium est omnipotentis. Item Matth. 4. legitur de diabolo, q̄ ostendit Christo omnia regna mūdi, & gloriā eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Ex quo inferunt: omnia ergo regna mūdi diaboli erāt, cum omnia Christo promiserit. Quæ probatio ridiculosa est, cum diabolus sit mendax & pater eius. Ioan. 8. Et cum Ouid. primo de Arte amandi dicat: Pollicitis diues quilibet esse potest. ¶ Item Matth. 6. Dicit Christus: Nemo potest duobus dominis seruire: uocās diabolus dominū, eodē quod sit dominus mundi, ut ipsi aiunt, ergo ipse est Deus uel creator ipsius. Quæ argumētatio nulla est, cum reges gentium dominentur eorum. Luc. 22. qui tamē nō sunt dii uel creatores. Præterea diabolus dominus est usurpatione iniuste detinens alienum, secundum illud Luc. 11. Hanc autem filiam Abraham, quam alligauit Sathanas, ecce, decē & octo annis, non oportuit solui à uinculo isto die Sabbati? ¶ Item legitur Matthæi 7. Non potest arbor bona malos fructus facere. Ex quo inferunt: ergo mala non possunt esse ab eodē principio

cipio à quo sunt bona: ergo sūt duo principia, unum bonorū, & aliud malorum. Sed sermo ueritatis quo utuntur ad confirmationem falsitatis, materiam ministrat cōfessionis eorum. Licet enim arbor bona non faciat fructum malum: tamen nihil prohibet fructum quem arbor bona bonum produxit, post putrefieri & corrumpi: & nemo adeo factus est, cum uidet diuersa pota in arca uel in mensa, quorū alia putrida sunt, alia sana, quod propter hoc credat ea nō posse esse ex eadem arbore. Præterea multæ mulieres sunt hodie corruptæ, quæ tamē uirgines natæ sunt, nec aliquis credit duas mulieres nō habere posse unā matrem, eō quod una uirgo, alia corrupta sit. Sic nihil prohibet diabolus esse bonū creatione & factum à Deo: malum uerò sua peruersa uoluntate. ¶ Itē Io. 3. Vos ex patre diabolo estis. Ex quo inferunt: ergo diabolus est creator eorū. Sed non sequitur. Pater enim dicitur aliquis alterius, uel quia ab eo habet substantiam, uel quia ab eo habet mores, suscipiēdo eius doctrinam, uel imitando uitam: hoc tertio modo, scilicet per imitationem, diabolus erat pater eorū, imitator enim eū. Sic Pau. 1. Cor. 4. ostēdit se patrem Corinthiorū qui eius susceperāt doctrinā, dicens: Vos ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pædagogorum habeatis

in Christo, sed non multos patres: nā in Christo Iesu per Euāgelium ego uos genui. Hūc sensum Dominus insinuat in hoc, quod eos qui sunt ex Deo distinguit ab his qui nō sunt ex Deo per auditū diuini uerbi, dicens: Qui ex Deo est, uerba Dei audit. Propterea uos non auditis, quia ex Deo nō estis. Obedientia diuini uerbi ostēdit, qui per gratiam sint filii Dei: inobedientia uerò qui filii diaboli. ¶ Item Io. 14. Venit princeps mundi huius, & in me nō habet quicquid: diabolus princeps huius mundi dicitur: ergo mundus est ab eo. Sed nō sequitur. Non enim omnes principes sunt dii uel creatores. Præterea ipse princeps erat usurpatiuē, unde iudicio à mūdo erat eiiciendus. Io. 12. Nūc iudiciū est mundi, nūc princeps mūdi huius eijciētur foras. Huiusdem 16. Princeps mundi huius iam iudicatus est. ¶ Item Io. 18. Dicit Christus Regnum meum nō est de hoc mūdo: ergo Christus nō est rex huius mundi: ergo mundus regnum diaboli est. Sed dicendū quod regnū Christi fideles uocantur, qui nō sunt de hoc mundo, quia nō sunt dediti mūdānis: sunt tamen in mūdo, sed quasi exulantes & æternum regnū Christi desiderantes. Io. 15. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia uerò de mūdo nō estis, sed ego elegi uos de mūdo, propterea odit uos mundus. Fuerunt ergo

quoniam

quādoq; Apostoli de mūdo, scilicet de amatoribus mūdi, sed iam non erant. Item Ioan. 17. De mundo nō sunt, sicut & ego non sum de mundo. Regnum etiam Christi in quo ipse perfectē regnat, regnū cælestē est: ubi nihil h̄t nisi beneplacitū suū, de quo potest intelligi uerbū prædictū. ¶ Item legitur 2. Cor. 4. In quibus Deus huius seculi excecauit mentes infidelium: diabolus ergo Deus huius seculi est. Sed ad hoc latius respōdet Paul. 1. Cor. 8. dicens: Scimus quod nullus est Deus, nisi unus: nā et si sunt qui dicantur dii, siue in cælo, siue in terra, siquidem sunt dii multi, & domini multi: nobis tamē unus Deus pater ex quo omnia. Diabolus ergo nuncupatiuē solūm Deus uel dominus est, & nō secundum ueritatem. Vēter etiam aliquorū Deus uocatur, ad Phi. 3. ubi dicitur, Quorum Deus ueter est: nō tamen ueter creator eorum est. Item 1. Ioan. 1. MUNDUS totus in maligno positus est, in potestate maligni: amatores enim mundi qui mūdus dicitur, supposuerunt se seruituti maligni. ¶ Itē legitur Eph. 2. Eramus natura filii iræ: ergo eramus natura mali, ergo natura est mala, ergo à principio malo. Ad quod dicendum, quod sicuti contigit patrem carnalē adeo ira-

sci filio propter magnitudinem culpæ eius, ut ira illa extēdatur etiā ad filiū: filii quantū ad priuationem hæreditatis uel altissimi beneficii quod esset ei daturus, nisi fuisset culpa patris: sic Deus adeo iratus fuit primis parentibus propter magnitudinē peccati eorū, ut ira illa extēderetur usq; ad filios eorū, quantū ad priuationē uisionis diuinæ. Nullus enim homo dignus fuit uiderē faciem Dei usq; ad Christū, in quo Deus pater sibi bene complacuit, per quem credentes in eum perfectē sunt reconciliati Deo. In uerbo ergo Apostoli, natura dicitur nō prout est primò instituta, sed pro natiuitate qua nati sumus à parentibus qui peccauerūt, à quibus habebamus quod filii iræ essemus. ¶ Causam quare ualde magnū fuit peccatū primorū parentū, tāgit Aug. 14. lib. de Ciu. Dei, dicens: In paradiso tanto maior inobedientia fuit, quāto id quod præceptū est, nullius difficultatis fuit: tibi enim magna est inobedientiæ pœna proposita, & res à creatore facilis imperata, quisi nā latius explicet quantū malum sit non obedire in re facili, & tantę potestatis imperio, & tanto terrēte supplicio: ¶ Ratiōes quibus innititur Manichæi, hæc sunt. Dicit enim: si Deus bonus creauit ista corruptibilia, aut potuit ea facere incorruptibilia, aut non. Si nō potuit, impotēs fuit. Si potuit & noluit, inuidus fuit. Sed

mira est cōsequētia ista q̄ Deus inuidus fuerit, si facere uel dare noluit quod potuit. simile enim est, ac si diceretur: fuit inuidus, si nō prodigus, uel indiseruus. Sapiētia est moderari potestatem & uolūtatem. Inspiciēs est qui omnia uult quae potest. Sūmā bonitatis fuit, q̄ uisibilia ista fecit. Sapiētia uerō fuit, q̄ uoluit ea finē habere, ut manifestū fieret: ea habuisse principii & esse, q̄ potē rāt amittere, aliudē habuisse, & sic essent uia ueniēdi ad cognitiōē Dei: uoluit enim Deus bona trāsitoria esse, ne q̄ adhāeret eis bonis permanētibus neglēctis. Aug. O mūde immunde quid strepis: qd̄ auertere conaris, tenere uis fugiēs, qd̄ faceres si maneres? Itē peccare est spreto incōmutabili bono cōmutabilibus adhāere. ¶ Alia ratio eorū est, q̄ uident multa noxia inter creaturas quae nullā uidentur habere utilitatē: ut sunt serpentes, muscae, araneae, quae nō uidentur eis esse à Deo. Sed certē nulla creatura est quae nō habeat utilitatē, licet aliq̄n lateat. Aug. in li. 11. de ciui. Dei: Venena ipsa quae per incōuenientiam perniciofa sunt, probē adhibita, in salubria medicamēta uertūtur: nequaquā à cōtrario etiā hac quibus deletātur, sicut cibus & potus, & ista lux, immoderato & importuno usu noxia sentiuntur. Vnde nos monet diuina prouidentia, non res inspiētē utuperare, sed utilitatē rerū diligētē inquirere:

& ubi nostrū ingeniū, uel infirmitas deficit, ita credere occultat: sic erant quaedā quae uix potuimus inuenire, quia ipsa utilitatis occultatio, aut humilitatis exercitatio est, aut elationis attritio. Idem lib. 11. Quid igne flāmante, uigēte atq; lucēte pulchrius? quid calefaciente, curāte, coquente utiliū, quāuis nihil sit eo urente molestius? Creaturae utiles sunt discretē utētibus, noxia indiscretē utētibus. ¶ Inter creaturas quaedā sunt creaturae in nutrimentū, ut herbae & fructus arborū. Quaedā in adiumentum, ut iumenta. Quaedā ad humiliandū hominē: ut muscae & pulices, à quibus homo nō potest se defendere. Aug. Homo dicit tibi cōuitium, & tumes, & iratus es: pulcibus resiste ut dormias. Quaedā ad eruditiōē, ut formica. Prou. 6. Vade o piger ad formicā, & cōsidera uias eius, & disce sapientiā. Quaedā ad puniendū peccatores, ut gehēna. Quaedā ad exercitiū patientiae nostrae, ut serpentes. Quaedā ad cōsolatiōē uel delectatiōē, ut flores. Ber. Quāta largitus est nobis Deus ad sustērationē, quāta ad eruditiōē, quāta ad cōsolatiōē, quāta ad correctiōē, quāta ad delectatiōē? ¶ Alia ratio eorū est, q̄ uident multa in hoc mūdo inordinatē fieri propter qd̄ eis uidentur q̄ Deus nō sit huius mūdi rector, nec dominus, neq; creator. ¶ Ad quod dicendū q̄ uniuersitas creaturarū

in

in mundo isto ordinata est: & ut ait Philosophus, Nulla res est cuius ortū legitima causa & ratio nō præcedat. Job 7. Nihil fit in terra sine causa. Etiā aues uiles non moriūtur in mūdo isto sine Dei prouidētia. Math. 10. Nōne duo passerēs asse uenunt? & unus ex illis nō cadet super terram sine patre uestro. As asis, est nomē pōderis, qd̄ nō solent ponderatores diuidere propter sui paruitatē. Eccl. 7. Ne dicas corā angelo, Non est prouidentia: qui angelus tibi deputatus est à Deo ad custodiam: ne forte iratus Dominus super sermōnes tuos dissipet cūcta opera manū tuarum. Et in eodem: Si uideris calūnias egenorum, uolenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia, nō mireris super hoc negotio: quia excelso excelior alius est: & sup hoc quoq; eminentiores sunt alii, & insuper uniuersae terrae rex imperat seruienti. Aug. Omne qd̄ in terra fit ab intelligibili aula summi Imperatoris, procedit iusta permissiōe, salubri ordinatione, uel efficaci uoluntate. Bona Deus uolēdo ea efficit: mala uero iuste permittit fieri, & saluiter ordinat. ¶ Tripliciter autem mala sunt ordinata etiam mala culpae. Primo modo, quia habent secū mala poenae, ut non sit dedecus culpae absq; dedecore poenae uel uindictae. Iudas ita sedet in inferno, sicut lapis pretiosus in auro. Aug. in libro

de libero arbi. Nullo intervallo temporis ista diuiditur, ut quasi alio tēpore nō faciat qd̄ debet, & alio patiat, ne uel tēpore puncto uniuersalis naturae pulchritudo turpetur, ut fit in ea peccati dedecus sine dedecore uindictae. Secūdo quia bona cōparata malis pulchriora apparent. Aug. 11. li. de Ciuitate Dei: Mala uoluntas quae ordinē naturae seruare noluit, nō ideo iusti Dei leges omnia bene ordinantis effugit: quia sicut pictura cum colore nigro, loco suo posito, ita uniuersitas rerū, si quis possit intueri, etiā cū peccatoribus pulchra est, quāuis eos per se ipsos consideratos sua deformitas deturpet. Tertio, quia profunt bonis. Ro. 8. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonū. Aug. 11. lib. de Ciuitate Dei: Deus sicut naturarū bonarū optimus creator est: ita malarū uolūtātū iustissimus ordinator, ut cū illae malē utantur naturis bonis, ipse etiā bene utatur uoluntatibus malis. Itaq; fecit ut diabolus institutione illius bonus, uoluntate sua malus in inferioribus ordinatus illuderetur ab angelis eius: id est, ut profint tentationes eius sanctis quibus obesse desiderat: & quoniam Deus eū conderet, futurae malignitatis eius non erat ignarus, & preuidebat quae bona de malo eius esset facturus. Prætereā Psal. ait: Draco iste quem formasti ad illudendum ei: in

eo ipso, quod fecit eum, licet per bonitatem suam bonum, iam per suam presentiam preparasse intelligatur quomodo illo uteretur & malo: neque enim Deusulum non dico angelorum, sed vel hominum crearet quem malum futurum esse praescisset, nisi pariter nosset, quibus eos honorum usus commodaret. Ber. Iudicum Dei iudicium, quod ille superbus malleator humilium nesciens eis coronas fabricat perpetuas, omnes impugnat & omnibus succubedo.

¶ Alia ratio eorum est, quod si causa est immutabilis, erit immutabilis effectus. Sed hoc non est verum uniuersaliter. Non enim necesse est, quod effectus assimiletur causae efficienti uoluntarie operati: immodum pictor interdum pingit imaginem pulchram, & pictor pulcher interdum pingit imaginem turpem.

¶ Alia ratio est, quod contrariorum contrariae sunt cause, unde cum secundum eos bonum & malum sint contraria, erunt a contrariis principiis, scilicet in principio bono & principio malo. Ad quod dicendum, quod illud uerbum, contrariorum contrariae sunt cause: non est uerum uniuersaliter. Causa enim efficiens uoluntarie operans potest esse causa contrariorum. Idem enim pictor potest facere imaginem albam & imaginem nigram, & pulchram & turpem. Ro. 9. An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem uas in honore, aliud uero in contumeliam? Sed causa na-

turaliter operans quae operatur secundum similitudinem, dans speciem suam patienti, non potest esse causa contrariorum: cum non habeat in se contrarias species seu formas. Preterea malum non est contrarium bono, sed boni priuatio: unde non est necesse aliquid existens ponere eius principium. Io. 1. Sine ipso factum est nihil. Aug. in lib. Soliloquiorum: Deus qui paucis ad id quod uere est refugientibus, ostendit malum nihil esse. Idem 12. li. de Ciui. Dei: Mala uoluntatis causa efficiens nihil est. Et iterum: Nemo quaerat causam efficiens malae uoluntatis. Non enim est efficiens, sed deficiens: quia nec illa est effectio, sed defectio: deficere enim, quod ab eo summum est ad id quod minus est, hoc est incipere habere uoluntate mala. Quod idem Aug. exclamat in lib. de lib. arb. dicens: Peccare est spreto incommutabili bono, bonis commutabilibus adherere. Idem in li. de natura boni: Deus non platuraerat arborem malam in paradiso, sed ipse erat melior qui eam tangi prohibebat. Non est ergo peccatum malae naturae appetitio, sed melioris desertio.

¶ Item cum duplex dicatur esse malum, malum scilicet poenae, & malum culpe. De malo poenae constat, quod bonum est, cum sit punitiuum & destructiuum mali culpe, & a Deo potest esse, cum ad iustitiam eius pertineat punire offensas suas, & hoc cedit Deo ad gloriam. Aug. 12. li. de Ciui. Dei: Cum in poenis est natura uitiosa ex-

cepto

cepto eo quod natura est, etiam hoc ibi bonum est, quod impunita non est: hoc enim est iustum, & omne iustum proculdubio bonum. Item in lib. de natura boni: Peccatae ordinantur in supplicis: quae ordinatio quae naturae eorum non competit, poena est: sed quae culpe competit, iustitia est. Item cum alicui poena debita reddi nulla, est iniquitas apud Deum: quia melius ordinat natura ut iuste doleat, quam in peccato impune gaudeat. Malum etiam culpe est in natura bona: & ideo malum est, quia naturae bonae nocet. Aug. 12. li. de Ciui. Dei: Etiam uitio ualde magna ualdeque laudabilis ostendit ipsa natura. Cuius enim recte uituperat uitium, proculdubio natura laudat, nam recta uitii uituperatio est, quod eo honestat natura laudabilis. Item si naturae bonae non essent, eis uitia nocere non possent. Num quod eis nocendo faciunt, nisi, quod adimunt integritatem, pulchritudinem, salutem, uirtutem, & quicquid bonae naturae per uitium detrahi siue minui consueuit: Quod si omnino desit, nihil boni adimedo, non nocet, ac per hoc nec uitium est. Nam esse uitium & non nocere, esse non potest. Idem in li. de natura boni: Non potest esse dolor in naturis bonis: hoc enim ipsum quod resistit ut doleat: quod damno doleat aliquo doleat. Item in animo dolor facit uoluntas resistens potestati maiori: in corpore dolorem facit sensus resistens corpori potentiori. Diony. Non est natu-

ra mala, sed hoc est natura malum, non posse, quae sunt naturae perficere. Damasc. Malitia non substantia aliqua est, neque substantiae idioma, id est, proprietates, sed accidentis, scilicet ex eo quod secundum naturam uoluntarie est euersio. Idioma uel proprietates dicitur quod inest substantiae secundum primam institutionem naturae, quod non est peccatum. Damasc. Omnia quaecumque fecit Deus ita manentia quae admodum creata sunt, bona sunt ualde: uoluntariae autem secedentia ab eo quod secundum naturam ad id quod praeter naturam est uenientia, in eo quod malum est. Finit igitur secundum naturam omnia seruientia naturae, & obediencia sunt conditori. Quando igitur uoluntarie aliqua creaturarum effrenata & inobediens facientia est, in seipsa constituit malitiam.

¶ Malum culpe est ad deficiens uel imperfectum, & est uelut fructus degener. Ab eadem uite potest esse uua & labrusca. Esa. 5. dicitur de uinea synagoga: Expectaui ut faceret uuas, & fecit labruscas. Et Hier. 2. Ego platuraui te uinea electam omne semine uerum: quomodo ergo conuersa es in prauum uinea aliena? Eundem patrem possunt habere filius degeneras, & filius secundum generositatem patris uiuens. Sic ab eodem potest esse bonus actus, scilicet ex libero arbitrio. Sed malus actus qui est actus imperfectus, est ab eo non defectu, sicut eadem potentia gradiendi potest esse principium rectae ambulationis & claudicationis:

g s sed

sed claudicationis est principium ipsa deficiens. Dionysius. Bonum in quibuscunque perfectum inest, perfecta facit & integra & pura & optima: minus uero ipsum participat & imperfecta sunt bona & mixta per defectum boni. Item defectus formae est priuatio ordinis: hoc non omnino malum, sed minus bonum. Item malum est infirmitas & defectus boni, & sicut ex stipite arboris inflexibili est uirga flexibilis, eodem uirga est tenuis & infirma: sic ex Deo inflexibilis ad malum est liberum arbitrium flexibile ad bonum & malum. Ad bonum, quia ex Deo bonum: ad malum, quia ex nihilo. Augustinus in libro de fide, ad Petrum. Quia Deus summus bonus est: dedit omnibus naturas quas fecit ut bonae sint. Ideo naturae factae ex Deo proficere possunt, quia esse coeperunt. Ideo deficere, quia ex nihilo factae sunt. Idem in libro de libero arbitrio. Ideo possibilis ad defectum est in creatura: quia non esse in esse procedit. Secundum Damascenum. Quaecumque creata sunt alterabilia sunt, uel secundum corruptionem, uel secundum electionem, uel uoluntatem. Secundum corruptionem, corruptibilia ista: secundum electionem uel uoluntatem, spirituales substantiae. ¶ Et notandum, quod actus qui est peccatum, malus est, cum sit in feruore adductus. Dionysius. Non est malum puniri, sed malum est dignum poenae fieri. Est etiam malum qui Deum bonum ostendit commutabile ei praeligendo. Peccamus

enim praeligentes, ut dicit Augustinus & haec praelectio commutabilis est. Item malus est: quia potentia & a qua est corrumpit, diminuenso habilitatem eius ad bonum. Iusto enim iudicio Dei fit, cum potentia Domini a quo est offendit, ut ipsa corrumpatur ab actu qui ab ea est. Et sicut uirga flexibilis ad dexteram & sinistram, si frequenter flexatur ad sinistram, remanet magis inclinata ad partem illam: sic liberum arbitrium si frequenter inclinatur ad malum, pronum fit ad illud, & magis elongatur a bono. Item est malus: quia legi diuinae non subiectus. secundum illud Augustinus. Peccatum est factum, uel dictum, uel concupitum contra legem Dei. Item est malus, quia imperfectus respectu actus qui deberet exire a tali potentia, scilicet libero arbitrio: est enim quasi brutalis actus qui in cane uel in leone non esset malus actus, qui in libero arbitrio malus est. Et ponit exemplum Dionysius de ferocitate leonis & ira canis. Ira enim in cane bona est, cum sit animal custodituum, & ad ipsum pertineat extraneum abigere. Ferocitas etiam non est mala in leone, cum naturam eius non corrumpat: quod enim non corrumpit naturam, non est malum, ut ait Dionysius. Item malus est actus, quia est in habente rationem a quo ordinari debuit, & non ordinatus unde in puero nondum habente usum rationis malus non esset, nec in insano qui rationem habet omnino

omnino impedita. Dionysius. Malum damoni est contra deiformem intellectum esse, anime contra rationem, corpori contra naturam. Et licet actus malus deficiens sit praeditus modis: tamen adhuc non est omnino priuatus bonitate, cum principium eius & finis sit bonum. Item Dionysius. Principium enim eius est liberum arbitrium, quod bonum est finis eius est bonum aliquod transitorium: nemo enim malum respiciens facit quae facit, ut ait idem Dionysius. Et propter bonum sunt omnia, & quaecumque sunt bona, & quaecumque sunt contraria: ut ipse ait. Et ponamus exemplum in comestibus cibi uetiti, quae bona est in presenti, quia delectabilis, licet in futurum occasio sit maioris tristitiae, & potest esse expediens etiam ipsi agere in casu. Unde Augustinus. Audeo dicere superbis esse utile cadere in aliquod aptum manifestumque peccatum, unde sibi displicet quia sibi placendo ceciderant. Salubrius enim sibi Petrus displicuit quam fleuit, quod placuit quando presumpsit. Unde uerum est quod dicit Dionysius. quod nihil existitum priuatur uniuersaliter bono. Et iterum: quod per omnem modum bono priuatum est nunquam nunquam, neque erat, neque est, neque erit, neque esse potest. Est etiam malus actus ordinatus, ut prius ostensum est. Dionysius. Factis malis optime & pulchre diuina prouidentia uita est ad nostram aut aliorum formationem aut utilitatem. ¶ Subtractis erroris Manichaeorum au-

thoritatibus & rationibus quibus innituntur, ponenda sunt auctoritates & rationes quibus ipse directe destruitur, & quibus ostenditur unicum esse principium a quo sunt omnia uisibilia & inuisibilia. Et primo ponentur auctoritates: quia, ut ait Augustinus in libro de moribus. Ecce, naturae ordo ita se habet, ut cum aliquid dicimus, ratione praecedat auctoritas: nam infirma uideri ratio potest, quae cum reddita fuerit, auctoritate postea per quam infirmetur affluerit. Legitur Matthaeus 6. Respicite uoluntatem caeli &c. Et subditur. Et pater uester caelestis pascit ea. ergo cibis corruptibilis quo aues pascentur a patre caelesti est: non ergo sola incorruptibilia ab eo sunt. Item Matthaeus 3. Si foenum agrum quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic uestit: quanto magis uos modicae fidei? ergo decor quo herba prati uestitur, a Deo est. Eiusdem 5. dicitur de patre caelesti, quod pluit super iustos & iniustos: ergo pluuia est ab eo. Item Christo uenti & mare obediunt tantquam domino. Matthaeus 8. Ergo ipse erat Dominus maris: simili ratione altarum rerum uisibilium. Item eiusdem 14. & 15. Ipse panes multiplicat, quibus pascitur populus: sed eiusdem potentiae est panes sic multiplicare, & de nouo facere: ergo panes corruptibiles ab ipso poterat esse. Item Marci 5. Vitam mortalem amisam reddidit filiae archifilii nagogi. Et unico filio uiduae.

uiduæ. Lucæ 7. Et Lazaro. Io. 11. ergo non solum in corruptibilia: sed & corruptibilia ab ipso sunt. Et Marci 10. legitur: Ab initio creature masculinum & feminam fecit eos Deus. Itē Lucæ 11. dicit Pharisæis, Quod intus est uestrum, plenu est rapina & iniquitate. Stulti, nōne qui fecit quod de foris est, etiam id quod de intus est, fecit? Ergo ab eodem principio est anima & corpus. Lucæ 3. ubi textitur genealogia Christi, dicitur: Qui fuit Adam, qui fuit Dei. Adam ergo fuit filius Dei: fuit ergo à Deo, & nō à diabolo. Item Ioā. 1. dicitur de Deo: Omnia per ipsum facta sunt. Ergo uisibilia & inuisibilia. Et post: Mūdus per ipsum factus est. Et iterū: In propria uenit, & sui &c. Non erant sui per gratiam, cū essent mali, ergo sui erant creatione. Item mutauit aquam in uinum corruptibile. Io. 2. ergo etiā corruptibilia sunt ab ipso. Romano. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei &c. Et paulo post subditur: Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Præterea 1. Cor. 10. Domini est terra & plenitudo eius. Ephes. 2. Ipseus factura sumus &c. Eiusdem 3. In Deo qui omnia creauit. Colos. 1. In ipso condita sunt omnia, quæ sunt in cælo & in terra uisibilia & inuisibilia. & 1. Timot. 4. In nouissimis temporibus discedet quidam à fide &c. Et subditur, prohibentium nubere, & abstinere à ci-

bis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarū actione fidelibus. Hebr. 1. Initio tu Domine terrā fundasti &c. Et in eodem: Quem constituit hæredem uniuersorum. Act. 4. Domine, tu fecisti cælum & terram. Et 17. eiusdem: Deus qui fecit mundum & omnia, quæ in eo sunt, hic cæli & terræ cū sit dominus. Et canonica Iudæ: Solum dominatorem & dominum nostrum Iesum Christum negantes. Et Apoc. 10. Iurauit per uiuentē in secula seculorum, qui creauit cælum & omnia, quæ in eo sunt, & terrā, & omnia, quæ in eo sunt, mare & omnia, quæ in eo sunt. Et Petrus in li. cle. Totius mundi machinā cū una esset domus, in duas regiones diuisit Deus, ut superior regio angelis, inferior uerō hominibus præberet habitaculū. In symbolo etiā Apostolorū dicitur, Creatorem cæli & terræ. In hoc etiā conueniunt nobiscū nobiles philosophi. Plato loquens de Deo, Genitorē, inquit, uniuersitatis tam inuenire difficile est, quā inuētū dignē profari. Boet. li. Cōsolat. O qui perpetua mundū ratione gubernas, Terrarū cæliq; sator. Sene. Vir bonus quicquid ei acciderit, æquo animo sustinebit. Sciet enim hoc accidisse lege diuina, ex qua uniuersa procedūt. ¶ Nūc ponēde sunt rationes ad destructionē dicti erroris. Dicunt Manichæi lucē & tenebras nō posse esse ab eodem principio. Sed eadem

eadem ratione uox & silentium erunt à contrariis principiis. Sic enim se habet silentium ad uocem, ut tenebræ ad lucem. Vnde August. irridendo Manichæos, ait, Si est gens tenebrarum pugnant contra Dei lucem: quare non est gens silētiorum pugnant contra uocem? Item si lux est à bono Deo, uisus qui melior est luce, cū lux propter uisum sit, & sine uisu inutilis sit, erit à Deo: quis dubitat eū cui seruit lumen cædela præualere lumini illi? Et si uisus & lux quæ maximē est uisibilis, sunt à Deo: eadem ratione auditus & audibile, olfactus & odorabile, gustus & gustabile, tactus & tangibile: ergo omnia corruptibilia corpora sunt à Deo. Itē cū uiuere sit melius quā fulgere, si nihil potest fulgere sine Deo, multominus nec uiuere, ut ait August. Ergo omnia uitā habentia sunt à Deo. Item Aug. in lib. de duabus animabus: Sēnsibus omnibus intelligentia præstat & excellit: ergo intelligibilibus sensibilia inferiora sunt. Dementia igitur est cū omnis uita & ois anima solo intellectu percipi queat, sol autē & luna & omnis lux mortalibus oculis cernitur, quālibet animam Deo authore præpare, & quod lux bono Deo tributa dicatur. Itē aut ista corruptibilia sunt purē mala, aut mista ex bono & malo: ergo sunt quantum ad bonū à bono principio: quantum ad malum, à malo. er-

go aliquid corruptibile à bono principio est. Præterea ergo secundum hoc est aliqua societas lucis ad tenebras, & aliqua conuentio Christi ad Belial: cuius contrarium ostēditur 2. Cor. 5. Sic uerō sunt purē mala. Contra cum bonum tripliciter dicatur, honestū, delectabile, expediens: hæ tres species boni inueniuntur in his corruptibilibus. Honestū, ut pascere esuriētē, dare potū sitienti, & cætera opera misericordiæ quæ cōmendat Dominus. Matth. 25. Delectabile, ut cū coniungitur conueniens cum conuenienti. Expediens, ut cum infirmi bibunt portiones amaras, salubres tamē, uel causā sanitatis uritur, uel secatur: ergo oem spēs boni possumus inuenire in his corruptibilibus: ergo nō purē mala sunt. Itē quilibet sensus dicit aliquod bonū in eis, ut gustus dicit aliquod bonum uinum. Io. 2. Tu autē bonū uinum seruasti usque adhuc. Dicit auditus uocē aliquā bonā. Dicit uisus formā aliquā bonā. Dicit tactus uestē aliquam bonam & suauem. Dicit odoratus aliquem odorem bonū. Ergo sicut ille qui negat niuem esse albā, sensu indiget: sic Manichæi omni sensu uidentur indigere. Ipsi uidentur esse & cæci & surdi, & aliis sensibus indigētes: nec digni sunt ut contra errorem eorum disputetur. Arist. Nō oportet omne pblema nec oim positionē cōsiderare, sed quā dubitabit aliquis rationis

tionis indigentium & non pœnæ uel sensus. Videtur quod ipsi uelint hominibus oculos eruerē, & non solū oculos, sed omnē sensum eis auferre, unde multū sunt odiendi quantum ad hanc malitiam. Videtur etiam bestiis bestialiores esse: cum bestię inter hæc corruptibilia, quædam bona sibi à quibusdā malis distinguant, hæc fugiēdo, illa appetendo. ¶ Item cognitio boni bona est: ergo cum lux bona sit, cognitio lucis bona est: ergo in illis corruptibilibus quę possunt lucem cognoscere, aliquid boni est: ergo non sunt purē mala. Item legitur Matth. 5. Benefacite his qui oderunt uos &c. ut sitis filii patris uestri qui in cælis est, qui solem suū facit oriri super bonos & malos: ergo pater cælestis facit bonū malis, faciēdo solem suum oriri super eos: ergo mali sunt receptibiles boni ipsius. Sed potentia recipiēdi bonū bona est: ergo ipsi habent aliquid boni: ergo nō sunt purē mali. ¶ Itē corruptibilia ista aut ideō mala sunt, quia possunt corrumpi, aut alia de causa. Si quia possūt corrūpi: ergo creata sunt mala. Omnia enim à Deo possunt dissolui quę ab eo sunt cōposita. Facili⁹ enim est destruerē quā cōstruere: ut ait Philosophus. Ioā. Damascē. Omne quod incipit esse, finitur secundū naturam. Greg. Else omnium quæ de nihilo sunt in nihilum redēret, nisi ea omnium author ma-

nu regiminis retineret. Omnia itaq; creata, nec p se subsistere, nec mouere p̄ualēt. Quod dicit Greg. sic potest probari. Quod semel requiritur ex necessitate ad essentiā alicuius rei, semper ad eā requiritur: sed prima causa requirebatur ad hoc, quod hæc aia esset quā primo fuit: per aliā enim causam non potuit à non esse in esse adduci: ergo semp̄ prima causa ad hoc quod illa anima sit, requiritur. Itē si non potuit illa anima esse in a, nisi per primā causam: ergo eadē ratione nec in b, nec in c, & sic de unoquoque instati, in quo ipsa fuit: ergo prima causa requiritur ad esse huius animæ: eadem ratione ad esse uniuscuiusque creature. Itē sicut inchoatio diei est à sole uisibili: sic eius continuatio, & si desinat esse sol, uel lumen eius iuxta ipsum intercedatur, desinit totum lumen esse in aere. Sic posito quod prima causa desinat esse, uel cesset à cōseruatione rerū quas creauit, oēs desinunt esse. Sicut uita corporis inchoationē habet ab alia: sic & continuationem. Unde recedente anima à corpore, desinit corpus uiuere: sic si prima causa desineret esse, cūcta desinerēt esse. Itē sicut ascēsus lapidis in aere non potest fieri propria uirtute: sic nec permanētia ipsius ibidem, Nō minoris uirtutis est in bono inchoato p̄seruare, quā illud inchoare. Ouidius in Epistolis: Nō minor est uirtus,

uirtus, quā querere, parta tueri. Sic non minoris est uirtutis creata in esse cōseruare, quā creare. Aug. Deus ex nihilo oia fecit, & si se subtraheret, in nihilū redigerentur. Et Plato introducit Deum loquentem ad nobiliora opera sua, dicentem ea natura dissolubilia, uoluntate uerō sua indissolubilia. Si uerō sunt mala aia de causa: aut sunt mala quia uariabilia, aut ppter aliud. Si quia uariabilia: ergo aīe quę sunt à principio bono erūt malæ: cum sint uariabiles ab ignorantia ad scientiam, à gaudio ad tristitiā, ab iniustitia ad iustitiam. Lucē 15. Gaudium erit angelis Dei sup uno peccatore penitentia agente. Ex hoc uerbo cōstat quod aliquis pōt peccare & malus fieri: & qui iā peccator est, per pœnitentiam fieri bonus. Sed cui⁹ erit hæc uariatio? Aut purē bonū, aut purē malū. Purē malū nullatenus pōt fieri bonū, quū sit essentialiter malū: unde si desinit esse malū, desinit esse. Neque purē bonū seculundum eos potest fieri malum: ergo perit pœnitētia. Aug. Nūquā negauerūt Manichę dari ueniā peccatorū, cum fuerit ad Deū quisq; cōuersus: quæro ex illis, duobus generibus animarū, cuius sit pœnitere peccati? & scio hoc nec illius animæ posse quę malefacere, nec illius quę bñfacere pōt. Dic etenim anima quam de substantia Dei asserunt, quomodo nihil ex me

mali si ego perperam feci? Aut quomodo rectē pœnitet, si ego nō feci? Audi partē alterā. Quomodo ex me nihil boni est cui bona uolūtas inest? Aut quomodo me rectē pœnitet si nō inest? Mibi autē fati est sic scire quod Manichę errāt, aut scio pœnitēdum esse peccati. Si uerō mala sunt quia corporalia & uisibilia: ergo sol & luna & stellæ mala essent, cum sint corpora uisibilia. Si uerō mala sunt ppter cōtrarietate quā habet: ergo cum summē bonū habeat cōtrarietate cū summē malo, summū bonū erit malū. Si uerō ppter cōtrarietate quā habet ad inuicē, mala dicuntur: sicut aliqua dicuntur mala, quia cōtrarietate & bellū habet cū aliquibus: sic & bona dicēda sunt propter cōueniētiā & pacē quā habet cū aliis, uel bona simpliciter, uel bona quantum ad hoc: ergo nō erūt purē mala. Et si odium inter aliqua corruptibilia malitię attestatur: amor qui inter aliqua inuenitur, bonitati attestabitur. Pręterea cum bonum sit quod desyderatur ab omnibus: ut ait Dionys. & secundū Arist. omnia bonū exoptēt, & omnia appetāt esse sui cōseruationē: esse uniuersaliter est bonū. Dolor qui inuenitur etiā in animalibus irrationabilibus quū occiditur uel læditur, attestatur amor quē habent ad suū esse. ¶ Pręterea quū sit scriptum in corde hominis, quod sicut bona sunt faciēda, ita mala sunt destruc-

struenda: si corruptibilia ista sunt mala, destructio illorū est bona: ergo cōtrarietas uel potestas destruedi se inuicē bona est. Itē si corruptibilia ista mala sunt, quia destructiua sui inuicē, necessārio esse eorū bonū est: ergo cū Manichæi ponunt q̄ mala sunt quæ sunt destructiua sui in uicē: per cōsequēs ponunt quōd ipsa sunt mala & bona. Itē si principii malū, per se potest esse causa malorū: ergo semper pōt esse causa eorū: ergo potest ppetuare ea: ergo ppetua & nō solū corruptibilia possunt esse à principio malo. Item cū aliqua mors iusta sit, secundū illam sententiam domini, Matth. 26. Omnes qui gladiū acceperint, gladio peribūt. ergo mors potest esse à Deo, & corruptio: ergo corruptibilia possunt esse à bono principio. Item corruptio istorū corruptibiliū, aut est bona, aut est mala. Si bona: ergo est à Deo bono: ergo corruptibilia possunt esse ab eo. Si mala, sed cuius corruptio mala est, ipsum quoque bonū, iuxta uerbum Sapientis: ergo ipsa sunt bona: ergo possunt esse à Deo bono. Item principii malū aut est mutabile, aut nō. Si nō est mutabile, ergo nō erūt potius mutabilia ab eo, quā à principio bono. Præterea immutabilitas nō solū p̄tinet ad bonū, imō ad optimū. Diony. Propriū est optimi esse semper id ipsum. Senec. Necessē est eadem placere, cui

nisi optima placere nō possunt Deo scilicet. Diony. Malū quidē instabile est. Itē nō sunt immobilia & semper sic habētia mala: ait idem Dion. Non est ergo principii mali immutabile. Sic cū sapientia bonū sit, nō erit in summo malo. Stultus autē ut lina mutat. Eccles. 27. Senec. Stultitiæ nihil cōstat, nihil diu placet. Si uerō principii mali mutabile est: ergo habet aliquā cōpositionē ad minus quæ est p̄prietatis ad subiectū. Vbi enim est mutatio & recessus alicuius p̄prietatis & accessus alterius, necesse est etiā ibi esse aliquam essentialē compositionē. Nihil enim est agēs & patiēs secundū idē. Ergo oportet aliqd esse in eo quo agit dādo esse eis quorū est principii, & aliqd quo recipit p̄prietatē quæ ei aduenit cū mutat. Si autē cōpositū est, ergo cōpositū ab aliquo qd est eius principii; aliqd autē principii habere non pōt, nisi principium bonum: ergo est à bono principio: sed ab eo nō pōt esse nisi bonū fuit: ergo ab eo factū bonū, sed postea factū est malū. Et hoc est qd ueritas dicit Ios. 8. Ille homicida erat ab initio: ergo habuit initii. Et subditur: Et in ueritate nō stetit. In bono enim uolūtate nō perseuerauit. Itē Luc. 10. Videbā sathanā sicut fulgur de cælo cadentē. Fuit ergo aliquādo bonus & in cælo: sed peccauit, & de cælo cecidit. Item radix omnium malorū est cupid

cupiditas. 1. Timo. ult. Ergo ante cupiditatem non est malum, sed ante est naturaliter potentia, à quo exit actus cupiditatis: ergo potentia illa non est mala: ergo natura ipsius diaboli bona est. Præterea si principii mali non habet principii, ergo habet esse, & non ab alio: sed hoc non solūmodo boni est, sed etiā melioris: melius enim est quod natura est, quā acquisitiū: ergo principii mali non solum bonū est, sed etiā melius his quæ esse inceperunt. Item proprium est Altissimi, à nullo aliquid tenere, nulli aliquid debere, nulli subesse: absit ergo ut talia malo conueniāt. Præterea, impossibile est duo esse principia absolutē. Si enim aliquid est principium absolutē, est primū. Si autē est primū, non habet prius uel cōueniūt. Vnde Dionysius. Omnis diastue dualitas nō est principium; monas autē siue unitas erit totius diadis, id est, dualitatis principii. Item, oppositorū oppositæ sunt causæ: ergo si principii boni est ens, principii mali est non ens, Aug. 12. lib. de Ciuitate Dei; Et naturæ quæ summē est, quæ faciēte sunt quæcunq; sunt contraria naturæ, non est nisi quæ non est. Item aut principii boni & mali in aliquo cōueniunt, aut in nullo. Si in nullo, ergo nec in esse, nec in potētia: ergo si principium boni est, principium mali non est. Et si principium boni est, omnipotēs: principium mali

est, nihil potens: ergo nullius rei principium. Si uerō conueniunt in aliquo, ut in eo quod est esse, & uiuere, & intelligere, & posse: non est ergo purē malum quod in tot conuenit cum summē bono. Dionysius: Si omnino bonū consumpseris, neq; essentia est, neque uita, neque concupiscentia, neque motus, neque aliquid aliud. Præterea aut in aliquo differūt, aut non. Si non, ergo sunt idem principii, & nō duo principia. Si uerō in aliquo differūt, hæc differentia uidetur esse in malitia uoluntatis. Posito enim quod uoluntas eius sit bona, iam habet pacem & amicitiam cum summō bono, & non contrarietatem. Sicut enim pax est hominibus bonæ uoluntatis, Luc. 2. sic & angelis bonæ uoluntatis. Iam imago Dei relictet in eo, quum in eo sit & potētia, & sapientia, bonitas siue bona uolūtas: unde relinquitur quod à Deo sit. Similitudo enim inter aliqua ostēdit ea eandem uel similem causam habere, uel unū esse causam alterius. Præterea si principii mali in aliquo differt à principio boni, & in aliquo conuenit: ergo ipsum habet aliquid & aliquid: ergo est cōpositum, ergo non est principium primū. Illud enim est prius à quo cōpositum est. Item constat quod principii bonum est perfectū, & sine aliquo defectu, Matt. 5. Pater uester cælestis perfectus est, & indeficiens, & se-

cundum bonitatem, & secundum sapientiam, & secundum uirtutē, sine principio, infinitus, æternus, incircūscriptibilis, & simpliciter per omnia perfectus: ergo potentia ipsius non habet defectum, nec admissionē impotentia: ergo nihil est quod non subfit illi potentia: ergo dominium eius uniuersale est: & nihil est exceptum ab eius iurisdictione: ergo si principium malum habet potestatem aliquam, potestas illa est à Dei potentia, & sub ea. *Matth. ult.* Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, ait Christus. *Et Róm. 13.* Non est potestas, nisi à Deo. Et ut unò uerbo dicamus, Dei potentia omnipotentia est. *Apoc. 4.* Sanctus, sanctus, sanctus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui uerturus est. *Eiusdem 5.* Magna enim & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens. *Et 16.* Domine Deus omnipotens uera & iusta iudicia tua. *Et 21.* Dominus Deus omnipotens, templū illius est. *Et Mat. 19.* dicitur, quod apud Deum omnia possibilia sunt. *Et Luc. 1.* Nō erit impossibile apud Deum omne uerbum, imò quod plus est, omnia possibilia sunt credenti in eum. *Matt. 9.* & *Mat. 17.* Nihil impossibile erit uobis. Manifestum est ergo ex prædictis, diabolus non esse exemptū à potestate Dei. *Vnde Lucæ 10.* Ecce dedi uobis potestatem calcandi super omnem potestatem inimici. Non est ergo diabolus

principium malum æternū quod sit à se: sed natura eius à bono principio est, & ab institutione prima bona: sed à corruptione uoluntatis est in eo malitia. ¶ Præterea cum Deus sit incircūscriptus, non sic capitur uno loco, quod non possit esse in alio: nec potest esse locus sine eo, quod non esset si duo essent principia. *Dama.* Quomodo diis multis existentibus incircūscriptibile seruabitur, quod in Deo dicimus? Vbicunque enim fuerit unus, nequaquam erit alter. Item cum castra destruantur propter diuersitatem dominorum, quomodo nō esset iam mundus dissolutus, si essent diuersi domini? *Dama.* Qualiter à multis gubernabitur mundus, & non dissoluatur, & corrumpetur pugna in gubernantibus considerata? *Et subdit:* Si autem dixerit quis, quoniam unusquisque pariti principatur, quid est quod ordinat & permanentiā eius facit illud utiq; erit Deus magis. Item si multos diceremus deos, necesse esset differentiam in multis considerari. Si enim nulla est differentia in eis, unus magis est, & non multi. Si autem differentia est in eis, ubi est perfectio? Sine ei secundum bonitatem, siue secundum uirtutem, siue secundum sapientiam, siue secundum tempus, siue secundum locum defecent à perfectione, nequaquam erit Deus. Item non minus pertinet ad Deum bonitas, quam potentia,

tia uel sapientia: ergo sicut ridiculum esset ponere aliquē Deū, sine potentia uel sapientia: sic ridiculum est ponere Deum, sine bonitate. *Dionysius:* Neque diuinum malum est, neque malum diuinum. Præterea, impossibile est perfectam esse sapientiam & potentiam absque bonitate. Impotentia enim est, si nō potest uelle bonum cognitum. Si autem potest uelle bonū, non est sine aliqua bonitate. Possit enim uelle bonū, bonū est. ¶ Item duo sunt principia: aut principium malum est inuisibile sicut bonum, aut est uisibile. Si est uisibile, est corpus, & ita compositum: ergo habuit initium. Si uero inuisibile, ergo per ea quæ facta sunt conspiciuntur, sicut & principium bonum. Cum ergo esse principii per se eorum, quæ facta sunt, agnoscat: per quid cognoscatur multitudo principiorum, nisi multitudine eorū quæ facta sunt: ergo tot sunt pondēda principia, quot sunt res factæ. Si uero contrarietate rerū quæ factæ sunt cognoscatur diuersitas principiorum: ergo omnia contraria erunt à contrariis principiis: ergo album & nigrum non erunt ab eodem principio, neque calidum & frigidū, & sic de aliis contrariis: unde oportebit multo plura principia, quam duo poni. Item potentia Dei & sapientia, de quibus constat, sufficiūt ad creationem omnium, & ipsa mors etiam potest esse ad eius bonitatem. Multoties

enim ualde utilis est homini, ut uiris sanctis, quibus est finis miseræ & porta gloriæ: unde multū desideratur ab eis, ut in Paulo patet *Philip. 1.* Desideriū habeo dissolui, &c. Etiam mors maiorū est à iustitia Dei. *Luc. 12.* Timete eum qui postquā occiderit habet potestatem mittere in gehennam. De potentia uero alia non potest constare per aliquē proprium effectū eius. Quanta ergo fatuitas est, Deo omnipotentī propter illam potentiam omniam auferre dimidium regni sui, & gloriæ suæ? Quis est qui nesciat quod duo possunt habere eundem patrem, unus tamē eorum est sanus, & alter æger, & filio existēte infirmo pater potest esse sanus, & ab eadem radice potest esse & spina, & rosa? Præterea quotidie uidemus hoc in corporibus, corpus quod sanum est fieri ægrū, & eōtrario. Idem etiam necesse habemus concedere de animabus: anima enim peccādo potest fieri mala, & pœnitentiā agēdo potest fieri bona. Alioquin pro nihilo moneatur aliquis ad agendū pœnitentiam. *Matt. 3.* Agite dignum fructum pœnitentiæ. *Et eiusdem 4.* Pœnitentiam agite: ergo potest accidere in spiritibus corpori nō unitis, ut qui boni sunt natura, fiant mali malo consentiendo. *Vnde 2. Pet. 1.* Si Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in

iudicium referuari, &c. Et canonica Iudæ, Angelos qui non seruauerunt principatum suum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni Dei vinculis æternis sub caligine referuauit. ¶ Et aduertendum est, quoniam sapiëntia Dei noluit, quod aliqua diuersitas creaturarum contrarietatem principiorum posset ostendere: Prima diuersitas in rebus est substantiæ & accidentis: sed unum istorum inest alteri, scilicet accidens substantiæ. Substantia uero causa est accidentis, nec possunt esse à contrariis principis, cum tanta sit eorum conuenientia & adhærentia, & maxime cum nulla sit societas lucis ad tenebras, nec cõuentio Christi ad Belial. 2. Corinth. 6. Alia est diuersitas materiæ & formæ, quarum conuenientia manifestè indicat ea non esse à diuersis principis. Alia est diuersitas substantiæ corporeæ & incorporeæ. Sed cum substantia incorporeæ perfectior sit corporeæ, & conueniat cum ea ad perficiendum unum, ut in arboribus est vegetabile, in brutis animalibus sensibile, & in hominibus anima rationalis; manifestum est quod non sunt à contrariis principis. Alia diuersitas est corruptibilitatis. Sed nec ista diuersitas ostendit contraria esse principia, cum corruptibilitatè inueniamus non solum in corporibus, sed etiam in substantiis incorporeis, ut in vegetabili, & sensibili: imò quædã

corruptibilitas uidetur esse in omni creatura à prima cõditio, ne ipsius. Quia sicut ait Augustinus in libro de ciuitate Dei: omnis creatura mutabilis, quia de nihilo facta. Præterea corruptibile & incorruptibile conueniunt ad unum perficiendum; ut corpus & anima ad perficiendum hominẽ: & est naturalis amor unius ad alterum, quod indicat separatio unius ab altero, quæ cum dolore fit: ex quo manifestum est ea non esse ex contrariis principis. ¶ Item si duo sunt principia, unum boni & alterum mali: aut creare pertinet ad principium boni, sicut ad principium mali, aut non. Si non, aut principium mali ex materia, quæ fit à principio bono, operabitur, aut nihil omnino operabitur. Si nihil omnino, ergo non erit principium. Si ex materia creata à bono principio, quod tamẽ fiet, nõ erit purè malum, cum materia sit bona. ¶ Præterea forma quæ erit à principio malo, mala erit, nec cõueniet materiæ bonæ, ut faciat unum cum ea. Si uero creare est utriusque principii, aut bonum principium habebit hoc à malo, aut malum à bono, aut ambo ab altero. Dion. Si malum æternum est, & creat, & potest, & est, & agit; unde ei hoc, aut ex bono, aut ex malo, aut ambobus ex alia causa? Si bonum principium hoc habet à malo, malum tantummodo erit principium & nõ bonum. Si malum à bono tantum, bonum erit principium & nõ malum. Si ambo ex

alia

alia causa, illa magis erit principium. Item cum operatio sit secundum uirtutem, & uirtus secundum essentiam: si operatio creandi communis est duobus principis, una uirtus communis erit illis à qua erit ista operatio, & una essentia sine unum essentiale ad quod pertinet uirtus ista. Et si illud erit principium malum, purè malum, cum habeat bonum sibi essentiale. Si uero illud est malum, nõ erit principium bonum summè bonum, cum habeat malum sibi essentiale. Præterea si duo principia in aliquo essentiali cõueniunt, & in aliquo alio differunt, utrumque cõpositum est: ergo neutrum est principium simpliciter, cum aliquid sit prius à quo cõpositum est. ¶ Præterea malum uidetur esse cõtra naturam principii. Ad principium enim pertinet facere, non destruere: malum uero destructiuum est. Dion. Malo natura est corrumpere & perdere. Item malum secundum quod malum nullius est generatiuum uel nutritiuum, aut omnino factiuum, aut saluatiuum: ergo malum non est primum principium. Item bonum in quantum bonum est ex se diffusiuum, ut ait Dionysius, quia multiplicatiuum est: ergo cum malum bono sit contrarium secundum quod malum: non erit multiplicatiuum: sed potius retentiuum uel contractiuum: ergo non erit principium. Item corruptio naturaliter est posterior generatione: ergo potentia corrupedi erit potentia generadi. Quæ enim est

proportio actus ad actum, & eadẽ est potentia ad potentiam: ergo destructiuum boni naturaliter est posterius principio boni: ergo malum & bonum non sunt principia coeua. Item priuatio naturaliter posterior est habitu: ergo destructiuum boni naturaliter est posterius bono. Item aut sunt aliqui spiritus mali à principio malo, aut non. Si non, sed cõstat quod sunt aliqui spiritus mali ex Euangelio in multis locis. Matt. 11. Cum immundus spiritus exierit, &c. Et paulo post: Et assumit septem spiritus nequiores se. Et Lucæ 8. de quodam dicitur, Ruptis uinculis agebatur à dæmoniis in deserto. Et interrogauit illum Iesus, quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio: quia intrauerat multa dæmonia in eum. Aut igitur sunt æterni spiritus illi, aut non. Si sic, noti sunt ergo tantum duo principia, à quibus sint omnia alia. Præterea cum boni spiritus creati sint, uerisimile est quod & mali spiritus sint creati. Absit enim quod hæc nobilis cõditio nõ esse ab alio sit. in malis spiritibus; & nõ in bonis. Si uero creati sunt: ergo aut ex principio bono, uel ex malo. Si à bono, ergo tunc erant boni: sed post facti sunt mali, sicut asserit ueritas fidei catholice. Si uero à principio malo: ergo ab eo nõ solummodo sunt corpora, sed etiã spiritus: nec solum corruptibilia, sed etiã incorruptibilia. Itẽ dicit Sene. in lib. de Naturalibus qua-

h 3 suo.

fluo. Deus est quo malus excogitari non potest. Et sicut ait Augustinus. in libro de fide ad Pet. Deus est immensus uirtute, non mole. Virtus ergo Dei est, qua maior excogitari non potest: sed maior est uirtus quæ summè malum potest destruere, quàm quæ non potest ergo uirtus diuina potest summè malum destruere: ergo summè malum habuit principium, & potest finem habere: ergo non est primum principium. ¶ Præterea ad bonitatē pertinet non solum uelle bonum facere, sed etiam uelle malū destruere, & magis malum magis uelle destruere: ergo maximè malum maximè uelle destruere: ergo cum summè bonum habeat potestatem illud destruendi, iam illud destruxit tanquàm radicem omnium mali. Securus enim ad radicem arboris à sapiente ponitur, non ad ramos: hac radice extirpata omne malum cessat. Item Deus excedit intellectū nostrū: potentior enim est agēdo, quàm nos intelligendo: sed intellectus noster attingere potest tam regionem tenebrarum, quàm regionem lucis: ergo Deus non est exclusus à regione tenebrarum: nec inclusus in regione lucis, ut dicitur Manichæi. Quod manifeste ostenditur 1. Corinth. 6. Nescitis quia membra uesira templum sunt Spiritus sancti qui in uobis est: Et eiusdem 3. Nescitis quia templum Dei estis uos, & Spiritus Dei habitat in uobis; Et

subditur: Qui uiolauerit templum hoc, disperdet illum Deus. Græci uerò sic habent: Qui corruperit templum hoc, corrumpet illum Deus. Deus ergo non est exclusus à regione tenebrarum. Nec membra illa mala sunt in quibus Deus habitat, & quorum uiolationem uindicat. Nec omnis corruptio mala est, ex qua Deus corruptentes bonos corrumpit. Item cum magis conueniat aliquid cum quolibet, quàm aliquid cum nihilo, quod potest per se ex nihilo aliquid facere, potest quodlibet ex aliquo facere: ergo quicumque potest creare, est omnipotēs. Verisimile est quod potentia quæ extendit se ad ea quæ non sunt, extendat se ad omnia quæ sunt: ergo cum mancipium malū non sit omnipotens, non potest creare. Itē si duo sunt principia, aut utrumque erit imperfectum, aut alterum erit superfluum. ¶ Itē dicit Damas. Contraria sunt inuicem bonū & perniciosum, & sui inuicem corruptiua, & in se inuicem & cum se inuicem non subsistentia. Et subdit: Necessè est duorum esse alterum: uel tangere & corrumpere se inuicem, uel esse quid medium in quo nec bonum nec malum erit: uelut quædam mæceries separans ab inuicem utraque, & non duo, sed tria erunt principia. Item necessè est horum alterū uel pacificare, quod illud quod malum est, non potest: uel præliari, quod id quod

perfectè

perfectè bonum est, non potest, uel quod malum est quidem præliari, & quod bonū non ex aduersario præliari, sed corrumpi uel semper contristari, uel malū pati. Itē beatus est cui omnia optata succedunt: sed si summum bonū habet aliquid sibi contrarium, non omnia optata sibi succedunt: ergo non est beatum. Itē Deus bonus aut potest cohibere mala quæ sūt à principio malo suis, & uult, & sic cohibet: aut potest, & non uult: si non est summè bonus, aut uult, & non potest, & tunc est impotens. Item cum bonum sit quod desideratur ab omnibus, ut dicit Dionysius, ergo malum est quod oditur ab omnibus. Sicut ergo Deum diligit quicumque diligere potest, ut ait Augustinus, & ipse diligit omnes quos creauit, nisi ipsi siant mali, & inter eos est mutui amor: sic mutui odium erit inter eos qui sunt à malo principio. & ipsi odient malum principium, & ipsum eos. Ergo mirū est si iam non destruxit eos. Non potest ergo stare regnū tale nullo amore cōpactum. Itē cū ipsum summè malum sit, ergo uult malū & sibi & suis, & non modicum malū, cum non sit modicum malus: quomodo permittit ergo suos uiuere? Itē aut princeps iste uel gens eius aliquid amat, uel nihil. Si nihil, ergo nec se ipsum, quod non est uerisimile. Si enim esset superbus, esset & amator gloriæ suæ. Præterea si non potest amare: ergo nec odire. amare

enim & odire cōtraria sunt & nata fieri circa idē. Præterea principium bonū & quæ ab eo sunt, dicitur odire mala & amare bona: ergo principium malū odit bona & amat mala. Si uerò amat aliquid, ergo uult ei quod optatur esse bonū: sed aliquem uelle quod ipse opinatur esse bonū, quoddam bonum est: ergo principium mali habet aliquod bonum: ergo non est summè uel purè malū, uel quod ridiculum est dicere aliquid non esse bonum, quia non est ubique: ergo ridiculum est dicere quod non sit bonū: quia non semper, uel quia est corruptibile. Præterea si non facit aliquod malū, hoc quod habet principium, ergo neque hoc quod ipsum habet finem, uel quod est corruptibile. Item cum non sit malum nisi respectu boni, & summum malum, & ea quæ sunt ab eo sunt purè mala, nihil est malū respectu alicuius eorum: ergo si ipsa sunt mala, ipsa erunt mala: uel quia nociua summè bono, uel bonis quæ sunt ab eo: sed non quia sint nociua summè bono. Et enim nihil potest nocere, quia ut dicit Augustinus. Non est Deus inuolabilis, si aliquid potest ei nocere. Itē non possunt nocere bonis quæ sunt à principio bono, cum illa sint purè bona nullius mali susceptibilia, & cum princeps eorum tanquàm summè potens eos seruare possit, & tanquàm summè bonus uelit: ergo non sunt mala, quia bonis nociua: ergo simpliciter loquendo non

h 4 sunt

sunt mala. Præterea natura bona nõ potest cogi à mala ut consentiat malo: cum bonum potentius sit, quàm malum. Si autè uoluntariè potest consentire malo, ergo bonum natura, uoluntate potest fieri malum: ergo non est necesse ponere aliquam naturam essentialiter malà, à qua sint aliæ naturæ malæ: sed omnis natura à principio bono est, & ab institutione bona: sed uoluntate postea facta est mala, sicut fides catholica dicit. Item summũ malum cum fecit uisibilia ista, aut fecit ea ex bonitate uel ex malitia. Si ex bonitate, ergo aliqua bonitas erat in eo: ergo nõ erat purè malũ. Si ex malitia fecisset, nõ esset tanta pulchritudo, nec tanta utilitas, nec tanta ordinatio in eis. Item princeps tenebrarum est aut bonus sibi, aut malus. Si bonus, ergo nõ est summè malus, cum alicui sit bonus. Si malus sibi, ergo est malus malo: ergo ipse est cõtrarius malo: sed esse contrarium malo est bonũ, ergo aliquid habet boni, & non est summè malus. ¶ Item summũ malum aut est malum malitia culpæ, aut malitia pœnæ. Si pœnæ, sed summum malum pœnæ uideatur esse gehenna: ergo uel ipsum non est maximum malum, uel est ipsa gehenna. Si fortè dicatur qd summum malum est miseria uõrum, sicut bonum summum est beatitudo suorum: Contrà delectatio est coniunctio conuenientis cum cõuenienti: ergo ea quæ

sunt à summo bono, & sunt eius capacia, ut sunt creaturæ rationales, delectationem habent cõiunguntur ei, eod quod sint conuenientia illi. Similiter ea quæ sunt à summo malo, si sunt eius capacia & coniunguntur ei, cum sint conuenientia cum eo, habebunt in eo delectatione. Itè cum ipsa sint purè mala, & amēt omne malũ: amor uero amanti suauè faciat quod amatur, gehenna etiam suauis esset his qui in ea erunt, si amarent eã, & placeret eis: ergo summum malum delectabile erit malis qui ab eo sunt. Si uerò ipsum est malũ malitia culpæ, culpa non potest esse nisi ubi est lex. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Rom. 4. Ergo summum malum legi alicui subiectum est, cuius transgressio ne malum est factum: ergo non est primum principium. Præterea operatio qua ipsum operatur malum, aut naturalis est, aut uoluntaria. Si naturalis, ergo nõ est culpabilis. Augustin. Peccatum sine uoluntate esse non posse, omnis mens apud se conscriptũ legit. Si uerò uoluntaria est, & habet potentiam liberam facienti malum, uel declinandi à malo, cum potentia declinandi à malo sit bona, aliquid boni est in eo: ergo non est summè malum. Item cum aliquid horum corruptibilem destruitur, non intendit agens destructionem, sed generatione. Et est certamen quod est inter creaturas: certamen est quã

quasi liberalitatis. Verbi gratia: Cum agit ignis in ligna, & facit inde carbones, intendit ignis dare speciem suã materiæ in quam agit, & semper in corruptione remanet aliquid utile. Etiam post destructionem quam facit ignis qui uehementissimè uidetur destruere, remanet cinis, qui habet uim mūdificatiuam: ergo corruptibilia ista non sunt purè mala. Præterea licet corruptibilia ista non possint seruare speciem suã in seipsis: tamen in recompensationem huius habent potentiam dandi speciem suam alteri materiæ & multiplicandi eam, quod non habent incorruptibilia. Sol non efficit alium solem, nec Angelus Angelũ, sed ignis causa est ignis. Bona ergo sunt etiam corruptibilia. Multi sunt qui nõ minus amarent uaccam unam, licet mori posset, quæ ualde festosa esset, de qua mille alias habituri essent, quàm unam sterilem quæ mori non posset.

De alijs erroribus Manichæorũ, quosrum aliqui enumerantur. Et de primo errore qui est in distinctione ciborum. CAP. IX.

Post destructione erroris Manichæorum quantum ad radicem ipsius, licet rami non soleant proficere radice destructa, secundum illud Osee 9. Radix eorum excicata est, fructum nequam faciant. tamen aliqua breuiter dicemus cõtra aliquos errores qui uelut rami à radice uenenata, de qua iam tactum est,

procefferunt. ¶ Unus error est, distinctio ciborũ. Dicunt enim aliquos cibos non esse comedendos, ut carnem & caseum. Alius est, quod lex uetus data est à principe tenebrarum, & quod mala fuit. Tertius est, quod patres Veteris testamenti mali fuerunt, & damnati sunt. Quartus, quod nõ creantur anime de nouo quæ corporibus infundatur. Alius error est, quod Christus ueram naturam humanam non assumpsit. Vltimus, de quo ad præsens dicere intendimus, quod Ioannes Baptista malus fuerit. Sunt multi alii errores eorum, sed adeo irrationabiles, quod indigni sunt ut ad eorum destructionem ratiocinatio fiat. ¶ Primo errori occasionem dare potuit, qd Dominus terræ maledixit, Gene. 3. Ideo carnes animalum quæ de fructu terræ pascuntur, dicunt non esse comedendas. Pisces bene comedunt qui in aqua nutriantur, cum non legant Dominũ aquis maledixisse. Sed hæc ratio nulla est. Si enim carnes animalium comedende nõ sunt, quia de fructu terræ uiuunt: multo fortius ipsi fructus terræ comedendi non essent: propter quod enim unumquodq; est tale, illud magis est tale. fructus autè terræ omnis secta comedit. Romanor. 13. Qui infirmus est, olus manducet. Glo. Infirmus est qui cibos discernit: hic olus manducet, in cuius esu omnis secta consentit. Præterea maledictio terræ quam Dominus

fecit, fuitque fertilitatem eius abstulit. Et ibidem post illam maledictionem subditur: In laboribus comedes ea ex cunctis diebus uitæ tuæ. Vnde noluit Dominus quod propter illam maledictionem dimitteret homo comedere, uel quæ ex terra nascerentur, uel quæ ex ea nutrentur. ¶ Item dedit occasione huic errori, quod caro per peccatum de carne nascitur, ut ipsi dicunt. Sed fatuū est dicere carnem animalium brutorum per peccatum nasci: cum ubi non est lex, non sit peccatio. Rom. 4. Item illud Rom. 14. Bonum est non manducare carnem, nec bibere uinum. Sed si propter uerbum illud, carnem comedere dimittunt: eadem ratione deberent dimittere bibere uinum. Item quod uiri sancti leguntur à carnibus abstinuisse, sed ipsi non ideo abstinerunt, quia iudicarent quod non possent sine peccato comedere: sed quia quandoque sunt occasio concupiscentiæ ut excedant, sicut & uinum quoadque. Tamen non sequitur ex hoc quod uino non sit utendum. 1. Tim. 5. Noli adhuc aquam bibere, sed modico uino utere propter stomachum tuum & frequenter tuas infirmitates. Et Eccle. 31. Si bibas uinum moderatè, eris sobrius. Et paulo post: Exultatio anime & corporis uinum moderatè potatum. Sicut aliquibus infirmis secundum corpus abstinendum est à carnibus & uino: non tamè sequitur propter hoc, quod caro & uinum infirma sunt uniuersaliter corpo-

rum: sic eadem infirma sunt quantum adque: etiã spirituali quibus enim sunt occasio peccandi. Sunt multæ causæ quare à delicatis abstinentum est, quæ in tractatu de uitio Gule assignatæ sunt, & aliquæ tractentur in tractatu de uirtute Sobrietatis. Sicut diuinitus male sunt, etsi à uiris sanctis continentur: sic caro mala non est, si à uiris sanctis quoadque comedatur. Glo. super illud Rom. 14. Oulus manducet. Crassitudo carniū, & deliciosæ epulæ prouocant corpus ad libidinem. Quandoque aliquis abstinet à talibus: quia sibi uidet expedire, uel ne proximum scandalizet. 1. Cor. 10. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed non omnia edificat. Sed qui abstinet, non debet damnabiles iudicare eos qui talibus utuntur. Rom. 13. Qui non manducet, manducantem non iudicet. ¶ Item occasione dedit huic errori, quod non legunt Christum carnes comedisse. Sed licet hoc non legitur, tamen non sequeretur propter hoc quod non comedisset: multa enim facta sunt, quæ non scripta sunt. Ioan. ult. Sunt & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribatur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. Et quod comederit agnum paschalem, potest haberi ex Euangelio Math. 14. Vbi est, inquit, refectio mea, ubi pascha cum discipulis meis manducet? Pascha uocatur agnus paschalis. Luc. 22. Vbi est diuersorium

forium ubi pascha cum discipulis meis manducet: Et paulo post: Desiderio desideram hoc pascha manducare uobiscum. Quod autem temelicum sit comedere carnes & alios cibos sine distinctione, probari potest his testimoniis Noui Testamenti. Legitur Luc. 10. In eadem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Et Matth. 15. Non quod intrat in os coquinat hominem. Et ad Rom. 14. Scio & confido in Domino Iesu, quia nihil commune siue immundum per ipsum, nisi ei qui existimat commune esse illi commune est. In eodem: Omnia quidem munda sunt. Et 1. Corint. 10. Omne quod in macello uenit, id est, uenditur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra & plenitudo uocis. Et iterum: Si quis infidelium uocat uos ad cenam, & uultis ire, omne quod apponitur uobis manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Et 1. Tim. 4. Omnis creatura Dei bona est, & nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Et ad Tit. 1. Omnia munda mundis. Itè probatum est superius, omnia creata fuisse à Deo: nihil uerò immundum à Deo creatum est: caro ergo animalium immunda non est: ergo non est abstinendum à carne propter carnis immunditiam. Præterea si non est utendum carnis talium animalium in cibis: ergo nec lana, nec pellibus eorum est utendum in uestitum.

De errore ponente legem ueterem datam à principe tenebrarum, & malam. CAP. X.

Sequitur de secundo errore qui ponit legem ueterem esse datam à principe tenebrarum, & malam esse. Cui errori occasionem dedit legis grauitas. Visum est enim aliquibus non fuisse Deum benignum, qui tam graue onus populo imposuit. Ad quod dicendum, quod corda Iudæorum erecta erant per presumptionem. Vnde dicebant, Non deest qui impleat, sed deest qui iubeat. Exod. 19. Respondit uniuersus populus simul, Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus. Eiusdem 24. habetur idem. Vnde humiliandi fuerunt graui onere legis, ut uidentes insufficientiam suam humiliati ad auxilium gratiæ curerent. Dominus enim humilibus dat gratiam. 1. Pet. ult. Dedit etiã occasionem huic errori iustitia quæ fiebat in ueteri lege: quam aliqui mentiuntur crudelitatem. Vnde dicunt non fuisse Deum benignum, qui legem tam crudelē dedit. Ad quod dicendum est, quod cum principium sapientiæ sit timor Domini, Prou. 1. perfectio uerò sapientiæ sit amor Dei, secundum illud Eccl. 1. Dilectio Dei honorabilis sapientiæ: Prima lex debuit sapientiæ inchoare, timorē Dei per iustitiā incutiendo. Secunda lex debuit sapientiā perficere, ad amorē multis admonitionibus & promissionibus & benedictionibus exhibitioibus incitanda.

Vnde

Vnde iustitia in ueteri lege debuit abundare: iustitia uero non est crudelitas, sed bonitas: ut in tractatu Iustitiæ ostenditur. In illa uero iustitia latebat misericordia. Qui enim corrigebantur poena temporalis, euadebant aeternam. In corrigibiles uero amittebant potentiam Deum offendendi & poenam suam in futuro augendi: unde misericorditer cum eis agebatur. Si enim diutius uiueret, diutius peccarent, & in futuro grauius punirentur. In hoc etiam quod transgressores legis Moyssi ita grauius puniebantur, nobis misericorditer ostendebatur, quam grauius puniretur transgressores legis data per filium Dei. Heb. 10. Irrita quis facies legem Moyssi, sine ulla miseratioe duobus uel tribus testibus moritur: quantomagis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit. Item dedit occasionem huic errori illud Apostoli Ro. 5. Lex subintravit, ut abundaret delictum. Et illud eiusdem 7. Nunc soluti sumus a lege mortis. Et uocatur ab Apostolo lex uetus, lex mortis. Vnde uisum est ab aliquibus quod lex mala fuerit. Et dicendum est ad secundum, quod lex illa mortis fuit suis transgressoribus: sed lex uitae fuit suis obseruatoribus. Lex uitae fuit intentione dantis: sed lex mortis fuit intentio transgressoris. Vnde subdit ibi Apostolus: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Et paulo post subdit: Inuentum est mihi mandatum quod erat ad uitam.

Intellige ex intentione dantis, hoc esse ad mortem. Apostoli alii erat odor mortis in morte, alii odor uitae in uitam. 2. Cor. 2. non tamen erant mali. Occasio fuit prohibitio legis multitudinis peccatorum. Sicut enim dicit Glossa super illud ad Rom. 7. Occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Talis est nostra carnalitas, ut ardentius desideret prohibita quibus non memoratis, iaceret quasi sopita. Item Glossa. Frenatur est concupiscentiae fluius oppositis obicibus legis, sed non siccat: immo quia de se, non de gratia homo praesumpsit. Aucta est concupiscentia opposita lege: & quae prius eum ducebat obice nullo, obruit eum obice obrupto. Triplici ratione peccata abundauerunt lege data, in his in quibus non erat gratia. Primo, quia sicut dicit Ambrosius, diabolus uidens legem in auxilium hominibus datam, magis exarsit iracundia aduersus hominem, & magis iniussit legem uertere in perniciem, cum primo quasi secunde possider minus tentare. Gregorius: Illos pulsare negligit, quos quiete possidere sentit. Secundo quia homo naturaliter appetit libertatem, & fugit seruitutem. Et iuxta uerbum Senecae, Natura contumax est, animus humanus, & in contrarium atque arduum nitens. Natura semper aduersatur sibi aduersanti. Nitimur in uentum semper, cupimusque negata. Prou. 9.

Aqua

Aqua surtius dulciores sunt. Hic ro. Quicquid non licet, magis desideratur: & quae raritate dulce est, assiduitate in amaritudine uertitur. Et super illud Ro. 7. Peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me. dicit glossa. Ex prohibitione ubi charitas deficit, desiderium mali crescit, quo aucto dulcius fit quod prohibetur. Tertio, quia prohibitio erat occasio frequentis recordationis rei prohibita. Recordatio uero irritatiua est concupiscentiae. Illud autem uerbum, Lex subintravit, ut abundaret delictum: intelligendum est consecutiue. Hoc enim consecutum est ex lege data quantum ad illos qui gratiam non habebant, & uiribus suis confidebant, quod amplius peccauerunt: & hoc ipsum eis expediebat. Vnde gl. August. Non crudeliter hoc fecit Deus, sed consilio medicinae. Aliquando enim homo uidetur sibi sanus, & aegrotat: & quia non sentit morbum, medicum non quaerit. Augetur morbus, crescit molestia, quaeritur medicus, cuius & totum sanatur corpus. Magnam ergo Dei consilium fuit ut per legem abundaret delictum, ut in austeritate suam intelligentes infirmitatem, infirmi ad medicum confugerent, ut auxilium gratiae quaererent. Sicut Deus creans diabolum malignitatis eius futurae non ignarus, prauidet quae bona de malo eius esset facturus: ut dicit Augustinus. Sic dans legem ueterem ad meritum custodietum eam non igna-

rus transgressionum quae abundantia erat, prauidit quae bona de malo transgressorum esset facturus. Item lex subintravit ut abundaret delictum, quantum ad cognitionem. Si enim lex non fuisset, peccatum lateret. Vnde Rom. 7. Peccatum non cognouit nisi per legem. Et sicut radius solis non est malus, licet ostendat pulchritudinem nociuam quam aliquis appetit: & sicut scientia medicinae non est mala, quae ostendit uenum esse mortiferum, quamuis eo aliquis abutatur ad mortem suam uel alterius: sic lex non est mala, licet sit occasio mali. Item occasionem dedit huic errori ueteris legis cessatio. Visum est enim aliquibus, quod si bona fuisset, non cessasset. Praeterea modo peccaret qui seruaret eam: ergo tunc peccabant qui eam seruabant. Ad quod dicendum est, quod uetus lex cessare debuit quantum ad illa quae erant figuratiua futurorum, sicut umbra lumine ueritatis adueniente, & sicut promissiones solutione facta. Nec cessauit lex tanquam mala, sed cessit meliori quantum ad praedicta moralia: tamen quae erant de iure naturali manserunt. Item occasionem dare potuit praedicto errori quod Deus dator illius legis apparuit in flamma rubi, Exod. 3. Et rapuit Heliam in curru igneo. 4. Reg. 4. Vnde uisum est aliquibus, quod non fuerit benignus Deus, qui sic apparuit, & ministrum suum sic rapuit. Ad quod dicendum, speciem

ciem ignis idonea esse, ut Deus in illa appareat, uel in illa significetur. Vnde Spiritus sanctus super discipulos in specie ignis apparuit. Act. 2. Et de ipso dicitur ad Hebræ. 12. Deus noster ignis consumens est. Peccata enim consumit & purgat. Et Luc. 12. Ignem ueni mittere in terram, &c. Et Ioan. 1. Ipse baptizabit uos in Spiritu sancto & igne. Non est ergo mirandum, si in flamma rubi apparuit. ¶ Nunc multis autoritatibus Novi Testamenti ostendimus legem ueterem esse bonam & datam à Deo. Legitur Matt. 5. Nolite putare quoniam ueni soluere legem aut prophetas: non ueni soluere legem, sed adimplere. Si data fuisset à principe tenebrarum, non impluisset eam. Et ibidem: Amen dico uobis, donec transeat cælum & terra, iota unum aut unus apex non prateribit de lege donec omnia fiant. Et eiusdem 7. Omnia quaecunque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis. Hæc est enim lex & propheta. Ergo lex & propheta bona sunt, sicut illud mandatum bonum est. Eiusdem 22. dicitur de mandato dilectionis Dei: In his duobus mandatis tota lex pendet & propheta. ergo lex & propheta bona sunt, quum sint ad dilectionem Dei & proximi. Et Lucæ 10. In lege quid scriptum est? At ille respondens, dixit: Diliges Dominum Deum tuum, &c. & proximum tuum sicut teipsum. Dixitque illi: Recte respondisti,

hoc fac & uiues. Ergo præcepta legis obseruata uitam conferbant. Item Matt. 19. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. dixit illi: Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidium facies. Non adulterabis. Non facies furtum. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum & matrem tuam. Quæ constat mandata esse ueteris legis, Exod. 20. Ergo mandata ueteris legis uitam conferbant æternam. Item Matt. 7. Bene irritum fecistis mandatum Dei ut traditionem uestram seruetis. Moyses enim dixit: Honora patrem tuum & matrem tuam. Ibi mandatum Moysi, Dei mandatum dicitur. Item Luc. 2. Ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini. Lex Domini uocatur lex uetus, Et eiusdem 16. Habet Moysen & prophetas, audiant illos. Item Luc. ulti. O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus que locuti sunt prophetæ. Et paulo post. Incipiens à Moysè & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant. Et iterum: Necessè est impleri omnia que dicta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Et Ioan. 5. Scrutamini scripturas: quia uos putatis in illis uitam æternam habere, & ille sunt que testimonium perhibent de me. Et eiusdem octauo: Est pater meus qui glorificat me, que uos dicitis, quia Deus uester est. Et Romano. 1. quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis

pturis

pturis sanctis de filio suo. Et eiusdem 7. Lex quid est sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Et in eodem: Scimus quia lex spiritualis est. Ad Galat. 3. Lex pædagogus noster fuit in Christo. 1. Thesalonicensis. 5. Prophetias nolite spernere. Et 1. Timoth. 1. Scimus quia bona est lex, si quis ea legitime utatur. Et ad Hebræos, cap. 1. Multifariam multisque modis olim loquens Deus in prophetis: nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio. Act. cap. 1. Oportet impleri scripturam quam prædixit Spiritus sanctus per os David. Eiusdem cap. 2. dicitur de eo: Quum esset propheta, &c. prouidens loquutus est de Resurrectione Christi. Et eiusdem cap. 3. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum. Ergo Iesus fuit filius Dei ueteris legis: ergo lex uetus non fuit à principe tenebrarum. Itè Actuum cap. 3. Vos estis filii prophetarum & testamenti quod dispositum est ad patres nostros: ergo testamentum ueteris legis erat à Deo ordinatum. Item eiusdem cap. 10. Verbum misit Deus filiis Israël annuntians pacem per Iesum Christum: hic est omnium Dominus. Et paulo post subditur: Hinc omnes prophetæ testimonium perhibent. Et 2. Pet. 1. Habetis firmiter prophetarum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ ardenti in

caliginoso loco. Ergo quum propheticus sermo lucerna sit, non est à principe tenebrarum. Item in eodem: Non uoluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritus sancto inspiratio, quati sunt sancti Dei homines.

De errore illo qui damnat patres Veteris Testamenti.

C A P. XI.

ERror ille qui ponit quod patres Veteris Testamenti mali fuerunt & sunt damnati, sequitur. Cui errori occasione dedit quod leguntur aliquando peccasse. Sed si idè dantur creduntur, eadem ratione credendum erit quod Petrus & Paulus dantur sint, qui quandoque peccauerunt. Item occasione dedit huic errori, quod leguntur in infernum descendisse. Gen. 37. Descendat ad filium meum Iugens in infernum, ait Iacob. Et Esa. 38. dixit Ezechias: In dimidio dierum meorum uadā ad portas inferi. Ad quod dicendum, quod ob peccatum primorum parentum ianna regni clausa fuit toti generi humano. Quod figuratū est in hoc, quod flammens gladius positus est ante paradisum. Gen. 3. quasi prohibens ingressum. Descendebant ergo antiqui patres in oram inferni, ubi manebat felicitas consolati, sed non descendebant in inferni profundum, ubi nulla est redemptio. Nec habebant poenā materiale, sed solum carebant uisione Dei. Ad quæ locum Christus descendit, & inde suos liberauit.

rauit.

rauit, ut legitur Act. 2. Quē Deus suscitauit solutis coloribus inferni: iuxta quod erat impossibile teneri illum ab eo. Et in eodem: Quoniam non dereliques animam meam in inferno, &c. ¶ Potest autē probari testimoniis Noui Testamenti antiquos patres bonos fuisse & saluatos. Matth. 8. Multi ab oris te & occidete uenient, & recubent cū Abraham, Isaac, & Iacob in regno caelorum. Ergo Abraham, Isaac, & Iacob ingressi erant uel ingressuri regnū caelorum. Itē Dominus transfigurato apparuerunt Moyses & Helias loquētes cum eo. Mat. 17. si dānati fuissent, constaret quod in transfiguratione Domini non apparuissent, ad quam tres tantū apostolos sibi familiarissimos admisit. Item eiusdē 23. Ecce ego mitto ad uos prophetas. Et eiusdē 22. dicitur de Christo, quomodo Dauid in spiritu uocat eum Dominū, dicēs: Dixit Dominus &c. Et Luc. 16. Lazarus mortuus ab angelis deportatus est in sinū Abraham: ergo Abraham non erat dānatus. Et paulō post: Vidit ad lōge Abraham & Lazarū in sinu eius, item commēdantur patres ueteris testamenti ad Heb. 11. & de Moyses dicitur specialiter Heb. 3. Moyses quidē fidelis erat in tota domo eius. Moysen fuisse nuntium Dei, & legem datā esse Deo inspirate, ostenderūt miracula facta per Moysen. ¶ Et notandū quod lex illa ualde sapienter tradita fuit. Primō ostenduntur omnia creata à Deo esse. Secūdo

ostendit iustitia Dei in poena pro peccato primorum parentū inflata, & in diluuiō, & in subuersione Sodomorum, & flagellatione Aegyptiorū. Tertiō interferuntur obediētia patrū, & beneficia Dei eis exhibita. Per primū apparet creaturas nihil numinis habere: & sic nullus locus idololatrię relinquitur. Per secundū terretur populus à legis transgressione, Per tertiū allicitur ad eius impletionē. Consequenter uerō datur lex in terrore. Sine timore enim magnō non poterat populus separari ab erroribus inueteratis. ¶ Inter hec uerō quę in lege precepta sunt, quędā manifestē pertinent ad honorē Dei & utilitatem proximi: quędā uero signa sunt futurorū: quędā uero quę uidentur esse sine ratione. Precepta sunt propter idololatriā, cui abolēdę magna pars legis intendit. Multa enim precepit Deus sibi offerri, ne idolis offerrentur. De Abraham dicitur Io. 8. Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meū: uidit & gauisus est. Iac. ult. commēdatur prophetę. Exemplum, inquit, accipite laboris & patientię, prophetas qui locuti sunt in nomine Domini. Et Iacobi 2. commēdatur multum Abraham: Creditur Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. Et in eodem: Abraham pater uester nōne ex operibus iustificatus est? Commēdatur etiam Gal. 3. Et 1. Petri 3. commēdatur

datur Sara. Sic, inquit, sanctę mulieres sperantes in Deo, non in ornatu uestiū ornabāt se subiectę propriis uiris: sicut Sara obediēbat Abraham. Et Loth commēdatur 2. Pet. 2. Et iustū Loth oppressum à nefandorum iniuria eripuit, &c. habitās apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Patet ergo, quod boni fuerunt antiqui patres & saluati.

De quarto errore qui ponit animas non de nouo creari: qui diuersificatur in quatuor oppositos errores. CAP. XII.

Equitur de quarto errore, qui ponit animas de nouo non creari quę corporibus infunduntur. Qui error diuersificatur in quatuor oppositos errores. Primus ponit in corporibus nō esse animas, nisi angelos apostatas, seu dæmones, qui in eis includuntur, ut agāt ibi pœnitentiā, & successiue possunt esse in diuersis corporibus: ut si pœnitentiam non agunt in uno corpore, agant illā in alio. Secūdus ponit duas animas esse in corporibus. De quo errore loquitur Aug. in lib. de duabus animabus. Tertius ponit animas creatas simul fuisse. Quartus ponit animas sicut corpora seminari. Licet autē hi quatuor errores diuersi sint: tamen in hoc cōueniunt, quod ueritati fidei catholicę contradicunt, quę asserit animas creari, & creando corporibus infundi, & infundendo creari. Quam ueri-

tatem confirmat illud Psal. Qui finxit sigillatim corda eorum, glō id est, creauit animas singulas per se ex nihilo. Aug. in ecclesiasticis dogmatibus: Credendū est, & firmiter tenendum, quod animę non sūt ab initio creatę, ut Origenes fingit: nec cum corporibus seminantur, ut Luciferiani, & Cyrillus, & quidā Latinorum affirmant; sed dicimus animam infundi & creati simul in corpore compacto & formato, ut uiuat in utero homo.

De errore primo qui ponit animas esse angelos apostatas.

CAP. XIII.

Illi qui sunt primi erroris aliqua uerba Sacrę scripturę adducunt ad confirmationē ipsius impertinentia, tamen ad propositum, si uerē intelligantur. Legitur Matt. 10. Ite ad oues quę perierunt domus Israël. Oues illas intelligūt angelos apostatas ad quos solos saluandos, missus est filius Dei, ut aiunt, secundū illud Matt. 15. Non sum missus, nisi ad oues quę perierūt domus Israël. Sed si inspicatur quę præcedūt, apparet ridiculosam esse hanc expositionē. Christus enim missurus Apostolos ante passionem suam prohibuit eis ne irent ad gētes uel Samaritanos, ne Iudæi haberent occasionē repellendi eum: ideo dixit eis: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues, &c. Vnde patet oues istas de quibus loquitur

tur esse Iudæos. Si enim intelligerentur secundum expositionem eorum: oves quæ perierunt, id est, dæmones, vel spiritus qui de cælo ceciderunt, essent in gentibus, & Samaritanis, sicut & in Iudæis: unde non fuissent prohibendi Apostoli à prædicatione eorum. Item legitur Luca 16. de villico iniquitatis, qui amotus est à villicatione sua: quod ipsi exponunt de diabolo, quæ dicitur fuisse præpositum aliis angelis, & prudenter gratiam illorum acquisivisse de servitio Deo debito relaxando eis: sed propter peccatum suum fuisse amotum, & Michaëlem pro eo fuisse substitutum; & eum cum complicibus suis de cælo fuisse electum, & corpora fabricasse, quæ secundum eos, inhabitant spiritus qui de cælo ceciderunt. Sed quod sequitur in fine illius parabolæ, non concordat expositioni eorum: scilicet quod Dominus laudavit villicum iniquitatis: absit enim quod Deus Diabolum laudaverit. Item legitur Ioan. 4. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo. Ex quo ipsi inferunt solos spiritus, qui de cælo descenderunt, salvandos. Sed patet quod nulla est expositio eorum, per id quod sequitur verbum prædictum, Filius hominis, qui est in cælo. Constat enim quod Christus se vocat filium hominis, Matt. 8. Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Et 24. eiusdem: Estote parati, quia quæ hora non putatis, filius hominis venturus est. Vade impertinens

est illud verbum ad angelos Apostolus: sed tempore quo Christus dicebat verbum illud, quum nondum esset ianua regni aperta per passionem ipsius, nullus adhuc purus homo ascenderat in cælum, vel ascendere poterat, nisi solus filius hominis, qui de cælo descenderat in carne assumpta visibilis hominibus apparendo, qui erat in cælo patri æqualis in quantum Deus, ascendere poterat, in cælum in humanitate: & iam ascenderat, id est, à Deo: alius erat secundum divinitatem, ut pater. Solus etiam Christus erat ascensus in cælum, scilicet caput cum membris. Rationes quibus innitatur error ipse, non ponimus: quia vel non sunt, vel nullius probabilitatis sunt. ¶ Error vero iste triponeit, quorum falsitas de facili potest ostendi. Ponit enim dæmones esse salvandos, ponit animas non esse, & ponit dæmones esse incarceratos in corporibus humanis. Primum vero multis auctoritatibus potest destrui, legitur Mat. 3. Paleas comburet igni inextinguibili: ergo poena malorum erit æterna: sed dæmones maxime sunt puniendi: ergo poena eorum erit æterna. Ad idem posunt adduci testimonia sacre scripturæ, quæ sequuntur. Matth. 25. Discite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Et in eo dicit: Hic ibit in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam. Et 2. Thess. 1. dicitur de non obedientibus Evangelii

gelio Christi. Qui poenas dabunt in interitu æternas. Et in canonica Iudæ: Quibus procella tenebrarum conservata est in æternum. Et in eadē: Angelos qui non servaverunt suum domiciliū, in iudiciū magni Dei, vinculis æternis sub caligine reservavit. Ergo vincula dæmonum æterna sunt, & ipsi reservantur in iudicio magni Dei puniendi. Vincula æterna ista sunt, obstinatio eorum, & sententiæ diuine inflexibilitas. Item 1. Pet. 2. Si Deus angelis peccatis non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in iudiciū cruciandos reservari. secundum gl. rudentes sunt funes quibus nautæ vela suspendunt. hic vero dicuntur rudentes immundorum spirituum conamina, qui mox ut flante superbia impulsisse aduersus creatorem erexerunt, ipsis elationis conatibus in abyssi profundum sunt rapti. ¶ Ad ostendendum vero falsitatem illius erroris, qui ponit animas non esse, sufficiunt verba Evangelii, & aliarum scripturarum Novi Testamenti, quæ in tot locis contrariè expriment, quorum aliqua ponemus. Legitur Mat. 6. Nonne anima vestra plus est quam vesca, & corpus plus quam vestimentum? Et eiusdem 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, &c. Et eiusdem 11. Invenietis requiem animabus vestris. Item 16. Quid prodest homini si uni-

versum mundum lucretur: anima vero suæ detrimentum pariat? Item 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Et 25. Tristis est anima mea usque ad mortem. Item Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Et Iac. 7. Qui converti fecerit peccatorum ab errore viæ suæ, salvabit animam eius à morte. Et 1. Pet. 1. Animas vestras castificantibus in obedientia charitatis. Eiusdem 4. Fidei creatori commendat animas suas. Et Apocal. 6. Vidi sub altare animas interfectorum propter verbum Domini. Error vero tertius valde odibilis est Deo, & hominibus, quantum ad hoc quod ponit dæmones esse in hominibus: Deo ideo quia contumeliā magnam ei facit, cum vituperat hominem nobilissimam eius creaturam, quam creavit ad imaginem & similitudinem suam. Gen. 1. Et eiusdem 9. Eccles. 17. Et 1. Corin. 11. dicitur: Vir imago, & gloria Domini est Homini: quia magnam contumeliam facit ei, qui dicit eum dæmonium habere. Hoc reputavit sibi Christus contumeliosum, Io. 8. quum diceretur ei à Iudæis: Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Unde subdit: Ego dæmonium non habeo: sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. Imò quod plus est, qui sunt huiusmodi erroris homines reputat dæmones incarceratos, quum ipsi diaboli potius repu-

randi sint imitando eos in obfinatione. Ioan. 6. Ego duodecim uos elegi: & unus ex uobis diabolus est. Secundum errorem istum, ut uidetur, Dominus potius debuit dicere: & omnes demones estis, quam, unus ex uobis diabolus est. Quod autem falsum sit quod ipsi ponunt, patet ex hoc quod legitur Rom. 9. de Esau, & Iacob, quum nondum nati essent, aut aliquid egissent boni, aut mali: ostendit ibi Apostolus, ut patet ex his quae praecedunt & sequuntur, quod Esau & Iacob, ante natiuitatem suam nihil boni, uel mali egerint, propter quod unus eorum a Deo diligeretur, & alter odiretur. Non erat ergo angelus apostata: in eis qui inclusi essent ad poenitentiam agendam ibi de peccatis quae fecissent antequam includerentur. Item si angelus malus est in malo homine: ergo bonus angelus est in bono: ergo in Christo fuit angelus bonus: ergo non est uerum, quod legitur ad Hebr. 2. de filio Dei, quod nusquam angelos apprehendit, sed semet Abraham apprehendit: non assumpsit ergo angelicam naturam. Si uero dicitur, quod in Christo non fuit nisi spiritus diuinus, hoc non potest dici, cum scriptum sit Ioan. 12. Nunc anima mea turbata est, Et Matth. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem. Turbatio enim uel tristitia, non cadit in Deum. Item uerbum illud Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem

& similitudinem nostram: & praefigimus, &c. non uidetur esse uerbum uolentis punire uel incarcerare eum qui crimen commisisset, sed potius uolentis facere quod nondum erat, & uolentis eum honorare, cum iam factus esset. Item si spiritus hominis fuisse antequam infunderetur corpori, & creatorem suum offendisset, hoc fecisset sciens & uolens. Peccatum enim non potest esse sine uoluntate. Omnis mens apud se conscriptum legit, ut ait Augustinus. Et si hoc fuisse, nullus alius melius sciret quam ipse spiritus. 1. Corint. 2. Quis scit hominum, quae sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Et in lib. de anima & spiritu: Nihil tam nouit mens, uel anima, quantum id quod sibi praesto est: nec menti uel animae quicquam magis praesto est, quam ipsa sibi: ergo nihil tam nouit quam se. Si uero dicitur quod spiritus obliuiscitur, cum corpori infunditur, quae prius sciebat, ridiculum est, quod Deus spiritum includat corpori ad agendam poenitentiam ibi, cum sciat ipsum obliuisci, quam cito erit ibi, malum quod fecit. ¶ Quomodo enim potest agere poenitentiam de malo, quod ignorat? Initium salutis cognitio est peccati, ut ait Sene. Ergo qui peccatum ignorat, uiam salutis etiam inchoare non potest. Item dixit Plato animas introeuntes in hanc uitam potari ab eo spiritu qui est super introitu poculo

culo obliuionis, antequam intrent corpora, nullam huius rei ostentationem faciens: ut ait beatus Irenaeus in lib. contra haereses. Et quaerit à Platone, unde hoc fecerit. Si enim anima eius potata erat poculo obliuionis, non reminisceretur, nec spiritus, nec poculi, nec quod aliquid fecisset, nec oblitus fuisset: & si ista reminisceretur, eadem ratione & alia. Itē Irenaeus: Si hoc quod in breuissimo tempore uisum est, uel in fantasiae conceptu est, & ab anima sola per somnium postea quam commissa sit corpori, & inde uniuersa membra dispersa commemoraret: multo magis ipsorum reminisceretur in quibus temporibus tatis & uniuerso praeterita uita seculo immorata est. Itē dixerunt quidam ipsum corpus esse obliuionis causam. Sed quaerit Irenaeus: Si hoc est, quomodo anima quod per semetipsam uidet reminiscitur, & renuntiat proximo? Itē nec ea quae olim agnita sunt, aut per oculos, aut per auditum meminisset anima in corpore existens, si esset corpus obliuionis causa. Anima enim in obliuione existens, nihil aliud cognoscere posset, nisi quod in praesenti uideret. ¶ Item quomodo diuina disceret & meminisset ipsorum existens in corpore? ¶ Item quum non sit corpus fortius quam anima, non amitteret anima scientiam suam propter corpus. Praeterea non est uerisimile, quum corpus organum sit

animae, quod scientiam suam ei auferat. Non solet enim instrumentum scientiam suam auferre artificii. Iam enim potius esset impedimentum, quam instrumentum. Praeterea raptus est Paulus usque ad tertium caelum. 2. Cor. 12. & raptus rediens ad se memor fuit uisionis suae: quod non fuisset, si corpora necessario obliuionem inducerent. Item si corpus obliuionem inducit, potius inducere debet obliuionem eorum quae cognoscuntur uiribus: illis secundum quas anima unitur corpori, quam eorum quae intellectu agnoscuntur, secundum quae non unitur anima corpori. Praeterea aut spiritus apostata potestatem habet uiuificandi corpus, aut non. Et uidetur quod non, secundum eam quae ponit error iste: ponit enim quod quum diabolus duo hominum corpora fabricasset, non potuit per xxx. annos uitalem spiritum illis corporibus infundere: sed accedens ad misericordiam Altissimi duos angelos ab ipso quaesuit. Praeterea si spiritus malus potest corpus uiuificare, aut per testas illa est uoluntaria, aut naturalis. Non uidetur esse uoluntaria, ut scilicet uoluntate sua corpora uiuificet: hoc enim solus filius Dei est. Ioan. 1. Sic ut pater suscitauit mortuos, & uiuificauit uisum & filios quos uult uiuificare. Si uero naturalis, non uidetur hic aliter facere quam forma & perfectio ipsius corporis. Et hoc etiam dicit Philosophus, quod anima

est actus: primus siue perfectio prima: physici seu naturalis corporis organici in potētia uitam habentis. Si uero est spiritus qui est in corpore, corporis est perfectio: inconueniens est dicere, quod spiritus ille tempore sit prior, quam ipsum corpus: perfectio enim rei non potest esse prior tēpore, quam eius inchoatio: nec forma prior est tempore, quam eius materia, quā formā, sit actus, materia sit potētia: actus enim non potest precedere potētiā suam. Imago quæ ceræ imprimi tur, non potest prior esse tēpore, quam possibilitas ipsius, ceræ ad receptionē ipsius imaginis. Præterea ubi scriptura sacra dicit diabolum intrasse in hominem, constat quod ipse erat prius homo uiuens, sentiens, intelligēs: ut patet in Iuda. Io. 13. Vbi legitur quod post hincellam introiuit in eum satanas. Et Mat. 12. Inuitantes habitāt ibi, & sunt nouissima hominis illius peiora prioribus, loquitur de dæmonibus. Vnde constat quod ante ingressum erat homo, item quomodo expellebantur dæmonia ab hominibus: constat quod remanebant homines uiuentes, sentientes, intelligentes. Luca: 11. Erat Iesus eiciens dæmonium, & illud erat mutum, & quomodo erexit dæmonium, locutus est mutus. Ergo aliquid erat in eo præter dæmonium, quomodo uiuebat, sentiebat, discernebat. Hoc autem aliquid uocamus, quod scilicet est in homine principium

uiuendi, sentiendi, & discernendi. Item ubi Euangelium loquitur de dæmonibus qui erāt in hominibus: non dicit eos in hominibus puniri, sed potius eos homines punire: nec eos uexari, sed potius uexare. Matthæi 17. Filia mea male a dæmonio uexatur. Et Luc. 6. Qui uexabantur a spiritibus impundis, curabantur. Dæmones uero expulsionem ab hominibus cruciatum reputabant, & non inhabitationem hominū. Vnde dicunt Christo expellenti eos, Matth. 8. Fili Dei cur ueniisti ante tempus, torquere nos? Vnde ergo habent quoddam angelici apostatae: inclusi sunt in corporibus humanis, ut agant ibi potentiam: item error iste destruit resurrectionem corporum. Si enim corpora solummodo carceres sunt spirituum saluatorum non est uerisimile, quod spiritus illi corpora sua debeant resumere cum beati efficientur, incarceration enim & glorificatio non uidetur simul debere esse. Item natura non appetit quod sibi contrarium est: ergo si corpus a prima institutione pœna est spiritus inhabitantis, non habebit spiritus ille naturalem appetitum ad corpus: ergo separatio eorum non faciet naturaliter dolorem in morte. Item omne quod contra naturam per uolentiam detinetur, naturaliter appetit liberari: ergo si spiritus illi uolenter detinetur in corporibus, naturaliter appetent liberari: ergo homines

in qui

in quibus sunt naturaliter appetunt mori: ergo appetitus mortis naturalis est homini: quod constat esse falsum. Item natura non agit contra se: ergo si corpus a prima conditione sui pœna est spiritus inhabitantis: spiritus non erit eius naturalis perfectio. Itē constat, quod Deus non dedit spiritibus potētiā que essent otiosa, si ipsi debito modo se haberēt: sed potētiā uiuificandi & sentiendi otiose essent in eis, si ipsi debito modo se haberent, quia non includerentur corporibus: extra corpus uero otiose sunt: ergo illę potētię non sunt datę spiritibus qui peccauerūt a creatione. Si uero post datę sunt, quomodo uirtutes specie differant ab intellectu qui est in spiritibus, qui sunt substantię separatae: spiritus quorum sunt hæc uirtutes, specie differunt ab aliis spiritibus. Item aut boni angeli habent illas potētiās, aut non habent. Si habent eas, otiose habent, quomodo secundum eas non uiuantur corporibus, sine quibus exercere non possunt operationes talium potētiarum. Si uero non habent eas: ergo specie differunt ab illis spiritibus qui uniuntur corporibus, quomodo non habeant potētiās illas quas ipsi habent, que sunt specie differētes a potētiis eorum: & quomodo angeli boni sint substantię perfectę, non natae fieri partes essentielles alicuius totius: spiritus uero qui uniuntur corporibus, nati sunt esse partes

essenciales ipsius hominis. Si uero dicatur omnes angelos cecidisse de celo & malos esse in corporibus inclusos, ut quidam heretici dixerunt, hoc non est uerisimile. Quomodo enim Deus spiritus sit, oportet aliquos ministros eius esse spirituales. Gregor. Dubitare non debes inuisibilem Deum inuisibilia obsequia habere: debent quippe ea quæ ministrant ad similitudinem eius tendere cui ministrant. Scriptura etiam Euangelii manifeste obuiat huic errori, quæ distinguit inter angelos Domini & angelos diaboli. De angelo Domini habes Matth. 1. Angelus Domini apparuit Ioseph. Simile habes Matth. 2. Et eiusdem 4. habes, quod accesserunt angeli, & ministrabat ei. Et 18. Angeli eorum semper uident faciem patris mei, qui in cælis est, quod de malis angelis intelligi non potest. Et eiusdem 22. Sunt sicut angeli Dei in celo. Et 28. eiusdem: Angelus Domini descendit de celo. & Luc. 1. Dicit Gabriel: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum. Constat ergo quod sunt aliqui angeli Dei, & patet quod sunt diuersi ab angelis diaboli, de quibus Matth. 25. Qui paratus est diabolo & angelis eius. Nemo enim potest duobus dominis seruire. Mat. 6. Maxime Deo & diabolo, qui contrarij sunt. Præterea legitur Apocalyp. 12. quod draco traxit tertiam partem stellarum, stellæ uocantur angeli, quorum tertiam partem traxit diabo-

lus: quia aliqui peccato eius con-
ferunt, & nō omnes. Item aut
spiritus qui sunt in corporibus
humanis unū faciunt cū corpori-
bus, aut nō. Si nō, ergo nō faciūt
aliquid unum. Vnum enim & ali-
quid sunt conuertibilia: ergo ho-
mo nōn est aliqua species crea-
turæ. Si uerō unum faciunt: ergo
aliquo genere Vnionis: ergo uel
unū continuationē sicut partes
carnis unū faciūt: aut cōtiguatio-
ne, sicut os & caro, unum faciūt:
aut unum per cōmissionem, sicut
ex diuersis elemētis fit unum ele-
mentatū: aut unū per impressiō-
nē, sicut figura & cera unū faciūt:
aut unū secundū exigētiam natū-
ralē, sicut materia & forma unū
faciunt cōpositū. Exigit enim ma-
teria formā suā perfectionē,
& formā materiā ut suū perfe-
ctibile: aut unū quantum ad ope-
rationem, sicuti artifex & instru-
mentum unā habēt operationē.
Primo modo non: unū enim cō-
uinatione non sunt, nisi ea quæ
habēt dimensionē longitudinis,
& latitudinis, & spissitudinis. Vn-
de cū spiritus simplex sit, ex eo
& corpore non fiet unū per con-
tinationem. Eodē modo neq;
unum per contiguationem. Con-
tiguatio enim similiter non est
nisi eorum quæ habēt dimensio-
nē. Itē neq; per cōmissionē: quia
quæ ununtur sic desinūt esse actū,
licet maneant uirtute: ut elemen-
ta in elemento. Spiritus uerō &
corpus in homine manent actū.
Item: hec per impressiōnē: quia

forma impressa nō subsistit sine
eo cui imprimitur: anima uerō
destructo corpore subsistit. Itē si
secundū exigētiam naturalem, ut
spiritus sit ut forma, corpus uerō
ut materia, forma & materia im-
mediata quæ uocatur necessitas
simul sunt tēpore, & neutrum tē-
pore præcessit reliquū. Vnde se-
cundū hoc spiritus tēpore non
præcesserunt corpora in quibus
sunt inclusi: materia uerō quæ nō
est immediata præcedere potest
formam. Cū enim nō sit perfe-
ctē aptata, aptari oportet eā antē
quam adueniat forma: eius per-
fectiua: sed forma quæ est perfe-
ctiua quā cito est, perfecta est.
Et cū sit melior & nobilior
materia, non decet eā esse otio-
sam propter defectum materiæ:
ut scilicet primo existēs materiā
uel instrumētū expectet otiosa. Si
enim sapientia humana nō uult
artificē otiosum esse propter dese-
fectū materiæ uel instrumētū, quā-
to magis sapientia diuina hoc nō
permittet: Si quis tamen obijciat
animas erūtās à corpore otiosas
esse quantum ad uiuificationē &
sensum propter instrumētū dese-
ctum: Dicendum est quod culpa
earū occasio fuit huius defectus,
sed nō fuit hoc secundū primam
ordinationē creatoris: imō si nū-
quam peccassent, nunquā dese-
ctum organi paterētur. Itē neq;
unū quantum ad operationem. Ex
his enim quæ sic unūtur nunquā
fit unū aliquid secundū substan-
tiā, ut ex naua & nauī non fit ali-
quod

quod tertium, ex anima uerō &
corpore fit unum secundū substā-
tiam, scilicet homo. ¶ Itē bonitas
Dei cūcta fecit propter creaturæ
utilitatē, non propter suam, cū
honorum nostrorū non egeat:
sed ea quæ purē corporalia sunt
nō uidentur fecisse propter eorū
utilitatē, cū nullius boni perce-
ptiua sint: ergo fecit ea propter
creaturæ spiritualis utilitatē. Sed
non uidetur q̄ propter utilitatē
illius creaturæ spiritualis quæ pu-
rē est spiritualis. Illa enim non ui-
detur egere creatura corporali:
ergo propter utilitatem creatu-
ræ, quæ est partim corporalis, &
partim spiritualis. Si ergo corpo-
ralia creata sunt secundū primā
ordinationē creatoris: ergo crea-
tura partim spiritualis & partim
corporalis est secundū primā ordi-
nationem creatoris. Homo ergo
factus fuisset, licet nullus Ange-
lus corruisset. Item sicut omnia
sunt à Deo ut primo principio:
ita omnia sunt ad Deū tanquā ad
finē supremū. Quæ autē propin-
quiora sunt Deo similitudine, im-
mediate ad eū ordinātur: ut crea-
turæ spirituales. Quæ autē magis
distant ab eo similitudine, media-
tē ad Deum ordinātur, ut corpo-
rales creaturæ. Creaturæ uerō pu-
rē corporales non uidentur pos-
se ordinari ad Deū per purē spi-
rituales cū quibus habēt discon-
ueniētiam. ¶ Est igitur creatura
partim spiritualis, & partim cor-
poralis. Homo, scilicet per quem
creaturæ corporales ad Deū ori-

dinantur. Et hoc tripliciter. Vno
modo, quia in homine est inue-
nire quasi naturā omnis creatu-
ræ: quia corporeum, uegetabile,
sensibile, rationabile, & unde in
eius beatificatione quasi naturā
omnis creaturæ beatificatur. Secū-
dō, quia homo positus est quasi
medius inter creatorē, & creatu-
ras corporales, secundū dignita-
tē Deo inferior, creaturis illis su-
perior, & ut Deo ministret, & sibi
ab illis ministretur. Tertio, quia
cū homo ratioe corporis quo-
similitudinē habet cū omnibus
corporalibus creaturis, capax
sit bonitatis eorū, manifestē ap-
paret q̄ ratione animæ, quæ Deo
similis est, capax esse potest bea-
titudinis diuinæ. Vnde in lib. de
Anima & Spiritu: Fecit Deus ho-
minem de limo terræ, & inspira-
uit in faciem eius spiraculum ui-
tæ, dās ei sensum & intellectum,
ut per sensum lutum sibi sociatū
uiuificaret, & per intellectum re-
geret, ut per intellectū ipsius in-
grederetur & contēplaretur Dei
sapientiam; & per sensum foris
egrederetur & contēplaretur o-
pera sapientie, intellectu intus il-
lustrant, sensu foris decorauit,
ut in utroq; refectionem inueni-
ret. Intus ad felicitatē, foris ad iu-
cūditatem. Itē in eodē: Si tā dispa-
rē naturā carnis & animæ ad unā
fœderationē atq; amicitia Deo
coniungere potuit, nequaquam
erit impossibile ei rationabilem
spiritum qui usq; ad confortium
rerreni corporis humiliatis est:

cum eodē corpore glorificato, ut sit ei glorię quod fuit ei farnę, ad consortiū beatorum spirituum qui in sua puritate persisterūt, exaltare. ¶ Itē in eodem: Plenum fuit miraculo q̄ tam diuersa & tam diuersa abinuicē, adinuenire poterunt coniungi: nec minus mirabile fuit, q̄ limo nostro Deus seipsum coniunxit, ut sibi inuicem unirentur Deus & limus, tanta sublimitas, & tanta uilitas: nihil enim Deo sublimius, & nihil limo uilius. Mirabilis fuit coniunctio prima, mirabilis & secunda, nec minus mirabilis erit & tertia, cum homo, & Angelus, & Deus unus erit spiritus.

De errore qui ponit duas animas

esse in corporibus. CAP. XIII.

ERror ille qui ponit duas animas esse in corporibus humanis, sequitur: quarū unā dicit partē Dei esse, alterā de gēte tenebrarū, quam Deus non cōdidit, quę mala est, & propria carnis: & omnia bona hominis tribuit illi bonę anime, omnia uerō mala illi malę animę. Bonā animam dicunt esse arborem bonā quę non potest facere fructū malum: animā uerō malā, malam arborem quę nō potest facere fructū bonū. Bonas uerō missas esse ad reprinendā malitiā gentis tenebrarum. Hunc errorem destruit Aug. in lib. de duabus animabus: & in lib. cōtra Fortunatū quendā Manichęorū presbyterū. Et hæc sunt uerba Aug. in lib. de Duabus animab. Quęro ergo ab eis, utri

peccasse uideretur, de cuius manu dormiētis scripsisset alius aliquid flagitiosum? quod quis dubitet eos esse negaturos? Quęro etiā si aliquis ualentior alterius uigilātis, & scientis, sed omnino nolētis manu aliquid mali fecisset, utrum uigilās, & sciēs, sed nō uolens ullo peccati nomine teneatur? Respōdebūt nihil istū omnino peccasse. Quid si dormiens ille iam sciret quid alius de manu facturus esset, & de industria plus ne expersceretur a somno sedaret: nunquid ei quicquā somnus ad innocentia suffragaretur? Respōdebunt: q̄ nō. Quid si alius uigilans & sciens, uolens superatus est ut aliqñe pręsentia defensione deciperet: quid ei ut peccato careat profuit impotentia, quāuis resistere nō ualeret? Quibus cōcessis colligo nusquā nisi in uoluntate esse peccatū. Et subdit, Peccatū sine uoluntate esse nō posse. oīs mēs apud se cōscriptū legit. Volūtas uerō, ut ipse dicit ibidē, est animi motus cogēte nullo ad aliquid uel non admit tendū, uel adipiscendū. Peccatū uerō est uolūtas retinēdi uel cōsequendi quod iustitia uetat. Et subdit, has duas definitiones uolūtatē & peccati recipiens, Manichęorū hæresim condēnat. Nam illud malū genus animarū si antequā bonū misceretur, nō habebat aliquā uoluntatē, sine peccato erat atque innocens. Quod si uolūtas inerat, ergo uolebat aliquid adipisci uel nō admittere.

Illud

Illud autē aut bonū erat, aut bonum putabatur: sed nihil tale in suo genere erat: ergo illud bonū qđ extrā erat appetebat: ergo bonā uoluntatē habebat. ¶ Pręterea opinionem boni habebat: ergo nō erat summē malum. Et paulō post: Nūc illud genus uideamus quod ita ipsi laudant, ut ipsam Dei substantiā dicāt esse. Et cum manifestū sit nō peccare animas in eo q̄ non sunt tales quales esse non possunt: unde iam cōstat animas alias non peccare: relinquitur ut nō tribuā: peccata nisi bono generi animarū & substantiæ Dei. Pręterea nunquā negauerūt, dari ueniā peccatorū cū fuerit quisquā ad Deū cōuersus. Negant etiā malū genus animarū bonū posse fieri & regnū Dei possidere. Restat igitur ut nō solū ipsas quas de substantia Dei perhibēt: sed ipsas solas peccare fateātur. Sed dicūt quod mali cōmitione coguntur: sed si illa coguntur ut resistere nō possint, non peccant. Si possunt, & propria uoluntate consentiunt, cur hoc malum in summo bono cogimur per eorū doctrinā inuenire? Summū bonū uocat animā, quam dicunt esse de diuina substantia. Contra Fortunatū sic destruit hunc errorem Aug. In primis, inquit, summū errorem puto Deū ex aliqua parte esse uiolabile, aut cōinquinabile, aut corruptibile credere: & hoc uestram hæresim affirmare scio, sed non his uerbis. Dicitis enim Deum

omnipotentē cū uideret quanta labe & uastitas immineret regnis suis, nisi aliquid aduersę genti opponeret, & ei resisteret, misisse hanc uirtutē, de cuius cōmitione cum malo & gēte tenebrarū mūdus sit fabricatus. Hinc esse quod hic animę bonę laborant, errant, corrumpuntur, ut necessariū haberēt liberatorem qui eas ab errore purgaret, & a cōmitione solueret, & a seruitute liberaret. Sed nephaspoto credere Deum omnipotentē aliquā aduersam gēte timuisse, aut necessitatem esse passum, ut nos in ærinas præcipitaret. Item in eodē. Si enim potest aliquid nocere Deo, nō est inuolabilis. Si nō potest aliquid ei nocere: quid ei erat factura gens tenebrarū contra quam dicitis bellū gestū esse a Deo ante mundi cōstitutionē. Respōde ad illud breuissimum: Si poterat ei nocere, non est inuolabilis: si nō poterat, crudeliter huc nos misit, ut nos ista patiamur. ¶ Item in eodē: Quęro a te quomodo habeam peccata, si natura contraria nos cogit facere quod facimus? Qui enim cogitur aliquid necessitate facere, nō peccat. Itē quęro de indigentia peccatorum cui datur: nobis, aut genti tenebrarū? Si genti tenebrarū, regnabit & ipsa cum Deo: Si autem nobis, manifestū est quod uoluntate peccauimus. Nihil enim mali fecit, qui nihil sua uoluntate fecit. Idem in eodem: Prudentum est estimare & fidel

fideliſſum quæ ſit fides purior & maiestate Dei dignior. Quæ ergo erit illa ubi afferitur uel uirtus Dei, uel pars aliqua Dei, uel sermo Dei posse commutari, uiolari, corrumpi, ligari? An ea ubi dicitur, & omnipotentem Deum & omnem ipsius naturam & substantiam, nulla parte posse unquam corrumpi? Item qui inuoluntarie peccat, non peccat. Si quis enim cæteris membris ligaretur ab aliquo, & manu eius saluum scriberetur sine eius propria uoluntate: quaero si hunc hominem posset iudex falsitatis crimine condemnare? Quid ergo anima quæ Dei pars est, cum liberum arbitrium non habeat, mali fecit, ut à Deo puniatur, aut pœnitentiam agat, aut ueniam mereatur? Item si neque malum, neque peccatum nisi à natura contraria esse potest, pœnâ ipsa sola potest mereri: non anima in qua non est peccatum, nec anima quæ non peccauit iusta est pœnitentia? Nonne stultum & plenum dementiæ est ut genas tenebrarum peccauerit ut me pœniteat de peccatis, qui possum dicere secundum fidem nostram, quid feci? quid commisi? qui cum suis regnis uastitas immiseret, necessitate oppressus sum cui resistere non potui. Item iniquæ fuit uoluntas mittendi animam ad tãtas miseras, cum Deo noceri non possit. An Deus summè misericors ut modum imponeret naturæ contraria, ideo nos immoderate efficere uoluit? Ad uerba ista nesciuit Fortuna-

tas quid diciturus esset. Vnde dicitur Aug. e. Ego noui non te habere, re quid dicas, & me cum uos audire in hac quaestione nunquam inuenisse quod diceret, & tamen fuisse admonitum diuinitus illum ut errorem relinqueret. ¶ Error iste, quantum ad hoc quod ponit animas bonas esse de substantia Dei, facile potest destrui. Cum enim substantia diuina simplicissima sit, ut prius ostensum est, non habet partes: unde si dat aliquam substantiam suam, dat totum: ergo est Deus perfectus. Itè ex simplicissimo secundum substantiam non potest esse anima, cum differat secundum substantiam. Hunc errorem destruit gl. Aug. super illud Gen. 2. In spiritali in facie eius spiritalium uita. Non sunt, inquit, audiendi qui putant animam partem esse Dei. Si enim hoc esset, nec à se, nec ab ullo decipi posset, nec ad malum faciendum uel patiendum compelli, nec in melius nec in deterius mutari. Idè in libr. 33. Quaestionum: Aliquod est ueritas, aliud anima. Veritas enim falsitatem non habet, anima autem falsitatem habet: ergo non est ueritas, nec de ueritate, licet sit à ueritate. Itè in libr. de Anima & spiritu: Anima non est pars Dei. Probat hoc mutabilitas quam incurrit. Deus enim immutabilis est: hæc sæpe mutata est pro culpa quandoque damnata: pro pœna quoque sit misericordia, cum in Deo sit omnipotentia, & omnium scientia, & summa bonitas: in eo non habet locum uolentia

propt

propter omnipotentiam, neque ignorantia propter omnium scientiam, neque malitia propter bonitatem summam: ergo si anima est de diuina substantia, nec uolentia, nec ignorantia, nec malitia in ea locum habebit. Præterea si esset de diuina substantia, non esset creatura. Nam creatura est de nihilo: esse uero de nihilo, & esse de Deo opposita sunt maxima disparatione. Itè si anime sunt de diuina substantia, quomodo differunt à filio Dei, qui similiter est de diuina substantia? Itè cum omne totum minus sit sua parte, si anime partes sunt diuinæ substantiæ, cum anime mittuntur ad corpora, dimittuntur diuina substantia: ergo & diuina potentia. Potentia enim sequitur substantiam, aut est ipsa substantia: ergo Deus non remanet omnipotens. ¶ Itè si diuina substantia habet partes, aut omnipotentia ita est totius, ut etiam partium, aut ita totius, quod non partium. Si primo modo: ergo anime quæ sunt partes ipsius habent omnipotentiam. Si secundo modo, ergo non remanet omnipotentia in Deo tota: ei detractis quot sunt anime: non enim remanet totum, ubi tot partes detrahuntur. Itè si diuina substantia habet partes, aut omnes partes sunt eiusdem nature, aut non: si sunt eiusdem nature, & omnipotentia est unius partis, erit etiam & omnium aliarum. Si uero diuersarum, qui illas diuersas naturas coniunxit, ille potius Deus erit. Itè si anime sunt par-

tes diuinæ substantiæ, non habuerunt initium: ergo non sunt factæ, cuius contrarium dicitur Luc. 11. Quod intus est uestrum, plenum est rapina & iniquitate. & subditur: Stulti, nonne qui fecit quod de foris est, etiam id quod deintus est fecit? Id quod deintus est plenum iniquitate, non potest intelligi nisi de anima.

De errore qui ponit omnes animas simul fuisse creatas. CAP. XV.

Error ille qui dixit, omnes animas simul fuisse creatas, sequitur. Contra quem error sic potest obijci. Cõstat quod habebat anime potentiam cognoscendi & uolendi antequam corporibus infunderetur. Si omnes à principio creatæ sunt: ergo cum non haberent eas otiose, merebatur uel demerebatur. Si merebatur, debuerunt in bonitate confirmari, sicut & Angeli. Si demerebantur, obstinatæ sunt factæ, sicut Angeli qui peccauerunt: & peccatum earum fuit irremissibile, sicut & Angelorum malorum. Item si habuerunt potentiam cognoscendi & uolendi cum cognoscerent carnem corruptam cui uniebantur: aut uoluntarie uniebantur, & tunc erit in eis peccatum actuale: aut inuoluntarie, & tunc iniuste cum eis agebatur, cum corpori maculanti ea uniebantur. Ad hunc errorem destruendum pro magna parte aptari possunt autoritates & rationes quæ positæ sunt ad destruendum errorem illum qui ponit Angelos apostatas esse in corporibus

bus humanis.

*De errore qui ponit animas
de semine traduci ut corpo-
pora.* CAP. XVI.

SEquitur de errore illo, quoponit animas seminari ut corpora, id est, cum semine traduci de cessione facta ab anima sicut & à corpore. Contra quem primo est quod legitur Genes. 2. Hoc nunc os ex osibus meis, & caro de carne mea, ait Adam per Spiritum sanctum. Si esset anima de anima sicut os de osse, & caro de carne, debuit hoc Spiritus sanctus dicere. Vnde gl. Aug. super prædictum uerbum: Si aliud, inquit, fiebat in foemina quam in uiro, ut à carne animata anima eius duceretur non sicut uiri, aliunde corpus, aliunde anima, quod aliter fiebat scriptura facere non debuit, nec ita factum putarem sicut iam didiceramus: quia ergo non dixit, ex anima uiri factam animam mulieris, inquit nihil aliud putandum quam quod de uiro fuerat dictum, scilicet, inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ. Gene. 2. secundum glossam Aug. Inspirare est flare, uel sufflare. Flare uero hic dicitur statum facere, id est animam facere. Item legitur Eccl. 12. Antequam reueratur puluis in terram suam unde erat, & spiritus redeat ad illum qui dedit illum. Et Esa. 57. Flatus ego faciam. Et Arist. in lib. de Animalibus, dicit quod solus intellectus diuinitus ab extrinseco prouenit. Præterea cum anima

rationalis immortalis sit, non est corruptibilis per corporis corruptionem: ergo non est generabilis per eius generationem. Sicut enim se habet generatio ad generationem: sic corruptio ad corruptionem. Item cum anima simplex sit, non potest anima ab alia esse per cessionem: sicut corpus per cessionem est à corpore. Item si anima seminatur cum corpore, cum irrita fluunt sine cœceptibus semina, quomodo perit anima immortalis: ut ait Aug. ad Optatum. Item corruptibilibus substantiis quæ non possunt conseruare speciem suam in se, specialiter datum est multiplicare speciem suam, ut sic conseruetur in alio. Ergo cum anima rationalis non sit corruptibilis, non est hoc datum ei: ergo non est anima rationalis ab anima. Itē propinquissimum æterno est perpetuum: ergo cum anima rationalis perpetua sit, immediate ipsa est à Deo, qui æternus est. Non uideamus aliquam substantiam perpetuam cui pura creatura conferat esse: ergo nec animæ rationali conferret. Item potentia creandi solius Dei est, ut prius ostensum est: anima uero rationalis per creationem est, ergo à solo Deo est. Quod anima rationalis per creationem sit, ostendi potest sic: Aut anima rationalis ex nihilo est, aut ex aliqua materia præexistente. Si ex nihilo, ergo per creationem. Creare enim est aliquid facere ex nihilo. Si uero est ex materia præ-

exist

istente, materia illa necessaria erat sub aliqua forma. Cum enim materia corporalis non sit sine aliqua forma, nec spiritua- lis erit sine aliqua forma: ergo uel erat corporea, uel non erat corporea. Si corporea erat, non poterat ergo ex illa fieri anima, quæ est incorporea substantia: simplex enim non fit ex composito, nec compositum ex simplici. Si uero erat incorporea, aut uiuebat, aut non uiuebat. Si non uiuebat, erat ergo substantia incorporea non uiuens, quod falsum est: nulla enim inuenitur substantia incorporea non uiuens. Si uero uiuebat: ergo erat uel Deus, uel angelus, uel anima, uel animal, uel planta, quod est inconueniens. Item materia illa rationalis erat antequam ex ea anima fieret, aut non, si non, sed facta est rationalis, quum ex ea anima facta est: ergo habens uitam irrationabilem materia animæ erat. quid ergo à pecoris spiritu distabat: ut ait Aug. Si uero erat rationalis, ergo iam uel angelus, uel anima erat. Præterea si esset spiritualis materia, sicut corporalis, oporteret quod ipsa esset continua existens, ubicunque est aliqua spiritualis substantia: uel quod tot essent materiae, quot sunt spirituales substantiæ, quum ipsæ sint separatae ab inuicem. Præterea quæ illa uirtus animæ quæ dicitur intellectus, operetur per abstractionem à materia, ipsa uir-

tus immaterialis est: ergo & ipsa anima immaterialis est. Operatio enim sequitur naturam uirtutis, & uirtus naturam substantiæ. Non est igitur anima ex materia præexistente, sed ex nihilo: ergo & per creationem, & ita à solo Deo. Item potentia rei effectiæ subiecta est suæ causæ efficienti: potentia uero animæ rationalis, scilicet liberum arbitrium, nulli puræ creaturæ subiecta est, quum à nulla possit cogi: ergo nulla creatura pura causa efficiens eius est. Solus ergo Deus creator est animalium, ut fides catholica asserit.

De quinto errore qui ponit Christum non habuisse ueram humanam naturam.

CAP. XVII.

SEquitur de quinto errore, qui ex errore Manichæorum processit: qui ponit Christum non habuisse ueram humanam naturam. Cui errori occasionem dedit illud Philippen. Et habitus inuentus ut homo. Ex hoc enim inferunt Christum fuisse ut hominem, & non uerè hominè. Sed simili ratione possunt dicere, eum fuisse quasi unigenitum Patris, & non uerè unigenitum, quum scriptum sit Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre. Ideo potius dicendum est, quod hæc dictio, ut, uel quasi, non semper est nota improprietatis uel similitudinis: imò aliquando expressiua est ueritatis, ut in uerbis prædictis.

Deder

Dederunt etiā occasionē dicto errori quādam opera miraculosa quæ Christus legitur fecisse: ut quoddam de utero materno clauso exiuit, & quoddam super mare siccis pedibus ambulauit. Mat. 14. Sed opera quæ Christus miraculose fecit diuinæ naturæ ostēdunt ueritatem, & non humanæ naturæ probant falsitatem: & sicut opera supra naturā attestāt eius deitatem, sic defectus & naturæ infirmitates quæ in sacra scriptura leguntur, attestāt uerā eius humanitatem. Sicut esuriet de qua legitur Matth. 4. Quum ieiunasset 40. diebus & 40. noctibus, postea esuriit. Et eiusdem 21. Mane reuertēs in ciuitatem esuriit. Et 26. Cœpit cōtristari & moestus esse. Et post: Tristis est anima mea usque ad mortem. Habuit ergo uerā animā, eadē ratione & ueram carnē. Et Ioan. 4. Iesus ex itinere fatigatus sedebat super fontē. Et eiusdem 11. Lacrymatus est Iesus. Et 12. Nūc anima mea turbata est. Præterea si ueram humanā naturam non habuit, nō fuit uerus homo. Vnde non uerē mortuus est, nec uerē resurrexit. Cuius contrarium habetur Lucæ ult. Surrexit Dominus uerē, & apparuit Simoni. Eiusdem 18. Postquam flagellauerint, occidēt eum, & tertia die resurget. Auctoritates uerō quibus manifestum est eum uerum hominem fuisse, hæc sunt quæ sequuntur. Matth. 1. Liber generationis Iesu Christi filii David, &c. Et eodē: De qua natus est Iesus,

qui uocatur Christus. Et iterum: Inuenta est in utero habens de Spiritu sancto. Et post: Peperit filium suum primogenitum. Et Lucæ septimo. Venit filius hominis manducans & bibens. Erat ergo uerē homo qui manducabat & bibebat. Et eiusdem ult. tim. Palpate & uidete, quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et iterum: Et quum manducasset coram illis, sumens reliquias dedit eis. Et Io. 1. Verbum caro factum est. Eiusdem 10. Potestatem habeo ponēdi animā meam: ergo habebat ueram animam, eadē ratione & ueram carnem. Item Rom. 1. Qui factus est ex semine David secundū carnem. Et eiusdem 9. Ex quibus Christus secundum carnē. Ad Hebr. 7. Ex Iuda ortus est Dominus noster. Act. 1. Conuescens præcepit eis, &c. Et eiusdem 10. Nobis qui manducauimus & bibimus cum illo. 1. Io. 1. Quod perspeximus, & manus nostræ cōtrectauerunt de uerbo uitæ. Eiusdem 4. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christū uenisse in carne, ex Deo est. Et 1. Ioan. Multi seductores exierunt in mundum istum qui non confitentur Iesum Christum uenisse in carne, &c. Et post: Qui nō confitetur Iesum Christum uenisse in carne, hic est seductor & antichristus: quum Christus ueritas sit: secundum illud Ioan. 14. Ego sum uia, ueritas, & uita. Non est uerisimile eum falsitate huma-

n2

næ naturæ homines decepisse. ¶ Item quum uerē sit mundi redemptor, secūdū illud ad Tit. 2. Qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, uerum pretiū soluit. Pretiū uerō pœna erat, cuius debitor erat genus humanū. Ergo uerē pœnā sustinuit: ergo uerū corpus habuit. Non est ergo uerisimile quoddam redimēdo genus humanū falsam monetā soluerit. Præterea si corpus Christi uerum corpus non fuit, sed umbra corporis, quomodo uerū est illud Philip. 2. Christus factus est pro nobis obediēs usque ad mortem, &c. Et illud 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis. Et illud Apocal. 1. Lauit nos à peccatis in sanguine suo. Et quod legitur Ioan. 13. de ablutione pedū apostolorū. Ablutio enim cōtactum requirit. Si uerō dicatur corpus illud cæleste fuisse, ergo impossibile fuit: quod ex diuersis locis Euangelii constat esse falsum. Præterea secundum hoc non est uerum quod legitur ad Hebr. 2. quoddam semen Abraham apprehenderit. Secūdum hoc etiam nunquam comedit uel bibit, cuius contrarium prius ostensum est.

De errore illo qui condemnat Ioannem Baptistam. Et de commendatione ipsius Ioannis.

CAP. XVIII.

Sequitur de errore sexto, qui est error Manichæorū proscissit, qui condemnat Ioannem Baptistam. Cui errori occasio-

nem dedit quod legitur Mat. 11. Cū audisset Ioannes in uinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Ex quo inferunt Ioannem dubitasse de Christo, quum interrogauerit, & propter dubitationem condemnatū esse. Sed non sequitur, si interrogauit, & dubitauerit. Interrogauit enim Christus cuius esset imago denarii & superscriptio, Matth. 22: non tamē de hoc dubitauit. Item non sequitur, si dubitauit, quod propter hoc damnatus fuerit: nō enim omnis dubitatio damnabilis est. Potuit dubitare utrum Christus in propria persona descensurus esset ad inferos, & inde extracturus amicos suos, an per alium hoc esset facturum. ¶ Quod propter illam dubitationem damnatus non sit, patet per hoc, quod Christus postquā nuntii Ioannis redierāt, tantum testimonium dedit Ioanni uocans eum angelum & plusquam prophetam, & dicens quoddam inter natos mulierum maior illo non surrexit. Et uerisimile est, quod Ioannes sibi illud non interrogauerit, sed discipulis suis, qui de Christo dubitabant, uolens eos per Christum certificari: quos Christus certificauit, ostēdens signū impletum quod dederat Esaias de aduētū Christi. Esa. 35. Deus, inquit, ipse ueniet & saluabit nos: tūc aperientur oculi cæcorum, & aures sur-

k dorum

dorum patebunt, &c. Vnde Dominus ait : Cæci vident, claudi ambulant, &c. Potuit etiam dare occasionem huic errori, quod Ioannes Baptista non secutus fuit Christum, dicunt enim, quod si bonus fuisset, enim secutus fuisset. Sed hoc non sequitur. Multi enim boni fuerunt, qui tamen Christum corporaliter secuti non sunt. Non fuit Christus quod Ioannes eum corporaliter sequeretur, ne testimonium eius suspectum haberetur : & plus profuit ad confirmationem fidei testimonium, quod Ioannes in absentia Christi tulisset. Simile habes Matt. 5. de illo qui a dæmone liberatus erat, qui rogauit Christum, ut esset eum eo. Iesus autem non admisit eum, sed ait illi : Vade in domum tuam ad tuos, & nuntia illis quanta tibi Deus fecerit. Et abiit, & cepit prædicare in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus, & omnes mirabantur. Plus profuit prædicatio eius in absentia Christi, quam profuisset in eius presentia. Ut autem manifesta fiat falsitas istius erroris, ponamus commendationes Ioannis quæ à scripturis sacris possunt haberi, quæ 16. sunt. ¶ Prima est, quod à Prophetis est prænuntiatus ut Esaiæ 40. Vox clamatis in deserto. De eodem habes Matt. 3. Et Marc. 1. Item prænuntiatus est, Malac. 3. Ecce ego mitto angelum meum. De eodem habes Matt. 11. Hic est de quo scriptum est; Ecce ego mit-

to angelum meum. Item prænuntiatus est in Psalm. Parauit lucernam Christo meo. De eodem habes Ioan. 5. Ipse erat lucerna ardens & lucens. ¶ Secunda est, quod angeli nuntiatione præuenta est eius conceptio & natiuitas: & non cuiuscunque angeli, sed eius qui Christi conceptionem prænuntiavit. Lucæ 1. Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum. ¶ Tertia est, quod de parentibus sanctis miraculose natus est. Lucæ 1. Erant iusti ambo, &c. Et postquam non erat illis filius; eo quod esset Elizabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. ¶ Quarta est, quod ante fuit sanctus quam natus. Lucæ 1. Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. ¶ Quinta est, quod fuit propheta, ita quod in utero prophetare incepit, dum exultando in utero, testimonium Christo dedit. Lucæ 1. Ut facta est uox salutationis tuæ auribus meis, exultauit in gaudio in fans in utero meo. Absque dolo fuit testimonium illud. Nec solum fuit propheta, sed etiam plusquam propheta. Matth. 11. Quia Christum digito demonstrauit. Ioannis 1. ¶ Sexta est, quod fuit angelus nomine & uirtute, licet non natura. Matth. 11. Chrysofost. Puto si non est audacia dicere, quod gloriosior est Ioannes quia homo fuit, & propter meritum uirtutis angelus est uocatus, quam si nomine & natura angelus fuisset. ¶ Septima est, quod Christum baptizare

prædicare meruit. Matth. & Lucæ 3. ¶ Octaua est, quod uocem patris audire dignus fuit, dicens: Hic est Filius meus dilectus. Matt. 3. ¶ Nona est, quod Spiritum sanctum super Christum in specie columbæ descendente uidit, & dictum est ei à Patre: Super quem uideris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. ¶ Decima est, quod tria merita quibus debetur aureola, habuit: uirgo enim, & martyr, & prædicator fuit. ¶ Undecima est, quod sanctitas eius & iudæis, & gentibus, & Christianis manifesta fuit. ¶ Duodecima est, quod carnis suæ fuit perfectissimus dominator. Lucæ 1. Vinum & ficeram non bibit. Matt. 3. Esca eius erat locustæ & mel syluestre. Et 11. Venit Ioannes non manducans, neque bibens. Suprà 3, Ioannes habebat uestimentum de pilis camelorum. Matth. 11. Quid existis in deserto uidere? hominem mollium, &c. ¶ Tertiadecima est, quod ipse fuit mundi maximus contemptor. Vnde erat in deserto usque ad tempus ostensionis suæ ad Israël. Lucæ 2. ¶ Decimaquarta est, quod regni cælestis prædicator ante ipsum qui prædicabant, terram promittebant. Lucæ 16. Lex & prophetæ, usque ad Ioannem, supple prædicauerunt. Lex autem terrena promittebat: ex eo uero regnum Dei euangelizatur. Matt. 3. Penitentiam agite, appropinquabit re-

gnum cælorum, &c. ¶ Decimaquinta est, quod ipse uitiorum fuit zelatissimus persecutor: zelus iste fuit ei mortis occasio. Marc. 6. ¶ Decima sexta est, quod post Christum & beatam Virginem dies natiuitatis eius solennis est.

De erroribus negantibus pluralitatem uel æqualitatem diuinam personarum. CAP. XIX.

Destructis erroribus pertinentibus ad diuinam essentiam uel eius unitatem, destruendi sunt errores pertinentes ad personarum trinitatem uel æqualitatem. ¶ Ad destructionem uero horum errorum sufficit ponere testimonia sacre scripture, quæ ostendunt personarum trinitatem uel æqualitatem. Nullum enim genus ostensionis conuenientis est in his quæ sunt supra rationem, quam per sacram scripturam. In talibus enim soli Deo de se credendum est, qui se solus nouit, iuxta uerbum Hilarii. Augusti. in lib. de Trinitate: Omnes catholici tractatores, qui de Trinitate scripserunt, quæ Deus est, hoc intendunt secundum scripturas docere, quod Pater, Filius, & Spiritus sanctus unius sint substantiæ & inseparabili æqualitate unus sit Deus. Ioan. Damascen. Dominus per legem & per prophetas prius, deinde uero per unigenitum filium suum secundum quod possibile est, nobis suuipius manifestauit cognitionem. Diuina igitur quæ tradita sunt nobis per legem, & per prophetas, & per

apostolos, & euangelistas, suscepimus & reueremur, nihil ultra inquirentes. Prouerb. 30. Ne addas quicquid uerbis illius. Quod specialiter seruandum est in his quæ sunt supra rationem. Augu. Quum res naturaliter obscura modulum nostrum uincit, & aperta diuina scriptura non subuenit, temerè diffinire humana coniectura præsumit. Ecclesi. 5. Nec temerè quid loquaris, nec cor tuum sit uelox ad proferendum sermones coram Deo: Deus enim in cælo, & tu super terram, idcirco sunt pauci sermones tui. Intelligentium de Deo, de quo & uera dicere periculosum est. Pluralitas personarum insinuat Genes. 1. ubi loquitur Pater ad Filium & Spiritum sanctum, dicens: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Non potest enim dici quod loquatur ad angelos, quum angeli non sint creatores. Item eiusdem 18. Vbi Abraham tres uidit, & unum adorauit. Item insinuat in uerbo illo Psalm. Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Item ibi: Benedicat nos Deus Deus noster: benedicat nos Deus. Trina nominatio Dei trinitatem personarum insinuat. Item Esaia 6. Vbi Esaia audiuit Seraphin clamantia, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus. In hoc quod dicitur ter Sanctus, insinuat personarum trinitas. In hoc uerò quodd dicitur Deus,

essentiæ unitas. Simile habetur Apocalyp. 4. de animalibus quæ plena erant oculis, quod requiæ non habebant die ac nocte di-centia, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens. Expressè uerò personarum trinitas ostenditur Matth. ulti. ubi dicit Christus: Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et Ioan. 10. habetur de duabus, Ego & Pater unum sumus. Et eiusdem 14. de tribus, Paracletus Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, &c. Item eiusdem 15. Quum uenerit Paracletus, quem ego mittam uobis à patre, spiritum ueritatis, qui à patre procedit, &c. 1. Ioan. ulti. Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres unum sunt. Item Roman. 8. Spiritus eius qui suscitauit Iesum habitat in uobis. Et Galat. 4. Misit spiritum filii sui in corda uestra. De generatione uerò Filii à Patre dicitur in Psalm. Ego hodie genui te, Item, Ante Luciferum genui te, Et Prouerb. 8. dicitur de sapientia increata: Ab æterno ordinata sum, antequam terra fieret: necdum erant abyssi, & ego iam cõcepta eram. Et Ecclesi. 24. Ego ex ore Altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam. Et Michææ 5. dicitur ad Bethleem: Ex te egredietur qui sit dominator in Israël: & egressus eius ab initio à diebus æternitatis eius. ¶ De deitate uerò filii

habet

habetur Esa. 7. Vocabitur nomen eius Emanuel. Et Matth. 1. Idem uerbum sumitur. Et sequitur: Quod est interpretatum, nobiscum Deus. Et Esa. 9. dicitur, Paruulo nobis nato, uocabitur nomen eius admirabilis consiliarius, Deus fortis, &c. Eiusdem 25. Deus ipse ueniet, & saluabit nos: tunc aperientur oculi cæcorum, &c. Et Baruch 3. Hic est Deus noster, non æstimabitur alius aduersus eum, &c. Et post: In terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Et Matth. ulti. Data est mihi omnis potestas. Omnipotentia non potest esse nisi in Deo. Et Ioan. 1. dicitur: Et Deus erat Verbum. Et post: Omnia per ipsum facta sunt. Et iterum: Et Verbum caro factum est. Ex quibus uerbis manifestè apparet Christum uerum esse Deum. Et eiusdem 5. dicit Ioannes de Christo: Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Et ad Roman. 9. Ex patribus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen. Item ad Hebr. 1. dicitur de Filio: Per quem fecit & secula. Et iterum: Qui quum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Et Philip. 2. Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Item quum in cognitione eius consistat uita æterna, secundum illud Ioannis decimo-septimo: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum Deum uerum, & quem misit Iesum Chri-

stum: patet ipsum esse Deum. Vita enim æterna est beatitudo. Beatitudo uerò est in summo bono. Ad idem facit quodd credentibus in se dat uitam æternam. Ioannis decimo-septimo: Dare enim uitam æternam solius Dei est. Et 1. Ioannis ultimo: Scimus quoniam filius Dei uenit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus uerum Deum, & simus in filio eius uero: hic est uerus Deus, & uita æterna. Et Actuum 10. Annuntians pacem per Iesum Christum, hic est omnium Deus. ¶ Quod in Christo non solum esset natura humana, sed etiam diuina, patet ex eis quæ leguntur in Ioanne in diuersis locis. Primo ex hoc quod legitur eiusdem 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo: filius hominis, qui est in cælo. Erat ergo in cælo Christus, quum uerba illa loqueretur in terris, quod non erat secundum humanam naturam, sed secundum diuinam. Ad idem facit illud Ioan. 8. Antequam Abraham fieret ego sum, non enim ante Abraham fuerat, secundum humanam naturam. Et Lucæ 10. Videbam sathanam quasi fulgur cadentem de cælo. Hoc non erat secundum humanam naturam: cum sathanas de cælo cecidit. Ioan. 8. Ego principium, qui & loquor uobis. ¶ De Spiritu sancto legitur Gen. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas. Et Job. 26. Spiritus eius ornavit cælos. Ex quo uer-

bo patet spiritū illum esse Deū. Ornatus enim cælorum à Deo fuit. De eodem spiritu habetur in Psal. Spiritu principali confirma me. Et iterum : Spiritum sanctum tuū ne auferas à me. Item: Sapient. 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Ex quo similiter patet eum Deum esse. Nulla enim creatura orbem terrarum replet. Item Esaia 44. Effundam Spiritū meum super semen tuum. Et eiusdem 17. Requiescet super eum Spiritus domini. Et 61. Spiritus Domini super me. Et Matthæi 1. dicitur de beata Virgine: Inuēta est in utero habēs de Spiritu sancto. Cūm fides catholica pro certo habeat beatam Virginem non concepisse de creatura aliqua, patet Spiritum sanctum, cuius operatione concepit, creaturam non esse. Ad idem Matthæi 3. Ipse uos baptizabit in Spiritu sancto. Quum interior baptismus seu mundatio peccatorū solius Dei sit, Spiritus sanctus qui interior mundat, Deus est. ¶ Item in eodem: Vidi Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & uenientem super se. Non fuit Spiritus ille creatus: quum Spiritus creatus qui in Christo erat, sanctior esset omni alio spiritu creato. Item eiusdem 10. Non enim uos estis qui loquimini: sed Spiritus Patris uestri qui loquitur in uobis. Aut dicitur Spiritus patris Spiritus à patre creatus. Et sic omnīs Spiritus esset spiritus pa-

tris. Aut dicitur Spiritus patris, qui est de substantia patris ut pars eius, quod nō potest esse, quum substantia diuina simplicissima sit: aut qui est ipsa substantia patris, & sic est Deus. Ad idem facit, quod legitur eiusdem ult. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritu sancto. Nisi Spiritus sanctus esset Deus, ut Pater & Filius, nō præciperet Deus baptizari in nomine Spiritu sancti, ut in nomine Patris & Filii. Item Ioan. 16. Expedi uobis, ut ego uadam. Si enim nō abierō, Paracletus nō ueniet ad uos. Nō expediret quōd propter aduētū Spiritu sancti Christus recederet à discipulis, nisi Spiritu sanctus esset Deus ut Christus. Ad idem Ioann. penult. Accipite Spiritum sanctum: quorū remiseritis peccata, remittuntur eis, nisi Spiritus sanctus esset Deus, non fieret per eum remissio peccatorum. Ad idem Rom. 5. Caritas Dei diffusa est per Spiritum sanctum. quum caritas donum Dei excellentissimum sit, non datur, nisi à Deo. Item 1. Corinth. 2. Spiritus omnia scrutatur etiā profunda Dei. Et post: Quæ Dei sunt, nemo cognoscit nisi Spiritus Dei. Ille Spiritus necessariō Deus est. Scrutari enim omnia profunda Dei, nō est aliquid cuius creaturæ. Item eiusdem 3. Nescitis quia templum Dei estis uos, & Spiritus Dei habitat in uobis? Et post: Templum Dei sanctum est, quod estis uos. Et eiusdem

dem 6. Nescitis quia mēbra uestra templum sunt Spiritu sancti qui in uobis est? Unde quum fideles templū sint solius Dei, & sint templum Spiritu sancti, Spiritu sanctus Deus. Item eiusdem 12. Diuisiones gratiarum sunt idem spiritus, non potest esse idem spiritus creatus in omnibus sanctus. Et paulō post: Idem Deus qui operatur omnia in omnibus. Et ostendit Apostolus Spiritum sanctum esse Deum, subdens: Alii per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, &c. hæc autem omnia operatur unus atque idē Spiritus, diuidens singulis prout uult. Item 2. Corinth. 1. Qui dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Et Ephes. 1. Qui est pignus hereditatis nostræ. Non potest esse pignus hereditatis æternæ Spiritus creatus, quum eam non ualeat. Item 1. Ioann. ultim. dicuntur Pater, & Verbum, & Spiritus sanctus unum esse: ergo si Pater & Verbum sunt Deus, Spiritus sanctus est Deus. Ad idem facit quōd uiuificare ei attribuitur. Ioan. 6. Spiritus sanctus est qui uiuificat. Viuificare enim uita spirituali, solius Dei est. Et eiusdem 3. dicitur de eo: Spiritus ubi uult spirat. Spirare ubi uult, non est spiritus creati. ¶ Proccedit autem Spiritus sanctus à Patre & Filio. De processione Spiritu sancti à patre, habes Ioan. 15. Spiritum ueritatis qui à Patre procedit. Grego-

ci uerō negāt Spiritum sanctum procedere à Filio, eō quōd istud non inueniatur expresse in canone Sacræ scripturæ. Nos uerō hoc cōcedimus, quia Spiritus sanctus uocatur Spiritus Christi. Romanor. 8. Qui spiritum Christi non habet, hic non est eius. Et Galat. 4. Misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra. Secundum Græcos, licet Spiritus sanctus sit Spiritus Christi tamen non procedit ab eo, sed est ad eum: unde quasi in medio est, & Filius quasi in termino. sed pro fide nostra facit quod dominus Matthæi ultim. Spiritum sanctum ultimō nominat, dicens, Baptizates eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritu sancti. Et Ioann. similiter 1. Canon. ultim. Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. Ad idē uidetur facere quod dicit Christus ille de meo accipiet. Ioan. 16. Ad idem facit hoc, quōd filius dicitur imago Patris potius quàm Spiritus sanctus. Colofsen. 1. Qui est imago Dei inuisibilis: quia non solum habet essentiam communem cum Patre: sed etiam assimilatur Patri in hoc, quōd produxit ex se personam sicut & Pater. Præterea in anima quæ imago Dei est, ut patet ex diuersis locis Scripturæ sacræ, lux cognitionis quæ filio appropriatur, quædam causa est amoris, qui Spiritu sancto appropriatur. Itē quum in sole uestigium Trinitatis in-

ueniatur. Vnde Deus dicitur Sol iustitiæ. Malach. 4. Et sol intelligētia. Sapientię 5. Calor est à radio solis, non radius à calore: sic & Spiritus sanctus à Filio procedit. Et hoc cōcesserunt etiā qui dā doctores Græcorū, ut Athanasius in symbolo fidei. Et Didymus maximus doctor eorum in libro de Spiritu sancto. Et Cyrillus episcopus, & Ioann. Chrysofost. Quorum testimonia ponit Magister in primo Sentētiarum. ¶ Aequalitas uerō personarum ostendi potest per hoc, quod idem est in Deo esse, & esse magnum: ergo quum essentia diuina in tribus personis indifferens sit, & magnitudo indifferens est: ergo æqualitas est in personis. Item unica est diuina essentia, & simplicissima: ergo non potest ibi locum habere inæqualitas. Aequalitas Patris, & Filii specialiter ostenditur ab Augustin. per illud quod dicit Filius. Ioan. 16. Omnia quæ habet Pater, mea sunt. Ad idem facit illud, quod legitur eiusdem 3. Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius. Et Matthæi 11. Et Luca 10. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et Ioann. 17. Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Probat idē Augustin. hoc modo: Homo pater, si potuisset, æqualem filium genuisset. Quis ergo audet dicere, quod hoc Omnipotens non potuit? Addo etiam, quod si posset homo, maiorem melioremque seipso gi-

neret filium: sed Deo maior uel melius quicquam esse non potest. Deus ergo cur non qualem annis necessariis fuerūt, per quos adimpleretur æqualitas: neque omnipotentia defuit, aut forte noluit: ergo, quod absit, inuidit: sed non inuidit æqualem: ergo sibi genuit. Aequalitas uerō Spiritu sancti cum Patre & Filio sic potest ostendi: Optimus optimū lucidissima cognitione notum non amare non potest: ergo Pater necessario amat filium, & non minus quā amandus sit: ergo quum summē sit amandus, summē amat eum: ergo amor Patris ad Filium summus est: ergo Spiritus sanctus, qui est amor, ille est æqualis Patri & Filio. Item quum inter Patrem & Filium debeat esse amor, maximus erit amor primi Patris à quo omnis paternitas in cælo, & in terra nominatur. Item cum non sit minor Patris benignitas quā fecunditas, non erit minus donum amoris procedens ab eius benignitate, quā eius partus pertinens ad eius fecunditatem: ergo non erit minor Spiritus sanctus Filio. Item si non est minor Filius Patre, qui à solo Patre procedit: nō erit minor Spiritus sanctus Patre uel Filio, qui ab utroque procedit. Augustin. Magna misericordia Dei, donum dat æquale sibi: nam Spiritus sanctus donum est. ¶ Et notandum quod aliqua similitu-

do

do Trinitatis inuenitur in creaturis: sed non est creatura quæ in omnibus Trinitati assimilatur: sed quædam creaturæ assimilantur ei in quibusdam, quædam in aliis. Vnde glos. Augusti. super illud Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, non possunt comparari temporalia æternis integra collatione: sed tamen possunt aliqua tenui & parua similitudine cœua cœternis comparari. Nec mirum, quum non sit umbra similis omnino corpori cuius est umbra, nec uestigium simile est omnino pedi. Et ostendimus similitudinem Trinitatis in diuersis creaturis. Vna & eadem uox est, diuersæ dictiones: ut hæc uox, Amor, est nomē proprium cuiusdam sancti, & est nomen commune, & est uerbum: non mireris ergo, si tres personæ sint una essentia. Item in rebus sensibilibus inuenis subiectū & uarietatem accidentium, quæ circū est illud, & naturalē amorem subiecti ad naturalia eius accidentia. Subiectum similitudinem habet cū Patre, cum sit causa accidentium, sicut Pater ex se producit filium. Varietas uerō accidentium subiectū manifestans, est quasi uerbū. Amor uerō subiecti ad naturalia accidentia assimilatur Spiritu sancto: quem amore ostendit hoc, quod subiectum tēdit ad locum sibi competentem, fugiens locum naturæ suæ contrariū: & natura quærit quæ pertinent ad exteriorem

decorem, ut est cortex, & frondes in arboribus, pili in animalibus, ordinatio, figura, color. ¶ Itē similitudo Trinitatis habetur in materia, & forma, & complexu horū. Itē in igne in quo inuenis ignis speciē, lucem & calorem, & sunt ignis, & lux cœua, licet sit lux ab igne: sicut Pater & Filius sunt æterni, licet Filius sit à Patre. Augustin. Quid possumus in creatura inuenire cœternū, cum non inueniamus in ea æternū? sufficit ut ad similitudinem inueniamus cœuum. Splendor est de igne, & tamē cœua sunt. Similiter imago in aqua & uirgultū natum super aquam cœua sunt. Da mihi ignem sine splendore, & credo Patrē fuisse sine Filio. Item inuenitur similitudo Trinitatis in sole, ubi habes substantiam, & radium, & calorē. Substantia solis à nulla creatura est, radius de sole nascitur, calor ab utroque progreditur. Item habes similitudinem Trinitatis in magnitudine, pulchritudine, & utilitate creaturarum. In magnitudine apparet potētia, quæ Patri appropriatur: in pulchritudine sapientia quæ appropriatur Filio: in utilitate bonitas, quæ appropriatur Spiritu sancto. Item in corpore humano est similitudo quædam Trinitatis. Est enim in eo uita, sensus, affectus. In anima uerō rationali expressior inuenitur similitudo Trinitatis quā in prædictis, cum ipsa dicatur Dei imago. Et secundū Aug. ipsa est Tri-

k s nitatis

nitatis imago secundum intellectum, uoluntatē, & memoriā. Vnde Aug in sermone de imagine: Non solū sufficit intellectus, nisi sit uoluntas in amore Dei: nec duo sufficiunt, nisi memoria addatur, qua semper in mēte intellectus, & diligētis maneat Deus. Vel possumus aliter similitudinem Trinitatis in anima assignare ut scilicet intellectus qui dicitur materialis uel possibilis, Patri assignetur, Intellectus uero qui dicitur intellectus in actu, uel formatus, assignetur Filio. Et sicut Filius à Patre procedit, & est eius uerbum, uel imago, uel speculum: sic intellectus formatus est quasi uerbum, & speculum, & imago: & ordine intelligentiē est post intellectum materiale. Prius enim est intellectū esse, quā intelligere se uel aliud. Affectus uero Spiritus sancto assignatur. Possumus etiam aliter similitudinem Trinitatis in anima assignare: ut scilicet intellectus agens Patri assignetur, qui secundum philosophos se habet ad species intelligibiles manifestandas, sicut lux ad colores. Et sicut operatione lucis corporalis species coloris abstrahitur quodammodo, & pupillæ coniungitur, sic operatione intellectus agentis lumen intelligentiē diffundentis, & abstrahentis species intelligibiliū à formis sensibilibus, coniunguntur species illæ intellectui possibili, & fit intellectus formatus, qui Filio assignatur.

Affectus uero assignatur Spiritui sancto. Et notandum quod secundum quosdā, anima non est suæ potentia: & secundū hoc minus est expressa similitudo Trinitatis in anima, quā tres personæ sint diuina essentia. Anima uero licet habeat tres potentias, tamē illæ tres potentia non sunt idē quod essentia animæ. Secundum alios uero anima suæ potentia est, & secundū hoc expressior est similitudo Trinitatis in anima. Et pro hac opinione facit quod legitur in libr. de Spiritu & anima: Sensus, imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia: hæc omnia in anima non aliud sunt quā ipsa. Itē super Ecclesiast. 17. dicit gl. Sicut Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, non tres dii, sed unus Deus, tres habens personas: ita anima intellectus, anima uoluntas, anima memoria, non tres anime, sed una anima. Itē Aug. in libr. de Trinitate: Admonemur, si utrūque uidere possimus, hæc in anima existere substantialiter, non tanquam in subiecto. Item Damasc. Anima non habet præter seipsam intellectū. Item cum prima materia sit ipsa potentia ad susceptionem formarum naturalium: eodem modo anima erit ipsa potentia ad susceptionem specierum, quum uideatur esse simplicior, & Dei imago sit. Præterea hæc tres potentia animæ, intellectus, uoluntas & memoria, aut sunt accidentalia animæ, aut essentialia. Si acciden-

accidentalia: ergo non differet anima rationalis nisi accidentaliter ab eo, à quo corpus bruti animalis uiuificatur, & sensificatur. Si uero sunt essentialia, aut sunt tres partes essentia animæ, aut unumquodque illorum est tota essentia animæ. Si sunt partes, aut anima erit uelut acernus congregatus ex his potentiis non coniunctis adinuicem, quod non potest esse: aut illæ tres potentia erunt coniunctæ, & compactæ adinuicem, quod similiter non potest esse, quum operationes illarum potentiarum sint diuise abinuicem. Si uero unaquæque illarum potentiarum est tota essentia animæ, habetur propositum, scilicet quod tres potentia animæ sint ipsa anima. Item cum eiusdem sit actus, cuius est potentia: eiusdem erit intelligere in effectū: ergo idem erit intellectus possibilis, & intellectus formatus. Item quum nemo possit amare incognitū, eiusdem erit cognoscere & amare: ergo idem secundum substantiam erit intellectus & affectus. Item assignatur similitudo Trinitatis in creaturis, secundum hæc tria, modum, speciem, ordinem. August. 11. libr. de Ciuit. Dei: A Deo est omnis modus, omnis species, omnis ordo, sine quibus nihil rerum inueniri, uel cogitari potest. Idem in eodem: Nobis Trinitas in suis operibus imitatur. Nam si quaratur, unde

sit ciuitas quæ rursum est, Deus eam condidit: sicut unde sit sapiens, à Deo illuminatur: sicut unde sit felix, Deo fruitur, subsistens modificatur, contemplan illustratur, in hærens in cōdatur: cum uidet, amat in Trinitate Dei uiget, in ueritate luget, in bonitate Dei gaudet. Idem in eodem: In his rebus quæ infra nos sunt, quoniam & ipsæ nec aliquo modo essent, nec aliqua specie cōtinerentur, nec aliquē ordinem uel appetent, uel tenerent, nisi ab illo factæ essent qui summè sapiēs est, qui summè bonus est, quā per omnia quæ fecit mirabili stabilitate currentes: quasi quædam eis alibi magis, alibi minus impressa uestigia colligam. In nobis autē ipsi eius imaginem contuentes tanquā ille minor Euāgelicus filius, qui rediēs ad se, ait: Quanti mercenarii, &c. ad nosmetipsos reuersi surgamus, & ad illū eamus, à quo peccando recesseramus: ibi esse nostrum non habebit errorem, ibi amare nostrum non habebit offensio-

nem.
De erroribus pertinentibus ad
Dei misericordiam, & iustitiam.
Et primò de errore illorum qui filij Dei incarnationem negant. CAP. XX.

VLtimo inter errores qui catholice fidei aduersantur, dicendum est de erroribus pertinentibus ad Dei misericordiam, & iustitiam. Inter quos causa breuitatis

Tuã unde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum. Spiritus ergo bonorum cum corpore non perit, sed ad Deum redit. ¶ Item occasione dare potuit huic errori quod dicitur de Deo 1. ad Timoth. 6. Qui solus habet immortalitatẽ. Vnde secundum hoc videtur quod anima non sit immortalis. Sed ibi dicitur immortalitas immutabilitas, quam non habet creatura per naturam, cum ex nihilo facta sit, & secundum accidentia nata sit mutari: sed tamen creatura potest habere perpetuitatem & esse immortalis, prout immortalitas dat priuationem finis. Item dicto errori potuit dare occasionem, quod spiritus irrationalis in brutis perit cum corpore: unde poterit alicui uideri, quod spiritus rationalis in homine pereat cum corpore. Sicut enim spiritus irrationalis, forma & perfectio est in corpore bruti: sic spiritus rationalis forma & perfectio est in corpore humano. ¶ Ad solutionem huius notandum est, quod est quedam forma quæ totaliter innititur & incumbit suæ materiæ, & non regit eam, neque sustinet, sed sustinetur ab ea, & talis est forma corporalis in rebus animatis. Quædam uero forma est quæ regit materiã suam & quodãmodo sustinet eã. Et hæc subdividitur: quia quedam est cuius operatio non est extra materiam illam, ut est uegetabile in plantis, & sen-

sibile in animalibus brutis: & hæc perit cū corpore, otiosum enim esset eam manere post corpus, cum non haberet operationem sine corpore. Quædam uero forma est, cuius principalis operatio non est in materia, nec per materiam, ut anima rationalis secundum operationem intellectuã: & ideo separabilis est à corpore. Et est simile in luce ignea & luce solis. Esse enim lucis radii solaris existentis in aëre non dependet ab aëre. Vnde sole subtrahente radium, remanet solus aër. Sic Deo subtrahente à corpore spiritum, remanet solum corpus. Vnde destructo aëre, adhuc remanet radius: quod possumus uidere per interpositionẽ alicuius transparentis, ut est crystallus in loco aëris scilicet posita. Verbi gratia: Sit aliquis locus undique conclusus, excepta illa parte per quam ingreditur solaris radius, qui ibidem ingressus totum aërem ab illo loco contentum reddit luminosum. Destruatur iste aër per inmissionem alicuius corporis transparentis, ut puta massæ crystallinæ: licet aër inde deficiat, radius tamen ibi manet, quod apparet in crystallino ibi existente. Manet enim radius illuminans crystallum. Si est in unione animæ rationalis ad corpus. Esse enim eius non dependet à corpore, & ideo non perit cum corpore. Lux uero ignea è duobus modis, scilicet in carbone & in

flamma

flamma. In carbone est lux materiæ grossæ & terrestri: & inde est quod non est radiosa, id est, de se non immittit radium immutantẽ aërem uicinum: lux uero in flamma unitur materiæ subtiliori, quæ est uapor resolutus à corpore, scilicet à carbone inflammato, & est lux in flamma radiosa: utraq; tamen lux tam in carbone quàm in flamma innititur materiæ, ita quod deficiente materia lux deficit. Sic est de uegetabili & sensibili: uegetabile enim deficit deficiente corpore, cuius perfectio est, similiter & sensibile. ¶ Ad ostendendum quod anima non perit cum corpore, non multum utemur auctoritatibus Sacrae scripturæ, cum error ille locum non habeat in eis qui scripturas Sacras nouerunt & eas receperunt: quia quasi infinitæ sunt auctoritates in Sacra scriptura, quibus error iste destrui potest: sed testimonii nobilium Philosophorum, & rationibus potius utemur. Falsitatem huius erroris ostendit Tullius, dicens: Non est lugenda mors quam immortalitas consequetur. Idem loquens de eo qui rectè uixit: Ex hac uita, inquit, discedit tanquã ex hospitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim tantum diuersorium nobis, non habitandi dedit. Idem in Quæstionibus Tusculanis: Quid nisi illud uitale quod intra nos est, dumque mole corporis premitur, in caelestis regionis contempla-

tionem se transire illuc ad inhabitandũ post depositionem ipsius auolet? Item in Rhetorica: Probabile uidetur sapientibus pœnas esse paratas apud inferos. Item Seneca in lib. de Naturalibus quæstionibus: Si uolumus tranquille degere, anima in exedito habenda est, siue illa infidias, siue morbi petant. Quid aliud debeo, quàm exeuntẽ hortari, & cum omnibus bonis emittere? uade fortiter, uade feliciter, nihil dubitaueris reddere. Non de re, sed de tẽpore quæstio est. Facis quod quandoque faciendũ est. Rerũ natura quæ te genuit exedit, & locus melior ac tutior. Itẽ Mercuri: A nime, inquit, post dissolutionẽ cogentur credere pœnis quæ in uita noluerunt credere uerbis. Plato etiam in Timæo dicit animam post dissolutionẽ uariis affligi pœnis. His testimoniis Philosophorum patet, quod anima rationalis non perit cum corpore. Rationibus uero multipliciter potest idem ostendi. Et primò per iustitiam Dei, quæ si est, reddet tam bonis quàm malis secundum eorum merita, bonis præmia, malis pœnas. Ecclesiast. ultim. Cuncta quæ sunt adducet Deus in iudicium. Sed retributio ista non fit in præsentati, cum mali hic floreat, & boni opprimantur. Iob 21. Quare impij uiuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis? Et Hieremias 12. Quare uia impiorũ prosperatur, bene est omnibus qui præuar

prauaricantur, & iniquè agunt? Et in Psalmo: Usquequo peccatores Domine, usquequo peccatores gloriabuntur? Ergo ista retributio erit post hanc uitā. Manent ergo animæ post mortem. ¶ Idem potest ostēdi per Dei bonitatē: quia cum Deus singulariter sit bonus, maximè tamen bonus est amicis suis, & maximè amat amantes se. Prouer. cap. 3. Ergo autē uerū non esset, si anima periret cum corpore, nec esset alia uita post istā. Amici enim Dei in hac uita sunt egētēs, angustiati, afflicti. Hebræorum 11. Et 1. Corinth. 15. Si in hac uita tantū in Christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. Si non esset alia uita, uerum esset quod dicunt peruersi Iudæi Malach. 3. Vanus est, inquit, qui seruiūt Deo: & quod emolumentum, quia custodiuius præcepta eius? Non esset emolumentū, ut uidetur, sed detrimētum in hac uita affligi, si in futuro non sperarent amici Dei pro hac afflictione delectari, & utilius esset eis bonis præsentibus adhærere, & in eis delicatè uiuere, quàm Deo adhærere, & mandata eius obseruare. Item potest ostēdi quòd anima cum corpore non pereat per sapientiam Dei, quæ non potest fallere nec falli. Falleret autem eos qui credunt contemptum præsentis uitæ consulendo & præsentium bonorum, si non sequeretur alia

uita melior & alia bona meliora. Matthæi 19. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, &c. Et Ioann. 12. Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Item quòd anima non pereat cum corpore, ostenderunt qui hoc per experientiam nouerant, qui à morte suscitati fuerunt, ut Christ⁹ & Lazarus, & illi de quibus legitur ad Hebr. 11. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. ¶ Item etiā ostendunt uirtutes quas mortui operantur. Vnde Gregor. in 4. libr. Dialog. Pensa qualiter animæ uiuunt illic ubi uiuunt, quorū hic & mortua corpora in tot miraculis uiuunt. Si igitur uitam animæ manentis in corpore deprehendis ex motu membrorū, cur non perpendis uitā animæ post corpus, etiā per ossa mortua in uirtute miraculorum? Idem ostenditur per ordinem quem habet homo inter creaturas. Est enim creatura media inter iumentum & Angelum: Vnde communicat cum iumento in corporis mortalitate, & cum Angelo in animæ immortalitate. Gregor. libr. 4. Dialog. Homo sicut in medio creatus est ut esset inferior Angelo, superior iumento: ita aliquid habet cōmune cū summo, & aliquid cōmune cum infimo, immortalitatem scilicet spiritus cum Angelo, mortalitatem uerò corporis cum iumento. Idem ostēditur per similitudinē quam

habet

habet anima cum prima materia. Sicut enim prima materia se habet ad omnes formas sensibiles & corporales: ita se habet substantia intellectiua ad formas intelligibiles & spirituales. Ergo sicut prima materia nō est corruptibilis ab aliqua forma sensibili uel corporali: ita substantia intellectus non erit corruptibilis ab aliqua forma intelligibili & spirituali, & multo minus à forma corporali, cum propter sublimitatem suæ essentiæ talis corruptio nō possit ad eam attingere. Relinquitur ergo quòd ipsa sit incorruptibilis & immortalis. ¶ Itē omne quod destruitur, aut destruitur separatione formæ à materia, aut à diuisione partiū integraliū, aut destructione subiecti seu deferentis, aut absentia causæ. Separatio nō formæ res destruitur dupliciter: aut diuisione formæ quæ nō manet separata, ut cū diuiditur anima rationalis à corpore, cū diuisio dicitur mors, uel diuisione formæ quæ non manet separata ut in extinctione ignis, & hæc diuisio uocatur propriè corruptio. Diuisione partiū integralium sit destructio, ut cū ligna & lapides destruiuntur, destruitur domus. Destructione uerò subiecti, ut destructo pariete destruitur pictura quæ erat in eo & quantitas. Destructione deferentis destruitur quod deferebatur: ut fracto uase effunditur liquor qui in eo erat. Ab-

sentia causæ sit destructio, ut sole substracto destruitur dies. Primo modo nō potest destrui anima rationalis: non est composita ex materia & forma, ut ostensum est prius, ubi destructus est error, qui ponit animas cū corporibus seminari: ergo non potest fieri in ea diuisio formæ à materia. Præterea si diceretur quod esset ex materia & forma composita, adhuc potest ostēdi, quod forma illius nō potest destrui, quia nō habet contrarium quo destruat. Anima enim potens est intelligere omnia, quod nō esset uerū, si aliquid esset ei contrarium. Anima enim non esset receptibilis illius nec similitudinis eius: ergo nō posset intelligere ipsum. Præterea uisus nullam formā uisibilem habet sibi contrariam: ergo nec intellectus aliquid quā formā intelligibilem habet sibi contrariā. ¶ Itē nō potest destrui anima rationalis destructione partiū integralium, cū simplex sit, & careat huiusmodi partibus. Itē destructione subiecti nō potest destrui: qui si poneretur eius subiectū, nō poneretur aliud quàm corpus: ipsa autē nō se habet ad corpus, ut accidens ad subiectū. Est enim perfecta substantia: receptibilis enim est secūdū se oppositorū manēs intransmutata secūdūm essentiā, quod propriū est perfectæ substantiæ. Si quis tamē obiciat de superficie quæ quantitas est, nō substantia, quæ tamen recipit

I
con

contrarios colores: Dicendū est quod ipsa non recipit colorem secundū se, sed secundum uirtutem subsistētem corporeæ substantiæ: sed anima rationalis secundum se receptibilis est oppositorū, nō secundū naturā corporis cui unita est, ut uirtuti & uitii scientiæ & ignorantia, & multorū aliorum, quæ cum sint spiritalia, non recipiūt in ea secundum naturam corporis. Itē potest destrui anima destructio ne deferentis, cum nō indigeat in deferenti, sicut liquor uase indiget quo contineatur. Item non potest destrui absentia causa, quia à prima causa immediata fuit, cuius absentia nihil destruitur, uel cuius præsentia semper adest omnibus, & nunquam est absens: quantum enim in se est, semper influit in creaturas esse & permanentiam: ergo anima rationalis nullo modo potest destrui, cum nullo prædictorum modorū destructibilis sit, nec alius modus destructionis possit inueniri. Item omne esse mortale paulatim debilitatur & deficit, donec ueniat ad ultimū defectum, qui est mors: uirtus autem intellectiua sua duratione inualefcit & proficit, ut quanto est antiquior, tanto sit ad intelligendum ualidior: ergo habet esse immortale. ¶ Item uirtus quæ non habet finem in operatione, non habet finē in tempore: uirtus uerò intellectiua nō habet finem in operatione:

nō enim determinata est ad intelligenda tot, quin adhuc plura possit intelligere: ergo non habet finem in tempore. Item uirtus corruptibilis læditur à uehementi subiecto, ut uisus à uehementi lucido: intellectiua autem non læditur à uehementi intelligibili, imò magis confortatur: ergo non est corruptibilis. Item ex conditione obieci cognoscitur conditio potentia, & ex conditione potentia conditio substantiæ: cum ergo obiectum uirtutis intellectiua sit uniuersale incorruptibile, uirtus intellectiua incorruptibilis est. ¶ Augustinus in lib. Solutiorum, sic probat immortalitatem anime: Omnis, inquit, substantia comprehensua ueritatis, in quantum est ueritas, est immortalis: sed anima rationalis est huiusmodi: ergo est immortalis. Veritatem hic intellige essentiam rei in quantum est abstracta à materia, & omnibus materialibus conditionibus, ut apprehenditur homo cum prædicatur de omnibus hominibus. ¶ Item omnis substantia cuius operatio non dependet à corpore, ipsa non dependet ex corpore: sed operatio substantia intellectiua nō depēdet ex corpore, scilicet intelligere: ergo nec substantia intellectiua depēdet ex corpore: ergo est separabilis à corpore, & potest uiuere sine eo. ¶ Itē uirtus cuius operatio impeditur à corpore, nō de-

peg

pendet à corpore: sed talis est uirtus intellectiua. Quāto enim corpori se plus immergit per solitudinem & amorē temporaliū delectationum: tanto intelligit obtusius & tardius. Quāto autē se elongauerit, tanto clarior & facilius: ergo ipsa nō dependet à corpore. Præterea si intellectus depēderet à corpore, sequeretur confortatio eius ad confortationē corporis, & debilitatio ad debilitationē. Aliter tamen est. Nam in senectute est corporis debilitatio, & intellectus confortatio. Sicut enim iuiores melius sentiūt, sic seniores melius intelligunt. Iob 12. In antiquis est sapiētia. Si quis tamen obiciat, quod intellectus uideatur dependere ex corpore, cum eius operatio impediatur ægritudine corporis, ut patet in phreneticis: Similiter intellectus sensu & imaginatione indiget, cum non fiat sine illis: Dicendum est, quod aliud est uirtutem impedi à læsione, aliud ex occupatione. Intellectus impeditur occupatione anime circa opus alterius uirtutis, sed nō læditur: ut uisus, uel auditus exterior occupans animā circa exteriora impedit ut illa hora nō uacet intellectiua operationi. Sic in laborantibus phrenesi, uel similibus passioibus, sunt sicut somnia fixa & adherentia propter infectiones difficile separabiles. Et quæ admodū somnia mentē tenent circa fantasmatā occupatā: sic illæ

alienationes operationem intellectus, mentem occupando expediunt. Expurgata autem hauiusmodi infectione, intellectus tanquam nihil passus læsionis ad proprias operationes reuertitur. Ad secundum dicendū, quod licet intellectus non fiat in nobis sine sensu & imaginatione: tamen est sine illis. Et ponit simile August. Ad portum nō deuenitur nisi per nauem, est tamē esse in portu sine nauis. Vel potest distingui duplex facies uirtutis intellectiua: inferior, & superior: quantum ad inferiorem, indiget intellectus sensu & imaginatione: quantum uerò ad superiorem, secundum quam est nobilis perfectio & potissima, intellectus nō indiget: illuminatur enim à prima ueritate. ¶ Itē potest ostendi quod anima rationalis non pereat cū corpore, multis aliis modis. Primo sic: Cū nullus motus naturæ sit frustra, omne quod naturaliter mouetur, non est naturali impossibilitate prohibitum à fine ad quē mouetur: ergo cū anima rationalis naturaliter appetat beatitudinem, non est impossibile ei assequi eam: sed impossibile est quod eam assequatur in bonis præsentis uitæ: ergo ipsa manet post præsentem uitam. Quod in bonis præsentis uitæ beatitudinem nō assequatur, sic potest ostendi: Possessores bonorum corporalium, aut amant ea, aut non amant. Si non amant, ergo

1 2 sunt

sunt eis oneri, & nō assequuntur felicitatem in eis. Si uerō amant ea, ergo sunt uniti eis per amorem, & sunt obnoxii omnibus passiōibus quibus illa subiacent. Amans enim necessariō cōpatitur amato propter unionem amoris, si passio rei amatae ad ipsum per apprehensionē peccauerit. Ergo nec in isto casu felicitatem in bonis istis assequitur. ¶ Item nobiliori uirtuti nobilior cōpetit perfectio. Ergo quum uires animae quibus homo antecellit bruta animalia; nobiliores sint uiribus illis quas communicat cum brutis, eis cōpetit perfectio nobilior. Ergo felicitas alia erit animae rationalis secundum uires illas nobiles, quam sit ea quae est secundum uires inferiores, quae est in bonis praesentis uitae. ¶ Praeterea quum nobilis pars animae habeat proprias suas operationes & propria gaudia, & propriam libertatem, & securitatē, habebit ipsa propriam felicitatem, nō in bonis corporalibus, cum ipsa separata sit à corpore, ut iam ostendetur: sed in bonis spiritualibus. ¶ Item quicquid est morti obnoxium, nō est beatum: ergo quum homo in praesenti uita subditus sit necessitati moriendi, in ea non est perfecte beatus. ¶ Item omnis uirtus omnino separata à corpore, nō est corruptibilis corruptiōe corporis: sed uires quae sunt propriae animae rationalis, intel-

ctus scilicet & uoluntas, omnino sunt separatae à corpore: ergo non sunt corruptibiles corruptione corporis. Maior multipliciter probatur. Primò uis unita corpori siue operans per organum, operatur secundum proprietatem & possibilitatem organi tantum: ut uisus non iudicat de sapore, uel sono, sed de colore, quia color pertinet ad naturam oculi. Nullum autē organum corporale possibilitatē habet ad incorporalia. Nulla ergo uis operans per organum corporale est cognitiua nisi corporaliū tantum. ¶ Praeterea operatio intellectus est per abstractionem à materia & materialibus conditionibus, sed omnis operatio est secundum naturam uirtutis à qua egreditur: ergo intellectus est abstractus à materia, & non habet organū corporale. ¶ Item nulla uirtus incorporata, id est, parti corporis determinata, siue operans per organum est cognitiua sui: non enim potest referri uel reflecti supra se: unde nec oculus se uidet, nec imaginatio se imaginatur: quum ergo intellectus se intelligat, non est incorporatus alicui, scilicet parti corporis determinatae unitus. ¶ Item quod cognoscitur est in cognoscente secundum naturam cognoscentis, & non secundum naturam agnoscentis; & non secundum naturam rei cognitae: & generaliter quod recipitur

in

in aliquo, est in recipiente secundum naturam recipientis. Quum ergo corporalia & materialia sint in intellectu, secundum modum immaterialē, scilicet denu data à materia & materialibus conditionibus, intellectus immaterialis est, & nō incorporatus alicui parti corporis. ¶ Itē quū uoluntas, quae est propria animae rationalis, libera sit, flexibilis, & ad ea quae sunt delectabilia corpori, & ad ea quae sunt corpori contraria, ut sunt macerationes carnis, & ipsa mors corporalis: manifestū est, quod uoluntas illa à corpore separata est, unde non est cum corpore corruptibilis. ¶ Item nō est necesse rectorem nauis mori, quū nauis dissipatur, nec milite occidi, quū equus cui infidet occidit, nec artificem perire, licet aliquod de instrumentis eius quo ad aliquā operationem ignobilem utitur, defecerit: sic nō est necesse, quod spiritus rationalis pereat, licet corpus, quod est eius organū quantum ad aliquas eius operatiōes minus nobiles pereat. ¶ Praeterea nihil creatū est propter ignobilis & uilius se: ergo anima rationalis non est principaliter creata propter operationes uirium quas habet cōmunes cum brutis, uel propter bona ista corporalia quia uiltiora sunt: ergo non est necesse eā perire, licet non possit exercere operationes illas minus nobiles circa bona ista corporalia. ¶ Item quum

anima rationalis nobilior sit quacumque creatura corporali, & Deus cōmunicauerit esse perpetua alicui creaturae corporali, ut corporibus caelestibus ipse communicauit illud etiā animae rationali. Item Deus quū communicauerit animae rationali intel ligere non solū creaturam corporalem, sed etiā creaturā spirituales, sed etiā creaturā spirituales, & ipsum creatore, ipse cōmunicauit ei esse perpetuū, quum capacitas Dei per intelligentiā longē melior sit perpetuitate essendi. ¶ Item quū dederit Deus creaturae rationali ut possit habere amicitia cū Deo, lex uerō amicitiae requirat bonorum cōmunionē: uerisimile est, quod cōmunicauerit ei immortalitatē. ¶ Praeterea quos fidelis amicus à morte amicū suū non seruet, si potestati habeat: ergo uerisimile est, quod Deus amicos suos seruet à morte qua omnino pereat. Mors corporalis amicorū Dei nō est mors: sed potius somnus uel transitus ad meliorem uitā. Io. 11. Lazarus amicus noster dormit. Et Matt. 22. Nō est Deus mortuorū, sed uiuentiū. ¶ Itē quae à solo Deo in esse producuntur, perpetua sunt, nisi sint accidentia uel formae depēdētes à materia: sed anima rationalis nō est accidens, nec forma dependens à materia: sed à solo Deo est per creationem, ut prius ostensum est: ergo ipsa habet esse perpetuum. Quod ipsa non sit accidens, sic probatur: Nullum acci-

dens nobilius est substantia: sed omne mouēs & regens substantiam est nobilius & actualius & uirtuosius substantia quā mouet & quam regit: ergo nullum tale est accidens: sed talis est anima rationalis: ergo ipsa nō est accidens. Quod uerō non sit forma à materia depēdens, prius ostensum est. ¶ Possumus etiā uti ad destructionē dicti erroris ostensione, qua usus est quidam religiofus contra philosophū quendam, qui negabat animā esse immortalem. Aut anima, inquit, est mortalis, aut immortalis. Si anima mortalis est, & credis eā esse immortalē, nullū tibi inde prouenit incommodum. Si autē immortalis est, & credis eam esse mortale, aliquod potest tibi inde uenire incommodū: ergo melius est ut anima credatur esse immortalis, q̄ mortalis. Quia secundum Sapientem, si propositis duobus istius sit consecutiū bonum, illius uerō malum: magis est eligendum cuius consecutiū est bonum, quā illud cuius consecutiū est malum. Et iuxta uerbum quod Tullius refert in lib. de Senectute, Catonē dixisse: Si anima mortalis est, qui credūt eam esse mortalem, non erunt post hanc uitam qui nos cōfundant de contraria opinione. Si uerō sit immortalis, nos qui sumus huius opinionis poterimus eos confundere qui cōtraria opinionis sunt. Et hæc contra dictū errorem sufficiant.

De errore negantium resurrectionem corporum.

CAP. XXII.

Sequitur de errore illorum qui negāt corporum resurrectionem. ¶ Ad destructionē uerō huius erroris, primo ponemus testimonia sacre scripturæ, deinde rationibus utemur. Legitur Exod. 3. Deus patrum nostrorum, Deus Abraham & Deus Isaac, & Iacob misit me ad uos. Quo uerbo utitur Dominus Matth. 12. ad probationē resurrectionis subdens: Non est, inquit, Deus mortuorū, sed uiuentium. Glo. probat per hoc animas post mortē permanere. Nō enim diceretur Deus non existentiū: & sic introducitur etiam corporū resurrectio, quæ cū animabus bona uel mala quæ gesserunt recipient. item Iob. 19. Scio quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surreturus sum. Et eiusdē 15. Lignū habet spem: si præcisum fuerit, rursum uirescit. Et Esa. 26. Viuet mortui tui. Et Ezechi. 27. Ecce ego intromittam in uos spiritū, & uiuetis. Dan. 12. Multi de his qui dormiunt in puluere terræ euigilabunt. Ionæ 3. Subleuabit de corruptione uitam. 2. Machabe. 7. Rex mundi defundos nos pro suis legibus in æternam uitæ retributionē suscitabit. Et in eodē: E cælo ista possideo, sed propter Dei leges hæc ipsa despicio: quoniam ab ipso me ea recepturum spero. Eiusdē 11.

Iustē

Iustē & religiose de resurrectione cogitans. Matth. ulti. Multa corpora mortuorū qui dormierāt, resurrexerūt. Io. 5. Procedēt qui bona fecerunt in resurrectionē uitæ. Eiusdē 11. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. 1. Corint. 6. Deus & Dominum suscitauit, & nos suscitabit per uirtutē suam. Eiusdē 15. Si resurrectio mortuorū non est, neq; Christus resurrexit. ibidem: Insuper quod tu feminas non uiuificatur, nisi prius moriatur. Item in eodem: Omnes quidem resurgemus. Itē: Oportet corruptibile hoc induere in corruptionem. Et 2. Corint. 4. Scientes quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum illo suscitabit. Ephes. 4. Donec occurramus omnes in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Philip. 3. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ &c. 1. Thessal. 3. Nolumus uos ignorare de dormientibus. Iac. 5. Aurum & argentū uestrum eruginauit, & erugo eorum in testimonium uobis erit, & manducabit carnes uestras sicut ignis. Erit ergo caro nostra in futuro. Act. 26. Quid incredibile iudicatur apud uos, si Deus mortuos suscitaret? Rationibus sic potest corporū resurrectio suaderi. Omnem iustitiā iudicis iusti in cuius terra multa sunt digna præmio & supplicio, quem nec fallit ignorantia, nec prohibet impotentia, necesse esse quan-

doque cōuerti in iudicium: sed talis iudex Deus est: ergo eius iustitia quandoq; cōuertetur in iudicium. Sed hoc nō fit in præsentu uniuersaliter, quū mali floreat, & boni opprimantur: fiet ergo in futuro, & reddet Deus unicuiq; prout meruerit. Ergo hominibus qui sibi seruiuerunt, mercedē reddet, quod fieri nō potest nisi ipsi resurgāt. Tali argumento usus est Barnabas ad probandam resurrectionē philosophis qui erant Rome: ut legitur in libro Clementis. Iustum est, inquit, quemlibet seruientem alicui remunerari, & inde ut prius. ¶ Si quis tamen dicat homines posse remunerari in animabus sine corporū resurrectione, non ualet responsio. Quum enim anima sine corpore homo nō sit, nec remuneratio animæ sine corpore est remuneratio hominis. Præterea cū homo seruiet Deo & corporalibus operibus, & spiritualibus, & nō minus Deus sit liberalis remunerandō, quā homo seruiendo, utroque modo & in corpore & in anima debet remunerari. Itē similitum meritōrum apud eundē iudicem similis debet esse remuneratio. Ergo cum Christus seruiendo patri in corpore & anima remunerari: alii similiter Deo seruientes similem remuneratiōem merentur. 1. Cor. decimo quinto: Si resurrectio mortuorum non

l 4 est,

est, neque Christus resurrexit. Item in Psal. Nunquid enim uanè constituisti omnes filios hominum? Vanè siue frustra sunt constituti, si participes nō sunt beatitudinis, si moriuntur non resurrecturi. Præterea si corpus animæ compatitur: quare non conregnabit & glorificabitur? Item quū anima naturaliter appetat esse in corpore qđ ostendit, dolor qui in separatione & omnis appetitus naturalis in perfecta anime beatitudine debeat impleri, corpus tradet ei, sine quo appetitus eius naturalis nō impleteretur. Præterea quū constat animæ perpetuè nō sufficere organū, necessario corrumpibile ex prima ordinatione corpus humanum nō fuit tale: ergo quū per Christum restauratio perfecta fiat, perpetuū corpus animæ tradetur: fiet ergo resurrectio corporū. ¶ Itē quum aliquę actiones corporales sint meritoria, ut opera misericordia, de quibus legitur Matt. 25. caro sicut socia animæ est in merito: sic socia debet esse eius in præmio: & ex quo parte prætii soluit, partem debet habere lucri: quod nō erit, nisi caro resurgat, ergo ipsa resurget. Item corpus humanū finis est cæterorum corporū: ergo quum inter cætera corpora quædā habeant esse perpetuum, corpus humanū habiturum est esse perpetuum. Finis enim melior est his quæ sunt ad finem, quod autem est

diuturnius, melius est. Item corpora quę habent esse perpetuū, habent illud ex Dei bonitate, & ad creaturæ utilitatem, non ad utilitatem Dei, quū ipse bonorum nostrorū non egeat nec ad utilitatem creaturæ purę corporalis, quum illa nullius boni sit perceptiua. Item non principali ter ad utilitatem creaturæ purę spiritualis, cū illa creatura corporali non egeat: ergo ad utilitatem creaturę partim spirituales & partim corporales, quę nō uidentur esse nisi homo. Si uerō aliquę creaturę corporales propter hominem habent esse perpetuum: multo fortius homo habiturus est esse perpetuū. Item aut corpus humanū se habet solum ad animam ut organū ad tempus necessarium, aut non. Si primo modo, quæ causa est, qđ anima tantū doleat, quum illud organum graue & onerosum separetur ab ea quod nō est amplius ei necessariū? quis sapiens doleat cum à nauī exit ad portū securum? Si uerō non se habet ut organum solum, sed ut materia cum qua anima perficit speciem unam rerū & creaturā nobilissimam: cū creaturæ minus nobiles esse perpetuū habeant, homo etiā esse perpetuum habiturus est. Item quū anima rationalis habeat aliquas uires quæ sine corpore non possunt perfici, ut prius ostēsum est: aut ipsa non perficietur omnino in futuro, aut corpusei iterū unetur.

tur. ¶ Item duæ causę unionis animæ ad corpus assignantur à Gregorio Nazianzeno: una, ut per agones certaminum quæ ei insunt aduersus terrena, cęlestis glorię hereditatem acquirat, & sicut aurum igne præsentis uitę erumnarum probetur examine. Alia causa est, ut hanc deteriorē naturam corporis secum trahat ac sursum supernis sedibus collocet: unde una causa unionis eius est bonū animæ, alia bonū corporis: utraq; autem causa requirit ut corpus resurgat. De prima patet. Iustum est enim ut caro quæ fuit socia in certamine, socia etiam sit in gloria. De secunda idem manifestum est.

De errore illo qui dicit unumquemque posse saluari in sua fide uel lege. c. a. p. x x i i i.

Sequitur de errore illo, qui sponit unumquemque saluari in sua fide uel lege, ex quo credit eam esse bonam & Deo placentem. Cui errori occasionem dedit quoddam cogitauerunt tantam paucitatem esse saluatorum, si soli Christiani boni saluarentur. Dixerūt enim: Quum Deus nō sit minus pronus ad miserandum quàm ad puniendū, quomodo tā pauci saluabuntur, scilicet Christiani, & illi nō omnes, sed solum boni, qui pauci sunt respectu malorū? Multitudo etiā Iudæorum & gentiliū damnabitur: quare ergo Dei misericordia tantam multitudinem creatur, quum præuideret eam dam-

nandam? ¶ Et dicendum est contra huiusmodi errorem, qđ non est mirum, si pauci sint saluandi comparatione eorum qui sunt damnandi: uiliorū enim semper est maior multitudo, quàm pretiosiorū: ut ferri & plumbi, quàm auri & argenti: & lapidū communium, quàm gemmarū: & quercuum, quàm cedrorū uel palmarum. Et maior est aceruus paleę quàm grani, & maior numerus stultorū quàm sapientū. Eccle. 1. Stultorū infinitus est numerus. Sic multi sunt uocati, pauci uerō electi. Matt. 20. Præterea quū in tanta multitudine hominum pauci sunt reges temporales: quid mirum si pauci habituri sunt regnum cęlesti? Item quum pauci ad regnum cęlorum uenire current: quid mirum si pauci perueniant, si peruenire nolunt? Item quid mirū si pauciores ascēdant in cęlū, quàm descēdant in infernum, cum facilius sit descēdere quàm ascēdere? Et sic pauciores intrant per angustā portā paradisi, quàm per latā portā inferni. Mat. 7. Intrate per angustam portā: quia lata est porta & spatiosa uia quę ducit ad perditionē, & multi sunt qui intrant per eā.

Quod angusta porta & arcta uia quę ducit ad uitam, et pauci sunt qui inueniunt eam.

FALSITAS dicti erroris, sic potest manifestari. Si aliquis uolens corporaliter ambulare, nollet

nollet prouidere uitæ pericula cum posset, sed oculis clausis aut auersis à uia uellet incedere, merito imputaretur sibi si quid ei mali ex hoc accideret. Item si quis uellet ire ad aliquè locum uiam ignoras, & peritum habens qui uiam ostenderet, & ducatum preberet, & nollet sibi uiam ostendi uel ducatum preberri: merito imputaretur ei si quid mali ei ex hoc accideret. Hæc duo cuiuslibet animus bene dispositus audita approbat: ergo cum pericula spiritualia magis sint periculosa, & ideo magis cauenda: si quis circa illa negligens fuerit preuidenda uel precauenda merito ei imputabitur, cū periculum ceciderit ex negligentia quærendi uia ueritatis & salutis, uel ductu propriæ rationis, uel quærendo ab alio quem circa eā credit esse adeo instructum, uel implorādo diuinū auxilium, cū aliud cōsiliū ei desit, negligentia est culpabilis & damnatione digna. Vnde de illo qui ignorans est ex negligentia humilimodi, uerū est illud 1. Corin. 14. Ignorās ignorabitur. David: Noluit intelligere ut bene ageret, sed noluit: itaq; ueniam non habet. Ambrosius: Qui posent scire si uellent studiū adhibere, non nescientes se contemptores iudicabuntur. Si uero aliquis seductor sub pretextu catholici doctoris alicui simplici errorem prædicet, piè creden-

dum est, q̄ Deus cor simpliciter avertet, ne ille errori sibi periculoso credat, nisi negligentia eius uel alia culpa obsistat: custodit enim Deus omnes diligētes se, ut legitur in Psal. Et prouerb. 2. Custodiet rectorum salutem & proteget simpliciter gradiētes. Idem intelligendū est in illo casu in quo aliquis inuenit doctores contrarios, unum fidelem & alium infidelem: nec sufficit ex proprio sensu, uel ex dictis eorum, uel ex uita discernere cui potius credendum sit. Dei enim misericordia ei non deerit, nisi in pulsando ad eam negligens fuerit. Infideles uero negligētes ualde sunt, & inuestigando per se ipsos salubrem ueritatē, & inquirendo ab aliis, & implorādo diuinum auxiliū, & in faciendo ueritatem quam ipsi nouerunt. Qui uero negligit facere bonū quod nouit faciendū, non meretur accipere notitiā faciendi id quod nondum nouit. Qui uero in talento intellectus quod iam accepit fideliter negotiatur, dignus est ut talēto eius addatur. Mat. 25. ¶ Si uerū esset quod ponit qui sunt prædicti erroris, nihil esset uirtus uel uitium simpliciter. Credenti enim de uirtute, q̄ esset uitium, uitiosum esset agere secundū uirtutem. Et credenti de uitio q̄ esset uirtus, esset uirtuosum agere secundum uitium. Secundum hoc idem ualeret error erranti, quod ueritas eam cognoscenti. ¶ Quædam

utilia

utilia ad destructionem dicti erroris, require supra in capit. ubi ostensum est, quod unica sit fides uera. ¶ In hoc uero q̄ Deus creauit tantam multitudinem hominum, quā prouidebat esse damnandā, mirari debeo diuitias bonitatis Dei, quæ tantæ multitudini tot & tāta dedit bona, quum tamen prouideret eos futuros ingratos. Mireris etiam peruersitatem hominū, qui largitorem omniū bonorū donis eius impugnant. Nec solum ad Dei misericordiā debes habere oculum, sed etiam ad Dei iustitiam quæ nō minor est quā misericordia, quæ illos quos misericordia creat, pascit, & regit, & seruat, ingratos de acceptis beneficiis merito damnat. Quid mirum si iustitia peccatoribus reddit, quod meruerunt? Nemo miratur de hoc q̄ ignis calefacit uel sol illuminat, uel Dei misericordia bonis beneficia tribuit: sic mirari nō debes, si iustitia Dei eos qui rebelles sunt Deo, punit. Non miratur aliquis, si quod seminat aliquis, hoc metat: sic mirandū non est, si peccatores mala metant quæ semināt. Eccl. 7. Noli facere mala, & nō te apprehendent. Et iterum: Non semines mala in sulcis inuistitæ, & non metes ea in septuplum. Galat. 5. Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Augustinus: Dicit aliquis: si Deus uellet, isti boni essent: sed melius uoluit, ut quod uellent

essent: si boni, non infructuose: si mali, non impune. Ecclesi. 11. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui. Et paulo post: Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod uolueris porrigere manum tuam: ante hominem uita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Mirari etiam debes sapientiam & bonitatem Dei, qui pœnis maiorum utitur ad bonum electorum. Inestimabile enim gaudium erit electis in futuro, cum perfecte agnoscent pulchritudinem diuinæ iustitiæ: quā tanto plus amabunt, quanto amplius agnoscent, & tāto amplius gaudebunt, quanto amplius agnoscent & amabunt. Psal. Letabitur iustus cum uiderit uindictam. Item: Misericordiā & iudicium cantabo tibi Domine. Duplex erit materia cantus saluatis, scilicet misericordia electorum, et iudicium reprobatorum. Gregorius: Omnipotens Deus quia pius est, miserorū cruciatu non pascitur: quia autem iustus est, ab iniquorum ultione in perpetuum non sedatur. Sed iniqui omnes æterno supplicio deputati, sua quidem iniquitate puniuntur, & tamen ad aliquod ardebunt: scilicet ut iusti omnes & in Deo uideāt gaudia quæ percipiunt, & in illis respiciāt supplicia quæ euaserūt: quatenus tāto magis in æternum diuinę gratiæ debitores se esse cognoscant, quanti

quanto in æternum mala puniri conspiciunt quæ eius adiutorio uicerunt.

De errore illorum, qui dicunt animas in mortali peccato decedentes non puniri æternaliter. CAP. XXI. III.

Sedicunt animas, quæ in peccato mortali decedunt, non puniendas æternaliter. Qui error ualde periculosus est: funditus enim destruit sapiëntiam, & bonitatem in cordibus hominum, cum euacuet timorem Domini, quod est principium sapientiæ. Pro uerb. 1. Et sine quo non est iustificatio. Eccles. 1. Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Error iste dum impunitatem hominibus promittit, pronitatem ad peccandum in eis efficit. Impunitas enim est nutritrix transgressionum: ut ait Bernar. Huic errori occasionem dare potuit illud Matth. 7. In qua mensura mæsi fueritis, remetietur uobis. & illud Apoc. 18. Quântum glorificauit se & in deliciis fuit: tantum date ei tormentum & luctum. Nō esset, inquit, mæsuræ pœnæ secundum mensuram culpæ, si peccato momentaneo pœna æterna redderetur. Sed uerba prædicta sic intelligenda sunt, ut fiat cõparatio in genere, ut quod multum peccauit, multum puniatur, & quod minus peccauit, minus, & quod amplius, amplius: non quod sit necesse pœnam esse æqualem culpæ

secundum durationem, imò pœna quantum ad durationem multo maior potest esse, quam culpa. Sicut multipliciter potest ostendi. Et primo per pœnas ab humano iure postas, quæ multo amplius durant, quam peccata, pro quibus inflicta sunt, durauerunt. Aug. 21. li. De ciuitate Dei: Octo genera pœnarum in legibus esse scribit Tullius, damnus, uincula, uerbera, talionem, ignominiam, exilium, mortem, seruitutem. Quid horum est quod in breue tempus per cuiuslibet peccati celeritate coercetur, ut tanta uindictur morula, quanta deprehenditur perpetratum, nisi forte talio? Demum bellum acgrit perpetua feruitute. Præterea cum perpetratio peccati uulneratio spiritus sit, quod mirum si à uulneratione breuissimi temporis relinquatur uulnus multæ duratiōis, aut etiam mors, à qua non est regressus ad uitam miraculose? Item cum perpetratio peccati casus sit in profundum: quid mirum si casus iste breuissimo tempore fiat, & tamen qui sic cecidit in profundo multo tempore maneat? Itē cum perpetratio peccati transgressio sit legis, non est mirum, si mutilatio, quæ perpetua est, naturaliter pro illa infligatur, cum etiam perpetratio peccati ligatio sit peccatis, secundum illud Prouerb. 5. Funibus peccatorum suorum quisque constringitur: non est mirum si ille qui ligatus est breui tempore diu ligatus maneat. Itē cum peccator

cator

ator breui uoluptate se uēdat: quid mirum si emptori eius acquiratur ius perpetuum? Præterea cum non minor sit Dei iustitia quam misericordia, nec minus sit æternæ: quare miratur quod Dei iustitia æternaliter puniat malos, & non miratur quod Dei misericordia æternaliter remunerat bonos, cum parium causarum pares soleat esse effectus? Præterea per se notum est, quod qui addit super peccatum suum contumaciam, seu impœnitentiam, auget meritum & pœnam, & quantum durat iniuria, debet durare & pœna: quæ ergo existēs in inferno addit super peccatum suum contumaciam uel impœnitentiam (nulla enim uera pœnitentia uel emendatio est apud inferos) & tandiu durat Dei iniuria, quantum ei non emendatur: merito durabit semper ipsius pœna. Præterea peccator peccauit in suo æterno usque ad mortem in peccato perseverando, ideo merito punietur in æterno Dei. Pet. 4. lib. Dialog. Scire uelim quomodo iustus sit, ut culpa quæ cum sine perpetrata est, sine fine puniatur. Greg. Hoc recte dicitur, si districtus iudex non corda hominum, sed facta pensaret. Iniqui enim ideo cum sine deliquerunt, quia cum sine uixerunt. Nā uoluisse utique, si potuissent, sine fine uiuere, ut potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim, quod in peccato semper uiuere cupiunt, quod nunquam desinunt peccare dum

uiuunt. Ad magnam ergo iudicatis iustitiam pertinet, ut illi nunquam careant supplicio, qui in hac uita nunquam uoluerunt carere peccato. Aug. Quia æterna habere uoluit peccati pfruituionem, æternam inueniet uindictam feueritatem. Item maculatio imaginis diuinæ semper manebit in anima damnati: unde cum peccatum quantum ad maculam semper maneat, pœna peccati merito semper manebit. Aug. Merito in cœlesti ciuitate imaginem ipsorum ad nihilum rediget Deus, quod in sua terrestri ciuitate imaginem ipsius ad nihilum redegerunt. Itē quanto minus bonum est Deo quod ei præferatur, tanto maior ei contumelia infertur. Cum ergo omne quod est uel esse potest, in infinitum minus bonum sit, Deo quicquid ei præferatur, infinita contumelia infertur ei: omni autem mortali peccato aliquid ei præferatur. Peccare enim est, secundum Augustinum, spreto incommutabili bono bonis commutabilibus adherere. Omni ergo mortali peccato infertur Deo infinita contumelia: merito ergo à Deo pro quolibet mortali infertur infinita pœna. Itē si quis peccaret in aliquem æqualem sibi, aliquantum peccaret in eum: & si simile peccatum committeret in maiorem, magis peccaret, ut si in sacerdotem: & si in maiore sacerdote, ut in episcopo, & tunc magis peccaret: ergo si peccat in Deum, quod in infinitum maior est, quod

quolibet puro homine, in infinito magis peccat. Cum ergo infinitum sit peccatū in quo quis contemnit Deū, meritō infinita pœna ei debetur. Itē obligationes & trāsgressiōes proportionales sunt: q̄ enim æqualiter tenentur ad aliquid faciendū, æqualiter peccant non faciēdo illud: sed obligatio qua quis tenetur Deo obedire & seruire, infinita est: ergo culpa trāsgressiōis est infinita. Quōd obligatio sit infinita, sic p̄batur: Nō est possibile q̄ creatura rationalis liberet se à debito obediedū uel feruiedū Deo: cum ergo obligatio illa sit intransibilis, infinita est. ¶ Præterea si quis dedisset mille marcas gratis alicui, aliquantulū esset obligat⁹ ei: ergo cum solus oculus uel lingua in infinito pretiosior sit mille marcis auri, in infinitum magis obligatus est homo Deo ratioē solius oculi uel linguæ, quā esset ratione totius corporis, & quid de illa quæ est ratione animæ, quæ in infinitū est melior corpore? Patet ergo q̄ obligatio obediēdi uel seruiedū Deo infinita est. Item si anima rationalis non deberet durare nisi per diem unam, tamē esset obligata Deo ratioē diurnæ uitæ aliquāta obligatiōe: & si p̄ duas dies, ratioē uitæ duorum dierū esset obligata duplo maiori: & sic ascendēdo. Ergo ratione infiniti

tæ uitæ obligata est Deo obligatiōe in infinitū maiori. Quā ergo obligatio infinita sit, culpa trāsgressiōis est infinita: & ideo meritō debet ei infinita pœna. Item quum opera Dei uniuersa cōpleta sint, opera iustitiæ eius diminutionem non habebunt: & sicut retributiones eius perpetuæ erunt, ita & uindictæ & pœnæ perpetuæ erunt. Præterea quum mala merita oīno nostra sint, bona uerō merita ferē oīno sint Dei, magis debentur nobis de iustitia pœnæ malorum meritorum, quā bonorū præmia: ergo magis sumus puniendi de iustitia pro malis meritis, quā remunerādi pro bonis. Si ergo æternaliter p̄ bonis aliq̄s est remunerandus, æternaliter p̄ malis erit aliquis puniendus. Item p̄portionalia sunt peccata pœnis: si ergo non est comparatio peccati ad peccatū, non erit cōparatio pœnæ ad pœnam. Cum ergo nō sit comparatio peccati eius qui furatus est ouē, & peccati eius qui occidit hominem innocētē, nō erit cōparatio pœnæ ad pœnā: ergo si pœna primi peccati est tēporalis, pœna secūdi erit perpetua: ergo Deus aliquos perpetuō punit. Si fortē ad hoc dicatur q̄ licet possibile sit aliquā mereri pœnā æternā: tamen clementia Dei non sustineret eum puniri tanta pœna: Querimus ab eo, utrū sustineret Deus eū puniri aliqua pœna, uel nulla? Si nulla, euacuat

Dei

Dei iustitia. Si aliqua, ergo uel tēporali uel æterna. Si æterna, habeo propositum. Si temporalis, quum pœna temporalis comparatiōe æternæ minus sit quā lenatio unius festucæ de terra, respectu excoriatiōis uel detritiōnis capitis. Sicut index deridendus esset, si cū qui merisset excoriatiōe uel capitis detritiōnem, puniret lenatione festucæ de terra: sic ridiculosa esse uideretur Dei iustitia, si debitorem pœnæ æternæ puniret sola pœna temporalis: unde adhuc euacuetur Dei iustitia. Itē legitur Esaiæ ult. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum nō extinguetur. Hieronymus: Ignis ille tandiu succenditur, quandiu habet materiā qua uorax flāma pascatur. Materia ista mala uoluntas est quæ semper uiuet in dānatis: ideo ignis ille nunquam extinguetur. Aug. Voluntas punitur siue supplicio animi, siue corporis, ut quæ delectatur in peccatis, ipsa plectatur in pœnis. Io. 20. Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur. Gl. Cuius uita mortua fuit in culpa, eius mors uiuet in pœna. Itē nō cōsumetur in morte: sed ut sine fine crucietur, uiuere sine fine compellitur. In Psal. Mors depascet eos. Gl. Hoc dicitur à simili iumentorum, quæ non radicitus herbas uellūt, sed summitates capiunt: unde iterū herbæ nascuntur ad pascum. Sic & illi morte repasti reuiuiscūt,

quia non deficiunt. Greg. Mor-te immortalī morientur impij. Bernar. in Epistolis: Ob hoc inflexibilis & obstinatæ mētis punietur æternaliter malum, licet temporaliter perpetratum: quia quod breue fuit tēpore uel opere, longum esse constat in pertinaci uoluntate. Autoritates Noui Testamenti quæ pœnarū æternitatem ostendunt, require supra in ca. ubi destruitur error eorum qui ponunt animas non esse in corporib⁹ humanis, sed dæmones inclusos, ut ibi agant pœnitentiā. ¶ Item meritō pœna æterna puniētur, qui gloria æterna à malo reuocari noluerunt. ¶ Item quum Bonitas Dei summē odiat malum, sicut summē diligit bonum: ipsa æternaliter puniet malū, sicut æternaliter remunerabit bonum. Item in præsentī tempus est operandi: in futuro uerō non erit tempus operādi, sed pro opere factō hic mercedē recipiendi. Eccl. 19. Quodcunque potest manus tua, instāter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sciētia, nec sapientia erūt apud inferos quō tu properas. Non metet ibi aliquis quod hic nō seminauit: ergo q̄ malē uixit hic, & in malitia uitam finiuit, non saluabitur. Matth. 7. Nunquid colligit de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic ex malitia uitæ quæ hic aliquis habuit, non colligit ibi dulcedinē præmii. Merita etiā ibi mutari non poterunt. Eccl. 11.

II. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonē, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. **Greg. 4. libr. Dialo. Qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio præsentatur.** Et ut breuiter dicamus, uita præsens disponit de futura: unde quū futura uita sit sine fine, eò quòd animæ sint immortales: præsens uita præparat futuræ uel miseriam sine fine, uel felicitatem sine fine.

De errore ponentium animas in charitate decedentes, nulla pœna purgatoria puniri. Et primo de errore illorum qui dicunt nullum peccatum esse ueniale. CAP. XXV.

Sequitur de errore illo quod ponit animas eorū qui in charitate decedūt, nulla pœna purgatoria in futuro puniendas. ¶ Qui error habet tres errores sibi annexos. Primus est, quod nullū peccatū est ueniale. Secundus est, quod quā dimittit culpa, dimittit & pœna: quòd si decedat, nulla pœna purgatoria puniet. Tertius, quòd suffragia ecclesiæ non proficiunt mortuis. ¶ Circa primū errorem notādum est, quòd qui sunt illius erroris, non sentiunt de Dño in bonitate, cum credāt eum pro quacūque offensa seruis suis irasci ad mortem. Dicūt enim omne peccatū esse mortale. Et est error iste improbabilissimus. Non enim est uerisimile, quod pater misericordiarū pro quacūque offensa filios suos exheredet. ¶ Item uerisimile est

quòd sicut habet gladium mortis æternæ, quo uirit in seruos maleuolos pro magnis offensis: sic habeat uirgam correctionis uel purgationis transitoria, qua pro leuibus offensis utatur in filios suos. Et sicuti non omnis infirmitas uel uulnus corporale ad mortē est: sic nec omnis infirmitas spiritalis mortalis est. Item sicut non omnis casus corporalis est ad contractionē colli, ita nec omnis casus spiritalis ad mortem est. Prouerborū 24. Septies in die cadet iustus, & resurget. Poëta: Qui cadit in plano, tamē hoc uix uenit unquam: Sic cadit, ut tracta surge. re possit humo. Non proiciuntur uasa pretiosa omnino pro quacūque inquinatiōe, sed purgantur. Sic nec animæ. Et si in morte in aliqua immūditia inueniuntur: non tamen pro quacūque dānantur. Item si omne peccatum mortale est, cum omne dictum, uel factum, uel concupitum contra legem Dei, erit peccatum mortale: ergo ieiunare uel eleemosynam dare propter inanem gloriam, erit mortale peccatum. Et breuiter quum aliquid fiet, de quo lex Dei dicit ne fiat, erit mortale peccatum: quod si uerum est, nullus erit sine mortali peccato. Item quum opus uirtutis sit, immediatē opus uitii seu peccatū erit, quod erit in superfluitate

te uel diminutiōe: si uerò omne tale opus est mortale peccatū, ergo quicunque in cibo excedet & potu, mortaliter peccabit. Item quum malum sit priuatio modi, uel spei, uel ordinis, omne opus quod erit priuatum modo seu mensura debita, erit mortale peccatū, peccatū enim & mortale peccatū cōuertibilia sunt, secundū hunc errorē. Ergo quicūque nimis amat filios suos, mortaliter peccat. Itē cum dice realicui conuitium subito ante perfectā deliberationē rationis mali sit: sic erit similiter mortale peccatū. Et idem erit in aliis operibus prohibitis, quòd ante perfectam rationis deliberationem mortalia peccata erunt. Et secundū hoc nullus est in præfenti uita qui uniuersaliter caueat a mortali peccato. Præterea in multis locis loquitur Sacra scriptura de peccato, quæ non possunt intelligi de illo mortali. Et expli causa de paucis tan gemus. Legitur Prouerb. 10. In multiloquio non deerit peccatū: non potest hoc intelligi de mortali peccato: quia multoties est multiloquium sine mortali. Itē Eccl. 11. Si diues fueris, non eris immunis à delicto. Et Matth. 12. de omni uerbo otioso quod locuti fuerint homines, reddet rationē de eo in die iudicii: ergo omne uerbum otiosum peccatum est: sed non omne uerbum otiosum est mortale peccatum: ergo aliquod peccatū est ueniale. Item

1. Cor. 3. Fundamentū aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamentū hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam: uniuscuiusque opus manifestum erit: dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur. Ligna, fœnū, stipula, uenialia grossiora uel leuiora intelliguntur: sicut patet ex his quæ sequuntur. Uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus māserit, quod superædificauerit, mercedē accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentū patietur: ipse autem saluus erit, sic tamē quasi per ignem. Itē legitur 1. Ioā. 1. Si dixerimus quoniam peccatū non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. De mortali peccato non uidetur hoc posse intelligi, cum illud non sit in aſinicijs Dei. Item eiusdē distinguit Iohānes peccatū ad mortē, & peccatū non ad mortē. Est ergo aliquod peccatū mortale, & aliquod quod non est mortale. Item in Psal. Omnis homo mendax, quod mēdaciū mortale intelligi non potest. Et Eccl. 7. De negligentia tua purga te cum paucis. *De errore ponentium, quòd quando dimittitur culpa, dimittitur & pœna, propter quod non oportet purgari.*

CAP. XXVI.

Circa secundum errorē notandū quòd error iste ualde

de periculofus est, quum occasione det peccatoribus ad Deū tardius convertēdi; Facit enim parīs cōditionis quantū ad impunitatem eos qui conuertuntur in fine uitæ suæ, & eos qui conuertuntur in iuuentute: nulla enim pœna fecitūm eos utriq; post mortē punientur. Error iste ualde est improbabilis. Si enim sacramentum pœnitentiæ delet uniuersaliter culpam & pœnā, sicut sacramentum baptismi: sic sacramentum baptismi non iteratur, ne facilitas ueniæ hominēs faciliores faciat ad peccandum: sic sacramentū pœnitentiæ non debet iterari. Item ad quid monet Euangelium ad faciendum dignum fructum pœnitentiæ, Matth. 3. si quum aliquis pœniter, uniuersaliter dimittitur ei pœna sicut & culpa? Pœnitentiā dum aliquis est in mortali, non est meritoria: postquam mortale dimissum est, nō uidetur esse necessaria, quantum ad solutiōnem à pœnā: quum iam ille qui peccauerat, secundum eos, nullius pœnæ sit debitor: quare ergo tantum scriptura sacra monet ad pœnitentiā? Item quæ causa est, quōd his qui magis peccauerunt, maior pœnitentiā iniungatur, si tota culpa cū tota pœna dimissa est? Item constat quōd apti qui patres multa pœna puniti sunt, & in exilio huius mundi, & etiam post mortē, licet culpa mortalis esset eis dimissa. Fuerunt enim in inferno,

donec Christus eduxit eos: scilicet dum illud Osee 13. Morsus tuus ero inferne. Actū. 2. Quem Dominus suscitauit solutus doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat illum teneri ab eo. Et Apocaly. 1. Fui mortuus, & ecce sum uiuens in secula seculorū, & habeo clauēs mortis & inferni. Et ad Coloss. 2. Delens quod aduersus nos erat chirographū decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci, expoliens principatus & potestates tradidit confidenter. Et in Psal. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Si illi debitores fuerunt pœnæ post dimissionē culpæ: uidetur quōd nō semper dimittatur tota pœna. ¶ Præterea si hoc esset, uideretur euacuari iustitia Dei, & esse dedecus culpæ sine decore debitæ uindictæ. Item pœna proportionalis est culpæ: sed cum peccator non imponit finem culpæ suæ, debetur ei pœna infinita. & acerbior secundū quod culpa maior fuerit: ergo cum peccator pœnitēdo imponit finem culpæ, debetur ei pœna finita & transitoria, & maior uel minor secundum quod culpa maior uel minor fuerit. Præterea cum Deus pater potius uoluerit quōd proprius filius pœnā transitoria pro genere humano solueret, quam quōd ipse eā remitteret, non est uerisimile, quōd ita de facili pœnā peccatoribus remittat: quin saltem

saltem pœna transitoria eos puniat. Bernardus: Qui non parcat filio, nunquid parcat figmento? nunquid parcat seruo nequam? Si forte dicatur quōd pœnitentes de peccatis in præfenti puniendi sunt in futuro: non ergo Dei misericordia magis propitia erit his qui differunt conuersionem suam usque in finem uitæ, quā his qui in iuuentute conuertuntur: cum à primis pœnam non exigat, & ab aliis exigat: & sic benignior erit Deus in contemptores benignitatis suæ, quā in alios. Rom. 2. An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contēnis? ¶ Falsitas huius erroris aperte apparet ex illo uerbo 1. Cor. 2. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit: sic tamē quasi per ignē: ergo aliqui saluandi in futuro puniuntur. Præterea nōne aliquis decedere potest eū nimio amore filiorū uel præfentis uitæ inuitus moriens, quē mors nō uidetur purgare cū eam uolēs nō recipiat, q̄ necessariō post mortem purgabitur, & sic purgatus saluabitur? In Psal. Transiimus per ignem & aquam. & induxisti nos in refrigerium.

De errore penitentium quod suffragia Ecclesie non prosunt defunctis. CAP. XXVII.

Circa tertium errorem, qui ponit suffragia Ecclesie nō prodesse mortuis, notādū quōd ualde detestabilis est, cum in

mortuos seuiat. Quātum enim in se est, succursum Ecclesie auferat mortuis qui igne purgatorio cruciantur. Ipse facit contra illud Ecclesi. 7. Mortuo ne prohibeas gratiam. Si peccaret qui prohiberet elemosynam dari ei, quem crederet esse indigentem, uel etiā de quo dubitaret utrū esset indigens: multo fortius peccant isti qui impediunt ne subueniatur eis qui igne cruciantur. Prouerb. 3. Noli prohibere benefacere eū qui potest: si uales, & ipse benefac. Falsitas huius erroris in parte apparere potest ex prædictis, cum prius ostensum sit aliquem posse decedere cum uenialibus, & cum debito pœnæ transitoria pro mortali: quia uerisimile est quōd Ecclesia pœnam illā possit soluere pro illis qui decesserunt exēplo capitis sui, scilicet Christi, qui peccata nostra tulit super lignum, 1. Pet. 2. Galat. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Item cum ad preces sanctorū aliquibus det Deus gratiam, & remittat pœnam æternā, uerisimile est q̄ ad preces eorum remittat pœnam purgatoria. Item ad lacrymas Mariæ & Marthæ suscitauit Iesus Lazarum. Io. 11. Et ad preces Petri suscitatur Thabita à morte. Actū. 9. Ergo ad orationes sanctorū remittitur pœna purgatoria mortuis. Ad idem facit quod legitur 2. Machabe. 12. Sancta & salubris est cogitatio

pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. Et 1. Corinth. 15. Si mortui nō resurgunt, quid facient qui baptizantur pro mortuis? Si omnino nō resurgūt, ut quid baptizantur pro illis? Baptizari pro mortuis est facere opera quæ habet purgare. Et 1. Ioan. 1. Qui scit fratrem suum peccare peccatū nō ad mortem, petat & dabitur ei uita peccanti peccatum nō ad mortē. Est peccatū ad mortē, nō pro illo dico ut roget quis. Cū pro peccatis maximis ueniētū rogādum sit, ut Stephanus rogauit pro lapidatoribus suis, & Christus pro crucifixoribus suis; nō uidetur intelligēdum esse de oratione pro uiuis, quod dicit Ioan. Non pro illo dico ut roget quis, sed pro mortuis. Pro defunctis in mortali non est orandum ut saluentur: sed pro defunctis in ueniali. Vnde super illud; Est peccatum ad mortem, non pro illo &c. dicit interli. Qui in hac uita non corrigitur, post mortē eius frustra uenia postulatur. Itē Iacob. ult. Orate pro inimicem ut saluemini; multum enim ualet deprecatio iusti assidua: cū oratio effusa in terra in cælo poneretur, iuxta uerbū Gregorij, eodē modo & in purgatorio operabitur. ¶ Ad idē ualet quod legitur beatū Andream dixisse domino, cū Deus differret exaudire eum orātē pro quodam sene, qui in peccato carnis usq; ad septuagesimum annū fuerat;

Domine Deus pro mortuis obtinemus pietatem tuam: & nunc iste qui te nosse desiderat, cui nō saluabitur? Tunc uenit uox de cælo ad eum, dicens, Obtinens Andrea pro sene. Si ad preces beati Andree Deus homini inueterato in peccato dedit gratiam, uerisimile est quod ad preces Ecclesie remittat pœnā purgatoriam. Præterea quid obstat quod preces Ecclesie his qui decesserunt in charitate, nō possunt ualere, cū Ecclesia sit in quo mereri potest? Illi autē qui in charitate decesserūt, cum sint amici Dei, in statu sunt in quo sunt digni hoc beneficio: Habent enim Dei gratiam, & eius gloriam expectant. Adhærendo etiā corpori Ecclesie tāquam membra dum uiuerent dignos se fecerunt, & quodāmodo meruerunt, ut tales preces eis ualerent, si pro eis fierent. Cibus corporis cōmunis est omnibus membris quæ sunt in corpore. Vnde cū illi qui sunt in purgatorio, mēbra sint Ecclesie & maxime indigentia, merita Ecclesie se debent extendere ad eos. Præterea eodem spiritu sancto uiuificantur membra illa, quo uiuificantur membra quæ adhuc sunt super terram; ergo remissio culpæ uel pœnæ, quæ doni est Spiritu sancti, debet se extendere ad ea. Quod innuitur à domino Matth. 12. Qui dixerit, ait dominus, contra spiritum sancti uerbum, nō remittetur ei neq;

in hoc seculo, neq; in futuro. In qua sententia, ut ait Greg. in 4. lib. Dialog. datur intelligi quādam culpas in hoc seculo, quādam uerō in futuro posse laxari: quod enim de uno negatur, cōsequenter de quibusdam cōceditur. Sed tamen hoc de paruis minimisque peccatis fieri posse credendū est: sicut est assiduus otiosus sermo, immoderatus risus, uel peccatū curæ rei familiaris, quæ uix sine culpa, uel ab istis agitur qui culpam qualiter declinare debeant sciūt. Præterea hoc ipsum pertinet ad gloriā Dei, quod ad preces sanctorum tales mortui à pœnā liberentur. Deus enim gloriosus est in sanctis suis. Nec est contrarium diuinæ iustitiæ, quod ipse impleat uolūtatem amicorum suorum, qui uoluntatem ipsius pro posse suo implent. Idem enim uelle idēque uolere, ea demum uera amicitia est, ut ait Sapiens. 1. Ioan. 3. Si cor nostrum nō reprehenderit, nos fiduciā habemus ad Deū, quod quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus.

De causis errorum, quæ sunt octo ad præsens. CAP. XXVIII.

Detholicæ fidei aduersantur, Estruētis erroribus qui cātangendum est de causis errorū. De quibus octo assignare sufficiat. ¶ Prima est ignorantia capacitatis intellectus humani.

Quidam enim non attendentes limitatum esse intellectū humanum, credūt eum capacem esse omnium: & ideo credūt illud nō esse quod ab eo non capitur. Sicut si aliquis crederet circulum solis omnia continere, ipse crederet illa non esse quæ infra circulum illi non continentur. Similis error est in illis qui credunt non posse esse scientiam de magnitudine solis, & lunæ, & stellarum, quia ipsi non habent eam. ¶ Secūda est auersio intellectus à credendis, & ab his quæ possunt hominem inducere ad credendum, & conuersio ad errores. Quādam enim sic amant errores suos, ut contraria eis non uelint cogitare, uel audire. Pro uerbo. 18. Non recipit stultus uerba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ ... santur in corde eius. Non est datum homini uidere post tergum suum, nec uidere sine intuitu: sic nec intelligere ea à quibus intellectus se auertit. Nolunt audire qui sunt in erroribus ali quid de miraculis nec sacra eloquia, nec rationes doctorum quibus possent ad ueram fidem induci: ideo non est mirum, si remanēt in erroribus suis. ¶ Tertia est rerum subtilitas, & intellectus grossities. Qui turbidum habet uisum, pilum qui ab aliis uidetur non uidet, sed nō ideo contendere debet eum ibi nō esse: non uidet uisus humanus, quicquid uidet aquilinus. ¶ Quar-

ta est distantia à credendis: quidam enim commorantur in sensibilibus qui longè sunt à credendis quæ sunt inuisibilia, non appropinquâtes ad illa, nec studio, nec exercitatione: ideo nō est mirum, si illa nō uident. Ipsi sensum uolūt habere dūcem ad credenda, qui cæcus est quātum ad ea: unde sic disputant de spiritualibus, sicut cæci de coloribus. Ber. super Cant. Quomodo lux in castrum circumfundit oculos clausos uel cæcos: sic animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Aug. Deus lux est non corporum, sed mētium: hanc lucem qui non uidet, est quasi cæcus in sole. ¶ Quinta est negligentia quærendi Dei adiutorium ad ea credenda. Fides non est naturalis, imo est ex electione diuinæ bonitatis, & donum gratuitum. Si esset naturalis, eadem esset apud omnes: nec esset tāta dissensio de ipsa, quanta est: ideo à Deo petenda est. Marci 9. Credo Domine, adiuua incredulitatē meam. Ephe. 2. Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex uobis. Dei enim donum est. Et 1. Io. 5. Dedit nobis sensum ut cognoscamus uerum Deum. Sicut sol nō uidetur nisi ex lumine suo: sic sol intelligentiæ non uidetur nisi ex lumine suo, scilicet ex luce gratiæ quam infundit. Sed aliqui sunt ut uespertilio solem non uidentes de nocte, quādo uolant, quia tunc sol non lucet super

terram: de die uerò eum non uident, quia tunc dormiunt. Sic isti solē intelligentiæ ideo non uident, quia in nocte sunt, cum ipse eis non luceat, lucem gratiæ infundendo: nō tamen propter hoc affirmare debent eum non esse. ¶ Sexta est obstaculū peccati. Quidam enim inmunditia operum suorū quæ quasi obiectum manū lumē solis intelligentiæ à se repellunt. Io. 2. 4. Ipsi rebelles fuerūt lumini. ¶ Septima est supbia, quæ est uelut inflatio faciei interioris. Aug. in 7. libro Confess. Timore meo separabar à te, & nimis inflata facies clauderat oculos meos, Bernardus super Cant. Superbo oculo ueritas non uidetur, synchero patet. Et super illud Hier. 49. Arrogantia tua & superbia cordis tui decepit te, dicit gl'of. Omnis hæreticus arrogas: quia superbia facit hæreticum, non ignorantia. Aug. Superbia meretur illud. Habacuc 2. Quomodo uinum potantem decipit, sic erit superbus. Vnde Greg. de superbis: Tanto, inquit, à Dei luce longè sunt, quanto apud se humiles non sunt. ¶ Octaua est affectio inordinata intellectu uia hens ad cōtraria fidei: ut timor inordinatus, uel amor, uel odium. Affectio inordinata est uelut lippitudo respectu oculi interioris. Aug. Si quis alteri digito solem ostēderit, & uideri non potuerit, culpet potius oculi lippitudinem quàm digiti

ostēta

ostensionem. Hanc lippitudinem purgari oportet. Aug. Purgandus est animus, ut prospice re illā lucem ualeat. Timor multos retraxit ne crederēt in Christum. Qui enim credebant in Christo, despiciabantur ab aliis, & extra synagogam fiebāt: ideo qui gloriam amabant, & cōtempnum istum timebant, nolabant ad Christū conuerti. Io. 5. Quomodo credere potestis qui gloriam ab inuicē recipitis, & gloriam quæ à solo Deo est, non queritis? Amor etiā diuitiarum & timor amittendi locum & gētem, Iudæos impeduit ne in Christum crederēt. Amor diuitiarum oculus est auarorum, & amor diuitiarum est oculus uoluptuosorum. Zachar. 5. dicitur de impietate: Hic est oculus eorum in uniuersa terra. Pro-uerbiorum 21. Lucerna impiorum peccatum. Ideo auaro uidentur aliquid licitum quod aliis non uidentur: quia auaritia est lucerna ei, secundum eam enim iudicat. Et luxurioso uidetur illa quæ nimis amat pulchra, cum sit deformis: quia amor facit eū errare in iudicio illo. Odium etiā intellectum multorum à fide auertit. Multi Waldenses odientes prælationem clericorum dicunt Deo obediendum esse, & nō homini. Aliqui etiam ex eis dicunt solis prælati bonis esse obediendum. Dicunt etiam ordinem non esse necessarium ad hoc quod aliqui li-

get uel soluat, Et quæ non sit necessesse ut aliquis confiteatur peccata sua sacerdoti. Et quæ relaxationes quas episcopi consueverunt facere, non ualent. Nec suffragia Ecclesiæ profint mortuis. Item timentes errores suos per iuramenta propalari: dicunt in nullo casu esse iurandum. Item timentes se occidi: dicunt in nullo casu esse hominem occidendum. Sic transierunt hæretici in affectum cordis.

De diuersitatibus fidei, quæ enumerantur. CAP. XXXIX.

Vltimo in tractatu de Fide descendendum est ad diuersitates fidei, & specialiter ad has diuersitates descendemus, quæ sunt fides uiua, & fides mortua: fides ficta, & fides non ficta siue probata: fides magna, & fides modica: fides explicita, & fides implicita.

De Fide uiua & Fide mortua.

FIDES uiua est quæ potens est elicere debitas operationes, quæ scilicet per charitatem operatur. Gala. 5. Fides uerò mortua est, quæ impotens est ad debitas operationes. Iacob. 2. Si fides nō habeat opera, mortua est in se metipsa. Fides uiua uidetur differe à mortua: sicut flammæ lux in candela uiua differt à lumine quod remanet post extinctionē candelæ, quod præ sui paruitate insufficientis est ad regēdos gressus, & ad ostendendum laqueos uel foueas, & ad discernendum quid pulchrum, quid

m 4 deform

deforme. Item fides uiua uide-
tur se habere ad mortuam, sicut
lumen diei ad lumen noctis: uel
sicut lumē radii uiui solaris ca-
lorem habentis, ad lumē quod
est in umbra tenebrosū & sine
calore. Item fides uiua nō solum
tenebras ignorantiæ expellit: sed
etiam torporē excutit. Fides ue-
rō mortua, est sicut animal mor-
tuū: nec se ad aliud potens mo-
uere motu qui sit perfectus, ut
est gressus: licet in cadauere tre-
mor uel palpitatio quādoq; re-
maneat. Item sicut carboni uiuo
musca timet insidere: sic tētator
fugit eū qui est fidei uiuæ nō ha-
bens fiducia quod ei possit præ-
ualere. 1. Pe. ult. Cui resistite for-
tes in fide. Et Iacob. 4. Resistite
diabolo, & fugiet a uobis. Fides
mortua minus potēs uidetur es-
se quā dubitatio. Si quis enim
dubitet de aliquo cibo uel po-
tu utrum sit uenenatus: sola dubi-
tatio cohibebit eū, ne cibū uel
potum illū sumat. Fides autem
mortua nō cohibet homines à
prohibitis delectationibus, quæ
ad modū ueneni mortē animæ
inferunt. Itē fides mortua, fides
dæmonis esse uidetur, nō homi-
nis. Vnde super illud ad Titū 1.
Confitentur se nosse deū, factis
autem negāt, dicit gl. Aug. No-
lite tanquā de fide securi esse.
Adiungite fidei recte uitā rectā,
ut Christū confiteamini uerbis,
uera dicēdo, & factis bene uiuē-
do. Nam si cōstentini uerbis, &
non factis: fides talium proprie-

fides est dæmoniorum. Item
Aug. Cum dilectione fides Chri-
stiani, sine dilectione fides dæ-
monis: imō fides Christianorū,
qui Deū non timēt, inferior ui-
detur esse fide Dæmonum. Illi
enim Deū timent. Iacob. 2. Tu
credis q̄ unus est Deus, benefa-
cis. & dæmones credūt, & con-
tremiscūt. Aug. Vtinā quomodo
dæmones iudicem, sic homines
agnoscerent saluatore. Ecce dæ-
mones uiderunt, & tremuerunt:
homines uiderūt, & occiderūt.
Fides mortua facit ad augmentū
culpæ & pœnæ. Ad augmentū cul-
pæ: quā cū sit cognitio, aggrauat
culpā: sicut ignorantia attenuat.
Augmentata autē culpa, augmentat
& pœna. Ber. Ad cumulū damna-
tiōis uidetur nobis relicta fides
futuræ promissionis. Fides mor-
tua in malo Christiano uidetur
se habere, sicut obligatio reli-
gionis in apostata monacho,
qui deterioris conditionis uide-
tur esse, quā si nunquā fuisset
monachus. Et sicut natura bona
in angelo malo. Honorabile est
ualde esse angelum bonū, igno-
miniosissimum uero est angelū
esse malū. Sic ualde ignominio-
sum est esse malum Christianū:
licet sit ualde honorabile esse
Christianum bonū. Fides mor-
tua ficus est maledicta, fructus
non habens. Matth. 21. Fides ue-
rō uiua arbor est florēs per fir-
mum propositū seruendi Deo:
& folia debita habens, scilicet
sermonem qui sit ad edificatio-
nem

nem fidei, & det gratiam audi-
entibus loquendo: & fructum
debitum bonorum operū pro-
ferens. 2. Cor. 13. Si estis ex fide,
ipsi uos probate per opera. Fides
mortua est uelut cadauer exani-
me Deo oblatū. Iac. 2. Sicut cor-
pus sine spiritu mortuū est: ita
& fides sine operibus mortua
est. Ber. super Cant. Quid fides,
quæ nō operatur ex dilectione,
nisi cadauer exanime? Bene ho-
noras Deū munere factido: be-
ne placas Deum tuę fidei inter-
fectō. Fides mortua signum est
proditionis. In iudicio enim fi-
des illa ostendet eū in quo fuit
fuisse Christianum. Ex alia par-
te opera mala ostendent eum
fuisse Christi inimicū. Fides illa
ostendet, q̄ fidelitatem Christo
debit: opera uerō mala, q̄ fidē
ei non exhibuit, & per conse-
quēs proditor fuit. Christianus
malus habens fidem mortuam,
secum habet literas suę damna-
tionis. Per fidem enim scriptum
est in corde eius, quod qui talia
peccata agunt, regnū Dei non
possidebunt. In libro uerō con-
scientiæ suæ inuenietur scriptū
scriptura facta propria manu, q̄
ipse talia fecerit. Quædā enim
notæ ex malis operibus relin-
quantur in corde hominis. Vnde
Gl. Origen. super illud Ro. 2.
Cogitationum accusantium aut
defendentium. Sciendū, inquit,
q̄ in illa die cogitationes accu-
sant animas, uel defendent.
Non utique cogitationes quæ

tunc erunt: sed istæ quæ nunc
sunt in nobis: quarū notæ quæ-
dam & signacula relinquentur
in corde nostro uelut in cera.
Quæ in occulto cordis posita
in illa die reuelari dicuntur.

De Fide ficta, & non ficta.

F I D E S ficta, est fides fragi-
lis: scilicet fides eorum, qui ad
tempus credunt, & in tempore
tentationis recedunt. Matth. 13.
De fide non ficta legitur 1. Tim.
1. Finis præcepti, est charitas de
corde puro, & conscientia bo-
na, & fide non ficta.

De Fide magna, & Fide modica.

S E Q U I T U R de magnitu-
dine & paucitate fidei. Ad ma-
gnitudinem uerō fidei quinque
uidentur pertinere. Primō, ut
homo de Deo magna sentiat,
ut centurio, Mat. 8. qui credebat
Christum solo uerbo posse sana-
re seruum suum, & se indignum
esse ut Christus intraret sub te-
ctum ipsius. Vnde dicitur est de eo
à Domino: Non inueni tantam
fidem in Israël. Secūdo, ut homo
bona transitoria intuitu bono-
rum æternorū contemnat. Heb.
11. Fide Moyses grandis factus
negauit se esse filium filiæ Pha-
raonis: magis eligēs affligi cum
populo Dei, quā temporalis
peccati haberi iucunditate: ma-
iores diuitias æstimans thesau-
ro Aegyptiorum impropriū
Christi: aspiciebat enim in re-
munerationē. Tertio, ut homo
in aduersis de Deo confidat.
Matth. 14. Modicæ fidei, quare
m 5 dub

dubitasti: Eiusdem 16. Quid cogitatis inter uos modicæ fidei? Quarto, ut homo ad longâ credentiam bona sua Deo tradat. Magni enim principes longam credentiam requirunt. Esaiæ 25. Qui crediderit, non festinet. Et Prouerb. 20. Hereditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. Et Eccl. 20. Hodie fœneratur quis, & cras expetit, & odibilis est homo huiusmodi. Quinto, in hoc ut cū homo aliquid petit à Deo, & non statim accipit, non propter hoc à proposito definit. Matt. 15. Dicitur est mulieri orationi instanti: O mulier, magna est fides tua: stat tibi sicut uis. Ad impetrandū multum ualere fidei magnitudo. Aug. super Ioannem: Quantū uis uas fidei attulerit quis ad fontē, tantū implet. Et Ber. super Cantu. Magna siquidem fides magna meretur. De Fide explicita, et Fide implicita.

C O N S E Q U E N T E R dicendum est de illa diuersitate fidei, quæ est fides explicita & implicita. De qua breuiter notandum, quod prælati debent habere fidem explicitam de omnibus credendis. Ad eos enim pertinet illud 1. Pet. 3. Parati semper ad satisfactionem omni postceteri uos rationem de ea que in uobis est fide & spe. Simpliciter uero debent habere fidem explicitam de aliquibus articulis, & de omnibus implicitam: ut scilicet credant uerum esse omne quod cre-

dit ecclesia, ita quod in nullo ei contradicant in particulari. De quibusdam qui faciunt fidem commendabilem. C A P. XXX.

I N summa notandū est, quod sex sunt quæ faciunt ad hoc quod fides sit commendabilis. Primū est, simplicitas. In his enim quæ fidei sunt qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Prou. 10. Amb. Auferantur argumēta ubi fides queritur: non enim recipienda sunt argumēta fidei contraria. In his quæ fidei sunt, peccatoribus creditur, non dialecticis: iuxta uerbum eiusdem Amb. Ber. in li. de Consideratione: Intellectus, inquit, si signata fidei tētet irrupere: reputatur effractor, scrutator maiestatis. Ad fidei simplicitatē monemur Exo. 20. Si altare lapideis feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus: si enim leuaueris cultrū tuū super eo, polluet. Acumē ingenii quod per cultrū intelligitur, super altare fidei leuandū non est, ut ingenium nostrū in his fidei sunt, auctoritati Sacre scripture præferam. Secundū est ueritas. Tertium magnitudo: de quibus dictū est prius. Quartū est feruor. Mat. 17. Si habueritis fidem sicut granū sinapis, dicentis monti huic, Transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit uobis. Gl. Fidē perfectā grano sinapis comparat, quæ sit in facie humilis, & in pectore feruens, uilis uidebitur: nec ullarū uirū apparatus, sed pressuris trita quod interius habet ostendit. Quintū est integritas,

at omnes Articuli credantur explicitè uel implicitè, de quibus habitum est prius. Sextū est stabilitas, quod non facile relinquat fidem suam. Tob. 2. Vitam illam expectamus, quā Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab illo. Unde ualde reprehensibiles sunt illi qui uidentes aliquem hæreticum uel magnæ abstinentiæ, uel libenter datam elemosynas, credunt propter hoc eum esse sanæ fidei, & dimitunt fidem suam in qua tādium uixerunt, & quam parentes eorum tenuerunt pro fide illius, non acquiescentes consilio Salomonis. Prou. 1. Audi, inquit, fili mi disciplinam patris tui: & ne dimittas legem matris tuæ. Qui isto modo decipiuntur, non attendunt quod nihil prohibet eum qui habet manum sanam & os sanum, habere oculum infirmū. Sic nihil prohibet illum qui abstinentes est, & qui libenter dat elemosynas, habere oculum fidei corruptum. Sicut qui iam est in possessione rei, non de facili dimittit eam sibi auferri: sic non debet homo de facili relinquere fidem in qua nutritus est. In tali casu qui citò credit, leuis est corde. Ecc. 19. Non debet homo moueri, si aliquos hæreticos uideat uel abstinentes, uel misericordes: cum multo plures inueniuntur tales qui sunt fidei catholice: uel si aliqui qui sunt fidei catholice, inueniantur mali. Multi enim magnæ malitiæ sunt inter

hæreticos: sed occultant eam qualiter possunt: nec mirum, cum etiam seipsos occultent.

S E C U N D A E partis principalis de tribus uirtutibus Theologicis, Tractatus III. De Spe.

De ordine dicendorum in isto tractatu. Et de descriptionibus Spei.

C A P. I.

P O S T tractatū Fidei, agendum est de Spe, hoc modo. Primò, descriptiones Spei ponentur. Secundò, commedationi eius insistetur. Tertio, tangetur de his quibus spes adiuuatur. Quarto, de his quæ spei aduersantur. Quinto, de rebus sperandis. Sexto, ad diuersitates spei descendemus. ¶ Spes sic describitur tertio libro Sententiarum, à Magistro: Spes, inquit, est certa expectatio futuræ beatitudinis, ueniens ex Dei gratia, & ex meritis præcedentibus. ¶ Prima pars huius descriptionis haberi potest ex glossa Haymonis super illud Romanorū quanto, Probatio uerò, spē. Spes, inquit, est certa expectatio gloriæ futuræ. ¶ Et notandum quod spes quandoque sumitur pro re quam speramus: ut ad Titum 2. Expectates beatam spem. Quādoque uerò pro certitudine gloriæ futuræ. ut Roma. 5. Probatio uerò spē. Gloss. prima, Certitudinem gloriæ futuræ. Quando-

que p uirtute: ut 1. Cor. 13. Nūc manēt fides, spes, charitas. Quādoque pro motu uirtutis. & ita describitur hic. Item notandum q̄ sicut duo sunt, ubi est expectatio corporalis. Intēdit enim animus ad aliq̄uid absens ut fiat præsens: unde expectās dicitur quasi extra rem positus spectās. Est etiam ibi permanētia in loco quantum ad corpus. Sic duo sunt ubi est expectatio spei. Est enim intentio animi ad futurā beatitudinem: quam intentionē August. in lib. de Ciuit. Dei uocat aspectum, ostendens aspectū talem ad spem pertinere. Prius est, inquit, sanos oculos habere, quod fit per fidem: deinde aspicere, quod fit per spem. Item est ibi permanētia in loco spirituali qui Deus est. De qua permanētia legitur Ioan. 15. Manete in me, & ego in uobis. Et 1. Ioā. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Qui à Deo per peccatum recedit, nō habet expectationē quæ ad spem requiritur. ¶ Item notandum q̄ est certitudo cognitionis quæ opponitur dubitationi: & hæc pertinet ad fidem. Et est certitudo fiducia quæ opponitur titubationi, uel desperationi: & hæc pertinet ad spem. Et est certitudo securitatis, quæ opponitur timori separationis: & hæc erit in patria. ¶ Item notandū quod cum motus spei sit circa illa que supra nos sunt: ad eliciendum motum spei ualet consideratio

liberalitatis Dei, qui seruientes sibi remunerat supra merita p̄ ut decet ipsum. Et hæc liberalitas Dei gratia uocatur in descriptione proposita, cū dicitur, Venjēs ex Dei gratia. Valet etiam ad eliciendum motum spei cōsideratio proprii meriti, quum Deus promiserit se redditorum præmiū his qui sibi debito modo seruirēt. Ipse uerò uerax est p̄missa soluēs. Vnde spes quasi duabus basibus innititur Dei liberalitati: quæ sibi seruientes remunerat ut decet eā: & Dei iustitiæ, quæ sibi seruientibus soluit quæ promissit. Et ad hæc duo pertinent duæ particulæ ultime descriptionis propositæ. ¶ Item notandum quod motū spei quādoque præcedūt merita in actu, ut in eo q̄ in charitate est, & bona opera facit quibus sperat se habiturum beatitudinē. Quādoque uerò merita præcedunt motum spei, non in actu, sed in sola intentiōe: ut in illo qui est in peccato mortali, qui interim facit boni qcqd̄ p̄t, ut Deus illustret cor suum ad p̄nitentiā, qui sine præsumptiōe sperat habiturum merita, quibus beatitudo debeatur. ¶ Describitur etiam spes ab Augustino in lib. de Ciuita. Dei, hoc modo: Spes, inquit, est qua q̄s ad id qd̄ credit se peruenturum, præsumit. ¶ Potest etiam sic describi: Spes est appetitus excellētis boni cū fiducia

fiducia obtinendi.

De cōmēdatiōe Spei. CAP. II.

Sequitur de his que pertinent ad commendationem Spei. ¶ Notādum ergo quod ad spei cōmēdationem, Primò ualere potest hoc, quod scriptura sacra totiens monet ad spem. Multiplicatio enim admonitiōis ostēdit utilitatē huius uirtutis. Psal. Sperent in te qui nouerunt nomen tuum. Item, Spera in Domino, & fac bonitatem. Item, Spera in eo, & ipse faciet. Item, Sperate in eo omnis congregatio populi. Item Matt. 14. Habete fiduciam. Et iterum Ioan. 17. Cōfidite, ego uici mūdum. Nec solum scriptura, sed etiam natura uidetur ad spem monere. Naturaliter enim q̄ debilis est & timet cadere, alicui rei adhæret & innititur: ut patet in puero q̄ quū eleuatur ad standū, & existimat se casurū, statim adhæret alicui rei. Sic naturalis ratio dicitur animæ agnoscanti debilitatem & insufficiētiam suā, quod fortiori se adhærere debeat & inniti. Secūdo hoc, quod scriptura sacra totiens beatos asserit sperantem in Domino, Psal. Beati omnes qui cōfidūt in eo. Item: Beatus uir qui sperat in eo. Itē: Beatus uir cuius est nomen Domini spes eius, Prouer. 16. Qui sperat in Dño, beatus est, Esa. 30. Beati omnes q̄ expectant eū. Verē beati qui sperāt in Domino: optata enim eis succedunt. Tertio hoc, quod spes omnipo-

tētī innititur. Esa. 50. Quis ambulauit in tenebris, in tenebris inquam aduersitatis, & non est lumē ei? fulgur scilicet prosperitatis. Speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suū, quia spes omnipotētī innititur: ideo firma est, & non timet ruina. Daudid: Qui cōfidunt in Domino, sicut mons Sion. Spes est quæ dicit, Dñs firmamentum meū. Spes p̄icit se in Deū: ipse uerò non est ita crudelis, ut se subtrahat, & sperantem in se cadere permittat. iuxta uerbū August. Quare Deus toties nos ad innitēdum sibi moneret, si supportare nos nollet? Nō est illusor Deus, ut se ad supportādum nos offerat, & nobis innitentibus ei, in ruinā nostrā se subtrahat. Ro. 5. Spes autem non confundit. Glo. Augu. Cōfunditur, q̄ quod sperabat nō inuenit: sicut cōtingit illi qui sperat in homine. Hæc autem spes non cōfundit quæ est in Deo, q̄ nec fallit, nec fallere p̄t. In Psal. In te sperauerunt, & non sunt cōfusi. Itē: Deus meus in te cōfido, nō. erubescam. Item: In te Domine speraui, non confundar in æternū. Eccl. 2. Nullus speraui in eo, & cōfusus est. Vanitatis est, nō præstare fulcimentum innitēti: sed ueritatis est, nō negare fulcimētum innitēti. Vnde quum Deus Veritas sit, innitenti sibi se non subtrahit. ¶ Quarto, quod spes est uelut arbor sita in optimo loco: adhæret enim diuinæ bonitati.

nitati. Vnde abundanter sentit effectū eius. Thren. 3. Bonus est Deus sperantibus in eū. Spes est iuxta fontē diuinæ misericordiæ. Ideo misericordiæ diuinæ beneficia nō cessant influere ei. Dauid: Ego in misericordia tua speraui. Itē: Speratē in Dño misericordia circūdabit. Item: Fiat misericordia tua Dñe sup nos quæadmodū sperauimus in te. Itē: Oculi Dñi sup metuētēs eū, & in eis q̄ sperāt sup misericordia eius. Et iterū: Ego sicut oliua fructifera speraui in misericordia Dei in æternum. Spes arbor bñ dicta est, fructus uberes habēs, quū à misericordia Dei abūdānter irriget. Iere. 17. Bñ dictus uir q̄ cōfidit in Dño. Et subdit: Erat quasi lignū q̄ trāsplātatur sup aquas, q̄ ad humorē mittit radicem suam, & nō timebit eū uenerit cœtus. P̄sal. Erat tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. ¶ Quinto cōmendabilis est spes à multiplici suo effectū. Effectus unus ipsius est securitas. Dauid: In Deo speraui, non timebo qd̄ faciat mihi homo. Meritō securus est sperās in Domino, protector enim est Dñs omniū sperātiū in se. Dauid: Dominus, p̄tektor uitæ meæ, à quo trepidabo? Deº speranti in se pro muro est undique. Dauid: Deus in circuitu populi sui Deus est ei turris fortissima. Prouerb. 18. Turris fortissima nomen Dñi, ad ipsū confugiet iustus, & exaltabitur.

Nomen Domīni filius Dei dicitur. Esa. 30. Ecce nomen Domīni ueniet de longinquo. Ipse est sperantibus in se altissimum refugium. Ipse etiam est eis urbs fortitudinis. Esa. 28. Vrbs fortitudinis nostræ Sio: saluator ponetur in ea murus & antemurale. Murus est uirtus diuinitatis, antemurale meritū humanitatis. Vtrūque facit ad securitatē nostrā. ¶ Itē spes meretur intelligentiam, & Dei auxiliū. De primo, Sap. 3. Qui confidunt in illo, intelligēt ueritatē. Et Prou. 17. dicitur de expectante futura bona. Quocūque se uerit, prudenter intelligit: agnoscit enim etiam aduerſa diligētibus Deū cooperari in bonum. De secundo, in P̄sal. In ipso sperauit cor meū, & adiutus sum. ¶ Itē spes liberat, uel tribulationē amouēdo: ut patet in Susanna, Dan. 3. quæ flens suspexit ad cælū. Erat enim cor eius fiduciam habens in Dño. Et in P̄sal. legitur: In te sperauerūt patres nostri: sperauerūt, & liberaſti eos. Vel liberat patientiam dando: qui morat liberatiōis melior est. Grego. Melius liberat quam patientiā dat. Spes patienter facit portari onus præsens miserię. Gene. 49. Vidit requiē q̄ esset bona, & terrā quod esset optima, & supposuit humerum suū ad portandū. 2. Machab. 7. Pereuntes septem filios sub uno diei tempore conspiciēs, bono animo ferebat, propter sp̄ quā in

Deum

Deū habebat. Et Act. 28. Propter sp̄m Iſrael, catena hac circumdatus sum. Greg. in Moralibus: Ille bene nouit in exterioribus miseris subsistere, q̄ scit de spe interna semper gaudere. ¶ Itē spes saluat. In P̄salm. Qui saluos facis sperantes in te. Prou. 29. Qui sperat in Domino, saluabitur. Rom. 9. Spes enim salui facti sumus. ¶ Item Spes columna est totum spirituale ædificiū sustentans: qua deficiente, totum spirituale ædificiū corruit, & mens in barathrū desperationis concidit. Hæc columna in Cain defecit, quam Domino ait, Gen. 4. Maior est iniquitas mea, quam ut ueniā mereār. Itē spes galea salutis est, caput interioris hominis, scilicet intensionem illæ sam cuncto diens. 1. Thes. 5. Induti galeam sp̄m salutis. Spes etiā ancora est animā seruās, ne à procellis tentationum à Deo abruptatur. Heb. 6. dicit Apostolus, loquēs de spe: Quam sicut ancoram habemus animæ, tutam ac firmā. Gl. Angu. Si uideris te fluctuare in mari isto: noli abrūpi ab ancora antequam intres in portum. Fluctuat nauis in ancoris: sed nō lōge à terra proicitur: nec in æternum fluctuabit, est ad tempus fluctuat. Itē spes hominem fortē efficit. Esa. 30. In silentio & in spe erit fortitudo uestra, Et eiisdem 40. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Fortitudinem inquam propriam, in fortitudinē

diuinam. Felix cōmutatio ista, quam facit qui sperat in Domino. Dū enim de uiribus suis diffidit, & de adiutorio Dei confidit, quasi propria fortitudine se exiit, & Dei fortitudine se induit. Dei enim adiutoriū paratum est ei, prout de ipso cōfidit. Bern. super Cant. Nil omnipotētiam uerbi clariorem reddit, quam quod omnipotētēs facit omnes qui in se sperant: deniq; omnia possibilia sunt credenti. Idem in sermonibus: Quatenus in bonis Domini fiduciam p̄de porrexeris, eatenus possidebis. ¶ Itē spes baculus est ualde necessarius peregrinātibus in uia præsentis uitæ. Qui huic baculo innititur, non corruit. In P̄sal. Non delinquet omnes qui sperant in eo. Itē non fatigatur, uel debilitatur. Esa. 40. dicitur de sperantibus in Domino: Assument pennas: ut aquilę current, & non laborabunt: ambulabūt, & non deficient. In P̄salm. Sperās in Domino nō infirmabor. ¶ Itē spes in possessiōnē regni cælestis animam ante Christum quo dammodo introducit. Vnde ad Hebr. 6. dicit Apostolus: Sp̄m incedentem usque ad interiora uelaminis. Et super illud P̄sal. Spera in Domino, dicit Gl. Spes est introitus fidei. Et subditur in Gl. Per sp̄m enim initatur ad uidēdum illud quod creditur. ¶ Spei sit promissio illa, Esa. 58. Sustollā te sup altitudinē terræ: & cibabo te hæreditate patris

patris tui Iacob. ¶ Conuersatio spei in cælis est, iuxta uerbum Apostoli Phil. 3. Ipsa nobis existētibus in hac uita mortali, immortalitatem attingit. Sap. 3. Si coram hominibus tormēta passi sunt, spes illorū immortalitate plena est. ¶ Spes in eternitatem animam erigit: & idcirco nulla mala quæ tolerat exterius sentit. Iuxta uerbū Greg. in Moralibus: Spes in præsentī tempore quod est quædam uigilia solennitatis æternæ, non seiuat, sed quasi iuge conuiuium celebrat, cum securitatē habeat, ut prius ostensum est. Secura enim mēs quasi iuge conuiuium. Prou. 15. ¶ Spes de illis tribus quæ uidit Ezechiel scripta in libro 2. carmen ibi assumit, lamentationes relinquens dono sciētiæ & pietatis, & de dono timoris. Ipsa est cui Deus dedit in nocte carmina. Iob 35. nocte in quā præsentis aduersitatis. ¶ In Psal. In die mandauit Dominus misericordiam suā, & nocte canticū eius. Spes in hyeme præsentis exilii habet quasi ueruum tēpus: Ipsa enim nos in aduersis ridere facit: iuxta uerbum Augustin. Ipsa facit nos gaudere inter dolores: animus autem gaudēs, atātē floridam facit. Prou. 17. De gaudio eius legitur Roman. 12. Spe gaudentes. Et Matthæi quinto: Gaudete & exultate: quia nomina uestra scripta sunt in cælis. Pro uerbiorum decimo: Expectatio iustorum lætitia. Gaudium uerō

ipsius communiter dicitur gaudium spei, & nondum rei: & est ex certa expectatiōe gloriæ re-promissæ. ¶ Aliud est gaudium, quod est de præsentia bonorū, de quibus dignum est gaudere. Gaudiū spei est sicut arra æterni præmi, & prædicatorio futuræ suauitatis. ¶ Spei concessum est intrare in hortū uoluptatis, & inde afferre odores ad condiendam amaritudinē præsentis aduersitatis. Spes inter opprobria gloriæ. Ro. 5. Gloria murin in spe gloriæ filiorū Dei. Ipsa in deserto mūdi deliciis affluit. Cantic. ultimō: Quæ est ista quæ ascēdit de deserto deliciis affluens? Ecclesiastici 2. Qui timetis Dominum, sperate in illum, & in oblectationē ueniet uobis misericordia. Ipsa damna temporalium rerum nō reputat. Ad Hebræos 10. Rapinam bonorū uestrorum cū gaudio suscepistis, cognoscētes uos habere meliorem & manentem substantiam. Ipsa est quæ dicit illud Psal. Quid mihi est in cælo: & à te quid uolui super terrā? Ipsa est in labore, requies: in estu tribulationū, tēperies: in fletu, solatium. De eius solatio legitur ad Hebr. 6. Vt fortissimum solatiū habeamus, qui cōfugimus ad tenendam propositam spem. Dauid: Hæc me cōsolata est in humilitate mea. ¶ Et notandum quod nō est omnino idē gaudiū & solatiū. Qui enim cōsolatur, nō ex tōtō à tristitia est immunis: sed

quasi

quasi mixtura in se patitur, dum mala nunc cor eius pūgunt, nūc bona unguunt. Poruerb. 27. Vnguento & uariis odoribus deleatur cor: & bonis amici cōsiliis dulcoratur. Consolatio spei est doloris, aut alterius affligentis affectionis repressio, uel mitigatio, spe diuini consilii uel auxilii, uel alterius beneficii. Spei est illud uerbum Hier. 31. Quiescat uox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis: quia est merces operi tuo. Si merces modica laboris mercenarii tolerabilem reddit: quid facere debet seruis Dei merces æterna? Iac. 5. Agricola expectat pretiosum fructū terræ, patienter ferens. Interl. Si ille pro fructu terræ quæ sperat, tam patienter expectat: quanto magis nos pro cælesti? Spes est gemma gratissima. Prouerb. 17. Gemma gratissima expectatio præsolantis. Præsolans, id est, de longe expectās, est qui bona æterna expectat. Expectatio uerō eius quæ est spes, gemma gratissima est: & propter pretiositatem, & quia spes ad modū gemmæ perlucida est, & peruiā uisui interiori, ut per eam uideantur cælestia bona. Spes elisos & prostratos erigit. Dauid: Dominus erigit elisos. Prou. 25. Qui sperat in domino, subleuabitur. Ipsa uires reparat. Sicut enim aliquis timore succumbēdi hostibus, uires cordis destituitur, & dat se hostibus nihil rebelltonis opponens. Et mulier uidens sanguinē

suum uel alienum, statim stupefacta dicit, totum perditū est, & totum mortuū est: sic ex spe uictoriæ uires homo resumis. Prouerb. 24. Si desperaueris in die angustię lapsus: imminuetur fortitudo tua. Daniel 10. In uisione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil remansit in me uirium. Ad Hebræos 2. Cōfortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Et Iosue 1. capitū dictū est, Cōfortare, & esto robustus. Ecclesi. 7. Sapientia confortabit sapientē, &c. Item mola est sine qua non fit uera cordis contritiō. Ipsa est mola interior, quæ cor eleuat & sustinet. Timor uerō mola est superior, quæ cor conterit, ut ipsū contritū & humiliatū Deus nō despiciat. Spes ab inferioribus nos sulcit, ne sub pondere tribulationum deficiamus. Timor uerō à superiori nos comprimit, ne exufflemur, aut rapiamur uento tentationis. Has duas molas contingit Dauid, dicens: Ab altitudine diei timebo: ego uero in te sperabo. Altera harum non ualet sine reliqua. Gloss. Gregor. super illud Deuterōn. 24. Non accipias loco pignoris inferiorem & superiorem molam. Superior & inferior mola, spes & timor. Spes ad alta subuehit: timor autē cor inferius premit. Vna mola sine altera inutiliter habetur. In peccatoris ergo pectore semper domini spes & formido coniungitur: quia incassum misericordiā

n

sperat,

perat, si iustitiam non timeat: & incassum meruit, qui non confidit. Loco ergo pignoris mola superior aut inferior non tollitur: quia qui prædicat peccatori, tanta dispensatione disponere prædicationem debet, ut non relicta spe timorè subtrahat: nec subtrahita spe timorè relinquat. ¶ Item spes hostes nostros confundit. Iob 6. Confusi sunt, quia speravi. ¶ Sexto commendabilis est spes à periculo sui contrarii, scilicet desperationis. 2. Reg. 2. An ignoras, quod periculosa sit desperatio? ¶ Desperatio periculosa est à quo non queritur exitus. Proverb. 18. Impius quum in profundum uitiorum uenerit, conuenit, id est, ex toto se negligit. Sicut spes facit, ut naufragus in medus brachia iacet aquis: sic desperatio facit, ut homo in nullo se uiuet. Desperans dicitur malum uerbum, & pugnae totaliter cedit: ut pugil uictus desperans infelix est. Sicut ille qui sperat in domino, beatus est. Ecclesiast. 14. Felix qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit à spe sua. Desperans est uelut arbor radice uulsa. Iob 19. Quasi auulsa arbori abstulit spem meam. Desperatio abyssus est, à qua uix, uel nunquam est reditus. In Psalm. Descendunt usque ad abyssos. Nulla plaga uidetur esse magis desperabilis plaga desperationis. Ierem. 17. Factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis. Cum cætera pec-

cata sint inflexiones cordis ad malum, peccatum desperationis fractura cordis est. Ierem. 30. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua.

De quatuor speciebus considerationum quibus spes adiuuari potest: quarum prima est in Deo: secunda circa que pro Deo agimus: tertia circa beneficia Dei: quarta circa suffragia Sanctorum.

CAP. III.

Sequitur de his quibus spes adiuuatur: & asimilabimus quatuor species meditationum quibus spes potest adiuuari. Prima species est directè in Deum. Secunda est circa ea que pro Deo agimus uel sustinemus. Tertia, circa beneficia Dei generalia uel specialia, corporalia, uel spiritualia. Quarta est, circa suffragia Sanctorum.

¶ *Quod ex septem considerationibus in Deum spes adimitur.*
Species I.

PRIMAM possumus subdiuidere in septem species. Quarum prima est in Deum in quantum creator opus suum, adeo ut uix possit audire quod ei detrahatur. Unde uerisimile est quod creator amet opera sua, & specialiter hominem, quem ad imaginem & similitudinem suam creauit. Gen. 1. Sap. 11. Diligis omnia que sunt, & nihil odisti eorum que fecisti: nec enim odians aliquid constitisti, aut fecisti. Sperare ergo debet homo de eo qui dedit ei, ut sit, quod para-

paratus sit dare ei, ut bene sit. ¶ Secunda est in Deum, in quantum dominus est. Naturaliter amant homines ea que sua sunt, & conseruât ea: & si ea perdidissent, gaudent cum ea recuperat. Unde uerisimile est quod Deus uelit conseruare illos qui boni sunt: & peccatores quos perdidit, uelit recuperare. Ad quod pertinet parabola de recuperatione ouis perditæ & drachmæ perditæ. Lucæ 15. ubi dicitur: Ita dico uobis, gaudium erit in cælo super uno peccatore penitentiam agente, quam super nonagenarium iustum qui non indiget penitentia. Et Sap. 11. dicitur: Pars omnibus, quoniam tua sunt. Et Ezechie. 18. Ecce omnes animæ meæ sunt. Et quibusdã interpositis subditur: Nūquid uoluntas meæ est, dicit dominus, mors impij, & non ut conuertatur à uis suis, & uiuat? Inter homines eandem fidem quam debet seruus domino, debet & dominus seruo. Sicut infidelis est seruus, si non subueniat domino, cum subuenire debet: sic infidelis est dominus, si non subueniat seruo, cum inimici domini impugnant eum, & non sufficit eis resistere. Ideo certissime sperare debet, qui ab hoste inuisibili impugnatur, si tectatio supra uires eius est, quod Deus ei in succursum ueniat, nisi per culpam eius hoc steterit: uel quia ipse negligens mittendo ei nuntium orationis fuerit, uel infideliter ultro se reddiderit. 1. Co-

rint. 10. Fidelis est Deus qui non patietur nos tectari supra id quod potestis: sed faciet etiã cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. Legitur de beato Martino, quod quum inter Alpes incidisset in latrones, & unus latronum eum ferire uellet: alius istum ferientis continuit. Et cum postea latrones quererent ab eo an timuisset, dixit se nunquam magis securum fuisse: quia sciebat misericordem Deum maxime in tentationibus affuturum. Bern. Cum sentio te iratum, tunc spero te propitium: quia cum iratus fueris, misericordiam recordaberis. ¶ Tertia consideratio est consideratio bonitatis diuinæ: cui cum summa sit, summè placet bonitas, summè displicet malitia. Unde uerisimile est quod parata sit iuuare eos qui uolunt malitiam deserere, & bonitati adherere. Sapient. 14. Odio sunt Deo impius, & impietas eius. Et Eccles. 12. Altissimus odio habet peccatores: Et Proverbio. 12. Qui bonus est, haeriet sibi gratiam à Domino. ¶ Quarta est consideratio misericordiam diuinam. Deus enim cum sit summè misericors, non minus uult miseros à miseria liberare, quam ipsi liberari. Aug. loquens de illo uerbo, Petite & accipietis. Non tantum, inquit, accipietur ut peteremus, nisi dare uellet. Erubescit humana pigritia, plus uult ille dare, quam nos accipere: plus uult ille misereri, quam nos à miseria liberari. Mi-

sericordia Dei quandoque peccatori offert etiam quod peccator petere non audeat: ut ostendit, Aug. in latrone qui domino ait: **Memento mei** quum ueneris in regnū tuum. Luc. 23. Considerabat, inquit, facinora sua: & pro magno habebat, si uel ei in fine parceretur: Deus autē continuo inquit: **Hodie** mecum eris in paradiso, misericordia obtulit, quod miseria distulit. Aug. in lib. Conf. Domine una est spes, una fiducia, una firma promissio misericordia tua. David: Domine in misericordia tua speraui. Item, **Melior** est misericordia tua super uitas. Bernar. super Cantica: **Meum** meritū, miseratio domini: non planē sum meriti inops quando illē miserator affuerit. ¶ Tres alias species considerationis in Deum, innuit Bernar. in sermone illo: **Misericordias** domini in eternum cantabo. Tria, inquit, considero, in quibus tota spes mea consistit. **Charitatem** adoptionis, ueritatē promissionis, potestatem redditionis. Idem: **Scio** cui credidi, & certus sum, quia in charitate nimia adoptauit me, quia uerax est in promissione, quia potens in exhibitio-
ne. Hic est funiculus triplex, qui difficile rumpitur, quem nobis à patria nostrā in hunc carcerem demissum firmiter obsecro teneamus, ut ipse nos subleuet, ipse trahat & pertrahat usq; ad conspectum gloriæ magni Dei. De charitate adoptionis legitur 1.

Ioan. 3. Videte qualē charitatem dedit nobis Deus pater, ut filii Dei nominemur, & simus. Multū debet mouere homines ad hoc quod de Deo sperent hoc, quod Deus pater eorum est. Bern. loquēs de Dominica oratione: **Mihi**, inquit, dicitur oratio, cuius principii dulce nomine paterno sequentiū petitionū obtinent darum præstat fiduciam. Et glo. Matt. 6. super hoc nomen, **Pater**. In hoc, inquit, datur fiducia: quid negabit filiis, qui iam dedit quod pater est? Et Luc. 11. Si uos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis uestris, &c. quāto magis pater uester cælestis dabit spiritum bonū petentibus se? Ad hanc considerationem pertinet parabola de filio prodigo. Luc. 15. ubi filius ad patrē rediens, cum osculo & amplexu recipitur, solenne conuiuuiū celebratur, symphonia cum choro auditur: & subdit pater misericordiarū: **Epulari** & gaudere oportebat, quia frater tuus mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Ad eandem considerationem pertinet illud Mat. 6. Nolite solliciti esse, dicentes, quid māducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur. **Sic** enim Pater uester quia his omnibus indigetis. **Quum** naturadoceat animalia bruta, ut promideant foetibus suis, & naturalis ratio dicitur hominibus, ut promideant filiis suis: uerisimile est, quod pater cælestis non desit filiis suis consilio eius & auxilio indigentibus.

tibus. Promissiones etiam Dei, qui mentiri non potest, quæ in scriptura continentur, multū possunt iuuare spem. David: **Memor** esto uerbi tui seruo tuo in quo mihi spem dedisti. Rom. 15. **Ut** per paciētiam & cōsolationem scripturarū spem habeamus. Itē potestas Dei cōsiderata multum potest spē iuuare: cui æquē facile est liberare à magnis periculis, ut à paruis, & saluare in paucis sicut in multis, & solo uerbo potest implere promissiones suas. Ecc. 8. Sermo illius potestate plenus est.

¶ *Quod ex consideratione bonorum qua pro Deo facimus, & malorum qua pro Deo sustinemus, spes adiuuatur. Species II.*

S E Q U I T V R de illa specie considerationis quæ est circa ea quæ pro Deo agimus uel sustinemus. Bona opera quæ fecimus considerata spem iuuat. Vnde in Psal. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in domino. Sic potest homo sperare in domino, si sacrificium iustitiæ prius obtulerit. ad Tit. 2. Sobriē, & iustē, & piē uiuamus in hoc seculo, expedates beatā spem. Greg. in Moralibus: Cum opus crescit, præmii fiducia proficit. **Securus** est de re qui bonū pignus apud se habet. Sic securi sunt de regno futuro qui habent pignus: spem scilicet. 2. Corin. 1. **Qui** dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ad Eph. 1. **Qui** est pignus hereditatis nostræ. Item, securus est qui habet bona opera, quasi

quædā pignora. Greg. in Moral. Sancti uiri quot labores nūc ueritati cōmendantes exhibēt, tot iam remunerationis suæ pignora intra spei cubiculū claua tenent. **Securus** potest esse de regno futuro, cui iam in præsentī datū est super seipsum regnare. Bern. Non est uia ad regnū sine primitiis regni: nec sperare potest cæleste regnū, cui non super propria mēbra regnare adhuc donatur. ¶ Mala etiam quæ pro Deo sustinemus considerata, spē adiuuat. Rōm. 5. Tribulatio paciētiam operatur: paciētia probationē: probatio autē spem. Greg. in Moralibus. Bonorum mens quod duriora pro ueritate tolerat, eodē æternitatis præmia sperat. Idem: Tanto spes in Deū solidior surgit: quāto pro illo quisque grauiora pertulerit. Seneca. **Vires** animi nunquā certā sui fiduciā dare possunt, nisi cum multæ difficultates hinc, & illinc apparuerint, & aliquādo propius accesserint. Ille qui sudat sanguinē suū, cuius dentes crepuerūt sub pugno, cum magna spe descendit ad pugnam: multum adiuicit sibi uirtus lacessita. Certus est de requie, uenalis est qui pretiū habet apud se. Sic certus est de regno futuro, qui multas tribulationes pro Christo sustinuit, quibus regnū cælorum emitur. Act. 14. **Per** multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Matth. 5. **Beati** qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam

ipforum est regnum celorum.
¶ Et notandum quod quum bona quæ pro Deo agimus, vel mala quæ sustinemus, consideramus, ea Dei gratia attribuere debemus, exemplo Pauli dicentis 1. Corinth. 1. Abundantius illis omnibus laboravi; non ego autem, sed gratia Dei mecum.

¶ *Quod ex consideratione beneficiorum Dei spes adiuuatur,*

Species III.

S E Q V I T V R de illa specie considerationis quæ est circa beneficia. Quæ possumus subdividere in quatuor species. Prima est circa Dei beneficia generalia, & spiritualia: ut est redemptio mundi, & alia beneficia quæ ad salutem humani generis pertinent. Ad hæc considerationem pertinet illud Rom. 8. Qui proprio filio suo non peperit: sed pro nobis omnibus donavit illi: quomodo non cum illo omnia nobis donavit? Et ad Tit. 2. Qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret, ab omni iniquitate. Bernar. Domine quid est homo quia innoxius ei, aut filius hominis quia reputas eum? Deniq; mittis unigenitum tuum, immittis Spiritum tuum, promittis etiam uultum tuum, Et ne quid uacet in cælestibus, ab opere sollicitudinis nostræ etiam illos beatos Spiritus propter nos mittis in ministerium. Item Bernardus super illud Canticor. 2. Columba mea in foraminibus petra. Clauus penetrans, clauus referans factus est

michi, ut uideam uoluntatē Domini: quod enim uideā per foramen, clamat clauus, clamat uuln. Idē Patet arcanū cordis per foramina corporis. Idē: Patet illud magnum pietatis sacramentum: patet uiscera misericordiæ, in quibus uisitauit nos oriens ex alto. Idē: In quo clarius quam uulneribus tuis eluxisset: quod tu Domine suavis & mitis & misericors: maiorem enim miserationē nemo habet, quam ut animā suā ponat quis pro additis, & dānatis. ¶ Secunda consideratio est circa beneficia spiritualia particularia: ad quod pertinet illud Bernardi super Cant. Omnino, inquit, propter mansuetudinē quæ in te prædicatur, currimus post te Domine Iesu, audientes quod non spernas pauperem, peccatorem non horreas: non horruisti contentem latronem, non lacrymantem peccatricem, non Chananzam supplicāntē, non deprehensam in adulterio, non sedentem in teloneo, non supplicāntē publicanū, non negantem discipulum, non persecutorem discipulorū, non ipsos crucifixores tuos: in odore horum unguentorū currimus. Tertia consideratio est circa beneficia corporalia generalia: ut est creatio mundi, gubernatio, sustentio. Ad hæc considerationē pertinet illud Matt. 5. Respice uoluntia cæli quæ non ferūt, neq; mutant, neq; cōgregant in horrea, & pater uester cælestis pascit eas: nonne uos magis pluris estis illi

lis? Et post: De uestimento quid solliciti estis? cōsiderate lilia agri, &c. Quarta consideratio est circa beneficia corporalia, & spiritualia, de quibus in scriptura legitur: ut est conseruatio trium puerorum in fornace. Daniel. 3. Et liberatio Susannæ. eiusdē 13.

¶ *Quod ex consideratione meritorū, & suffragiorū Sanctorū spes adiuuatur. Species I I I I.*

Quæ subdividitur in alias quatuor species considerationū.

S E Q V I T V R de illa specie considerationis quæ est circa merita Sanctorum uel suffragia, quæ in quatuor species subdividere possumus. Prima est circa merita Dei & hominū Iesum Christum. Secūda, circa merita scilicet beatæ uirginē. Tertia, circa angelos. Quarta, circa sanctos.

¶ *Quod ex consideratione meritorū, & suffragiorū Christi spes adiuuatur. Species I.*

P R I M A multū spem roborat, ad quam pertinent auctoritates Sacre scripturæ. Bernardus super Cant. Puto iam spernere me non poterit Christus os de ossibus meis, & caro de carne mea. August. in lib. de Ciui. Dei: Gratia, inquit, Dei non potuit gratius commendari, quam ut ipse unicuique Dei filius in se incommutabiliter manens, induerit hominē, & spem dilectionis suæ daret hominibus, homine medio: quæ ad illum ab hominibus ueniretur, qui tam longe erat iustus ab impiis, beatus à miseris. Greg. Præ

bet apud Deum homini fiducia Deus homo, est nobis spes magna penitentibus, quia aduocatus noster factus est in dex noster. 1. Ioannis 2: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Romanorū 8. Qui est ad dexterā Dei: qui etiā interpellat pro nobis. Ipse secundum quod homo, postulat: secundum quod Deus, dat. Dauid: Accepisti dona in hominibus. Christus dicitur accipere dona in hominibus: quia merito eius datur ecclesie dona charitatis. Unde ecclesia in fine orationum petit orationem suam exaudiri per Dominum suum Iesum Christum. Et ad Hebr. 7. dicitur de ipso, quod in perpetuum saluare potest, accedens per semetipsum ad Deum semper uiuēs ad interpellandum pro nobis. Eiusdem 9. Iesus introiit in ipsum caelum, ut appareret uultui Dei pro nobis. In Psal. Respice in faciem Christi tui. Respiciēs Deus pater, quā charē ecclesia constitit filio, suæ parci ecclesie. Item in Psal. Scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum: Dominus exaudiet me cum clamauero ad eum. Et super illud Psal. Saluum fac populum tuum Domine. dicit gl. Ecce quanta spes creditū, cum pro eis orat passus pro eis, & iudex est, & aduocatus.

¶ *Quod ex consideratione meritorū, & suffragiorū beatæ uirginis spes adiuuatur. Species I I.*

n 4 Consi

CONSIDERATIO etiā mediatrix nostrā multam fiduciā potest nobis dare: ipsa enim est dulcedo, & spes nostrā, ut cātat ecclesia. Ipsa est mater sanctæ spei, in ipsa est gratia omnis uitæ & ueritatis, & omnis spes uitæ, & uirtutis. Ecc. 2. 4. Ad hanc cōsiderationē, & ad precedentem pertinet illud Bern. Securum habes accessum ô homo ad Deum, ubi habes filium ante patrē, & ante filiū matrem. Filius ostendit Patri cicatrices, & uulnera: mater ostēdit filio peccus, & ubera, nec ulla potest esse repulsa, ubi tot charitatis occurrūt insignia. Beata uirgo gratiæ thronus est, in qua scilicet fons gratiæ quieuit. Heb. 4. A deam cum fiducia ad thronū gratiæ eius, ut misericordiam consequamur. Iere. 14. Solium gloriæ tuę recordare, & ne irritum facias scēdus tuum nobiscum. Solium gloriæ est beata Virgo. Ipsa enim thronus eburneus est. De quo 4. Regū 10. & 2. Paralip. 9. Ipsa est stella maris. Luc. 1. Et nomen uirginis Maria, quod interpretatur stella maris. Ipsa naufragantes in mari huius mundi, cū aliud cōsiliū aut auxilium deficit, ad portū salutis dirigit. Sicut est quēdam stella quę nos naufragantes in mari uisibili, cum tempus obscurum est, ad portum dirigit. Bern. super illud Euangelium, Missus est angelus Gabriēl. Si conserunt, inquit, uenti tentationū, si incurtis scopulos tribulationum, respice stel-

lam, uoca Mariam. Et paulō post: In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariā cogita, Mariā inuoca, non recedat a corde, nō recedat ab ore: & ut impetres eius auxilium, non deferat conuersationis exemplum. Ipsam sequens nō deuias, ipsam rogans nō desperas, ipsam cogitans nō erras: ipsa tenente non corruis, ipsa protegente nō metuis, ipsa dūce non fatigaris, ipsa propitia peruenis: & sic in temetipso experis quōd meritō dictū sit, Et nomen uirginis Maria. Ipsa data est mundo quasi aqueductus, per quem gratiā a Deo descendant, Ecce. 2. 4. Sicut aqueductus exiit a paradiso. Bernar. loquens de ipsa, Vehemētia, inquit, desiderii, seruore deuotionis, puritate orationis fontē attingit pietatis, ut hauriat super angelos quod refunderet hominibus aquā uiuam. Idem: Præterea tanto tēpore fluente gratiæ defuerūt: quia nōdū intercesserat aqueductus. Ipsa est collū, caput ecclesiæ, scilicet Christum, corpori eius coniungens. Qui ipsi per amorem non adhæret, nō adhærebit capiti collo amoto. Cant. 6. Collum tuum sicut turris eburnea. Collū est beata uirgo quantum ad mediationem. Turris uerō est quantum ad defensionem. Ipsa enim est uirgo directionis, errantes in uia præsentis uitæ salubriter dirigens. Item est uirgo in signum clementiæ, a uero Assuero mūdo

extenta

extenta. Esther 4. Assuerus interpretatur beatitudo. Ipsa est etiā uirga Moyſi a Pharaone infernalis, & eius exercitū Israēlitas liberans. Exōdi 4. Et cordibus aridis, & duris aquam deuotionis prouidens. Num. 20. Ipsa est uirga de radice Iesse egressa. id est, de incendio diuini amoris. Esa. 11. Iesse enim interpretatur incendium. Ex magnitudine diuini amoris fuit, quōd Deus mūdo dedit beatam uirginem, quæ occasione peccatorū habet gratiam quam habet apud Deum. Nunquam enim fuisset mater Dei, nisi peccatores fuissent: quia non fuisset necesse: ideo parata est eā expendere in peccatores. Unde securis possunt accedere peccatores ad eam tanquam ad suam quodammodo, quia sibi datam. Augusti. in oratione ad beatam Mariam: O maria, inquit, multum audeo, multum gaudeo, multumque gaudium multam mihi facit audaciam: mira loquar, sed sic est. Nos enim tibi teque nobis mira uicissitudo cōfederat: ut scilicet pro nobis habeas illud esse quod es: nos uerō per te id esse quod sumus. Si enim nulla præcessisset nostrā transgressio, nō esset secuta nostra redemptio. Et si necessarium non esset redimi, nō esset necessarium te parere redemptorem. Ut quid enim nescium peccati pro peccatoribus pareres, si de esset qui peccasset: ut quid mater fieres Saluatoris, si nulla esset

indigentia salutis? Ipsa est uirga quę florem nouum protulit, & fructum sufficientem ad mundi redemptionem, & ad electorum æternam refectionem. Ipsa est quæ mœstis consolationis uinum prouidet. Ioannis 2. Vinū, ait ipsa filio suo, non habent. Ipsa est Dei cellaria, de qua familia Dei meritō gaudet. Canticorum 1. Intro duxit me rex in cellaria sua. Et subditur in persona fidelium: Exultabimus & lætābimur in te. Ipsa est aurora furibus infernalibus tremebunda. Canticorum 6. Quæ est ista quæ progreditur sicut aurora confurgens: Iob 2. 4. Si subito apparuerit aurora, arbitratur umbram mortis. Ipsa est pulchra ut luna: Canticorum 6. Luminare enim noctis est, lucens eis qui sunt in nocte peccati. Ipsa est mediatrix luminis. Luna recipit lumen a sole, & dat mundo, cum mundus propter aliquod interpositū sibi, & soli, non potest illud recipere a sole. sic beata Virgo lumen gratiæ recipit, cum mūdus non esset dignus illud recipere. Bernard. Cū tu dignus non eras, cui filius Dei daretur, datus est Marię: ut per eā acciperes quicquid haberes. Ipsa propinqua ualde est peccatoribus, sicut luna inter planetas propinquior est terræ. Pulchritudo eius est, ut pulchritudo lune: quia his qui sunt in nocte peccati, pulchra apparet propter magnitudinē misericordię suę ad quam tales maximē ha-

n s beut

bent oculos. Ecclesiastici 24. Sicut oliua speciosa in capis. Cantororum 4. Pulchriora sunt ubera tua uino. Bernardus in sermonibus: Nos quidem, inquit, in ceteris uirtutibus congaudemus tibi: sed in misericordia tua potius nobis ipsis. Laudamus uirginitatem, humilitatem miramur: sed misericordia miseris sapit dulcius. Hanc amplectimur charius, recordamur sapius, crebrius inuocamus. Hæc est enim quæ totius mundi reparationem obtinuit, salutem omnium imperat. Constat enim pro uniuerso genere humano fuisse sollicitam: cui dictum est, Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam, quam querebas. Quis ergo misericordiam tuam, ô benedicta, longitudinem, & latitudinem, sublimitatem, & profundum queat inuestigare? Nam longitudo eius usque in diem nouissimum inuocantibus eam uniuersis subuenit. Latitudo replet orbem terrarum, ut tua misericordia quoque sit plena omnis terra. Sic & sublimitas eius ciuitatis supernæ inuenit reformationem. Et profundum eius sedentibus in tenebris, & umbra mortis obtinuit redemptionem. Per te enim cælum impletum est, infernus euacuatus est, inflaturatæ ruinæ cælestis Hierusalem, expectantibus miseris uita perdata data. Sic potētissima, & piissima charitas, & affectu compatiendi, & subueniendi abundat effectu quæ locuples in utro

que. Ad hunc ergo fontem sitibunda properet anima nostra, ad hunc misericordiam cumulum tota sollicitudine misera nostra recurat. Idem: Sileat misericordiam tuam uirgo beata, si quis est qui eam inuocata in necessitatibus sibi meminerit defuisse. Misericordia eius non defuit etiã Theophilo. ¶ Fuit Theophilus in quadam urbrum Siciliæ, tam prudenter, & utiliter res ecclesiasticas dispensans, quod eum mortuo episcopo dignum episcopatu omnis populus acclamauit. At ille contentus uicedominatu alium maluit ordinari episcopum: a quo ab honore suo impatientiam deuenit, ut conducto quodam Mago Hebreo ad recuperandum honorem suum, opem quæreret à principe demoniorum. A quo iussus est negare filium Dei, & matrem eius cum omni proposito Christiani: & ipsam abnegationem scribere, & sigillatam tradere, & sic eius seruitio se addixit. Qui in crastinum recuperato honore suo, non multum post ad seruerus in ecclesia beatæ Mariæ omni penitentia se assigendo, primo sibi piam Dei matrem reconciliauit, eamque sibi apparente abrenuntians diabolo, Christumque uerum filium Dei, & ex Maria uirgine natum, & omne Christiani propositum profitens, per eam etiã Christi filii eius gratiam recuperauit. Et ad iudicium indultæ sibi

sibi ueniam rursus ei dormienti apprensus Christi mater, etiam scriptum abrenuntiationis, quod signatum diabolo dederat, super pectus eius reposuit. Quo Theophilus recepto, in crastinum die Dominica coram episcopo & omni ecclesia pandens ordinem rei, omnes ad stuporem, & laudem Dei & genitricis Christi Mariæ commouit, & in eodem loco quo sibi pia uirgo apparuit, peritans, ibidem post triduum mortuus est, & sepultus. ¶ Item beata Virgo est electa ut sol. Cantico. 6. Sicut enim sol est luminare, par sibi non habens, toti mundo sufficiens: sic beata uirgo nec primam simile uisa est, nec habere sequentem. Ipsa luceat fulgore miraculorum ubique terrarum: non sic alii sancti qui aliquot annis post transitum suum fulserunt miraculis: & hoc in specialibus locis. Suffragia uero beatæ uirginis usque in diem iudicii non cessabunt. Ecclesiastici 24. Usque ad futurum seculum non desinam. ¶ Ipsa est terribilis hostibus infernalibus, ut castrorum acies ordinata. Cantico. 6. Ideo fideles in tentationibus suis frequenter debent eam inuocare. Non sic timent hostes uisibiles quamlibet multitudinem copiosam, sicut aëcæ potestates Mariæ uocabulum patrocini & exemplum. Fluunt & pereunt sicut cera à facie ignis ubicunque inueniunt huius nominis strebram recordationem, deuotam

inuocationem, sollicitam imitationem. Ipsa est mulier coterens caput serpentis infernalis. Gene. 3. Sed sunt qui uidentur uelle quod ipsa coterat caudam, qui non in principio tentationis eam inuocant. Ipsa est arca testamenti. Exo. 25. In hac arca posuit Deus thesaurum quem mundo contulit. Ad hanc arcam recurrit ecclesia in necessitatibus suis. Ipsa est arca non solum plena, sed etiam superplena. Ber. super illud, Spiritus sanctus superueniet in te. Cur in eam, inquit, iam plenam superuenturum afferit Spiritum sanctum, nisi ut adueniente Spiritu, plena sibi, ipso quoque superueniente, nobis superplena, & superfluens fieret? Ipsa præter coronam quam sibi meruit, meruit etiam peccatoribus ad eam recurrentibus propitiationem. Vnde super coronam arcæ fuit propitiatorium. Ipsa est mulier gratiosa inueniens gloriam his pro quibus eam querere uoluerit. Pro uerb. 11. Ipsa etiam est mulier bona: de qua Proverb. 18. Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum: & hauriet incunditatem à Domino. Antequam ipsa esset, magna fuit penuria bonorum spiritualium in mundo. Eccl. 36. Vbi non est mulier, ingemiscit æger. Ipsa est mater non solum filii Dei naturalis, sed etiã omnium filiorum Dei per gratiam. Vnde quod Dominus dixit discipulo quæ diligebat de ipsa, Ecce mater tua, Io. 19. intelligendum est de quolibet

quolibet quē Christus diligit. Et Canti. 8. mater uocatur: Quis mihi det te fratrem meum, fugentē hubera matris meæ, scilicet Mariæ. Ideo frequenter dicendum est ei illud quod cantat ecclesia: Mōstra te esse matrē. Indigebat mundus matre propter prauitatem pusillanimitatis & defectū multiplicatam. Ipsa adiutrix est pusillanimum. Vnde dicit ei ecclesia, luna pusillanimes. Nolite timere pusillus grex: quia cōplacuit matri uestre dari uobis regnum. Ipsa est mater misericordiae. Ber. Quādo misereri nō poterit mater omnipotentiae: quando misereri noller mater misericordiae? Idem: Reuolue totā feriem euangelii: & si quid asperum, si quid durum inuenieris in Maria, deinceps eam suspectam habeas, & ad eam accedere uerearis. Ipsa est mater pulchræ dilectionis. Ecclesiast. 24. nō amans filios suos fatuo amore, ut aliquæ matres faciunt. Omnes filios Dei qui sunt in mundo isto, quasi gestat in uisceribus pietatis, exhibens eis ubera consolationis. Cantico. 3. Pulchræ sunt māmæ tuæ. In eodē, Pulchriora sunt ubera tua uino. Sicut Christus est ostium regni cælorum, Io. 10. ita ipsa est fenestra ipsius. Vnde cantat ecclesia, Intrent ut astra flebiles, cæli fenestra facta es. Ipsa figurata est per fenestrā arcæ, quam Hebræi dicunt fuisse crystallinam, per quam habuit transitum columba quæ cessa-

tionem diluuii indicauit, & spem salutis attulit. Item ipsa est fons terram ecclesie irrigans & fecundam reddens. Cantic. 4. Fons hortorum, &c. Fons in uallibus inuenitur: & beata Virgo humilibus est familiaris. Loca fonti uicina, florida solent esse & uiridia: sic familiares beatæ uirginis florent uirtutibus, & uirent bonis operibus. Eccles. 40. Super omnem aquam uiriditas.

¶ *Quod ex consideratione mentorum & suffragiorum angelorum spes adiunatur. Species III.*

SE QUITVR de illa specie cōsiderationis, quæ est circa angelos, ad quā pertinent illa uerba Sacræ scripturæ, quæ nobis indicant beneuolentiam uel beneficium angelorum, ut est illud Luc. 15. Gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente. Et illud Psal. Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodiāt te in omnibus uis tuis. Bernardus loquens de hoc uerbo, Quantam, inquit, debet tibi hoc uerbum inferre reuerentiam, asferre deuotionem, conferre fiduciam? Reuerentiam pro presentia, deuotionem pro benenolentia, fiduciam pro custodia. Idem: Quid sub tantis custodibus timeamus nec superari nec seduci? Minus autem seducere possunt. Fideles sunt, prudentes sunt. Quid trepidamus? tatum sequamur eos, adhæreamus eis, & in protectio-

uel

ne Dei celi commorabitur. Hierony. Magna est dignitas animarum, ut unaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum. Bernard. loquens de illo uerbo Esa. 62. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, Benignus es, inquit, Domine, qui non es contentus nostrorum fragilitate murorum: sed ipsis hominum custodibus angelicam custodiam supponis. Ad eandem considerationem pertinet illud Matthei 18. Videte ne contemnatis unū ex pusillis istis: angeli enim eorum semper uident faciem patris mei qui in cælis est. Item illud Hebr. 11. Nōne omnes ad ministrarii spiritus sunt in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis? Et Exodi 24. Ecce ego mitto angelum meum qui præcedat te, & custodiat in uia, & introducat ad locum quem parauit. Et Tob. 5. Angelus Domini comitetur uobiscum. Eiusdem 12. Quando orabas cum lacrymis, ait Angelus Tobie, ego obtuli orationem tuam Domino. Et Lucæ 16. Fadū est ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Et Apocalip. 12. Michaël & angeli eius præliabantur cum dracone. Bernard. super Cantic. Bene tecum agitur, o mater ecclesia: bene tecum agitur in loco peregrinationis tuæ: de cælo & de terra uenit auxilium tibi.

¶ *Quod ex consideratione mentorū & suffragiorum aliorum sanctorum & sanctorū spes adiunatur. Species IIII.*

SE QUITVR de illa specie cōsiderationis quæ est circa sanctos, ad quam pertinet illud Iob 4. Ad aliquem sanctorum conuertere. Et illud Psal. Leuauit oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. Montes spirituales, sancti sunt. Et illud Bernard. Tria sunt quæ in festiuitatibus sanctorum uigilanter considerare debemus. Auxilium sancti, exemplum eius, confusionem nostram. Auxilium: quia potens in terra, potentior est in cælis. ante faciem domini Dei sui. Si hic dum adhuc uiueret miserus est peccatoribus, & orauit pro eis: nunc tanto amplius, quanto uerius cognoscit misérias nostras, orat pro nobis patrem: quia beata illa patria charitatem eius non immutauit, sed augmentauit: & nunc induit potius sibi uiscera misericordiae, quam ante fontem misericordiae assistat. Bernard. super Cantic. Non ambigo ego, quin apostoli & apostolici uiri, tantō in morte potentius sponfam protegant & custodiant, quantō in ipso amplius confortatus est principatus eorum. Cum charitas sanctorum in uia modica sit respectu charitatis eorum in patria: secundum illud Esaie 31. Dixit dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Ierusalē. ue-

rifum

rifimile est quod sancti, qui in hoc mundo tantum amauerunt peccatores, pro salute eorum se morti exposuerunt, multi sint parati iuuare eos modo in his que ad salutē eorū pertinent, nisi per culpā eorum steterit. Vnde multam deberemus habere fiduciam in eis, & specialiter in illis quorum pietatis plura argumenta habemus: sicut in illis qui in hac uita mortali leguntur fuisse eminentis pietatis: ut de beato Nicolao legitur, quod erat ualde compatiens, & super afflictos pia gestūs uiscera. Et beatus Martinus diuinitatē pallium pauperi, & in illis qui morte imminente perierunt Deum propitium fieri his qui memoriā eorum agerent: ut beata Catharina que Christo ait: Fac misericordiā meā agentibus memoriā. Et in his de quorum tumba manat oleum ad iudicium pietatis eorū: ut de tumba beati Nicolai, & de tumba beate Catharine.

De his que aduersantur fidei, scilicet desperatione & confidentia in creaturam: & de causa desperationis. CAP. IIII.

Spei uerō uidentur aduersari, diffidētia de Deo siue desperatio, & confidentia in creatura. ¶ Desperatio hominem reddit maledictum, & protectione Dei indignum. Ecclesi. 2. Vae dissolutis corde, qui non credunt Deo, & ideo non protegētur ab eo. Desperans est similis Cain: caput cordis habet tremulum,

uagus & profugus est, à procella tentationis, à terra uiuentium proiectus: eo quod non habet ancoram spei qua retineatur. ¶ Desperatio est peccatū in Spiritum sanctum. Vnde super illud Gen. 4. Maior est iniquitas mea & c. dicit gl. Desperatio est blasphemia in Spiritum sanctum, que non remittitur neque in hoc seculo, neque in futuro: quia autem putat Deum nolle dimittere, aut non posse: tanquam aut omnia non possit, aut inuideat salutem. De desperatione require super in cap. de Commédatione spei, in fine. Et in tractatu de Acedia, secunda parte. cap. 15. ¶ Confidentia uerō in creatura triplex est. Prima est præsumptio siue confidentia de se. Secunda confidentia in homine. Tertia confidentia in re inferiori homine: ut in diuitiis. De prima dicitur Prouer. 28. Qui confidit in corde suo, stultus est. Verē stultus est homo de se præsumens, cum homo ex se non sufficiat, neque ad subsistendum, neque ad bene uiuendum. Tripliciter est homo insufficientis ad subsistendum. Primo, quia secundum uerbū Gregor. esse omnium que de nihilo sunt in nihilum tenderet, nisi ea omnium author manu regimini retineret. Secundo, quia non est sufficiens defendere se ab hostibus suis, imò à dæmonibus citò perimeretur, nisi à Domino protegeretur. Thre. 3. Misericordia Domini, quia nō sumus con-

sumpti.

sumpti. Bern. Si boni spiritus se à nobis elongauerint, impetū malignorum spirituum sustinere quis poterit? Tertio, quia cibo indigeret, sine quo uita eius deficeret: quæ insufficientia non est in angelo, imò nec in lapide. Dauid: Esuriētes & sitientes anima eorum in ipsis defecit. Item ad bene uiuendum tripliciter insufficientes est. ¶ Primo, quia non sufficit ex se bonam uitam inchoare. 1. Cor. 15. Non quod sufficientes sumus aliquid cogitare ad nobis quasi à nobis. Cogitatio primū opus esse uidetur. Potest homo per peccatū se occidere, sed non potest se occisum suscitare. Sap. 16. Homo per malitiam occidit animam suam. Osee 13. Perditio tua Israel, tantūmodo ex me auxilium tuum. ¶ Secundo, insufficientis est in bono inchoato proficere. Bern. super illud Cāt. 1. Trahe me post te. dicit in persona ecclesie: Domine, scio me nequaquam posse peruenire ad te, nisi gradiēdo post te: sed ne hoc quidem nisi adiuuer à te: ideo precor ut trahas me post te. Beatus siquidem est cuius est auxilium abs te. Homo præsumens de se, maledictus est. Etia. 5. Vae qui sapientes estis in oculis uestris. De præsumptione ista, require in tract. de Superbia 3. parte. cap. 5. Confidentia uerō in homine fallax est, & ho-

minem confundens. Esa. 20. Confundentur ab Aethiopia spe sua. Et eiusdem 36. Ecce, confidis super baculum arundineum contractum istum, super Aegyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam. Sic Pharaon rex Aegypti omnibus qui cōfidunt in eo. Hierem. 9. Vnusquisque à proximo se custodiat: & in omni fraude suo non habeat fiduciam. Confidentibus in homine Sacra scriptura in multis locis maledicit. Hierem. 17. Maledictus homo qui confidit in homine. Et Etia. 31. Vae qui descendunt in Aegyptum ad auxiliū, & non sunt cōfisi super sanctum Israel, & Dominum non exquisierunt. ¶ Cōfidentia etiā in rebus inferioribus ualde periculosa est. Grego. super Iob: De creatore desperasset, si spem in creatura posuisset. Idem: Quasi in aquis defluentibus fundamentum ponere, est in rebus labentibus spei fiduciam uelle solidare. Sapient. 5. Spes impii quasi lanugo quæ à uento tollitur, & tanquam spuma gracilis quæ à procella dissipatur. Iob 8. Spes hypocrite peribit. Et paulo post: Sicut tela aranearum fiducia eius. Glof. Gregor. Tela aranearum studiose textitur, flatu uenti dissipatur: sic quicquid hypocrite exudat fauoris aura tollit. Item Iob 31. Si putauit aurum robur meum: & obrizo dixi, Fiducia mea: supple male mihi accidat. Glof. Obrizum

zum est rudis auri moles. Pro-
uerb. 11. Qui confidit in diuitiis
suis, corruet. Ecclesiast. 31. Bea-
tus diues qui non sperauit in pe-
cuniæ thesauris. Et 1. Timoth. 6.
Diuitibus huius seculi præcipe
non sperare in incerto diuitia-
rum, sed in Deo uiuo. Quum
aurum & argentum uix securè
possint esse etiam in arcis seratis:
fatuus est qui ex his securita-
tem uult sibi facere. Quomodo
enim possunt dare securitatem,
quam non habent? & quum bo-
na transitoria mentiantur non
soluendo quod promittunt: fa-
tuus est in eis fiduciam habere.
Esaia 28. Posuimus mendacium
spem nostram, & mendacio pro-
tecti sumus. Mendacio protege-
batur Goliath, cui dicit Dauid 1.
Reg. 17. Tu, inquit, uenis ad me
cum hasta, gladio, & clypeo: ego
autè uenio ad te in nomine Do-
mini. Hasta, clypeus & gladius
promittebant ei uictoriã, quam
tamen non habuit.

¶ De quatuor causis desperationis.

ET notandum quod quatuor
sunt quæ possunt esse causa de-
sperationis. ¶ Primam est pecca-
ti magnitudo, uel multitudo. Ge-
nes. 4. Maior est iniquitas mea,
quàm ut ueniam merear. Sed fa-
tuus est propter multitudinem
uel magnitudinẽ peccati despe-
rare: quum ubi superabundauit
delictũ, superabundet & gratia.
Ro. 5. Et maior miseria amplius
soleat mouere misericordiam.
Abyssus enim miseriæ abyssum

inuocat misericordiæ. Bernard.
Peccaui peccatum grande: tur-
babitur cõscientia, sed non per-
turbabitur. uulnerum enim Do-
mini recordabor. Idẽ. Quid tam
ad mortẽ quod non Christi mor-
te soluatur? August. 10. lib. Con-
fessio. loquẽs ad Deum patrem:
Merito, inquit, mihi spes ualida
in Christo est, quod sanabis om-
nes languores meos per eum
qui sedet ad dexteram tuam, &
te interpellat pro nobis: alio-
quin desperaui: multi enim &
magni sunt languores mei. Mul-
ti enim & magni sunt: sed am-
plior est medicina tua. Idem in
eodem: Ille tuus unicus rede-
mit me sanguine suo: non ca-
lumnientur mihi superbi: quo-
niã cogito pretiũ meum. Maiorẽ
malitiã in homine diuina boni-
tas, quæ summa est, magis odit,
parata eam destruere, & eũ qui
uult eam deserere, adiuuare.
¶ Secundum est multitudo ten-
tationũ. Quidam putant se esse
desertos à Deo, quia non dat eis
quietẽ à tentationibus: quum po-
tius tentatio signum diuini amo-
ris sit. Est enim eruditio filiorum
Dei. Iudic. 3. Hæ sunt gẽtes, quas
reliquit Deus, ut in his erudiret
Israëlem. Prouer. 13. Qui diligit
filiũ suum, instanter erudit eum.
Multiplicatio temptationũ signũ
est quod aliquis de manibus da-
monũ euaserit. Dum aliquis est
in carcere, unicum habet custo-
dem uel duos: si uerò euaserit,
omnes eũ insequuntur. Sic dum
aliquis

aliquis captus est à diabolo: non
tantũ eum dæmones persequun-
tur, quãtũ quum euaserit. Dauid:
Domine, quid multiplicati sunt,
qui tribulãt me? Greg. Illos pul-
sare negligit, quos iure quie-
to possidere se sentit. Præterea
quod uidetur esse impugnatio,
potius est defensio: ut patet in
Paulo, in quo impugnatio casti-
tatis erat defensio humilitatis. 2.
Cor. 12. Ne magnitudo reuelati-
onũ extollat me, datus est mihi
stimulus carnis meæ. ¶ Tertium
est, frequens casus, uel recidua-
tio. Sed fatuus est credere infirmi-
tatẽ humanã plus posse cadẽdo,
quàm Dei uirtutẽ releuãdo. Fre-
quens casus quũ ad humilitatem
ualeat, quodãmodo facit, ut ho-
mo ad fortitudinẽ accedat. Hu-
militas enim triumphare facit, si-
cut superbia facit corruere. Vn-
de Bern. super Cant. Superbia si-
ue iam existẽs, siue non dũ, sem-
per erit causa subtractæ gratiæ.
Nunquid qui humilibus dat gra-
tiã, humili aufert datã? Humilitas
Deo dat gloria: & ideo per con-
sequens super eum põnit pugna.
Eiusdẽ enim est gloria uictoriæ,
& põdus pugna. Superbus præ-
sumit, ideo cadit: humilis in Deo
confidit, ideo uincit. Petrus præ
cæteris cecidit, qui præ cæteris
præsumpsit. ¶ Quartũ est nimia
tristitia. Prou. 17. in mœrore ani-
mi deicietur spiritus. Deicietur,
inquã, in profundũ desperatio-
nis. Eccl. 14. Felix qui non habuit
animi tristitiã, & nõ excidit à spe

sua. Ideo nõ est cõtinuè habẽda
memoria peccatorũ: nec conti-
nuè cogitanda Dei iustitia: imò
quandoq; respirandũ est in Dei
misericordia. Greg. Consideran-
tes quod Deus pius sit, peccata
uestra nolite negligere. Consi-
derantes quod iustus sit, nolite
desperare. Idem: Oportet etiam
de Dei semper nos miseratione
cõfidere, & de nostra infirmitate
formidare. Isidorus: Benignus
est Deus, & seuerus: si tantũ be-
nignus esset, eius benignitatem
cõtemneremus: si tantũ seuerus,
desperaremus. Et notandũ quod
ea quæ dant occasionẽ desperati-
oni, aduersantur spei: quæ uerò
spem adiuuãt, de quibus dictum
est prius, remedia sunt contra
desperationem.

De rebus sperandis, & descriptione
beatitudinis. De 11. quibus cogno-
sci potest magnitudo futurae glo-
riae. De 11. fructibus ligni uitæ, de
multiplici materia gaudiũ futuri,
de differentia futuri gaudiũ ad
presens, & de 11. cognitionibus
intellectus per 12. stellas quæ sunt
in corona sponsæ. CAP. V.

Nunc dicendum de rebus
sperandis, quæ sunt gloria
animæ, & gloria corporis. De
quibus Esa. 51. In terra sua dupli-
cia possidebunt. Et Prouerbio:
ult. Omnes domestici eius ueluti
sunt duplicibus. Hæ sunt duæ stõ-
læ: quarũ unam iam habent san-
cti, & alteram expectãt. Apoc. 6.
Datæ sunt illis singulæ albæ ste-
læ, & dictũ est illis, ut requiesce-
rent

rent adhuc tempus modicū, donec compleantur cōserui eorū. In his duabus stolis beatitudo attenditur. Beatitudo uerō est, ut ait Boët. status omnium bonorū congregatione perfectus. Idem: Perfecta felicitas est, quicquid uelis adesse, & omne quod nolis abesse. Aug. in lib. de moribus ecclesiæ: Beata uita est, quum id quod est hominibus optimū, & amatur & habetur. Item Aug. in Enchiridion: Ille beatus est, qui omnia quæ uult habet: nec aliquid uult quod non decet.

¶ De x i l. quæ ualere possunt ad cognoscendum magnitudinem futura gloria.

D V O D E C I M sunt quibus cognoscitur, quā magna erit gloria fidelium, licet hic humiles sint & abiecti. ¶ Primum est hoc, quod Deus ita chare uendit gloriam istam etiam amicis suis. Petrus emit eam martyrio crucis, Paulus amputatione capitis. Et uerisimile est, quod ipse non deceperit eos, cum sit amicus fidelissimus: imo quod plus est, ipsemet emit gloriam istam charissimè amicis suis, scilicet crucis ignominia. Vnde, uerisimile est inestabiliter magnā esse gloriam illam quam Christus tanta ignominia emit. ¶ Secundum est gloria pulchritudinis, quam uidemus in inferioribus creaturis, quā domino placet decorare eas. Liliū in hyeme uile apparet, & quasi nullius pulchritudinis: in astate uerō cū domino

placet decorare illud, mirabilis est pulchritudinis. Idē uidemus in pratis. Matt. 6. Considerate lilia agri quomodo crescunt. Et subditur: Dico autē uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Et post: Si scenum agri quod hodie est, & cras in clibanū mittitur, Deus sic uestit: quāto magis uos modicæ fidei? ¶ Tertium est, gloria pulchritudinis, quā uidemus in his quæ sapientia artificū sunt. Videmus enim quod ex lignis, & lapidibus, & metallis, quæ quādo de terra sumuntur, paruam habent pulchritudinem, sunt opera miræ pulchritudinis: ut patet in gloria Salomonis. 3. Reg. 10. Videns regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, &c. non habebat ultra spiritum. Quam ergo gloriam habebunt amici Dei: cum Deo placuerit eos decorare, secundum magnitudinem sapientie suæ?

¶ Quarto potest apparere magnitudo istius gloriæ ex uerbis sanctorū, quibus Deus reuelauit eam, ut est illud Esa. 64. Oculus non uidit, Deus, absque te, quæ preparasti expectantibus te. Et 1. Corint. 2. Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit quæ preparauit Deus his qui diligunt eum. Et Rom. 8. Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futurā gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et 1. Corin. 4. Id quod in presentī est

mom

momentaneum, & leue tribulationis, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pōdus operabitur in nobis. Genes. 15. Ego sum merces tua magna nimis. Exo. 33. ait Moyses ad dominū: Ostende mihi gloriam tuā. Qui respondit ei, Ostendā tibi omne bonum. Prouerb. 11. Desiderium iustorum omne bonum. Dauid: Nimis honorati sunt amici tui Deus. ¶ Quinto potest apparere magnitudo gloriæ, per hoc quod legitur Matt. 17. in transfiguratione domini factum, quod respēdit facies eius sicut sol, & uestimēta eius facta sunt alba sicut nix. Voluit enim ibi dominus ostēdere gloriā quam habitura sunt corpora nostra in resurrectione. ¶ Sexto honor quē contulit Christus cruci quæ ei seruit. Aug. super Psal. Crux de penis latronū transiit ad fronte imperatorum. Quid faciet Deus fidelibus suis, qui tantum honorē contulit tormentis suis? Ambro. super Beati immaculati: Si opprobrium tuum gloria est, domine Iesu, quanta est gloria tua? Tuæ igitur participatione gloriæ quid erimus, cuius sumus opprobrio gloriosi? ¶ Septimo honor quo Christus honorat sanctos suos modō in terris. Maior enim reuerentia exhibetur pulueribus uel ossibus sanctorum, uel etiam panniculis quibus induti fuerunt, quā exhibetur maximis principibus huius mundi. Vnde uerisimile est quod mul-

tum sit eos honoraturus in celis qui facit eos tantū honorari in terris. ¶ Octauo, per hoc quod in gloria eorum erit similis gloria Dei. Iuxta illud 1. Ioan. 4. Filii Dei sumus, sed nondum apparet quid erimus: sed quum apparuerit, scimus quoniam similes ei erimus. Verisimile est quod creatura illa quæ in naturalibus similibus Deo extitit, & operando dominū imitata est, multū debeat decorari, quum Deo in gloria assimilabitur. Romano. 8. Quos prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui. ¶ Nono, locus in quo Christi benignitas uult eos esse. Ioan. 12. Vbi ego sum, illic & minister meus erit. Et eiusdem 17. Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecum, ut uideant claritatem meam. Lucæ 22. Et ego dispono uobis, sicut disposui mihi Pater meus regnū, ut edatis & bibatis super mensam meā. ¶ Decimo, quod regnū habebunt. Matt. 25. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, &c. Apoc. 22. Et regnabunt in secula seculorum. ¶ Undecimo, coronæ pretiositas. In Psal. Possisti in capite eius coronā de lapide pretioso. Lapis iste pretiosus, Deus est. Hæc est illa pretiosa margarita, quam qui inuenit, uendit omnia quæ habet, & emit eam. Matt. 13. circa coronā istam non solum attēde lapidis ualorē, sed & splendorē. Est enim splendor gloriæ. Heb. 1. Qui quum sit splendor gloriæ.

Apoc. 21. Civitas non eget sole, nec luna, ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminabit eam. Attende etiã coronę decorę, quã decenter scilicet corona cõueniat capitũ: caput enim cordis ad eam, & propter eam factum est. Aug. in lib. Confes. Domine, fecisti nos ad te, & inquietũ est cor nostrum donec requiescat in te. ¶ Duodecimo, hoc quod Deus eos ministerio proprio honorabit. Lucę 12. Pręcinget se, & faciet illos discumbere: & transiēs ministrabit illis. Hęc ministratio erit diuinę faciei, in qua sit summa lætitię ostensio. David: Lætificabis eũ in gaudio cum vultu tuo. Iob 33. Videbit faciem eius in iubilo. Nunc facies illa nobis abscondita est. David: Quã magna multitudo dulcedinis tuę domine, quã abscondisti timentibus te? Iob. 26. Qui tenet vultum solii tui, & expandit super illum nebulam suam. Magnitudinem etiam glorię saluandorũ ostendit hoc, quod Deus uocat ecclesiam sponsam suam. ¶ Erit enim gloria sponsę, ut decebit regem cęlestem sponsam ipsius. Quę gloria describitur in Psal. Assitit regina à Dextris tuis in uestitu deaurato. Cant. 4. Veni de libano: ueni, coronaberis. Item quod fideles dicuntur filii Dei, & filii charissimi. Ephes. 5. Estote imitatores Dei sicut filii charissimi. Vnde et gloria eorum, ut decebit tantum patrem. De qua

gloria Rom. 5. Gloriamur in spe glorię filiorũ Dei. Item quod fideles dicuntur dii, in Psal. Ego dixi, dii estis. Sicut de aliquo dicitur, quod ipse est rex uel archiepiscopus, eod quod regę, uel archiepiscopũ habeat in sua uoluntate: sic amici Dei in futuro dii erunt propter unionem uoluntatum cum Deo. 1. Corint. 5. Qui adharet domino, unus spiritus est. Amicitia est unio amantium. Aug. Talis est quisq; qualis eius dilectio. Si terrã diligis, terra eris: Deũ diligis: quid dicam? Deus eris. Non audeo hoc dicere ex me: sed scripturas audiamus. Ego dixi, dii estis.

¶ *De duodecim quę electi habent, qui intelliguntur 12. fructus ligni uitę.*

E T notandum quod duodecim erũt in electis post generalem resurrectionę, quę possunt intelligi per duodecim fructus ligni uitę: de quibus Apocal. ult. legitur. ¶ Primũ est sanitas absq; infirmitate. Psal. Qui sanatos omnes infirmitates tuas. Esa. 60. Occupabit salus muros tuos. ¶ Secundũ est iuuetus sine senectute. Psal. Renouabitur ut aquilę iuuentus tua. Quasi in ætate xxx. annorũ semper manebunt. Ephes. 4. Donec occurramus omnnes in uirũ perfectũ, in mentem ætatis plenitudinis Christi. 1. Thess. 4. Rapiemur obuiã Christo in æra: & sic semper cum domino erimus. ¶ Tertiu est fatietas sine fastidio. Hic nõ satiatur

oculus

oculus uisũ, nec auris auditũ. Eccl. 1. Sed tunc in bonis impletur desiderium tuum. In Psal. Satabor cũ apparuerit gloria tua. Esa. 49. Non esuriens, neque sitiens amplius. Greg. Satiati desiderabimus, ne satietas generet fastidiũ: & desiderantes satiabimur, ne cum anxietate sit desideriu. ¶ Quartũ est libertas, ad quã faciunt corporis agilitas & subilitas. ¶ Corpus enim nõ detinebitur uel propria grauitate, uel alterius corporis oppositiõne. Aug. in lib. de ciuit. Dei. xxij. Vbi solet spiritus, ibi erit protinus & corpus. ¶ Quintũ est pulchritudo absq; deformitate. Pulchritudo corporis cõsistit in claritate, & situ debito, & figura membrorũ. Sap. 3. Fulgebunt iusti. Mat. 13. Tunc iusti fulgebunt, sicut sol in regno Patris mei. Phil. 3. Saluatorẽ expectamus dominũ nostrũ Iesum Christũ, qui reformabit corpus humilitatis nostrę configuratũ corpori claritatis suę. ¶ Sextũ est impassibilitas, ad quam immortalitas pertinet. Esa. 49. Non cadet super eos sol, neq; ullus æstus. Esa. 25. Pręcipitabit mortẽ in sempiternũ. ¶ Septimũ abundantia sine indigentiã. Deuter. 8. Resũ omnĩũ abundantia perfrueris. Iudic. 18. Tradet uobis Deus locũ in quo nullius rei est penuria. Gregor. Nihil exterius quod appetatur: nihil interius quod fastidiatur. ¶ Octauũ est pax absque perturbatione. ¶ Nonum securitas sine

timore. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: in tabernaculis fiducię, & in requie opulenta. Psal. Qui posuit fines tuos pacę. ¶ Decimũ est cognitio absq; ignorantia. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculũ in ænigmate: tunc autę facie ad faciẽ. Nunc cognosco ex parte, tũ autem cognoscã sicut & cognitus sum. ¶ Undecimũ gloria absque ignominia. Coloss. 3. Quĩ Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cũ ipso in gloria. ¶ Duodecimũ est gaudiũ sine tristitia. Apocal. 7. Absterget Deus omnem lacrymã ab oculis eorũ. Item Esa. 25. Auferet dominus Deus omnem lacrymã ab omni facie, & opprobriũ populũ sui. Item Esa. 65. Obliuioni enim traditę sunt angustię priores. Et eiusdem lib. Lætitiã sempiterna super capita eorũ: gaudiũ & lætitiã obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. Mat. 25. Intra in gaudiũ domini tui. In uerbo intransit innuitur magnitudo gaudiũ, quod hominem undiq; cinget. Io. 16. Iterũ uidebo uos, & gaudēbit cor uestrum, & gaudiũ uestrum nemo tollet à uobis.

¶ *Quod gaudium electorũ proueniet quasi à sex partibus.*

E T notandũ quod gaudium electorum proueniet quasi à sex partibus. Primò à beata Trinitate. Secũdò à loci amœnitate. Tertio, à iucũda societate. Quarto, à corporis glorificatione. Quinto, ab inferno. Sexto, à mũdo. De

primo legitur Esa. 33. Regem in decore suo uidebunt. Eccle. 11. Dulce lumen, & delectabile est oculis uidere solem. In uisione regis triplex gaudium erit eis. Primum erit in uidendo faciem diuinam, quod erit summū gaudium. Aug. Si mali possent, malent Deum in inferno uidere, & in pœnis, quàm extra pœnas Deū non uidere. Chryso. Ego multo grauiores quàm gehenna est dico cruciatus remoueri, & abiici ab illa gloria: nec puto ita acerba esse gehēnæ incendia, ut sunt illa quibus torquetur is qui arce tur à conspectibus Dei. Bernard. Reuerailud est uerū, & solū gaudiū, quod nō de creatura, sed de creatore concipitur, & quod quum possedens, nemo tollet à te: cui cōparata omnis aliunde iucūditas mœror est, omnis suauitas dolor est, omne dulce amarū, omne decorū fœdum: omne postremo quodcūq; aliud delectare possit molestū, quum Dei bonitas in infinitū excedat omnē bonitatē creatā. Delectatio quæ erit in perceptione immediata illius bonitatis, in infinitū melior erit omni perceptione creatę bonitatis. In Psal. Faciē tuam Domine requiram. Io. 17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti te sum Christum. Et in Psal. illo: Qui regis Israël, triplicatur illud, Ostende faciem tuam, & salui erimus. Et super illud Psal. Ostendam illi salutare meum,

dicit Glo. Hæc uisio est tota merces uisio qua Deus uidetur facie ad faciem, tertium cælum est. Et iste paradysus (si dici potest) paradysorum: ut dicit glo. Aug. super 2. Corinth. 12. Ibi beata uita in fonte uiuo bibitur, inde aliquid aspergitur huic humane uitæ. David: Sitiuit anima mea ad Deum fontē uiuum. Omnes deliciae quæ sunt in mundo isto, minime guttæ sunt, quæ à fonte illo fluxerunt. Væ inimicis Dei qui guttas illas in terra lingunt, fonte suauitatis contempto. Ierem. Dereliquerunt me fontem aquæ uiuæ. Minus sunt omnes deliciae quæ fuerunt in mundo, & erunt, usque in diem iudicij respectu illius suauitatis, quàm sit una gutta aquæ respectu totius maris: cum tanta inueniatur delectatio in portuicula creaturæ, quanta inuenietur in ipso creatore? Frater Guido Carthus. Si diuinæ bonitatis uestigiorum uestigia tantum habent suauitatis, quid habet ipse fons suauitatis Deus? Augustin. 4. lib. confes. Plus delectant, quàm singula, si sentiri possent omnia: sed longe his melior qui fecit omnia. Secundum gaudium erit uidendo humanitatem Christi, Bern. Plenum prorsus omni suauitatis dulcedine uidere hominē hominis conditorem. Tertium gaudium erit in consideratione unionis humanæ naturæ ad diuinam. Mirabile enim gaudium erit electis, qui agnoscant, quod

frater

frater eorum secundū carnē uerē Deus est. Magnitudo huius gaudij potest perpēdi ex gaudio, quod solent habere parentes cum filiis eorum sunt episcopi uel archiepiscopi. Tāta erit unitas capitis, & membrorum, & membra honorem sui capitis suum reputabūt: sicut caput hominis bona uel mala membris suis illata sua reputat.

¶ Quod electis proueniet triplex gaudium ab amenitate loci.

ITEM à loci amenitate triplex gaudium electis proueniet. Primò à claritate loci. Tob. 13. Beatus ero, si fuerint reliquæ seminis mei ad uideūdā claritatē Ierusalē. Apocaly. 22. Nox ultrā nō erit. Et secundum Philosophum, ante corpus in quo est diuersitas luminis, est aliud suprā, in quo est uniformitas luminis per totū. Illud corpus est cælum empyreū, in quo est lumen continuum. Secundò à loci puritate. Apocaly. 21. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominatio. nem faciēs. Tertio à loci latitudine. Baruch 3. O Israël, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius? Seneca: Ab ultimis litoribus Hispaniæ usque ad Indos paucissimorum dierū spatium iacet, si nauem ferat uentus: at caelestis illa regio per xxx. annos uelocissimo lyderi uiam præstat.

¶ Quod electis proueniet triplex gaudium ex societate aliorum saluatorum.

ITEM ex societate proue-

niet triplex gaudium. Primò ex multitudine. Apocal. 7. Vidi turbam magnā quam dinumerare nemo poterat. Secundo ex nobilitate illius societatis in qua erit beata Virgo, & angeli, & sancti, & sanctæ, qui omnes reges, & reginæ erunt. Vnde filius Dei dicitur uenisse de regalibus sedibus. Sapien. 18. Plus deberent homines laborare solū ut possent esse una die cum beata Virgine, quàm multi laborent pro æterna gloria. Hiero. ad Eustochiū. Egredere quæso paulisper de carcere, & papillione corporis, ut in ostio stans uideas gloriam Dei pertransire: præsentis laboris ante oculos tuos pingere mercedē, quam nec oculus uidit, &c. Quia illis erit illa dies, cum tibi Maria mater Domini choris occurret comitata uirginis, cum post rubrum mare submerso cum suo exercitu Pharaone, tympanū tenens præcinet responsuris. Cantemus Domino: gloriose enim honorificatus est, &c. Tertio de amicitia societatis illius. Tāta enim charitas inter eos, quod gaudia aliorum sua reputabunt. Esa. 31. Dixit Dominus cuius ignis in Sion, & caminus eius in Ierusalem. Propter magnam charitatem hereditis illa omnibus una est, singulis tota, iuxta uerbum Greg.

¶ Quod electis proueniet quadruplex gaudium ex corpore glorificato.

ITEM à corpore glorifica-

o + to qua

to quadruplex proueniet gaudium. Primum, à corporis pulchritudine. Secundū, ab eius subtilitate. Tertiū, ab eius agilitate. Quartum, ab eius impassibilitate. Primum erit in corpore respectu eius quod erit iuxta se: ut scilicet alia corpora glorificata in aspectu eius delectentur. Secundū respectu eius quod erit infra se: ut scilicet corpora inferiora corpori glorificato cedant. Tertium, respectu eius quod erit supra se, ut ad spiritum suum perfectam possit habere obedientiam. Quartum, ad id quod erit contra se, ne ab aliquo possit lædi.

¶ *Quod electis proueniet triplex gaudium ab inferno.*

I T E M ab inferno triplex gaudium electis proueniet. Primo, ex hoc quod infernum euaserunt. Secundo, ex hoc quod hostes eorum cruciabantur ibi. Psal. Lætabitur iustus cum uiderit uindictam. Tertio, ex hoc quod peccatum quod maximè nocuit hominibus, clausum erit in inferno. Post diem iudicii erit in inferno peccatum quasi in proprio loco: non enim poterit remanere neque in celo, neque in terra, quin ad ultimum descendat in infernum.

¶ *Quod à mundo proueniet electis triplex gaudium.*

I T E M à mundo proueniet electis triplex gaudium. Primo, ex hoc quod à pœnali miseria huius exilii liberati erunt. Bernar. Transire de morte ad uitam, uita gaudium duplicat. Verisimile

est quod multum gaudeat de hac liberatione qui dicebat: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Secundò, de hoc quod à naufragio liberati erunt. Si naufragi qui de mari exierunt tantum gaudent: uerisimile est quod multum gaudeant qui tot naufragia passi, à mari huius mundi periculo, sistimo euaserunt. Bernar. Periculum probat transeuntium raras, & perentium multitudinem. In mari Mafiliæ de quatuor nauibus uix una perit: in mari huius mundi de quatuor nauibus uix una ad portum salutis peruenit. Tertio, ex hoc, quod quibus tantæ infirmitatis essent, tamen de tanto hoste triumphauerunt. Iob. 41. Non est potestas super terram que cõparetur ei, qui factus est ut nullum timeret. Nos sumus ut locustæ, hostes nostri ut gigantes. Aug. in lib. Conf. Quanto, inquit, maius periculum fuit in prælio, tanto est gaudium mans in triumpho. Sic est in nauigantibus. Nā post pericula & misericordias naufragii, exultant nimis: quoniam timuerunt nimis. ¶ De gloria futura dicit Aug. in lib. de Ciuit. Dei, Quarta erit felicitas, ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum: uocabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus. Nam quid aliud agatur, ubi nec ulla desidia cessabitur, nec ulla indigentia laborabitur? Nescio. Itē in eodē: Vera ibi gloria erit, ubi nec laudatione errore quisquam, nec adulatione laudabitur. Verus honor qui nulli nec

li negabitur digno, nulli deferetur indigno: sed nec ad eum ambiet ullus indignus. Vera pax, ubi nihil aduersi nec à seipso, nec ab aliquo patietur. Præmium uirtutis erit ipse qui uirtutem dedit: eique seipsum, qui melius, & maius nihil esse posset, promisit. Ipse finis erit desideriorum nostrorum qui sine fine uidebitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Idem in eodem: In illa ciuitate magnū bonum in se uidebit, quod nulli superiori nullus inferior inuidebit: sicut nunc non inuidet archangelis angeli ceteri, tanquam nollet unusquisque esse quod non accepit, quum nec in corpore uult oculus esse qui est digitus: Idē ibi uocabimus & uidebimus, uidebimus & amabimus, amabimus & laudabimus. Ecce quid erit in fine sine fine. Nā quis alius noster est finis, nisi peruenire ad regnum cuius nullus est finis? Itē Aug. loquens de summo bono: Qui hoc bono fruatur, quid erit illi, & quid non erit? Erit quicquid uolet: quicquid nolet, non erit. Item Bernar. loquens de cælesti ciuitate: O ciuitas cælestis, māsio securitatis: patria cõtinēs totū quod delectat, populus sine murmure, incolæ quieti, homines nullā habentes indigentiam. O quam gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei.

¶ *Quod gaudium futurum differt à presenti in multis.*

E T notandum quod gaudium futurum à presenti differt in hoc,

quod ipsum est plenū gaudium & perfectū. Io. 16. Petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenū. 1. Cor. 13. Cū uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Itē gaudium futurum est securum. Aug. in li. de moribus ecclesiæ. Summū bonū tale esse debet quod non amittat homo inuitus: quippe nemo potest confidere de tali bono quod sibi eripi posse sentit, etiam si retinere illud amplectique uoluerit: quicquid enim de bono quo fruatur non cõfidit, in tanto timore amittēdi beatus esse quis potest? Itē gaudium futurum est purum gaudium, cū hic dolore risus misceatur. Prou. 14. E. 25. Auferet Dominus omnem lacrymā &c. Hęc tria insinuatur Esa 25. Vbi sic legitur: Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium uindemiæ defecatæ. In pinguedine, intellige plenitudinem: in medulla, securitatem que intra ossa absconditur: in defecatione, puritatem. Conuiuium illud est cœna magna, de qua legitur Luca 14. quā Deus pater ab æterno præparauit: Filius uerò fercula addidit: gaudium scilicet, quod erit in aspectu humanæ naturæ quā assumpsit: Spiritus sanctus pigmenta suauitatis ministrat: Ipse est fluuius nectareus lætificans ciuitatem Dei. Psal. Torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Sola inuitatio huius cœnæ beatum reddit.

Apocal. 19. Beati qui ad cenā nuptiarum Agni uocati sunt. In hac cenā est unū uerulū quod solū sufficeret. Io. 14. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Solus odor huius cenā qui datur sanctis præsentiri, plus ualet quam totum gaudium mundi.

¶ De triplici materia gaudii electorum, & xij. cognitionibus intellectus per xij. stellas coronæ mulieris in Apocalypsi.

ITEM notandum quod triplex materia illius gaudii intimatur nobis. Nume. 13. in fructibus illis quos attulerunt exploratores de terra promissionis, qui fuerunt ficus, uua, & malogranata. In ficu dulcedinē deitatis intellige. Pro. uerb. 17. Qui seruat ficuti, comedet fructus eius: & qui custos est Domini sui, glorificabitur. In uua, Christi humanitatē in torculari crucis expressā. In malogranatis, sanctorum ordinatā societatem. Ordinatē enim se habent grana in malogranato. Itē Apo. 12. insinuatur nobis gaudia xii. in corona xii. stellarum, quæ erant in capite mulieris. Duodecim stelle sunt xii. cognitiōes quæ electos lætificabunt: tres pertinetes ad Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & nouem ad nouē ordines beatorū spirituum. Vel has xii. stellas intellige tres dotes animæ, scilicet Dei uisionem, eiusdē dilectionem, & boni excellentissimi uel arduissimi cōprehensionē, quæ cōprehensio gloriosissima est: & quatuor dotes corporis,

scilicet claritatē, uel potius pulchritudinē, subtilitatē, agilitatē, impasibilitatē, & societate quinque sensuū. Secundū quosdā tertius animæ est delectatio que est effectus uisionis, & amoris.

¶ De diuersitatibus spei, quæ detestabilis est ex quatuor, & commendabilis ex tribus.

C A P. VI.

NOTADū est ergo quod est spes detestabilis, & est spes commendabilis. Spes detestabilis quadruplex est. Prima est maledicta. Secunda, præsumptuosa. Tertia est uana. Quarta, mēdax uel falsa. ¶ Prima est, quæ Deum ideō offendit, quia de magnitudine misericordiæ eius cōdit. Vnde Bernardus in sermonibus: Est in fidelis fiducia solius utiq; maledictionis capax, quum uidelicet in spe peccamus. Hęc peccat in bonitatem Dei. Rom. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis contemnis? ¶ Secunda est quum aliquis sperat se facturum quum uoluerit quod uires eius excedit: ut quū aliquis præsumit se conuersurum a malis suis quum uoluerit. Ecclesiast. 29. Repromissio nequissima multos perdidit. Spes uana est, cum fiducia ponenda in creatore, in creatura ponitur. De quo require 5. capit. in eodem tractatu. Esaię 55. Cōfidunt in nihili. Spes falsa est, quū quis sperat quod futurū non est: ut quum quis promittit sibi longā uitam, qui citō moriturus est, ut ille cui dictū est, Stulte

Stulte hac nocte repetēt animā tuā. Luc. 12. Esa. 29. Posuim⁹ mendacū spē nostrā. ¶ Ad hoc quod spes commendabilis sit, tria operantur. Primū est, si in solo Deo ponatur. Hester 14. Exaudi uocē illorū qui nullā aliā spem habent. Secundū, si assit meritum, unde quod speratur, præsumatur. Ber. sup Cātica: Integra ecclēsiæ consolatio, quum non solū quid sibi sit expectandū, sed unde sit præsumendū, nouerit. Tertiū, si in tribulatione spes nō deficit, sed uires suas ostēdit. Iob 13. Etiā si ceciderit sup me, in ipso sperabo. In Psal. Si exurgat aduersum me preliū, in hoc ego sperabo. Item notadū quod est spes primæ auctoritatis, quæ in solo Deo ponēda est. Et est spes suffragii, quæ ponēda est in sanctis, in quantum sunt amici Dei. Spes quæ in solo Deo ponitur, subdiuidi potest in spem ueniæ, gratiæ, & gloriæ. Spes uerō gloriæ subdiuidi potest in expectationem gloriæ animæ, & gloriæ corporis, de quibus prius dictum est.

SECUNDAE partis principalis de tribus uirtutibus Theologicis, Tractatus IIII. De Charitate. C A P. I.



CHARITATIS descriptiones primō ponēda sunt. Secūdo, commendationi eius insistentur. Tertio, agetur de dilectione Dei. Quarto, de dilectio-

ne proximi. Quinto, de ordine charitatis. Sexto, de his quæ aduersantur charitati. Septimō, de gradibus diuersis ipsius. ¶ Notandū ergo quod charitas est finis præcepti de corde puro, & cōscientia bona, & fide nō ficta. 1. Tim. 1. Vbi dicit gl. Hic diffinit Apostolus charitatē. Charitas est finis, in quā, cōsummationis, non consumptionis. Plenitudo enim legis est dilectio. Roman. 13. August. Legis & omnium diuinarū scripturarum plenitudo est, dilectio rei qua fruendum est, & rei quæ nobiscū ea re frui potest, id est Dei & proximi. Idem: Ille sanctus & iustus uiuit, qui ordinatā habet dilectionem: ne aut diligat quod non est diligendū, aut nō diligat quod est diligendum, aut æquē diligat quod minus uel amplius diligendum est, aut minus uel amplius quo læquē diligendum est. Idem: Si non uoles omnes paginas perferutari, omnia in uolucra sermonum euoluere, omnia secreta scripturarū penetrare, tene charitatem ubi pendent omnia. Idem in libr. de disciplina Christiana: Ut nemo excusationem habeat in die iudicii, uoluit Deus, sicut scriptū est, consummare & abbreviare uerbum super terrā. Hoc ipsum uerbum cōsummatū & abbreviatū, non obscurum Deus esse uoluit. Ideo breue, ne nō tæderet legere. Ideo apertū, ne quis dicat, Nō mihi licuit intelligere. Thesaurus est magnus diuinarū scripturarum.

rarum: hic thesaurus absconditus est in agro. si piger eras ad p̄scru tandum thesaurū, non sis piger unam margaritā sub lingua ferre, & quō uis securus ambula. Hęc est margarita ista: Diliges, &c. Matth. 22. Vel finis p̄cepti est charitas: quia gratia charitatis habendę est p̄ceptum: sicut sanitas est finis medicinę. Augu. Timor est medicamentum: charitas sanitas. Sicut initium est sapientię timor Domini, Prouerb. 1. sic dilectio finis est sapientię. Ecclesiast. 1. Dilectio Dei honorabilis sapientia. Chrysofo. Finis annuntiationis est amor. Vnde Christus qui uenit legē implere, specialiter fuit p̄dicator amoris. Luca 12. Ignem ueni mittere in terrā: & quid uolo nisi ut accēdatur? Et in fine uitę suę mortalis inculcauit discipulis p̄ceptum de dilectione, ut habetur Ioan. 15. Hoc est, inquit, p̄ceptū meum, ut diligatis inuicem, &c. Item: Hęc mando uobis, ut diligatis inuicem. Item: Mandatum nouum do uobis, &c. Eiusdem 13. Sequitur, ex corde puro, &c. Tria hic tanguntur quę ad charitatē disponunt. Fides non ficta, scilicet fides uera & catholica, non illa fides quam sibi hęretici fingunt. Et spes quę per conscientia bonam intelligitur: quia ut dicit gl. Augu. Ille sperat, qui bonam cōscientiam gerit: quem uerō pungit mala cōscientia, retrahit à spe. Et puritas cordis. Oportet enim cor depurari ab

amore mundi, ut impleatur amore Dei. Vnde super illud Psalm. Diligite Dominū omnes sancti eius. dicit glo. Disce non diligere mundum, ut discas diligere Deū. Auerte, ut conuertaris: funde, ut implearis. Augu. Bono implendus es: funde malum. Puta: quia melle te uult implere Deus: si aceto plenus es, ubi mel ponas? Si quis uerō obiciat, quod omnes uirtutes simul infunduntur, unde non uidetur una uirtus esse causa alterius uel prior altera: Potest dici quod hoc referendum est ad opera uirtutum, quorum unum est prius altero & causa ipsius. Ideo enim quia credimus Deum liberalissimū, speremus in eo: & quia de liberalitate ipsius speramus, eum diligimus. Vel potest dici, quod licet uirtutes simul sint tēpore, tamen una prior est altera causalitate: sicut splendor ab igne est, & tamen ignis & splendor simul sunt tempore. Hoc exemplū ponit Augu. super principium ad Heb. Sed iterū obicitur: Quomodo charitas fit ex fide & spe, cum charitas dicatur esse radix omnium bonorum? in glossa Augu. fini super uerbū prius positum, Finis p̄cepti est charitas, & super illud Galat. 5. Fructus spiritus est charitas, &c. Dicit gl. Aug. Caput uirtutum p̄missit: id est, charitatem. Quę enim alia inter fructus spiritus debuit tenere primatum, nisi charitas, sine qua uirtutes cęterę nō reputabuntur esse

esse uirtutes, & ex qua nascuntur uniuersa bona? Ad solutionē huius uidetur esse distinguendus triplex ordo uirtutum, scilicet ordo plantationis, ordo meritorie operationis, & ordo reparationis. In ordine plantationis prima est fides. Primo enim docenda sunt quę sunt fidei, deinde quę sunt timoris & spei. Hebręorū it. Credere oportet accedentibus se, remunerator sit. In ordine operationis meritorie est charitas quasi illam imperans. In omni enim ordinata operatione, primum est amor siue desiderium finis, & ex illo omnes meritorie operationes, ut apparet in ædificatione domus, cuius causa est amor in habitationis ipsius: ex quo amore non solū est ædificatio, sed etiā ea quę ad ædificationē iuuant, ut inquisitio operatorum. In operādo igitur meritorie prior & principalis est charitas, & primō mouēs: fides enim ei deseruit tanquam lucernam p̄ferēs, ostēdens quid & qualiter operari debeat. Illuminatio enim adiutorium est in opere, & illuminator & adiutor & non principalis operator. In ordine uerō reparandi in uirtutibus affectiuis, prior uidetur esse humilitas. Si enim omnis peccati est initium superbia, ut habetur Eccl. 10. omnis correctionis principium erit humilitas. Huic cōsonat quod reparator humani generis posuit primam uirtutem,

humilitatem. Matt. 7. dicens: Beati pauperes spiritu. Pauperes spiritu dicuntur humiles, secundum gloss. ¶ Charitas inter tres uirtutes quę ordinat ad Deū, propinquior est fini, scilicet Deo: unde Deum habet pro fine & pro materia: diligit enim Deū propter se, & cum fides finē uideat, spes illuc tendat (est enim spes insecutio, sicut timor est fuga) charitas est unio cum fine. Vnde cum finis optimum sit, & à fine habeat quod sint bona ea quę sunt ad bonā finem: charitas primo habet bonitatem inter uirtutes, & per eam habent bonitatem cęterę. Et secundum hoc intelligendum est quod dicit glossa super 1. Timot. 1. quod charitas est radix omnium bonorum: in quātum scilicet sunt bona. Et illud similiter super Gal. 5. Ex charitate nascuntur omnia bona: in quantum scilicet sunt bona. Et sicut radix humorē mittit ad ramos, sic charitas bonitatē ad op̄era cęterarū uirtutum. Augu. in sermone de Charitate: Sicut radix omnium malorum est cupiditas: ita radix omnium bonorum est charitas. Humilitas etiā potest dici radix uirtutū, secundū illam proprietatem qua radix est pars arboris infima terrę adherens. Sic humilitas cōsiderans infirmitatem suam, sub Deo collocat se in loco infimo. Fides etiam potest dici radix: quia radix est in arbore quasi os in animali. Per radicem ingreditur ad arborē nutrimentum

tum arboris: sic per fidem bonū ingreditur ad animam. Item charitas sic describitur à Magistro lib. 4. Sententiarum: Charitas est dilectio qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deū, uel in Deo. In Deo dicitur, propter illos qui iusti sunt, qui manēt in Deo per gratiam. Propter Deum dicitur quantū ad illos qui nondū sunt iusti, qui adhuc amādi sunt ut iusti fiant, & in Deo per gratiā maneant. Augu. Qui amat homines, aut quia iusti sunt, aut ut iusti sint, amare debet. Item August. sic describit charitatē: Charitas, est uirtus qua uidere Deum, perfrui; eo desideramus. Et est hęc descriptio secundum digniorē actum charitatis. Potest etiā sic charitas describi: Charitas est uirtus qua unaquęq; res tāti habetur quanti habēda est. Vnde charitas pondus æquum est: sicut statera dolosa est cupiditas. Prou. 11. Statera dolosa abominatio est apud Deum, & pondus æquū uolūtas eius. Tēporalia quę in ueritate parū pretiosa sunt, quę Apostolus reputauit ut stercore, multū ponderāt in statera cupiditatis: ideo uerē dolosa est. Osee 12. Chanaan in manu eius statera dolosa. Hęc statera etiam meritorū abominatio est Deo: cum diuitiæ & honores quę abominabilia sunt Deo, ibi præponderāt ueris bonis. Lucā 16. Quod autem est apud homines, abominatio est apud Deū. In libro de

Spiritu & anima dicitur, quod charitas est cōcordia mentium, & societas electorum, uita beata animarum & angelorū: quia nec animæ, nec angeli nisi per charitatem uiuunt.

De commendatione Charitatis.

C A P. I I.

AD commendationem Charitatis, primō ualere potest hoc, quod Spiritus sanctus in Scriptura sacra totiens monet ad ea quę charitatis sunt. 1. Corint. 14. Sectamini charitatē. Et eiusdem 16. Omnia opera uestra in charitate fiant. Eph. 3. In charitate radicati & fundati. Eiusdem 4. In charitate crescimus. Item 5. Ambulate in dilectione. Philipp. 1. Oro ut charitas uestra magis ac magis abundet. Colof. 3. Super omnia charitatē habentes. 1. Pet. 4. Ante omnia mutuā in uobismetipsis continuam charitatē habentes. Secūdo commendabilis est cōparatione ceterarū uirtutum. Ad quod pertinet illud 1. Corint. 13. Maior autem horum est charitas. Aug. Respice ad mūnera ecclesię, & uniuersis excellentius charitatis munus cognoscēs. Ideo oleo charitas comparatur, quod supereminet aliis liquoribus: sic charitas super excellet aliis uirtutibus. Propter eandem causam charitas aurū dicitur, quod inter metalla pretiosius est. Apoc. 3. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum & probatum, ut locuples fias. Huic auro comparando inueniendū debent

in

in nundinis huius mundi hi quibus dictum est, Luc. 19. Negotiamini dum uenio. Nec solū aurū est charitas: sed etiā aurea reddit ea quę contingit. Et hęc est una uirtus charitatis, quod plūbea efficit aurea. Opera enim de genere bonorum sine charitate facta quasi plumbea sunt: parui scilicet, uel nullius ualoris: facta uerō ex charitate, quasi aurea sunt, quia pretiosa ualde. 3. Reg. 6. Nihil erat in templo quod nō auro tegetur. Opera ex charitate facta, sunt quasi uestis deaurata qua ecclesia ornatur. In Psalmo: Assitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato. Propter eandem excellentiā dicitur etiā charitas ignis. Lucā 12. Ignem uenire mittere in terram. Ideo Spiritus sanctus super apostolos in linguis igneis descendit, ut in cordibus hominū ignem istum succederēt. unde Bern. Venit super discipulos Spiritus sanctus in linguis igneis, ut linguis omnium gentium uerba ignea loquerentur, & legē ignea linguę igneę prædicarent. Thren. 1. De excelso misit ignem in olsibus meis, & erudiuit me. Ignis inter elementa uirtuosior est: sic charitas uirtuosior est ceteris uirtutibus. Hieron. Qui perfecte amatur, totam sibi undique amantis uendicat uoluntatē, nihilque est impetiosius charitate. 2. Corint. 5. Charitas Christi urget nos. ¶ Ignis ferrum quasi ignem efficit: sic charitas eos in quibus est, ut

ignem efficit. Ecclesiast. 48. Surrexit Elias propheta sicut ignis, & uerbum eius quasi facula ardebat. Nescit ignis esse otiosus: sic secundum uerbum Gregor. amor Dei nunquam est otiosus. Operatur enim magna, si est: si autem operari renuit, amor nō est. Ignis charitatis est illuminās & splendens, & ad splendorem æternum perducens. Gregor. in Moral. Non clarescit anima in fulgure æternę pulchritudinis: nisi (ut ita dixerim) hic prius arserit in officina charitatis. Hic est ignis ille quo spiritus angelici ardent. Ignis iste in cinerem humilitatis redigit. In hunc cinerem redegerat illum qui dicebat Genes. 18. Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis. Carbo ignitus cum mortuis carbonibus positus, aut extinguitur, aut eos uiuificat. Sic uiri sancti igne charitatis succensi mortui se exposuerunt. ut mortuos in peccatis uiuificarent. Ignis tendit sursum: sic illi qui uehementer accensi sunt. igne charitatis cupiūt dissolui & esse cum Christo. Philippens. 1. & mortem habent in desiderio, & uitam in patietia. Charitas est ignis, quo apostoli suauiter arserunt, ut ait Gregor. Ipsa est speciale donū Dei, qui & ignis dicitur. Deuteronomo. 4. Hebræ. 13. Deus noster ignis consumens est. Gregorius in Homil. Deus ignis consumens dicitur, quia flāmis sui amoris incendit mentes quas impleuerit, & a

& à uitiorum sordibus mundas reddit, & peccatorum rubiginē consumit. Bernard. super Cant. Ignis qui Deus est, cōsumit quidē, sed non affligit: ardet suauiter, desolat ur feliciter. Est enim uerē carbo desolatorius: sed qui sic in uitia exerceat uim ignis, ut in anima exhibeat uicem uactionis. Gregorius in Homil. loquens de illo uerbo Lucæ 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quid esse dilectionem credimus, nisi ignem? & quid culpam, nisi rubiginem? Tanto amplius rubigo peccati consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne congreatur. ¶ Charitas etiā est mater omnium uirtutum, ut ait glossa Ambrosii super illud Rom. 1. 4. Vnusquisq; in suo sensu abundet. Mater, inquam, educatione, imō ipsa ad omnes se habet ut mater. Bernardus. Bona mater charitas, quæ siue foueat infirmos, siue exerceat prouestos, siue arguat inquietos, diuersis diuersa exhibens sicut filios diligit uniuersos. Cūm te arguit, mitis est: cūm blanditur, simplex est. Piē solet scire, siue dolo mulcere, patienter nouit irasci, humiliter indignari. Ipsa est quæ hominum mater & angelorum, non solum quæ in terris, sed etiam quæ in cælis sunt pacificauit. Ipsa est quæ Deū homini placans, hominem Deo reconciliauit. Charitas patiens est, benigna est, licet læsa, licet

offensa: si conuersus fueris ad illam, obuiabit tibi quasi mater honorificata. Item charitas enumeratur prima inter fructus Spiritus sancti. Gal. 5. Fructus, inquit, spiritus, charitas, &c. Ibi dicit gl. Aug. Caput uirtutum præmiū, uocans charitatem caput uirtutum. Ibi etiam dicit gl. Hieron. Quæ alia inter fructus spiritus debuit tenere primatū, nisi charitas siue qua ceteræ uirtutes non reputabuntur esse uirtutes? Verē primus fructus charitas. Antequam enim ipsa asit, nullus fructus est Deo gratus. Osee 9. Radix exiccata est, fructum nequam faciēt. Radix exiccata est, cupiditas, quam Apostolus dicit radicē malorum omnium. 1. Timothei 6. Vbi uerō charitas est, ibi multus fructus. Io. 15. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Qui manet in charitate, in Deo manet. 1. Ioan. 4. Item charitas est primum bonum anime. Primum enim bonum anime est Deo adherere: Deo autem adherere non ualemus, nisi dilectione, ut ait August. in libro de moribus ecclesiæ, & in lib. Confe. Mihi autem adherere Deo bonum est: quia si non manebō in illo, nec in me poterō. Vbi charitas non est, potest esse species boni: sed non uerum bonum. August. Dantur & alia per Spiritum sanctū munera: sed siue charitate nihil profunt. Seneca: Apud sapientes sunt honesta, apud uulgus stimula crerū honest

honestarum. Vbi charitas adest, nihil est malum. Eccle. 8. Qui custodit mandatum, non experietur quicquam mali. Quod de mandato dilectionis specialiter uerum est. Augu. Vbi charitas, quid est quod possit obesse? Vbi autē non est, quid est quod possit prodesse? Itē charitas est gratia gratiarum. Aliæ uirtutes sine ea gratæ non sunt. Et quia gratiis non operantur. Iustitia enim reddit debitum; amor redimit in eōmodū quod imminet: spes emittit in eōmodū quod obtinere intendit. Et quia non sufficiunt animam Deo reddere gratam, uel etiā sua propria opera absque charitate Deo grata facere nō possunt. Charitas uerō gratis operatur. Bern. super Cant. Purus amor mercenarius non est, purus amor de spe uirēs nō sumit, & tamen differentia dāma non sentit. ¶ Charitas etiā animam Deo reddit gratam, & sua propria opera & ceteras uirtutes, & opera etiam earum, si à charitate fuerint imperata. Ipsa enim imperatrix est inter uirtutes, & quæ imperantur ab ipsa, Deo grata sunt, & à se reputat imperata. Item charitas locus luminis est. 1. Ioan. 2. Qui diligit fratrem suū, in lumine manet, Amor mūdi excæcat, sed amor Dei illuminat. Extra charitatem tenebræ sunt. Vnde ibidē dicitur, Qui odit fratrem suū, in tenebris est: ubi autē tenebræ sunt, ibi nō est uerū gaudium. Tob. 7.

Quale gaudiū mihi erit, qui in tenebris sedeo? ¶ Item charitas est locus securitatis & gaudi. Bern. Deus charitas est: quid pretiosius? Et qui manet in charitate, in Deo manet: quid securitas? Et Deus in eo: quid iucunditas? Augu. Deus charitas est: breuis laus, & magna laus. Breuis in sermone, & magna intellectus. Si numeras, unū est: si appēdas, quātum est. Deus dilectio est. Item dulcius dilectioe nihil est. Aug. Dilectio dulce uerbum, sed dulcius factū. Cū amor sit causa omnīs iucūditatis: siue amore enim nihil iucūdū: charitas quæ est amor summi boni, magnam habet iucūditatē. Vnde inter fructus spiritus, statim post charitatē enumeratur gaudium. Quomodo sine gaudio potest esse quod Deus ametur debito modo, cū ipse præsens sit ubi sic amatur. Præsentia enim boni amati iucunda est. Aug. in epist. ad Macedonium. Tanto nobis melius est, quanto magis in illum imus, quo nihil melius. Imus autē nō ambulando, sed amando: quem tanto habemus præsentio rem, quanto eundē amorē quo in eū tendimus, poterimus habere puriorē. Idem super epist. Io. Hom. 10. Quid tibi iubet Deus? dilige me: amaturus es honorē, & fortē nō perueturus. Quis me amauit, & nō ad me peruenit: quis me querit, cū ipso sum: nō ad me ambitur per aliquam uia. Ipse amor tibi præsentē me facit.

cit. Greg. in Moralib. Qui mēte integra Deum desiderat, profecto iam habet quem amat: neque enim quisquam posset Deū diligere, si huic quē diligit, nō haberet. ¶ Charitas locus est ueræ quietis. Aug. Non potest anima nisi in eo quod diligit requiescere. Aeterna autē requies non datur ei, nisi in dilectione Dei, qui solus æternus est: & ipsa est perfecta sanctificatio, & sabbatū sabbatorū. Charitas etiā uita est. 1. Ioan. 3. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Sine charitate nihil uiuit uita gratiæ: sed omnia sunt mortua, omnia arida. 1. Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte. Et super 1. ad Cor. 13. dicit gloss. Sicut corpus sine anima mortuum est: sic anima sine charitate mortua deputabitur. Charitas est calor uitalis, quo extincto nihil spiritalis uitæ relinquitur. Prosper de uita contemplatiua dicit, quod charitas est uita uirtutum. ¶ Ipsa etiam est mors uitiorū. Sicut enim fluit cera à facie ignis: sic pereunt uitia à facie charitatis. Cantico. ult. Fortis est ut mors dilectio. Qui uidetur esse magni ualoris in seculo, & charitatem nō habet, quasi leo mortuus, aut nullius ualoris est. Eccles. 9. Melior est canis uiuus, leone mortuo. 1. Corin. 13. Si habuero prophetiā &c. charitatē autē nō habuero, nihil sum. Nihil in quā ualore. Charitas etiam est uita

operum. Greg. Nihil habet uiriditatis ramus boni operis, nisi maneat in radice charitatis. Itē charitatem habēs ditissimus est. Aug. Attende quanta est charitas: quæ si desit, frustrā habētur cætera: si autem adsit, habentur omnia uel in se, uel in aliis. Idē in quodā sermone de charitate: Charitas est dulce & salubre uinculū mentiū, sine qua diues pauper est, & cū qua pauper diues est. ¶ Quatuor de causis diues est qui habet charitatē. Primo, quia ipsa charitas thesaurus est charissimus: ut nō solum chara, sed ipsa charitas expressiue possit dici. Sicut de filio Dei dicitur Hebr. 1. quod sit splendor gloriæ. Et Sapient. 7. Candor lucis æternæ. Hic est thesaurus absconditus in agro cordis, pro quo emendo uniuersa essent uendenda. Matth. 13. Hunc thesaurū nō potest auferre ianitor mundum mors scilicet, quā alios auferat. Sine hoc thesauro nō profunt alii thesauri. De comparatione huius thesauri nullus pœnitentibus, quā ualorem eius perfectē agnosceret. Cantico. ult. Si dederit homo omnē substantiam domus suæ pro dilectione: quasi nihil despiciet eam. Quanto quis charius emit thesaurum istum, tanto amplius lucratur. Hoc thesaurum, thesaurus Dei acquiritur. Secundo, quia qui habet charitatem, habet Deum: id deo diues est. Ioan. 4. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet. Augustin.

Aurum

Aurum habēs in arca, diues est: Deū habens in cōscientia diues est: cōiuge aurum & Deum, arcā & conscientiā. Tertiō, quia opera ex charitate facta sunt quasi aurea: cū sint ualde pretiosa, regni scilicet æterni meritoria. Ideo bene monet Apосто. ut omnia opera nostra in charitate fiant. 1. Corint. 16. Quarto, quia charitas aliena bona sua fecit. Aug. Vis mercedem habere de alieno? gaude inde, & mercedē tibi inde comparasti. Aug. Pensent inuidi quantum bonum est charitas quæ sine labore nostro aliena bona nostra facit. Anima habens charitatem est sicut nobilis auis, quæ pede amoris prædam capit. Pes animæ, amor est, ut Augu. ait, qui si rectus est, dicitur charitas: si curuus, dicitur cupiditas. Qui sine charitate sperat se ad regnū cælorum peruenire: similis est illi qui absque pede uult incedere. Hic est pes ille de quo Iosue 1. Omnem locum quem calcauerit uestigium pedis uestri, tradam uobis. Charitas particeps est omnium timentium Deum, custodientium mandata eius. Charitas est communicatio Spiritus sancti: de qua 2. Corin. ultim. qua illi qui habent Spiritum sanctum, omnia habent communia. Ipsa est societas illa de qua loquitur Ioan. 1. Canonice. 1. Quod uidimus, & audimus, annuntiamus uobis: ut & uos societatem habeatis nobiscum. Qui charitatem non

habet, quantum ad Deū, excommunicatus est. 1. Cor. ult. Si quis nō amat dominū nostrum Iesum Christū, sit anathema. Glo. id est, separatus à Deo, uel condemnatus. Vita sanctorū negotiatio est, Matth. 13. Simile est regnū cælorum homini negotiatori &c. Quicumque charitatē habet, particeps est in omni lucro quod fit in ecclesia. Vnde charitati potest dici illud Prouer. ult. Mulxæ filix cōgregauerunt diuitias: tu supergressa es uniuersas. Antiquum prouerbiū Socratis fuit, Amicorum omnia esse communia. Vnde cum quidam pauper diceretur coram eo amicus cuiusdam diuitis, ait: Cur ergo iste pauper, ille diues est? Amicus enim non est, qui particeps fortunæ non est. Cor in quo charitas est, est quasi hortus, in quo omnes iusti & boni quasi arbores cælestes per amorem infixæ sunt, unde ei fructificant. Quid ergo mirum si multum habeat fructum? Charitas bonum proprium est bonorum, quum ceteræ uirtutes communes sint bonis & malis. Augu. Charitas est fons proprius & singularis bonorum. Item hæc sola est quæ diuidit inter filios regni, & filios perditionis. In libro Prosperi: Charitas Dei & proximi propria & specialis uirtus est piorum atque sanctorum, quæ ceteræ uirtutes bonis & malis possint esse communes. Item charitas nunquam excedit: quā fides

p 2 &

& spes euacuentur. 1. Corint. 13. Quod tripliciter potest intelligi. Primo, quod in morte non amittitur. Qui enim amat Deū in presenti, quum eum non uidet: multo plus amabit eū in futuro, quum eum uidebit. Ipsius in presenti est meritum: ipsa ergo in futuro erit in præmium. Ioan. 12. Scio quia mandatū eius uita æterna. Quod specialiter est uerum de mandato dilectionis. Secundo de opere charitatis, quod non excidit charitate manente. Charitas est arbor à quo nō excidit nec flos, nec folium, nec fructus. In hac arbore pendent omnia bona. Matt. 22. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet, & Propheta. Loquitur de duobus mandatis de dilectione. Flos unus arboris, scilicet unum propositum charitatis, est super millia auri & argenti. Charitati bene conuenit illud Ecclesi. 24. Flores mei fructus honoris. Fructu huius arboris pascitur Deus ab homine, & ex eo uiuitur in paradiso. Tercio de habente charitatem, qui in morte non excidit, id est, nō ex toto cadit: quia licet moriatur mūdo, uiuit tamen Deo. Vnde de mors amicorum Dei, dormitio uocatur. Ioan. 11. Lazarus amicus noster dormit. Item charitas maior est omnibus sacrificiis. Mar. 12. Diligere proximum tanquam se maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificiis. Charitas præ cæteris uirtu-

tibus Deo placet, & diabolo displicet, & homini prodest. Charitas meritō multū Deo placet, quum Deus ei super omnia placeat. Gloss. super illud Psal. Exultate iusti in domino. Placet Deo cui placet Deus. Ideo Deus aliquos spernit, quia ipsum spernunt. Esa. 32. Væ qui spernis, nōne & ipse sperneris? Deus amat amantes se. Proverb. 8. Ego diligentes me diligo. Ioā. 14. Qui autem diligit me, diligitur à patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Sola charitas Deum habet charū: & ideo meritō inter uirtutes præcipuè chara est Deo: & opera eius specialiter meritoria sunt, & secundū eam præmium mensuratur: ut qui maiore habet charitatem, maius habeat præmium; & qui minorem, minus. Non habet Deum charum, qui pro minori pretio dat uel dimittit eū quam ualeat. Non habet avarus Deum charum, qui lutum diuitiarū ei præponit. Habac. 2. Vel qui congregat non sua, usquequo aggrauat contra se densum lutum? Nō habet etiam Deū charum uoluptuosus qui delectationem momentaneam præponit ei. Greg. Momentaneū est quod delectat, æternū quod cruciat. Non habet charum Deum pompaticus, qui pro uēto uanæ gloriæ Deum deserit. Et ut breuiter dicamus: non habet Deum charum, qui non diligit eum super omnia, quū ipse omnibus præualeat,

ualeat. Charitas specialiter diabolo displicet. Vnde Grego. super Ezechi. Antiquus inimicus castitate in nobis si sine charitate uiderit, non timet: quia ipse carne non premitur, ut luxuria dissoluatur. Abstinētiā nō timet, quia ipse cibo nō utitur, qui necessitate corporis nō urgetur. Distributiōnem terrenarum rerū nō timet, si eidē operi charitas desit, quia diuitiarū subsidiis nec ipse eget. Valde autē in nobis charitatem uerā, id est, amorem humilem, quem nobis uicissim impendimus, timet, & nimis concordia nostræ inuidet: quia hanc nos tenemus in terra, quam ipse tenere nolens amittit in celo. Item Greg. Non curat antiquus hostis, ut terrena nobis tollat: sed ut charitatem auferat. Charitas etiam habenti ipsam multum prodest, sine ea nihil utile est. 1. Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas &c. charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Qui charitatem nō habet, est sicut æs sonās quod aliis prodest, sed sibi nō prodest, imò se consumit. Sic in eo qui charitatem non habet, diminuuntur bona naturalia, & minus idoneus fit ad bene operandū, uitā suam inutiliter expendit. Vbi uero charitas est, omnia profunt. Rom. 8. Scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Utilitatem charitatis ostendit Apосто. 1. Corin. 13.

dicens: Charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmularur, nō agit perperā &c. Vbi enumerantur septem bona quæ charitatem comitantur, & octo mala à quibus hominē seruat. Duo prima bona sunt patientia & benignitas, de quibus Grego. patientiam & benignitatem præmisit: quarum altera illata à proximis mala æquanimiter portat: altera, sua bona proximis desiderabiliter impedit. Pœna quippe interrogat, si quietus quis ueraciter amat, ut ait idem Greg. Benigna etiam debet esse charitas: id est, egenis larga. Greg. Mens sanctorum in tentationis prælio munita patientia: clypeo & gladio amoris accincta, ad mala ferenda sumit fortitudinem, & ad rependēda bona erigit unitatem. Tertium bonū est, congaudere ueritati: id est, bonis proximi. Quartum est, mala eius sufferre, compatiendo & supportando. Quintū est, omnibus Deo credere. Sextū, omnia sperare. Septimum est, diu expectando dominū sustinere. Duobus primis facit charitas ut bene nos habeamus in his quæ nostra sunt, mala propria patienter portando, & bona propria liberaliter largiendo. Duobus sequentibus facit ut nos bene habeamus ad ea quæ sunt proximi, bonis congaudendo, & mala comportando. Tribus ultimis, ut nos bene habeamus ad Deum, cui debemus fidem, eò

quod sit prima veritas: & spem, eo q̄ sit summa bonitas: & sustinentiam longam, eo quod sit omnipotens: & magnitudinem præmi recompensare potest, quod tardus soluit. Augu. Charitas ideo tolerat in præsentia uita, quia credit omnia de futura uita. Et suffert omnia quæ hic inueniuntur: quia sperat omnia quæ ibi promittuntur. ¶ Primū malum, à quo charitas seruat, est æmulatio, siue inuidia, quæ putredo oisū dicitur. Prouer. 14. Est enim uehemens corruptio animæ, ex qua prouenit ut ipsa in malis proximi delectetur, & bonis contristetur, quæ naturaliter in bonis deberet delectari, & in malis contristari. Secundū est, peruersa actio. Qui charitatem habet, habet spiritum sanctum, qui benignè agit: qui uerò sine charitate est, habet spiritum malignum, qui perperam agit reddendo mala pro bonis, miseris opprimendo, bonis detrahendo, quum potius bonis addendum esset. Bona enim oportet crescere, mala autem minui: & miseri eleuandi sunt, nõ amplius opprimendi. Tertium est, inflatio: id est, dilatio propria usque ad proximi compromissionem, quæ solet habere scissuram: ut ait beatus Bernar. Pro uerb. 28. Qui se tactat & dilatat, iurgia concitat. Iactantia est dilatio exterior: præsumptio, cordis dilatio interior. Quartum est ambitio, quum aliquis

querit sui exaltationem per proximi deiectionem. Similis est illi qui faceret de hominibus sca bellum pedum suorum, ut sic aliorum cateris appareret. Quintū est, intusus amor proprii boni, ex quo solet sequi, quod homo non curat de bono proximi, Philip. 2. Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorum. 1. Corinthior. 10. Nemo quod suum est querat. Et in hoc est multum corruptum genus humanū, quasi enim in naturā uersum est hominibus querere propria commoda, & negligere aliena. Sextum est, irritatio siue prouocatio ad iram. Aliqui quando uident domum proximi igne cõburi, exemplo illius suam comburunt, quum potius deberent conari ad eius defensionem: qui ualde fatui sunt. Eccl. 7. Ira in sinu stulti requiescit. Sapiens non permittit ibi cõquiescere, sed statim ab ea se expedit: sicut carbonem de sinu suo tam citò excuteret, si in eam insiliisset. Septimum est, maligna cogitatio, ut quæ est de uindictandis iniuriis. Qui iniuriam sibi factam cogitat, quasi ferrū in uulnere tenet. Esa. 1. Aufer te malum cogitationum uestrarum &c. Octauum est, gaudere super iniquitate, quod est diaboli cū, & signū magnæ corruptiõis & elõgatiõis à Dei similitudine: cui iniquitas summè displicet. Prouer. 24. Quū ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas. Et

cui

eiusdē 17. Qui in ruina lætatur alterius, nõ erit impunitus. ¶ Itē charitas est uia excellentior. 1. Cor. 12. Adhuc uobis uia excellentiorem demonstro. Ipsa est gratia domini nostri Iesu Christi. 2. Cor. ult. Magisterium eius Christus professus est. Ioannis decimoquinto: Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicē. Charitate discipulos suos uoluit agnosci. Augu. In charitate dignoscuntur discipuli Christi, nõ in prophetia, fide, & aliis. Io. 13. In hoc cognoscet omnes, q̄ discipuli mei estis, si dilectionem ad inuicē habueritis. Hanc ipse Saluator maximam in se habuit. Io. 15. Maiorē hac dilectionem nemo habet: quàm ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Ephesi. 2. Propter nimiam charitatē qua dilexit nos &c. ¶ Charitas est uinculū, quo solo Deus ligari potuit. Magister Hugo de S. Victore: O charitas, quàm magnū est uinculū tuum, quo etiā Deus ligari potuit. Si ergo contra Dominum fortis fuit: multo magis contra homines proualebis. Hoc uinculo Deus tractus ad terrā, descendit etiam usq; ad inferos. Nullum uinculum eum ad colūnam tenere potuisset, si charitatis uinculum defuisset. Nullum ferrum in cruce eū detenuisset, nisi charitas affuisset. Sicut lapis positus ad osium monumenti non potuit eum ad monumentum detinere: amor salutis nostræ &

ad colūnam & in cruce eum detinuit. Vinculo charitatis ligatus erat, quum dicebat Gen. 18. Num celare potero Abraham quæ gesturus sum? Et eiisdē 16. Dicitur est Loth: Festina, & salua te ibi: quia nõ potero facere quicquam, donec ingrediaris il luc. Esa. 58. Nõ est qui cõsurgat & teneat te. Charitatis uinculū solui nõ potest, neq; igne, neq; aqua, neque gladio. Ro. 8. Quis nos separabit à charitate Christi: tribulatio? an angustia? &c. Et in eodem: Certus sum, quia neque mors, neq; uita &c. poterit nos separare à charitate Dei. Hoc est uinculum quo ea coniunguntur, quæ interuallis locorum disunguntur. Charitas uinculum est perfectionis, de quo Coloss. 5. Super omnia autem hæc, charitatem habentes, quod est uinculum perfectionis. Glo. Ambr. Magis studendum est ei uirtuti, quæ maior omnibus est. Ibi etiam dicit glo. quod charitas omnia ligat ne abeant. Charitas est uinculum perfectionis. Ligat enim mēbra ecclēsiæ ad inuicem Deo. Hiere. 13. Agglutinavi mihi omnem domum Israēl, & omnem domum Iuda. Deutero. 10. Patribus tuis conglutnatus est Deus, & amauit eos. In hac ligatione est perfectio ecclēsiæ. Item charitas eum in quo est, filium Dei efficit. Romano. 8. Non accepistis spiritū seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritū adoptionis fi-

hiorum, in quo clamamus: Abba pater. 1. Ioan. 4. Qui diligit fratrem suum, ex Deo natus est. Et eiusdem 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus Pater, ut filii Dei nominemur, & simus. ¶ Itē charitas unctio est, qua filii Dei inunguntur in signū regni futuri. Qui hac unctio inuncti sunt, edocentur à Deo, sicut Salomon edoctus est à domino postquam in regem unctus est. 3. Regum 4. de qua unctio legitur 1. Ioan. 2. Vos unctio nem habetis à Sancto, & noſtis omnia. Intellige necessaria ad salutem. Et in eodem: Unctio eius docet uos de omnibus. Prouerbiorum decimo sexto: Diuinitio, id est, diuinus sermo in labiis regis, in iudicio non errabit os eius. Ioan. decimo quinto, dicitur de Spiritu sancto, quem habet qui charitatem habet: Ille uos docebit omnia. Et eiusdem 6. Erunt omnes docibiles Dei. Et Matthæi 23. Unus est magister uester qui in cælis est. ¶ Quod ille qui charitatem habet, non erret errore periculoso, potest esse uerū duas de causis: uel quia legē abbreviatam habet in corde suo, scilicet charitatem. De qua Augusti. Lex, inquit, charitatis super omnes libros est. Et Hieronymus Seleuciæ: Hac sententia ad breuiariū totius iustitiæ dominico ore profertur. Vel quia charitas hominem Dei amicum facit: Lex uerò amicitia requirit,

ut amici sibi inuicem non negent consilium, sicut nec auxilium. Vnde Deus habentem charitatem, non permittit errare errore periculoso: si ille quod in se fuerit fecerit, ut ueritatem agnoscat. Charitas unctio est omnem lethalem infirmitatē sanans. Augu. Timor est medicamentum: charitas sanitas. Huic sanationi attestatur bona dispositio gustus interioris: habenti enim charitatem, sapiunt res ut sapere debēt. Item charitas uestis nuptialis est: de qua Matth. 22. Amice, quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem? Quasi admiratur dominus inueniens aliquem in ecclesia absq; ueste charitatis. Cuius admirationis quinque possunt assignari causæ. Prima est, quod dominus tantum expendit ut sponsa sua ecclesia hanc uestem haberet, quum alię uestes fiant uel de pilis animalium, uel corticibus herbarum, uel interioribus uermium, ut uestes serice. Huic uesti uoluit dominus materiā ministrare quasi de uisceribus suis, quum lateris sui apertioe amorem suū nobis ostendit, ut amore eius ad eum reamandum accenderemur. Ber. Clauus penetrans, clauus referans factus est mihi ut uideam uoluntatem domini: quod nisi uideam perforamen, clamat clauus, clamat uulnus. Idem: Patet arcuū cordis per foramen corporis. Secunda est, quod ecclesia scit hanc uestem

uestem summè placere sponso suo. Vnde uestem incōfutilem, que figura erat huius uestis, non legit diuidi. Ioan. 19. licet corpus suum permiserit perforari. Augustinus: Tunica hominis iam iudicati in cruce pendens carnis Pilati non sunt ausi conſcindere eam: & tu niteris charitatem Dei, imò charitatē quæ Deus est separare. Tertia, quod istam uestem est ostensura ecclesia in illa magna curia, & nescit qua hora sit uocanda. Matth. 25. Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus uenit. Ideo semper deberet esse parata. Matt. 24. Et uos estote parati &c. Sed sunt qui tunc primò uolunt ordiri hanc uestem quando deberet succidi. Esa. 38. Dum adhuc ordire, succidit me. Qui discretus est, querit lanam & linum quàm cito potest, ut hanc uestem possit sibi texere. Prouerbior. ulti. Quæsiuit lanam & linum &c. Lana & linum sunt beneficia nobis à Christo exhibita secundum humanitatem & deitatem. Quarta causa est, quod ecclesia scit, quod si hæc uestis ei defuerit, turpitudine eius toti mundo manifestabitur. Prouerb. 10. Vniuersa delicta operit charitas. Apocal. 16. Beatus qui custodit uestimēta sua, ne nudus ambulet, & uideant homines turpitudinem eius. Quinta est, quod ecclesia scit quod non licet alicui intrare in regnum cæli absq; hac ueste. Esther 4. legitur, quod non

licebat intrare aulam Assueri indutū sacco. Saccus est timor seruilis, cū quo nemo intrat regnum cælorum. Et notandum, quod quum uestis esse soleat laudabilis à pretiositate materiæ, & à studio artificis, & à calore, & à suauitate, & à fragrantia, uestis ista simul ex omnibus his causis est laudabilis. Hęc uestis pro materia habet Dei beneficia: imò quodāmodo ex uisceribus Christi materia eius ministrata est, ut prædictum est. De studio artificis habetur in Psal. Annuntiate inter gētes studia eius. Si Deus mille annis studuisset, nunquam modum conuenientiorum ad accendendam amorem suum in nobis inuenire potuisset. Color uerò huius uestis purpureus est. Prouerb. ulti. Byſsus & purpura indumentum eius. Suauitas uerò huius uestis tanta est, ut uocetur unctio. 1. Io. 2. De odore eius habes Canti. 1. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Nardus herba calida charitatem significat, cuius odor cælos penetrat, & filium Dei incarnari fecit. Odor huius uestis benedictionem Patris cęlestis impetrat. Genes. 27. Statimque ut sensit uestimentorum eius fragrantia, benedicens ait: Ecce odor filii mei sicut odor &c. De odore uestium, habes Canti. 4. Odor uestimentorum tuorum sicut odor thuris. ¶ Charitas uestis nuptialis dici potest: quia matrimonium quo filius

est: qui seminat inter fratres discordias. Dionysius in libro de diuinis nominibus: Amor est quædam unitiua & cõtinuatiua uirtus, superiora mouens ad inferiorũ providentiã: æquiformia, id est, æqualia in sociale uicifitudinem: & nouissima & subiecta ad meliorem & suprã positãrã conuersionẽ, id est, conformationem. Amor inter affectiones animæ maximè Deo assimilatur. Ber. super Can. Solus est amor ex omnibus animæ motibus & sensibus, in quo potest creatura, etsi non ex æquo, suo respõdere auctori, uel de simili mutua rependere uicem: etsi minus diligit creatura, quoniã minor est: tamen si ex toto se diligit, nihil deest ubi totum est. Eadem uerba habentur in libro de spiritu & anima, ubi subditur: Renuntians ergo cunctis affectionibus alijs, tota soli incumbat amori, effundens se totam in amorẽ ipsius, cui respondere habet in redendo amorẽ. ¶ Charitas uirtus est cuius altitudo usque ad altissimum attingit. Spiritũ enim hominis Deo unit. Latitudo eius quasi per totum mundum se extendit: quia membris Christi quæ dispersa sunt per mundũ, hominem coniungit. Aug. Extẽde charitatem per totum orbem si uis Christum amare: quia membra Christi per orbem iacent. Longitudo eius opera ceterarum uirtutum usq; ad finem ultimum ex-

tendit. Profunditas eius in finibus membris Christi seruitium impendendo cõdescendit secundũ doctrinã Io. 13. Si ego laui pedes uestros, dominus & magister uester: & uos debitis alter alterius lauare pedes. ¶ Et notãdum quod sacri Doctores uidentur dicere quod sola charitas sit uirtus. Hiero. Ut breuiter, inquit, cõplectar uirtutis notionẽ, Virtus est charitas qua diligitur quod diligendum est. Et in libro de spiritu & anima, sic legitur: Quũ prudenter, molestè, fortiter & iustè amor & odiũ instituitur: in uirtutes exurgunt, prudentiã scilicet & temperantiã, fortitudinẽ atq; iustitiã. Aug. in li. de moribus ecclesiæ. Si uirtus ad beatã uitã nos ducit, nihil esse uirtutẽ omnino affirmauerim, nisi summũ amorẽ Dei. Nãq; illud, quod quadripartita dicitur uirtus, ex ipsius amoris uario quodã affectu quantũ intelligo dicitur. Itaq; illas quatuor uirtutes, quarũ uirtutem res ita haberet homines in mētibus suis, ut nomina sunt in ore omnium. Sic etiã diffinire non dubitè, & ut Temperantia sit amor integer se præbeus ei, quod amatur. Fortitudo, facile tolerans omnia propter quod amatur. Iustitia, soli amato seruiens propter rectè dominans. Prudentia, amor ea quib; adiuuamur ab iis quibus impedimur sagaciter seruans. Sed hũc amorẽ nõ cuiuslibet, sed Dei esse diximus: quare etiã diffinire licet, ut Temperantiam

rantiam dicamus amorem Deo sese integrum incorruptumque seruantem. Fortitudinem, amorem omnia propter Deũ facile perferentem. Iustitiã, amorem tantum seruientẽ, & ob hoc bene imperantem ceteris que homini subiecta sunt. Prudentiam, amorem bene discernentem ea quibus adiuuetur ab his quibus amari subiecta sunt. Idem in eodẽ: Nihil aliud est bene uiuere, quam toto corde, rota anima, tota mente Deũ diligere: a quo existit, ut incorruptus in eo amor atq; integer custodiat, quod est temperantiã: ut nullis frãgatur incommodis, quod est fortitudinis: nulli alii seruiat, quod est iustitiã: uigilet discernendis rebus, ne fallacia paulatim dolus surrepat, quod est prudentiã. ¶ Possumus autem quatuor rationes assignare, quare nomen Virtutis charitati potuit appropriari, ut ipsa diceretur singulariter uirtus. ¶ Vna causa potuit esse, quia charitas inter uirtutes excellentior est: ideo antonomasticè uirtus dici potuit: sicut Roma antonomasticè Vrbs dicit. Alia causa potuit esse: quia antequã charitas adfit, nulla uera uirtus est. Si uerò charitas abfit, nulla uirtus deest. Quod nulla uera uirtus adfit si charitas deest, patet: quia uirtus est quae bene uiuunt. Bene uiuere uerò est (ut ait August.) Bene uiuendo ad beatitudinem tendere: quod nõ est sine amore beati-

tudinis, qui amor charitatis est. Quod nulla uirtus deest ubi charitas adfit, patet: quia amor dignior est affectiõne animæ, quae si ordinata fuerit, aliã affectiones, ut timor, dolor, & spes inordinatę non remanebunt, maximè quã apud amorẽ sit summa potestas & imperium in regno animæ, & eius sit regnũ illud ordinare: apprehensioes uerò nõ se habet modo indebito, quum affectiones se habeat debito modo. Sunt enim apprehensioes causę affectionum, unde amore ordinato simpliciter mēs ordinata est. ¶ Tertia causa potuit esse: quia amor summi boni quodammodo ad omnem uirtutem pertinet, in quantum uirtus comparatur ad finem suum: licet amor iste sit proprius motus charitatis. Sine amore enim summi boni nõ est uera uirtus. Verbi gratia: Si quis abstineat ut bursam impleat, uel ut sanitatẽ acquirat, uel causa inanis glorię: non est hoc abstinentię uirtutis, sed tunc solum quando fit amore summi boni. Ideo dicitur Matt. 6. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum oleo. Secundum gl. Caput suum, scilicet Christum ieiunans ungit oleo charitatis, quod pro amore eius se macerat, & quod sibi subtrahit, alteri largitur. ¶ Quarta causa potuit esse: quia sicut alijs dicitur odire non solum affectu, sed etiam effectu, secundum quem modũ dicitur, Qui diligit iniquitat

quitate, odit animā suā. Odit inquam esse stultus: sicut aliquis dicitur diligere nō solum affectu, sed etiam effectu, secundū quē modum dicitur 1. Ioan. ult. Hęc est charitas Dei, ut mādāta eius custodiamus. Et 2. Ioan. Hęc est charitas, ut ambulemus secundū mādāta eius. Sic dilectio Dei ad uniuersitatem uirtutū pertinet, sicut & obseruatio mandatorū Dei. Sic nihil aliud est uirtus, quā id quo Deus diligitur. Et hęc de laudibus charitatis sufficiant. Si cui uerō hęc nō sufficiunt, diligenter studeat in 1. canonica Ioā. De quo dicit Greg. quōd omne quod loquitur, igne charitatis uaporatur. Et in Euāgelio eiusdem. Et 1. ad Cor. 13. Vbi multa de laudibus huius uirtutis inueniet.

De ordine dicendorum de amore Dei. Et primo de his quę incitant ad amandum Deum.

C A P. III.

Post commendationē Charitatis, agendum est specialiter de amore Dei, de quo hoc modo agetur. ¶ Primo dicitur de incitamentis diuini amoris. ¶ Secūdo de modo amādi Deū. ¶ Tertio de diuersis speciebus diuini amoris. ¶ Quarto de signis ipsius. ¶ Circa primum notandum est, quōd ad amandum Deū incitat Sacra scriptura, incitat & natura, incitat gratia nobis à Deo exhibita, & gloria nobis à Deo promissa, incitat & uniuersa creatura. ¶ Scriptura

sacra incitat in multis locis. Deute. 6. Diliges Dominū Deū tuū ex toto corde tuo &c. Eiusdem 11. Ama Dominum Deum tuum &c. Ecclesiastic. 13. Omni uita tua dilige Deum. Matt. 22. Diliges Dominum Deum tuū &c. Simile habes Lucę 10. & 1. Ioan. 4. Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. ¶ Natura ad idem incitat. Bernardus in libro de diligēdo Deo: Inexcusabilis, inquit, est omnis infidelis, si non diligit Dominum Deum suū toto corde, tota anima, tota uirtute sua. Clamat nepe intus ei innata & non ignoratiōi iustitia, quā ex toto se illū diligere debeat, cui & totum se debere nō ignorat. Si naturaliter amat filiū patrē à quo habet partē corporis sui: quāto magis amare debet Deū, quod corpus eius, & animā ex nihilo fecit: August. Amāduus est generator: sed preponēduus est creator. Eccles. 7. In tota anima tua dilige eū qui te fecit. Bernard. in sermōibus. Patrumne, inquit, tibi uidetur: hoc cogita, qualē te fecit. Nepe secūduū corpus, egregiā creaturā: secūduū animā, magis imagine creatoris insignem, ratiois participem, beatitudinis æternę capacem. Porro ambo coherere sibi fecit artificio incomprehensibili, sapientia inuestigabili: nec antē promeruit, qui antē non fuit: nec spes retributiōis fuit, quoniam bonorum nostrorum non eget. ¶ Et notādum quōd multū

potest

potest incitare hominē ad amandum Deum, quōd Deus eum fecit, si quis diligēter attēdat quantum beneficiū fuerit quōd corpus ei dedit: quot enim sunt mēbra in corpore, tot beneficia inueniet magna. Et pro minimo mēbro plus deberet homo Deū amare, quā multi ament eum pro cūctis beneficiis quę ab eo receperūt. Si quis amisisset oculum, quantum amaret eum, qui sibi illum restitueret? Et si quis meruisset amittere eum, quantum amaret eū qui sibi oculū cōseruaret? Nec minus amandus est, qui eum ab initio dedit, & qui datum cōseruauit, cum multoties utendo eo cōtra Deum, eū amittere meruerit. Non minus est amāduus qui dat cappam nouā, quā qui inueteratā perditā restituit. Quod dixi de oculo, de aliis mēbris cogita. Si uerō tantum amandus est qui dedit corpus: quantum amandus est qui dedit animam quę in infinitum est melior corpore? Si amisisses usum rationis, quātum amares eum qui tibi illum restitueret? Quanto ergo amandus est, qui tibi rationē ab initio dedit? Itē si meruisses mortem, siue separationē animę à corpore, quantum amares eum qui tibi eā remitte: et? Quantum ergo amandus est ille qui mirabiliter corpus & animam coniūxit, & hęc coniunctionē tibi seruauit cum peccando mortē multoties meruisses: Bernardus: Valde oīno

mihī amandus est per quē sum, uiuo & sapio. Dignus planē est morte qui tibi Dominē Iesū recusat uiuere. Idē in libro de diligēdo Deo: Vt quid, inquit, nō amaret opus artificem, cum haberet unde id posset? Et cur nō quantum omnino posset, quum nihil omnino nisi eius munere posset? Ad hoc etiam quōd homo amet amplius factōrē suū, cogitare debet, quōd Deus ad imaginem & similitudinem suā fecit illum. Gene. 1. Filius qui similior est patri, solet amplius amare patrē, & ab eo plus amari. Figura etiam quam naturaliter habet corpus humanum, incitat ad amandum Deum. August. in libro de disciplina Christiana: Belluas Deus prostratas in faciem fecit, pastum querentes de terra: te in duos pedes erexit, tuam faciem sursum attendere noluit. Non discordet cor tuum à facie tua, non habeas faciem sursum, & cor deorsum. Fac sursum cor, ne mentiaris in domo disciplinę. Quid est sursum habere cor, nisi quod prius est dictum, Dilige Dominum Deum tuum &c. Disciplinę domus est ecclesia Christi: ut dicit Augustinus in eodem libro. ¶ Gratia etiam nobis à Deo exhibita incitat ad Dei amorē, & maximē gratia redemptionis. De qua 2. Corinthiorum 8. Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi: quoniam propter uos egenus factus est. cum esset diues, ut

ut illius inopia uos diuites essetis. Galat. 2. Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me: non sum ingratus gratiæ Dei. Sic habet litera una. Eccles. 29. Gratiarum fidei uisitoris ne obliuiscaris. Dedit enim pro te animam suam. Licet multum possit hominem incitare ad amandum Deum, quod ipse eum fecit: tamen multo amplius debet eum incitare, quod ipse eum refecit. Vnde Bernardus in libro de diligendo Deo: Infidelis se totum ei debere non ignorat, quæ sui totum non ignorat author. Quid ergo ego qui Deum meum teneo uitæ meæ non solum gratuitum largitor, largissimum administratorem, piæ consolatorem, sollicitum gubernatorem, sed in super etiam copiosissimum redemptorem, æternum cõseruatorem, ditatorem, glorificatorem? Idem in eodẽ: Infidelem ratio urget, & iustitia naturalis totum se tradere illi à quo se totum habet, & ex se toto debere diligere, quæ profectio fides tanto plus iudicat amandum, quantum & eum pluris me ipso estimandum intelligo: quippe sui quoque ipsius teneo largitorem. Idem in eodem: Si totum me debeo pro me factio: quod ad dam pro me refectio, & refectio hoc modo: Nec enim tam facile refectus, quam factus. Si quidem non solum de me, sed de omni quoque quod factum est, scriptum est, Ipse dixit, & facta sunt. At

uero qui me tantum etiam semel dicendo fecit, in reficiendo profecto & dixit. Multa & gessit mira, & protulit dura: nec tantum dura, sed etiam indigna. Quid ergo retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? In primo opere me mihi dedit: in secundo, se: & ubi se dedit, me mihi reddidit. Datus ergo & redditus, me pro me debeo & debebo: quid Deo retribuam pro se? Nam etiam si me millies rependere possem, quid sum ego ad Dominum? Idem super Cantic. Super omnia reddidit te amabilem mihi, bone Iesu, calix quæ bibisti opus redemptionis nostræ. Hoc omnino debent amorem nostrum facile uendicat totum tibi. Hoc inquam est, quod nostram deuotionem & blandius allicit, & iustius exigit, & arctius stringit, & afficit uehementius. Multum quippe laborauit in eo Saluator: nec in omni mundi fabrica tantum fatigationis author assumpsit. In dictis suis sustinuit contradictores, in factis obseruatores, in tormentis illudores, & in morte exprobratores. Idem loquens de opere redemptionis: Quid adhuc, inquit, dormitat tua affectio: imò non dormitat, sed mortua est, si huic non respondet beneficium. Anselmus in lib. Meditationum: Ecce Dñe quia me fecisti, debeo me ipsum amori tuo totum: quia me redemisti, debeo me ipsum amori tuo totum: quia tanta promittis, debeo me ipsum

amori

amori tuo totum, imò tantum debeo plusquam me ipsum, quanto tu maior me es pro quo dedisti te ipsum. Cum ignis non accedatur melius quam igne: ignis diuini amoris quem nobis Deus ostendit in redemptione humani generis, maxime deberet incitare nos ad amandum Deum. Chrysostomus: Non est, inquit, aliquis omnino, non pater, non mater, non amicus, non alius quispiam qui ita nos aliquando dilexerit, quem admodum ipse qui fecit. Bern. in sermonibus: O duri & indurati & obdurati filii Adam, quos non emollit tanta benignitas, tanta flamma, tam ingens ardor amoris, tam uehemens amator, qui pro uisibus sarcinulis tam pretiosas merces expendit. ¶ Ad amandum Deum incitat gloria amantibus Deum specialiter promissa & præparata. 1. Cor. 2. Oculis non uidit &c. quæ præparauit Deus his qui diligunt illum, Iacobi 1. Accipiet coronam uitæ, quæ re promissit Deus diligentibus se. Mirum est quomodo amoroster Deo euadere potest: quia si uenalis est, nullus Deo carius emet: dabit ei pro illo regnum æternum. Si est dandum, nullus dignior eo est quam Deus, cum ipse sit summus bonus. Vnde nulli potius quam ei debet dari. Si uero uolentia requirit, nullus maioris uolentia pro eo faciet quam ipse. Petit enim eum quasi gladio euaginato. Aut epim eum amabis, aut æterna morte inter-

ficeris. David: Nisi conuerteris fueritis ab amore scilicet immundo, ad amorẽ Dei, gladium suum uibravit. Aug. in lib. Conf. Domine quid tibi sum ipse ut amari te iubeas à me, & nisi hoc faciam irascaris mihi, & mineres ingen tes miseras? Ad amandum Deum incitant omnes creaturæ. Aug. 10. lib. Cõf. Cælum, & terra, & omnia quæ in eis sunt ecce undique mihi dicunt ut te amem, nec cessant dicere omnibus, ut sint inexcusabiles. Dupliciter dicunt creaturæ nobis ut Deum amemus. Vno modo, ostendendo eum dignissimum amore nostro. Bonitas enim uniuersitatis creaturarum ostendit creatorem esse optimum, & ideo amore dignissimum. Secundo, quia creaturæ sunt dona Dei & beneficia Dei. ¶ Ad incitandum uero aliquæ ad amandum alium, efficacior est donatio quam locutio. Etiam terrena & cælestia fecit Deus propter hominem, ut patet ex principio Genes. Vbi postquam de creatione hominis locutus est Deus, subditur: Et præstitit piscibus maris, & uolatilibus cæli, & bestiis terræ, uniuersæque creaturæ. Et postquam locutus est de luminaribus cæli, subditur: Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos, & luceat in firmamento cæli, & illuminet terram. Cum secundum ligna exardescat ignis, Ecclesiast. 8. magnus deberet esse ignis diuini amoris qui pro lignis Dei totum habet Dei beneficia, quot sunt

q

cra

creaturæ. De his lignis legitur Leuiti. 6. Ignis in altari semper ardebit, quem nutrit sacerdos, subiiciens ligna mane per singulos dies. Illos qui non incitantur ad Deum amandū, tot & tantis beneficiis accusare poterunt etiam feræ quæ beneficia sentiunt, ut ait Seneca: Ecce etiam canes amant benefactores suos. Refertur etiam de quodā leone quem quidam miles à serpente liberauit, quòd à milite recedere noluit: quid ergo excusationis habebunt, qui deserentes redemptorem suū, serpenti infernali adherent? Si lapides cauantur à guttis aquæ assidue cadentis, quam excusatione habebunt corda dura quæ non emolliunt assidue Dei beneficia? Quasi infinita sunt creaturæ quarum unaquæque sufficeret ad monendum hominem ad amorē alterius hominis, si eam sibi dedisset. Quomodo ergo non sufficiunt uniuersæ creaturæ ad accendendum hominem ad amorē Dei? Ad amandum Deū incitare possunt & bona & mala. De bonis iam ostensum est quæ uniuersa sunt Dei dona. De malis uerò facile est idē ostendere, cum sint flagella patris misericordiarū erudientis filios suos ex amore paterno procedentia. Apocalyp. 3. Ego quos amo, arguo & castigo. Heb. 12. Quæ diligit Deus castigat. Et nō solum mala pœnæ possunt incitare ad Dei amorē: sed etiam mala cul-

pæ quæ Dei misericordia distulmat in his qui nondum poenitent, ut saltem quandoque poenitent, uel remittit his qui poenitent, uel à quibus custodit eos qui sibi adherent. Aug. in lib. de Virginitate: Vos, inquit, ut ardentissime diligatis, cui diligendo à coniugiorum nexibus liberi uacatis, deputate uobis tanquā omnino dimissum quicquid à uobis non est illo regente commissum. Multo fortius debes diligere illum qui quæcumque flagitiosis ad se conuersis dimisit, in ea cadere non permisit. Quid habes quòd non accepisti? aut qua peruersitate minus diligis à quo plus accepisti? Cogita omnia peccata sic habenda tanquā dimittantur, à quibus Deus custodit ne committantur. Noli modicum diligere, quasi à quo tibi modicum dimissum est: sed potius multum dilige, à quo tibi multum tributum est. Si enim diligit cui donatum est ne redderet: quanto magis diligere debet cui donatum est ut haberet. Et notandum est quod cum quatuor de causis aliquid solet diligere, scilicet de causa attinentis, uel quia in eo delicia inueniuntur, uel quia beneficiis iam datis amari meruit, uel quia beneficia ab eo sperantur, his quatuor de causis amandus est Deus. Causa attinentiæ, cum ipse sit pater. Matth. 23. Patrem nolite uocare uobis super terrā. Unus est enim pater uester qui in cæ-

lis

lis est. Et qui erat pater, factus est frater. Matth. ulti. Nuntiate fratribus meis ut eant in Galilæam. Et qui erat dominus, factus est seruus. Bernard. loquens de filio Dei incarnato: Non hoc loco, inquit, predicatur magnus dominus & laudabilis nimis: sed paruus dominus & amabilis nimis. Paruulus utique qui natus est nobis, ipse uoluit nasci in mundo isto, & quasi fieri de terra nostra, ut amabilior esset nobis: non enim solent homines amare dominos de terra aliena. Ipse uoluit in similitudinem hominum fieri, ut hominibus esset amabilior. Similitudo enim ad amorem facit. Ecclesi. 13. Omne animal diligit simile sibi. Ipse humanam naturam diuinæ uoluit associari in uua persona, nunquam ab ea separandam in signū amoris, ut sic saltem amaremur à quo agnosceremus nos amari. Deus etiam amandus est à nobis, quia in eo sunt summæ delicia. Psal. Delectationes eius in dextera tua usque in finē. Item amandus est, quia beneficiis suis hoc meruit. Bern. in lib. de diligendo Deo: Multū meruit Deus de nobis, qui etiā immeritis se ipsum dedit nobis. Quid enim melius seipso poterat dare uel ipse? Ergo, si Dei meritum quaeritur, illud est præcipuum: quia ipse prior dilexit nos. 1. Ioan. 4. Dignus planè quæ reamur: præsertim si aduertatur quis, quos, quātūmque amauerit. Quis enim?

nōne is cui omnes spiritus contententur? Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum nō egges. Vera huius charitatis maiestatis: quippe nō quarentis quæ sua sunt. Quibus autem tanta charitas exhibetur? Cum adhuc, inquit, inimici essemus, reconciliati sumus Deo. Dilixit ergo Deus & gratos & inimicos. Sed quantum? Sic Deus dilexit mundum, ait Ioannes, ut filium suū unigenitum daret. Sic meruitus sumus impiis, summus infimis, omnipotēs infirmis. Idem in eodem: Ut paucis quod dictum est repetā, prior ipse dilexit nos tantus, & tantum, & gratis, tantillos & tales. Item amandus est à nobis propter beneficia quæ ab eo speramus. De quibus require in tractatu Spei. cap. 5. Item notandum est quod ad amorem Dei, nos incitare potest amicitie eius utilitas, & inimicitiarū eius damnositas, & amici huius fidelitas. Utilitas, quia nihil fruūo sius esse potest quàm à Deo diligere, iuxta uerbum Bernard. Ipse diligentibus se peccata remittit. Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multū. Ipse eos erudit. Ecclesi. 2. Diligite Deū, & illuminabūtur corda uestra. Grego. Interdū compunctionis ardore tantæ subtilitatis est uis amoris, ut hęc nec ipse animus possit comprehendere, qui hanc illuminatus meruit habere. Ipse eos custodit. Psal. Custodit dominus omnes

diligētes se. Ipse ad suauitatem suæ contemplationis etiam in præsentī admittit, Greg. in Moral. Si quis ad contemplationis studium properat: semetipsum prius subtiliter interroget, quantum amat. Machina quippe mentis est uis amoris, qui hanc dū à mūdo extrahit, in alto sustollit. ¶ Utilitas huius amici sicut & aliorū amicorū in necessitate apparet, ut in infirmitate à qua ipse potest liberare, eum alii amici nō possunt; & in morte, quando alii amici defunctum deserunt, & amicus iste eum suscipit. Psal. In uoluntate tua deduxisti me; & cum gloria suscepisti me. Et in iudicio ubi non habebit amicum cui Deus erit inimicus. Ecclesi. 20. Fatuo non erit amicus, Omnia sunt amica ei, cui Deus est amicus: quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, Rom. 8. ¶ Inimicitiarū etiam Dei dānoitas incitare potest ad amādum Deū. Omnia enim sunt inimica inimicis Dei; etiam ipsimet sunt sibi inimici. In Psal. Qui diligit iniquitatē, odit animam suam. In futuro uero magis apparebunt hæc inimicitia, quādo pugnabit orbis terrarum contra insensatos. Sapi. 5, Greg. Offenso creatore omnis creatura damnatū habet odio. Ipsimet si esse possent uellent se non esse. Ipsi etiā sancti qui tantum amauerunt peccatores in præsentī, lætabuntur cum uiderint uindictā. ¶ Fidelitas etiam

huius amici ad idem potest incitare. Ecclesi. 6. Amico fideli non est comparatio: & nō est digna ponderatio argēti & auri. ¶ Alii amici quadrupliciter inueniuntur infideles. ¶ Primō, quia aliquando non amant, licet amentur: sed nō sic est de amico isto, Prouer. 8. Ego diligentes me diligo, Ioan. 14. Qui diligit me, diligitur à Patre meo, & ego diligam eū. ¶ Secundō, quia tempore aduersitatis desinunt amare, Ecclesi. 6. Est amicus secundum tempus suum, & nō permanebit in tempore tribulationis. Sed nō est sic in amico isto, Prouer. 17. Omni tempore diligit qui amicus est (Christus scilicet) & frater in angustiis cōprobatur. ¶ Tertio, quia qui amat uiuos, inimici sunt mortuorum, spoliātes eos bonis suis. Ecclesi. 6. Est amicus qui conuertitur ad inimicitias; amicus uerō iste in morte specialiter ostendit se esse amicum; spiritum enim qui de habitaculo corporis exit, in cæleste habitaculum recipit. ¶ Quarto, quia amici patris inimici sunt filiorum: sed amicus iste propter patrem filios amat, quandoque usque in decimam generationem, Exo. 20. Ego sum dominus Deus tuus & c. faciēs misericordiam in millia his qui diligunt me. Et ut breuiter dicam, Beatus est qui dominum debito modo amat, & uæ illi qui eum debito modo non amat, August. 4. lib. Confes. Beatus qui amat te, & amicum

in

in te, & inimicum propter te. Solus enim nullū charum amittit, cui omnes in illo chari sunt, qui nō amittitur: te nemo amittit nisi qui dimittit. Idem, Hæc omnia bona sunt: sed uæ tibi si amaueris condita, & deserueris conditorem. Idem 8. libro de Trinit. Cum aliqua non amentur, nisi quia bona sunt, pudeat eis inhaerendo non amare ipsum bonum unde bona sunt.

De his quæ ualent ad hoc ut aliquis ametur à Deo. CAP. IIII.

Dilecto de his quæ possunt hominem incitare ut Deum amet, dicendum est de his quæ faciunt ad hoc ut aliquis ametur à Deo. ¶ Septem uerō sunt, quæ ad hoc ualere possunt. ¶ Primum est sapientia. Sapi. 7. Sapientia infinitus thesaurus est hominibus, quo qui uti sunt, participes facti sunt amicitia Dei. Et in eodem: Neminem diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Nouit dominus, quod de amicitia stultorum prouenit damnum & dedecus, ideo non uult habere amicitiam cum stultis. Prouer. 14. Acceptus est regi minister intelligens. ¶ Secundū est munditia, quæ effectus est sapientia. Iac. 3. Quæ desursum est sapientia, primum quidē pudica est, id est, pudicū faciēs. Propter munditiam uocatus est Ioannes discipulus quem diligebat Iesus. Io. ulti. Prouer. 22. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum suorum,

amicum habebit regem. Can. 6. Dilectus meus mihi & ego illi, qui pacitur inter lilia. Puritate enim delectatur. Sapi. 6. In corruptio facit proximum esse Deo. ¶ Tertium est mansuetudo quæ multum assimilatur Deo, cuius bonitatem alicuius malitia non perturbat: & ideo Deo amabilem facit. Propter mansuetudinem Moyses qui erat mansuetissimus, super omnes homines qui morabantur super terram, Numeri 12. specialiter amicus Dei fuit. Ecclesi. 45. Dilectus Deo & hominibus Moyses. ¶ Quartum est liberalitas, quæ multum assimilatur Deo, qui ex liberalitate fecit quicquid fecit, creaturas rationales ut eis daret: alias creaturas, ut eas daret. Sen. Qui dat beneficia Deū imitatur. Maxime uerō Deum imitatur qui pauperibus nihil iudicauerit quam misereri pretiosius. Liberalitas ratione similitudinis, hominem reddit Deo amabilem. 2. Corinthiorū 9. Hilarem datorē diligit Deus. ¶ Quintum est, humilitas propter quā Dauid fuit uir secundum cor Dei. 1. Reg. 15. Matt. 9. In signum amoris quem habet Deus ad humiles, Deus amplexatus est paruulū. Et Beniamin frater minimus, Gen. 45. uocatur amantissimus domini, & Deutero. 33. ¶ Sextū est dilectio. Diligit enim dominus eos qui se diligunt: alioquin esset infidelis. Bern. in epistolis: Nemo se amari disfidat qui iam amat.

Libenter Dei amor nostrū quē praeuenit subsequitur. Nā quomodo reamare pigebit, quos amauit necdum amantes: ¶ Septimum est temporalium contemptus. Matt. 19. Si uis perfectus esse &c. Gl. interli. In dilectione Dei. Senec. Nemo dignus Deo qui opes non contempserit. Temporalia amata inquinant. Iuxta uerbum. Ber. Ideo anima temporalia amans quasi inquinata, indigna est Dei amore. Aug. in li. Soliloquiorum: Si alicuius pulchrae formae amore flagraret, iure se tibi non daret si aliud à te quicquam praeter se amari comperisset. Sic qui in bonis contemptibilibus amore suum ponit, Dei amore est indignus.

De modo amandi Deum.

CAP. V.

Sequitur de modo amandi Deum. Modus autē diligendi Deum, est sine modo diligere: ut ait Bern. in lib. de diligendo Deo. Idem ad fratres de monte Dei: In dilectione Dei non alia ratio, non alia discretio est: nisi ut sicut ille cū dilexisset nos, in finem dilexit nos: sic si fieri potest, nos in infinitum diligamus eum. Sicut beatus uir qui in mandatis eius cupit nimis. Sed cū nullum finē uel terminū habere debeat deuotio amantis: tamen terminos suos & fines & regulas habere debet actio operantis. Idem etiā ostendit modum amandi Deū esse, ut amemus eū quantum possumus, dicens ita:

Deus meus, adiutor meus, diligam te pro dono tuo, & modo meo, minus quidē iusto, sed plane non minus posse meo: qui cū quantum debeo non possum, non possum tamen ultra quam possum. Potero uerō plus, cū plus donare dignaueris: nunquā tamen prout dignus haberis. ¶ Modus etiā amandi Deum ostenditur Deute. 6. his uerbis: Diliges dominum Deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Itē Mat. 22. Diliges dominū Deum tuū ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & in tota mente tua. Verba Deut. uidentur pertinere ad illas tres uires animae, quae sunt, uis rationalis, uis concupiscibilis & irascibilis. Fortitudo enim quae tertio loco ponitur, ad irascibile pertinet. Verba uerō Matthaei uidentur pertinere ad illas tres uires animae: quae sunt intellectus, uoluntas, & memoria. Unde mens cuius est memorari, tertio loco ponit. Lucas uero 10. uirtūque uidetur tangere, dicens: Diliges dominum Deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua. Et accipias idem per hoc quod dicitur, ex omnibus uiribus tuis: & per hoc quod dicitur in Deut. ex tota fortitudine tua. ¶ Et notādū, quod secundū Greg. ista uerba, Ex toto corde tuo &c. & ad inculcationē ponuntur. Secundum Aug. totalitas ista aliter accipienda est prout competit

statui

statui patriae: aliter prout competit statui uitae. Secundum, quod competit statui patriae, attenditur in hoc totalitas ista, quod omnes motus animae ad Deū referatur: & sic non impletur in uita praecipitū illud: nisi forsitan ad tempus breue à uiris perfectissimis. Tamen secundū Aug. ideo praecipitur: quia non recte curritur, si quod currēdū est, nesciatur. Quomodo autē sciretur si nullis praecipitū ostēderetur? Et in praecipito affirmatiuo potuit praecipiri, quod non potest in uita impleri: quia praecipito affirmatiuo non obligatur quis ut illud impleat semper: sed ut impleat illud loco & tempore. Nullū uerō praecipitū negatiuum potuit esse simile huic. Illud enim obligat ut semper impleatur: & ideo necessarium hominē faceret transgressorem. Ber. Mandata impossibilia non fecerūt transgressores homines, sed humiles. Secundū uerō, quod competit statui uitae, totalitas ista in hoc attenditur, quod nullus motus sit in anima amoris Dei contrarius, nec aliquid praeter Deū propter se ametur. Ad primū pertinet illa expositio Aug. Toto corde, id est, intellectu, sine errore: tota anima, id est, uoluntate, sine contradictione: tota mēte, id est, memoria, sine oblivione. Ad secundū pertinet quod dicit Aug. in lib. 3. de doctrina Christiana, cū ait, Toto corde, tota anima, tota mēte, nullā uirtutis nostrae partem reliquit quae

uacare debeat, & quasi locū dare & alia re uelit frui: sed quicquid aliud diligendū uenerit in animū, illuc rapiatur, quod totus dilectionis impetus currit. Fruus, est amore inharrere alicui rei propter seipsum: ut ait Aug. Idē Aug. in lib. Soliloquiorum: Ego non puto ullarū rerum uocandam cupiditatē quae propter aliud requirūtur. Idem in eodē: Iam certe ostendisti nihil aliud me amare quam sapientiā. Si quidem quod non propter se amatur, non amatur. Ego autē solam per se amo sapientiā, cetera uerō adesse mihi uolo, uel deesse timeo propter ipsam. Loquitur de sapientiā increata. Contra totalitatem siue perfectionē amoris diuini, solus ille amor est, quo amatur aliquid praeter Deū, non propter Deū. Aug. 10. lib. Confessionū: Domine, minus te amat, qui tecū aliquid amat, quod non propter te amat. Modus ergo amandi Deū est, ut ipse ametur super omnia, & propter se. Secundum Ber. uerō sic exponitur uerbum prius positū, Diliges &c. toto corde, id est, sapienter: tota anima, id est, dulciter: tota uirtute, id est, fortiter uel perseueranter. Idem. Disce Christiane à Christo, quemadmodū diligas Christum. Disce amare dulciter, prudenter, fortiter: dulciter, ne ille est: prudenter, ne decepi: fortiter, ne oppressi ab amore domini auertamur. Idē. Non abduci blanditiis, nec seduci

fallacis, nec iniuriis frangito-
 ro corde, tota anima, tota uirtu-
 te diligere est. Idem exponens
 quid sit amare dulciter, sapien-
 ter, & fortiter: Dulciter, inquit,
 amat, qui Christo passo cōpari-
 tur, compungitur & mouetur.
 Sapienter amat, qui ab ecclesia-
 stici sensus puritate nullā deuiat
 uerisimilitudine, & qui discre-
 tionis metū nulla superstitio ne,
 uel leuitate, uel spiritus feruēti-
 oris uehemētia deserit. Amor
 fortis est, quum nec ulla ui labo-
 rum, uel tormentorum, uel etiā
 metu mortis iustitia deseritur.
 Item toto corde Deū diligit, qui
 gloriam in solo Deo querit. In
 corde enim magnanimitas per-
 tinens ad uim irascibilem intelli-
 gitur. Anima uerō potest refer-
 ri ad concupiscibilem, cuius est
 uelle. Mens uerō cuius est medi-
 tari ad rationalem. Totis ergo
 his tribus uiribus aliquis Deum
 amat, quū uis rationalis à solo
 Deo desiderat, & ab eo solo se
 posse sapientem fieri credit: &
 quum uis concupiscibilis reputat
 Deum gaudium suum, & in illo
 solo gaudere querit, & quū uis
 irascibilis in illo solo gloriari
 desiderat, aliam gloriam con-
 temnens. Item notandū, quod toto
 corde siue intellectu Deū amat,
 qui intellectum suum in obse-
 quium Christi captiuat, & qui
 studium suum Christo dat, & ad
 uisionē Dei toto desiderio an-
 helat. De primo legitur 2. ad Cor.
 10. In captiuitatem redigentes

omnem intellectum in obse-
 quium Christi. Et notandum, quod
 quadruplex debet esse captiua-
 tio intellectus nostri. ¶ Prima, ut
 in his quæ sunt fidei, Deo obe-
 diamus. Hilarius: Soli Deo de
 se credendū est, qui se solus no-
 uit. Secūda, ut male de nobis, &
 bene de proximo sentiamus. Se-
 nec. Quod homines libenter fa-
 ciunt de aliis, de te apud te ma-
 le existima. Tertia, ut sensum su-
 perioris nostri, sensui nostro
 præferamus: quod maxime facien-
 dum est in religione. Ber. Lignū
 in paradiso sciētiae boni & ma-
 li, censura discretionis est in cō-
 uersatione religionis penes pa-
 trem spirituales, qui diiudicat
 omnia, ipse à nemine iudicatur,
 ipse est discernere, aliorū obe-
 dire. Quarta, ut circa nos metip-
 sos intendentes, ab aliis oculos
 auertamus. Ber. Temetipsum so-
 licite custodi: & ut temetipsum
 custodias, ab omnibus oculos
 auerte. Christo studiū suum dat,
 qui ea quibus adiuuamur in Deū
 ab eis quibus impedimur, saga-
 citer fecerit, quod est prudentia:
 ut dicit Aug. Itē qui doctrinam
 Christū nesciente fastidit. Ber. Si
 disputes, aut conferas, nō sapit
 mihi nisi sonuerit ibi Iesus. Itē
 qui in creaturis Deū amat, Aug.
 Vā illis qui diligunt nutus
 tuos pro te. Nutus tui sunt omne
 creaturarū decus. Tota anima,
 siue tota uolūate amat, qui per-
 fectē obedit, quē nec timor ma-
 li transitorii exterrēt, nec amor
 boni

boni transitorii ab obedientia
 retrahit. Tota mente, seu memo-
 ria Deū diligit, qui ea quæ Deo
 displicent, & ab amore eius im-
 pediūt, obliuioni tradit: ut sunt
 iniuriæ nobis illatæ, quæ dum
 recogitantur, sunt quasi ferrum
 in uulnere, quod uulneris sana-
 tionem impedit. Itē qui ea quæ
 ad honorē Dei pertinent & sa-
 lutem animarum memoriæ in-
 figit, & quem magnus amor Dei
 de alio quàm de Deo diu cogi-
 tare non sinit: sicut solet accide-
 re fatuē amantibus, qui nō pos-
 sunt obliuisci id quod amant.
 Ber. super Cant. O amor impe-
 tuose, qui præter te cogitare a-
 liud non uis. Deus uult habere
 amorem cordis nostri integrū.
 Prou. 24. Præbe fili mi cor tuum
 mihi. Leuit. 3. Omnis a deo do-
 mini erit iure perpetuo. Aug.
 in sermone: Totū exigit te qui
 fecit te. Sed noli tristis esse, qua-
 si nihil unde gaudeas remaneat
 in te. Ex hoc enim diligit te, quod
 diligis Deū ex toto corde. Nec
 mirum si Deus uelit habere cor
 integrum, quum sufficiat illud
 implere. ¶ Et notandum, quod
 amor Dei debet esse rectus, stre-
 nuus, & lætus, desiderii plenus.
 Rectus, ut Deus propter se ame-
 tur, non propter tēporalia. Aug.
 15. lib. de Ciui. Dei: Boni ad hoc
 utuntur mūdo, ut fruantur Deo.
 Mali autem contrā, ut fruantur
 mundo, uti nolūt Deo. Aug. Vti
 est id quod in usum uenerit, re-
 ferre ad obtinendum illud quo

fruedum est: aliās abuti est non
 uti. ¶ Amor quo aliquis amat
 Deum propter temporalia, con-
 tumeliosus est Deo. ¶ Tempo-
 ralia enim præfert ei. Propter
 quod enim unumquodque ama-
 tur, illud magis amatur. Item est
 quasi amor meretricis. Mere-
 trix enim amatorem suum de-
 pauperatū abiicit. Hieremix 3.
 Quomodo si contemnat mul-
 tier amatorem suum, sic contem-
 pfit me domus Israēl. Hoc acci-
 det tempore antichristi, quan-
 do Christus erit quasi pauper:
 spoliabuntur enim qui ei adhæ-
 rebunt. Amor talis etiam est ca-
 ninus. Canis enim os nudatum
 carne deferens, strepens debet
 esse. Poëta: Amor odit inertes.
 Item: Militiæ species amor est,
 discedite segnes: Non sunt hæc
 timidis signa ferēda uiris. Item:
 Audacem faciebat amor. Item:
 Nil certe est quod non effra-
 no captus amore Ausit. Lætus
 etiam debet esse, dum tolerat
 dura pro eo quem amat. Act. 5.
 Ibant Apostoli gaudentes à con-
 spectu concilii: quoniam digni
 habitus sunt pro nomine Iesu cō-
 tumeliā pati, desiderii plenis:
 quum enim maior ignis sit, scin-
 tillæ desideriorum ex ipso emi-
 cant. Daniel. 9. Vir desideriorū
 es. Esa. 26. Anima mea desidera-
 bit te in nocte. Dauid: Sitiant a-
 nima mea ad Deū fontem ui-
 uum. Bernar. super Cant. Anima
 amans fertur uotis, trahitur desi-
 deriis. Item amor facundus est.

Poeta: Faciendum faciebat amor. Philosophus: Verborum abundantiam transmittit affectio. Amas superius obliuiscitur. Augustinus de uerbis domini: Oblita est anima seipsum, sed amando mundum. Nunc obliuiscatur se, sed amando artificem mundi. Item amans dolores corporis non sentit. Bernardus: Non mirum si exul à corpore dolores non sentiat corporis: neque hoc facit stupor, sed amor. Submittitur enim sensus, non amittitur: nec deest dolor, sed contemnitur. Item amor dignitatis est nescius. Bernardus in lib. de confidente ratione: Amor dominum nescit. Agnoscit mater filium & in insulis. Idem super Cantic. Anima amans manifestati oculis claudit, aperit uoluptati. Idem loquens de anima ardenter amante: Proprio inebriatur amore, ut manifestatem non cogitet. Qui enim respicit terram, & facit eam tremere, & ista se ab eo postulat osculari, ebriane est: Ebria prorsus. Amor etiam omnia uincit. Bernardus super Cant. Præceps amor nec iudicium præstolatur, nec consilio temperatur, nec pudore frænatur, nec rationi subicitur. Item: Quid uolentius triumphat de Deo? Amor. Quid tamen tam non uolentius quam amor? Quæ ista uis, quæso, tam uiolenta in uictoriam? tam uicta est uiolentiam? Bernardus super Cantic. Magna est & uiolentia uis charitatis, ipsum effectum

Dei attingens & penetrans, & uelut sagitta iecur eius transiens. Cantic. 4. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa.

De diuersis speciebus diuini amoris.
CAP. VI.

Notandum quod duplex est amor Dei. Primus est naturalis, quo amore omnes amant Deum & boni & mali. Augustinus in libro Soliloquiorum: Deus, quem amat omne quod amare potest, siue sciens, siue nesciens. Secundus est amor quo aliquis amat Deum, eo quod cognoscit eum sibi necessarium. In Psal. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum, & refugium meum &c. Tertius est amor quo aliquis Deum amat propter delicias quæ in eo sunt. Sapient. 3. Et amator factus sum soror matris illius. Quartus est amor amicitiae quo aliquis amat Deum, eo quod dignissimus sit amore: qui amor est pure gratuitus. Bernardus super Cantic. Amat castè, qui ipsum quem amat querit, non aliud quicquam ipsum. Item super Cantic. Amor per se sufficientis per se placet & propter se, ipse meritum, ipse præmium est sibi. Tres ultimas species amoris uidetur tangere Bernardus in lib. de diligendo Deo, his uerbis: Natura ita condita fuit, ut habeat iugiter necessarium protectorem quem habuit, & conditorem, ut quæ nisi per ipsum non ualuit esse, sine ipso nec ualeat subsistere: quod sanè

ne

De signis diuini amoris.

CAP. VII.

De se creatura ignoret, & si bene, quod ab sit, erogat beneficia creatoris, uelit hominem idem conditor tribulationibus exerceri, ut cum defecerit homo, & subuenerit Deus, ab homine ut dignus est honoretur. Hoc enim dicit: Inuoca me in die tribulationis: seruauit te, & honorificabis me. Fit itaque hoc modo ut homo qui propter se neminem diligere nouerat, etiam Deum uel propter se diligere incipiat, qui in ipso nimirum, ut saepe expertus est, omnia possit quæ posse proficit, & sine ipso possit nihil. Amat ergo Deum, sed propter se, non propter ipsum. At si frequens ingruerit necessitas, ob quam & frequens ad Deum fiat conuersio, & à Deo frequens liberatio cõferatur: nonne & si fuerit ferreum pectus, uel cor lapideum, per totiens liberari emolliiri necesse est ad gratiam liberantis quatenus homo Deum diligat, non propter se tantum, sed propter ipsum? Ex occasione quippe frequentium necessitatum, crebris necesse est interpellationibus Deum ab homine frequentari: frequentando gustari, gustando probari: quoniam suauis est dominus. Ita fit ut ad diligendum pure Deum, plus iam ipsum alliciat gustata suauitas, quam urgeat nostra necessitas. Suauitatem potes intelligere uel eius delectabilitatem, uel benignitatem.

Decem sunt signa quibus perpendi potest utrum aliquis amet Deum. ¶ Primum est quomodo aliquis libenter cogitat de Deo. Vbi enim amor, ibi occurrit. Vnde super illud Io. 2. 0. Domine, si tu sustulisti eum, dicitur mihi ubi posuisti eum. dicit gl. Non dicit quem: quia hoc in animo agere solet uis amoris, ut quem semper cogitat, nullum alium ignorare credat. Sapient. 6. Cogitare de illa, sensus est consummatus. loquitur de sapientia increata. ¶ Secundum est, quomodo aliquis est libenter in domino Dei. Luca 2. dicitur de Anna quod non discedebat de templo, quæ meruit interesse præsentationi domini in templo. Et Christus quomodo esset duodecim annorum, inuentus est in templo. Luca 2. qui matri suæ & Ioseph ait: Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Et super illud Matt. 21. Intrauit Iesus templum, dicit gl. Ingressus urbem, primo templum adiit: dans formam religionis, ut quocumque inus, primum domum orationis, si ibi est, adeamus. Chrysosto. Proprium erat boni filii, ut ueniens, primo ad domum curreret patris. Tu autem imitator Christi factus quomodo in aliquam ingressus fueris ciuitatem, primo ante omnem actum ad ecclesiam curras. ¶ Tertium est, cum aliquis de Deo uel cum Deo libenter loquitur.

De

De hoc habemus exemplum in Magdalena quæ Christum dilexit multum: cuius uerba quæ habetur in euangelio, uel de Deo uel cum Deo fuerunt. Vnde habes Io. 11. Domine, inquit, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Alia tria habes Ioan. penul. Tu Ierusalem, inquit, Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum. Et paulo post: Domine si sustulisti eum, dico mihi, & ego eum tollam. Et iterum: Venit Maria Magdalena annuntians discipulis, quia uidi Dominum, & hæc dixit mihi. 1. Petr. 4. Si quis loquitur quasi sermones Dei. Et super illud Roma. 8. Quis nos separabit à charitate Christi? Dicit Chrysostomus: Hic amantium mos est, ut amorem suum silentio tegere nequeant: sed necessariis & charis suis efferunt & produunt, & flammam infra pectus suum cohibere non possunt. Enarrat frequenter, ut ipsa assiduitate narrandi solatium amoris sui capiant, & refrigeria immensis ardoris assumant. Sic ergo facit hic beatissimus amator Christi. ¶ Quartum est, quomodo quis libenter Deum audit, & audita ab eo retinet memoriter. Lucæ 2. Maria conseruabat omnia uerba hæc, confers in corde suo. Eiusdem: Magdalena sedes pedes Domini, audiebat uerbum illius. Io. 14. Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. ¶ Quintum est, cum quis libenter dat pro Deo. Cant. ultim. Si

dederit homo omnem substantiam pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Et Lucæ 7. dicit Dominus de Magdalena post beneficium eius enumerata, Dimitte ei peccata multa: quonia dilexit multum. 1. Ioan. 3. Qui habuerit substantiam mundi humi, & uiderit fratrem suum necessitate habere, & clauerit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? ¶ Sextum est, quomodo aliquis pro Deo libenter patitur. Eccle. 2. In igne probatur aurum & argenti: homines autem receptibiles in camino humilitationis. Ioan. 18. Calicem quem dedit mihi Pater, non uis ut bibam illum? Gregor. in prima parte Moralium: Poena quippe interrogat si quietus quis ueraciter amet. ¶ Septimum est, quomodo mandatis Dei aliquis obedit. 1. Ioan. 5. Hæc est charitas Dei, ut mandata eius custodiamus. Itē 2. Io. Hæc est charitas, ut ambulemus secundum mandata eius. Io. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Specialiter signum diuini amoris est, si quis seruat illud mandatum, quod Saluator specialiter dicit suum. Ioan. 15. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem. 1. Io. 4. Hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat fratrem suum. Maximè amor pauperum signum est diuini amoris. Illi enim non amantur propter se, sed propter Deum. Prover. 19. A paupere & amici quos habuit separatur. In eodem:

eadem: Fratres hominis pauperis oderunt eum, & amici procul recesserunt ab eo. ¶ Octauum est, quomodo quis amat quæ Deo displicent, & odit quæ Deo displicent. Ad primum monemur exemplo Christi, Matth. 12. Quicumque fecerit uoluntatem Patris mei qui in caelis est, ille meus frater, & soror, & mater est. Ad secundum, exemplo Dauid: Iniquos odio habui. Idem: Nonne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam &c. Itē: Defectio tenuit me pro peccatoribus &c. Item: Vidi prauaritates, & tabescebam. Ambrosius super Beati immaculati. Si is qui non relinquit parentes propter nomen Dei, non est Deo dignus: quanto magis qui diligit eius inimicos acceptus Deo esse non poterit? Hieronymus in epistolis: Nationes aduersariorum immortalis odio persequimur: blasphemantibus Deum, clementiam porrigimus manum. Ambrosius in Hexameris: Quid nos dignum nostro referimus creatori, cuius cibo uestimur, & dissimulauimus iniurias? ¶ Nonum est, quomodo quis frigescit à solitudine & amore mundi. Gregorius: Tanto frigescit quis à curis seculi, quanto surgit ardentius in amorem Dei. Item Iacob qui angelum tenuit, uno mox pede claudicauit: quia qui uero amore sublimia respicit, iam in hunc mundum duplicibus desideriis incedere nescit. ¶ Decimum est, quomodo

aliquis magnum honorem exhibet ministris Dei: sicut qui eos spernit, Deum spernit. Matth. 10. Sic qui eos honorat, Deum honorat. Ecclesi. 7. In omni uirtute tua dilige Deum qui te fecit, & ministros eius ne derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes.

De his quæ incitant ad amandum proximum. CAP. VIII.

¶ Notandum quod licet debemus amare Deum, & nos, & proximum: tamen non habemus speciale præceptum de amore nostri, nec specialis tractatus erit hic de amore illo, eo quod amare Deum sit amare seipsum. Vnde Aug. Ille solus se nouit diligere, qui Deum diligit. Siquidem ille se satis diligit, qui sedulo agit ut summo & uero fruatur bono: quod si nihil aliud est quam Deus, quis custari potest, quin sese amet qui amator est Dei? Itē Aug. Quomodo illa dilectione quam Deus imperat, debeat homo diligere Deum, & seipsum, & proximum: non tamen ex hoc tria præcepta data sunt: ut intelligatur nullam esse aliam dilectionem, qua quisque diligit seipsum, nisi quod diligit Deum. Qui enim aliter diligit se, potius se odisse dicendus est. ¶ De amore uero proximi hoc modo dicitur. ¶ Primo dicitur de illis quæ possunt incitare ad hoc ut amemus proximum. ¶ Secundo de his quæ possunt ualere ad hoc

hoc ut amemur à proximo. ¶ Ter-
tio de modo amandi eū. ¶ Quar-
to de diuersis speciebus huius
amoris. ¶ Circa primum notan-
dum, quod ad amandum proxi-
mum, Primò potest nos incita-
re sacra scriptura quæ toties ad
hoc monet. Leuiti. 19. Diliges
amicum tuū sicut teipsum. Et in
eodem: Diligētis aduenā quasi
uosmetipsos. Et Deute. 10. Ama-
te peregrinos. Matth. 22. & Lu-
cæ 10. Diliges proximum tuum
sicut teipsum. Ioann. 13. Mandā-
tum nouum do uobis, ut diliga-
tis inuicem. Idem 15. Et 1. Ioann.
4. Charissimi, diligamus nos
inuicem. Et specialiter illa scri-
ptura deberet nos incitare ad
hoc, quæ ostēdit præceptum de
dilectione proximi, specialiter
esse præceptum Saluatoris. Ioā.
13. Hoc est præceptum meum, ut
diligatis inuicē &c. Legitur in
uita beati Ioannis Euangelistæ,
quod quum ipse deuenisset ad
ultimam senectutem, & uix in-
ter discipulorum manus ad ec-
clesiā deferretur, nec posset plu-
ra docere uerba, ad quamlibet
pausam hoc dicebat: Filioli, di-
ligite alterutrum. Tādem disci-
puli & fratres qui aderāt audiē-
tes quod eadem uerba semper
diceret, dixerūt: Magister, qua-
re semper hæc loqueris? qui re-
spondit: Quia præceptum Do-
mini est, & si solum fiat, sufficit.
¶ Hoc præceptum lucidum est
& breue, utile & leue. Tale si-
quidem debuit esse præceptum

optimi præceptoris. Dionys.
Optimi est optima adducere.
Lucidū debuit esse, ne quis di-
cat: non mihi licuit intelligere.
Breue, ne quis dicat: tædet me
legere. Lucidū decuit esse præ-
ceptum eius qui erat lux uera.
Io. 1. & Psal. Præceptum Domini
lucidum illuminas oculos. De-
cuit uerbum æternum in incar-
natione abbreviatum abbrevia-
re legem. ¶ Decuit etiam utile
esse præceptū illius qui ad hoc
uenerat; ut se totum in utilitatē
nostram expenderet. Hierony-
mus: O nimiam Dei clementiā,
o ineffabilem Dei benignitatē;
præmiū nobis pollicetur, si nos
mutuo diligamus, & si nobis ea
præstemus inuicem, quibus in-
uicem indigemus. Et nos super-
bo simul & ingrato animo ei
renitimur, cuius imperiū be-
neficium est. Decuit etiam esse
leue præceptum benignissimi
domini. Matthæi 11. Iugū enim
meum suauē est; & onus meum
leue. Verē leue est hoc præ-
ceptum, quū à quolibet possit im-
pleri, & à paupere & à diuite, ab
infirmo & sano. Non est neces-
se emere oues & boues, uel ire
ultra mare ut hoc præceptum
impleatur. Deut. 30. Mandatum
hoc quod ego præcipio tibi
hodie, non supra te est, neque
procul positum &c. sed iuxta te
est sermo ualde in ore tuo & in
corde tuo, ut facias illum. Dice-
bat præceptum eius qui uene-
rat legē implere, esse legis ple-
nitudo

nitudo: plenitudo autē le-
gis, est dilectio. Roma. 13. ¶ Se-
cundo potest incitare ad amorē
proximi, amor quem uideamus
inter animalia irrationabilia
eiusdem speciei. Ecclesiasti. de-
cimo tertio: Omne animal dili-
git simile sibi. Et post: Omnis
caro ad similem suā coniūge-
tur. Si lupus, & leo, & serpens nō
exercent illam ferocitatem in
animalia quæ sunt suæ speciei,
quam exercent in alia, quid di-
cendum est de homine qui de-
scendit in aliu hominē, nisi quod
ferocior est lupo, leone, & ser-
pente: Etiam ipsa aqua quæ na-
turaliter habet pugnam cum igne,
pacem habet cum alia aqua quæ
est eiusdem speciei cum ea. ¶ Ter-
tio fraternitas naturalis quæ est
inter omnes homines. Augu. in
lib. de disciplina Christiana: Si
putamus nō esse proximos, nisi
qui de eisdem parentibus nascū-
tur: Adam & Euam intēdamus,
& omnes fratres sumus. Idē 12.
lib. de Ciuit. Dei: Nihil tam dif-
cordiosum uitio: tā sociale na-
turæ, quàm genus humanū. Pro-
pterea Deus uoluit creare pa-
rentem unum de quo multitu-
do propagaretur: ut hac admo-
nitione etiam in multis cōcors
unitas seruaretur. Quod uerò
illifœmina ex eius latere facta
est, etiam hinc satis significatum
est, quàm chara mariti & uxoris
debeat esse cōiunctio. Malac.
2. Nunquid non pater unus est
omnium nostrum? quare ergo

despicit unusquisque uestrum
fratrem suum? Voluit Deus uni-
cum hominem primo formare,
ex quo omnes procederent, ut
tanquam fratres omnes homi-
nes se amarent. Non sic legitimus
factus in angelis, uel animalibus
brutis. Dilectio est debitum
naturale, quo unus homo obli-
gatus est alteri, à quo debito
nullus absoluitur quantumcum-
que ab eo soluatur. Vnde super
illud Rom. 13. Nemini quicquā
debeatis, nisi ut inuicē diliga-
tis. dicit glos. August. Solā cha-
ritas est, quæ etiā reddita sem-
per detinet debitorem. Seneca:
Hæc societas diligenter & san-
ctè est obseruanda, quæ nos
omnes omnibus miscet, & iudi-
cat aliquod esse commune ius
generis humani. Plurimū quo-
que ad interiorem societatem
amicitiæ colendam proficit. Oia
enim cum amico cōmunia ha-
bebit, qui multa cum homine.
Ius commune generis humani
uidetur contineri in illis duo-
bus mandatis. Quod ab alio ti-
bi oderis fieri, uide tu ne ali-
quando alteri facias. Tob. 4. &
Matt. 7. Quæcūque uultis ut fa-
ciant uobis homines, & uos eā-
dē facite illis. Itē Seneca: Mihi
ab istis subtilius præcipi malo,
quid amico præstare debeam,
quid homini, quàm quot modis
dicatur amicus, & homo quàm
multa significet. Idē: Sapiētia
homo pro amico est: Stultitia
amicus non est pro homine.

¶ Quarto,

¶ Quarto, fraternitas spiritalis, de qua Augusti, in lib. de disciplina Christiana: Omnes quæ fratres secundum quod homines sumus: quanto magis secundum quod Christiani sumus? Ad id quod homo es, unus pater fuit Adam, una mater fuit Eva: ad id quod Christianus, unus pater est Deus, una mater ecclesia. Hæc fraternitas tanto est melior fraternitate naturali, quanto meliorem habet patrem Deum, Matthæi 13. Et patrem nolite uocare uobis super terram: unus est enim pater uester qui in cælis est. Item quanto melior est mater ecclesia matre carnali: est melior hæreditas cælestis quam temporalis. Heb. 10. Rapinam bonorum uestroꝝ cum gaudio suscepistis, cognoscetes uos habere meliorem & manentem substantiam. Si amandi sunt fratres qui diuidendo hæreditatem portionem uniuscuiusque minoræ faciunt: quantum amandi sunt fratres illi qui portionem uniuscuiusque augment? Quanto enim plures erunt electi, tanto amplius gaudebunt. Plus enim gaudebit unus electorum de gloria animæ alterius, quam de gloria præteritæ corporis. ¶ Quinto debet incitare ad amorem proximi exemplum Christi. Non enim est despiciendus quem Christus ita charum habuit, quod pro eius redemptione mori uoluit. Appetere proximum tuum hoc precepto, ne tibi inlescat. Apocalyp. 1.

Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Ad Titum 2. Qui dedit semetipsum pro nobis. Exemplo suo uoluit Christus nos ad hoc incitare, quum dicit Ioan. 15. Sicut dilexi uos. ¶ Sexto exemplum angeli qui adeo amat hominem, ut custodiat eum in omnibus uitiis suis. Non est despiciendus homo ab homine, qui adeo charus est angelo, Matthæi 18. Videte ne contemnatu unum ex his pusillissimis. Dico enim uobis, quia angeli eorum semper uident faciem patris mei qui in cælis est. ¶ Septimo, quod fraterna dilectio tantum placeat Deo. Ecclesiastic. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus. Concordia fratrum, amor proximorum, & uir & mulier bene sibi consensientes. ¶ Octauo, similitudo quam habet proximus ad Deum. Licet aliquis amet omnes filios amici sui: tamen specialem habet amorem ad eum qui amplius amico suo est similis. Sic licet ad omnia opera Dei amorem habere debeamus: tamen specialiter ad hominem, quem constat esse factum ad imaginem & similitudinem Dei. Genesi. ¶ Nono, quia membrum est corporis cuius Christus est caput. 1. Cor. 12. Vos estis corpus Christi, Non amat caput, qui non amat membra. ¶ Decimo, quod membrum est eiusdem corporis, cuius & ipsa naturaliter necesse amor est inter membra

membra unius corporis. Rom. 12. Multi unum corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius membra. ¶ Undecimo, emolumentum multiplex quod sequitur ex hac dilectione. Eccl. 4. Melius est duos esse simul, quam unum. Habet enim emolumentum societatis suæ. ¶ Quinque sunt emolumenta huius sanctæ societatis. Primum est uictoria. Vnde subditur Eccl. 4. Si quis præualuerit contra unum: duo resistunt ei. Proverbio. 18. Frater qui iuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Goliath inuitat ad singulare certamen. 1. Reg. 17. Eccontrario Moyses ait, Exod. 32. Si quis est de minimi, iungatur mihi. Ambr. Omnis pugna unanimiter aggressa uictoriam parit. Secundum est, bonorum abundantia. Quod enim homini deest in se, habet in amico suo: & ad quod impotens erat per se, potens efficitur eo sibi coniuncto. Tullius de Amicitia: Virtutis amicitia adiutrix à natura data est, non uitiorum comes: ut quæ solitaria non posset uirtus ad ea quæ summa sunt peruenire, coniuncta & consociata cum altera perueniret. Tertium est impetratio eius quod in oratione petitur. Matt. 18. Si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint: fiet illis à patre meo qui in cælis est. Quartum est mutua exhortatio. Eccl. 4. Vnus enim quomodo calescit? Quintum consolatio. Proverb. 27. Vngueto & uariis odo-

ribus delectatur cor, & bonis amici consiliis anima dulcoratur. Tullius de Amicitia: Solem de mundo tollere uideatur, qui amicitiam de uita tollunt: quia nihil à Deo melius habemus, nihil iucundius. Item Tullius: Quonia res humana fragiles sunt & caducæ, semper acquirendi sunt quos diligamus, & à quibus diligamur. Charitate enim beneuolentiæque sublata, omnis est de uita ablata iucunditas. ¶ Duodecimo damnū quod facit fratrum odium uel discordia. Hoc enim facit in corpore ecclesie quod facit diuisio, cōtinuitatem in humano corpore, ex qua sequitur dolor magnus, & quædamque mors. Ideo Saluator multum rogat pro unitate ecclesie. Io. 17. Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: ut sint unum sicut & nos. Item in eo dem: Non pro eis rogo tantum: sed pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me, ut omnes unum sint.

De his quæ ualere possunt ad hoc, ut quis ametur à proximo. CAP. IX.

Est notandum quod licet utrumque sit appetendum, & amare proximum, & amari ab ipso: tamen magis appetendum est amare, quam amari. Beatius est magis dare, quam accipere. Act. 20. Qui solum amari uoluit, ignem esse uoluit in domo proximi sui, & ipsi in domo propriae conscientie frigore perirent. Ipsi etiam pietatis frigiditate proximis suis & bonis

eorum desiderat, de pretiositate vero sua bonorum propriorum non curat. Charitas enim, ut prius ostensum est, pretiositas est hominis & operum ipsius. ¶ Et notandum quod multa sunt que ualere possunt ad hoc, ut aliquis ametur à proximo. ¶ Primum est, modestia in sermone, Eccles. 20. Sapiens in uerbis amabilem se facit: gratiæ autem fatuorum effundentur. ¶ Secundum est similitudo, quæ multum facit ad amorem, & sicut dissimilitudo ad odium. Eccles. 27. Volatilia ad sibi similia conueniunt, Ambr. super Psalm. Beati immaculati. Est instum bonis, ut unusquisque uirtutes suas in aliis amet. E contrario, Oderunt hilaræ tristes, tristémque iocosi. Virtus etiam hominem amabilem reddit. Tullius de Amicitia: Nihil est uirtute amabilius, nihil quod magis alliciat ad diligendum. Quippe quum propter uirtutem & probitatem etiam eos quos nunquam uidimus, quodam modo diligamus. Item in eodem: Tanta est uis probitatis, ut eam uel in eis quos nunquam uidimus, uel quod maius est, in hoste diligamus. Valet etiam ad hoc, quod aliquis ametur specialiter, uirtus mansuetudinis. Eccles. 3. Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super gloriam hominum diligeris. Mansuetudo ad modum adamantis habet uirtutem attractiuam. Ezech. 3. Ut adamantem & silicem dedi faciem tuam. Valet etiam ad hoc, quod aliquis ame-

tur, fidelitas. Eccles. 33. Si est seruum fidelis tibi: sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic trada eum. Eccles. 27. Dilige proximum, & coniuungere fide cum illo. Et eiusdem. Amico fideli nulla est comparatio. Et iterum: Amicus fidelis medicamentum uitæ & immortalitatis. Valent etiam ad idem obsequia & beneficia. Terentius in Andria: Hoc tempore obsequium amicos, ueritas odium parit. Ignis amoris lignis beneficiorum debet nutrir, alioquin deficit. Obsequia etiam feras ad amorem incitant, & inimicos amicos efficiunt. ad Rom. 12. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitis, potum da illi. Hoc enim faciēs carbones ignis cogeris super caput eius: id est, cor eius accendens ad te amandum. ¶ Notandum tamen quod beneficia non parat amicitiam, nisi quæ discretè dantur. Eccles. 20. Fatuo non erit amicus, & non erit gratia in bonis illius, qui enim edunt panem illius, falsæ linguæ sunt. Quoties, & quanti iridebunt eum: Neque enim quod habendum erat ab alio, scilicet directo sensu, distribuit similiter, & quod non erat habendum, ipse indiscretè dat danda, & similiter non danda: propterea sapientia dicitur esse mater pulchræ dilectionis. Eccles. 24. Discretio enim requiritur ad acquirendum amicum. Seneca. Nullum habet maius malum occupatus homo, & bonis suis obsessus, quam quod amicos sibi putat quibus non ipse est;

est: quod beneficia sua efficacia iudicat ad conciliandum amicos, cum quidam quo plus debent, magis oderint. Quid ergo? Beneficia non parat amicitias? Parat, si accepturos licuit eligere: si collocata, non sparsa sunt. Itaque dum incipio esse mentis tuæ, interim hoc consilio sapientum utere, ut magis exiuites pertinere ad rem quis, quam quid acceperit. Tullius in Rhetorica: Melius apud bonos, quam apud fortunatos beneficium collocatum est. Inter omnia maxime ualet ad hoc quod aliquis ametur, si ipse primo amauerit. August. Nulla est maior ad amorem inuitatio, quam prouenire amando. Et nimis durus est amicus, qui dilectionem si nolebat impedere, nolit rependere. Seneca in epistolis: Quæris quomodo amicum facturum sis cito? Ego tibi monstrabo amatorium, sine medicamento, sine herba, sine ullius ueneficæ carmine: Si uis amari, amare. Item ut amaris, amabilis esto.

De modo amandi proximum.

C A P. X.

Notandum quod scriptura sacra triplex exemplar nobis ministrat ad ostendendum quomodo proximum amare debeamus. ¶ Primum est, amor quo Christus amauit nos. Ioann. 15. Hoc est preceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. ¶ Secundum est, amor quo amamus nosmetipsos. Matth. 22. & Lucæ 19. Diliges proximum tuum

sicut teipsum. ¶ Tertium est, amor quem habent membra eiusdem corporis ad inuicem. ad Rom. 12. Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo. De eodem habetur 1. Corinth. 12. ¶ Et notandum circa primum, quod Christus amauit nos amore grannito, scilicet amore gratis dato, non præcedentibus meritis nostris reddito. 1. Ioan. 4. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum: sed quando ipse prior dilexit nos. Sic amare debemus proximum. Non sic faciunt qui nolunt amare, nisi eos quibus se primo agnoscuntur amari. Mat. 7. Si diligatis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? Item amauit nos Christus amore recto: quia non propter utilitatem suam, sed propter nostram: non ut à nobis acciperet, sed ut nobis daret. Seneca in epistolis: Amicus qui utilitatis causa assumptus est, tandiu placebit, quandiu utilis erit? Et iterum: Necessè est, ut inuita inter se, & exitus cõgruant. Qui amicus esse cœpit, quia expedit, placebit aliquod pretium illi contra amicitiam, si ullum in ea placet præter ipsam. In quid igitur ego amicum paro? Ut habeam pro quo mori possim, ut habeam quem in exiliu sequar, cuius me morti & opponam, & impedam. Ista quam tu describis, negotiatio est, non

amicitia, quæ ad commodū accedit, quæ quid confectione sit, spectat. Idē: Sapiens habere amicū uult, sed ob nihil aliud quàm ut exerceat amicitia ne tam magna uirtus iaceat: non ad hoc ut habeat qui sibi ægro asideat, succurrat in uincula cōiecto uel inopis: sed ut habeat aliquem cui ipse ægro asideat, quē ipse circumuētum hostili custodia liberet. **Qui se spectat, & per hoc ad amicitiam uenit, male cogitat:** quem admodū cæpit, sic desinet. Parauit amicū aduersum uincula laturū opē: quum primū creperit catena, discedet. Aug. ad Macedoniū: Vera amicitia non pēsanda est temporalibus commodis: sed gratuito amore portanda. Amb. Amicitia uirtus non quæstus est. Hier. in epistolis: In amicis non res quæritur: sed uoluntas. Idem super 12. prophetas: Delicata amicitia est, quæ amicorū facilitatē & diuitias sequitur. Istiusmodi homines nō mihi uidentur amicos, sed seipfos diligere. Tullius de Amicitia: Amicitia nō spe mercedis, sed quod omnis fructus in ipso amore est, expectandā putamus. Si utilitas conglutinaret amicitias, eadem cōmutata dissolueret. Boëtius in lib. de consolat. **Quem felicitas amicū fecit, infortuniū fecit inimicū.** Item amauit nos Christus amore discreto. Amor discretus est, qui personas amat, & uitia persequitur: nec sic personis condescendit, quod uitis implicetur.

Bernar. Christus in carnis assumptione cōdescendit mihi, in culpa uitatione consuluit sibi. Sic amare debemus proximum. Ad Rom. 13. Dilectio proximi malū non operatur. Tullius in lib. de Amicitia. Nulla est excusatio, si amicitia causa peccaueris. Nam cum conciliatrix amicitia uirtutis opinio fuerit, difficile est amicitia manere, si uirtute defeceris. Hæc sancitur lex amicitia, ut nec rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Charitas iugū est à parte anteriori homines ligas. Facit enim eos cōcordes in bono. Amicitia uerò mūdī à posteriori colligat homines, ut uinculas Sampsonis. Iud. 15. Facit enim concordēs in malo. Item Christus amauit nos amore uehementi. Ioan. 15. Maiorē hac dilectionem nemo habet, quā ut animā suā ponat quis pro amicis suis. Sic debemus amare proximum. 1. Io. 3. In hoc cognouimus charitatē Dei: quoniā ille animā suā pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Adeo debemus amare proximum, ut etiā amemus quæ ipsius sunt. Deut. 22. Non uidebis bouē & ouē fratris errantē, & præteribis: sed reduces fratri tuo. Item amauit nos Christus amore fructuoso, nō uocali solū. Sic debemus amare proximum, 1. Io. 5. Filii, non diligamus uerbo, neque linguas: sed opere & ueritate. In quibusdā charitas habet linguā magnā, & manum nullam. Greg. in

in Moralib. Dilectio nostra semper exhibenda est, & ueneratione sermonis, & ministerio largitatis. Idem: Probatio dilectionis, est exhibitio operis. ¶ Item amauit nos Christus amore perseueranti. Ioan. 13. Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finē dilexit eos. Sic amare debemus proximum. Sed sunt qui eum felicem amant: felicitate uerò recedente ab eo, recedunt: hi secundum ueritatem nunquā eum amauerūt. Greg. Cum quis positus in prosperitate diligitur, incertū ualde est utrum prosperitas, an persona diligatur. Amisio felicitatis, uim interrogat amoris. **Qui in aduersitate proximum despicit, apertē cōiunctur quod hunc in prosperis non amauit.** Senec. de remediis fortuitorū: Multi illum comitantur, melius se sequuntur, cadauera lupi, frumenta formicæ: prædam sequitur illa turba, non hominē. Sene. in epistolis: **Quod tu beneficio tuo scire nō potes, paupertatis beneficio scies.** ¶ Illa ueros certōsq; amicos retinebit. Discedet, quisquis non te, sed aliud sequebatur. Boët. in lib. Consolat. Hæc aspera fortuna tibi certos sodalium uultus ambiguosq; secernit, discedens suos abstulit, tuos reliquit, & nunc amissas opes queris, quod pretio sisimū diuitiarū genus est, amicos inuenisti. Eccl. 12. Non agnosceret in bonis amicus, nec absconderet in malis inimicus. Eccl. 6. Est ami-

cus secundum tempus suum, & non permanebit in tempore tribulationis. Item in eodem: Est amicus socius mensæ, & nō permanebit in die necessitatis. Eccl. 37. Est amicus solo nomine amicus. Sunt aliqui etiam qui parua occasione de amicis efficiuntur inimici. Eccl. 6. Est amicus qui conuertitur ad inimicitia. Tullius: Nihil turpius est, quàm cum eo bellum gerere, cum quo familiariter uixeris. Amb. Constas debet esse amicitia, & perseuerare in affectu: nec pueruli modo amicos mutare uaga quadā sententia. Tullius: Sodales uentuos nunquam sequētium nouitate fastidias. Procul autem sit uidere amicis uti quasi floribus tandiu gratis quandiu recentibus. Eccl. 9. Non derelinquas amicum tuum antiquum: nouus enim non erit similis illi. Vinum nouū, amicus nouus: ueterascet, & cū suauitate bibes illud. Amicitia est necessarium uitæ humanæ præsidium: sicut temperē assumi nō debet, sic semel rectē apprehensum sperni non conuenit. ¶ Circa secundum exemplar notandum quod illud mandatum, Diliges proximum tuum sicut teipsum, dupliciter potest intelligi. Vno modo sic, id est, ad quod teipsum: scilicet ad gratiam in præsentī, & gloriā in futuro. Vel in ipso teipsum, id est, in Deo. August. de doctrina Christiana: Quisquis rectē diligit proximum, hoc cum eo debet agere, ut etiā

ipse toto corde, tota anima, tota mente diligit Deum. Vel sic potest intelligi, ut fit sensus: Hoc facias proximo quod tibi vis fieri: quod autem non vis tibi fieri, ei non facias, ut hæc duo præcepta iuris naturalis, quorum unum habes Matt. 7. aliud Tob. 4. sint expositiva huius mandati. Iſido. in lib. differentiarum: Duo sunt erga proximi dilectione seruanda, ut beneficii impensione foueatur, & nulla malitia lædatur. Non dicitur, Diliges proximum tuū plusquam teipsum. Videtur plusquam seipsum proximum uel diligere, qui curationi propriæ non sufficiens, curam proximi sui cupit assumere. Bernar. super Cantic. Tu, frater, cui firma fatis propria salus nondum est, cui charitas adhuc aut nulla est, aut adeo tenera atque arundinea quatinus omni statui cedat, omni credat spiritui, omni doctrinæ circumferatur uento, imò cui tanta est charitas, ut ultra mādātū quidem diligas proximum tuum plusquam teipsum: & rursum tantilla, ut cōtra mandatum fauore liqueſcat, pauore deficiat, perturbetur tristitia, auaritia cōtrahatur, ambitio ne protrahatur, suspitionibus inquietetur, cōiuitiis exagitetur, curis eniſceretur, honoribus timeat, liuore tabescat. Tu, inquam, ita in propriis teipsum sentiens, quannunc demētia, quæſo, aliena curare aut ambis, aut acquiescis? Audi quid consular cauta uigilq;

charitas: Non quod aliis, inquit, sit remissio, nobis autem tribulatio: sed ex æqualitate. Noli minimum esse iustus: sufficit ut diligas proximum sicut teipsum. Gregor. in Moral. Magna cura necessaria est prædicatori, ut timoris laceratione se mordeat: ne proximum iuuando se deserat, ne alios erigens cadat. Et notandum quod cum preceptum sit, ut proximum sicut nos diligamus: qui se non diligit, proximum diligere nescit. Auguſt. in lib. de uerbis domini: Vide si iam nosti diligere teipsum, & committo tibi proximum quem diligas sicut teipsum. Si autem non nosti diligere te, timeo ne decipias proximum sicut te. Idem in lib. de disciplina Christiana: Si te interrogē utrum diligas te: Respondes, quia diligas: quis enim se odit? ergo non diligit iniquitatem: nam si diligit iniquitatem, odis te. Non ego dico, Psalmistā audi: Qui diligit iniquitatē, odit animam suam. Idem in eodem: Qui diligit iniquitatē, quomodo tibi uolebas committi proximum, ut diligeres eum tanquam te, homo qui perdis te? Si enim tu ipse sic te diligit, ut perdas te: sic profecto perditurus es eum quem diligit, sicut te. Nolo ergo quendam diligas: uel solus peris, aut corrige dilectionem, aut respue societate. ¶ In summa notandum est, quod modus amandi proximum, est ut amemus eum super res transitorias & citra Deū,

& propter Deum. Vnde qui proximum diligit debito modo, Deum plus diligit, propter quod proximum diligit. Et ideo manifestum potest esse quomodo illud uerum est. ad Roma. 12. Qui diligit proximum, legem impleuit. Et ad Galat. 5. Omnis lex in uno sermone completur, Diliges proximum sicut teipsum. Implet enim mandatum de dilectione proximi, implet mandatum de dilectione Dei. Augu. ad Macedonium: Nemo esse potest ueraciter amicus hominis, nisi fuerit ipsius primitus ueritatis. Item Augu. Inter quos amicus non est, rerum diuinarum consensus, nec humanarū plena esse potest: necesse est ut aliter quam oportet humana existimet, qui diuina cōtemnit: nec hominem recte diligere nouit, quisquis eum non diligit qui hominem fecit. Greg. in moral. Per amorē Dei amor proximi gignitur, & per amorē proximi, Dei amor nutritur. Fōs qui in alto oritur, de facili ad loca inferiora deriuatur. Sic amor si primò Deo integrè detur, deinde ad proximum recte dirigatur, ut scilicet proximus propter Deū ametur. Tunica Christi inconsutilis, quæ unitatē ecclesie designabat, desuper erat cōtexta. Io. 19. Amore enim Dei firmata debet esse dilectio proximi. Augu. 4. li. Conf. Domine, beatus qui amat te, & amicum in te, & inimicum propter. ¶ Circa tertium exemplar notandum, quod decem sunt, in

quibus amor, qui est respectu proximi, imitari debet amore membrorum eiusdem corporis. ¶ Primo in hoc, quod unum membrum non inuidet alii membro, licet non habeat officium quod illud habet. Si enim omnia membra unicum haberent officium, essent quasi unum membrum. 1. Corint. 12. Si totum corpus oculus, ubi auditus? & si totum auditus, ubi odoratus? Et post: Si essent omnia unum membrum, ubi corpus? Et ad Rom. 12. Omnia membra non eandem actum habent. Sic non debet aliquis inuidere proximo suo habenti gratiam quam ipse non habet. Aug. in lib. de Virginitate, Duobus malis, hoc est Superbia, & Inuidia, diabolus est. Itē in lib. de disciplina Christiana: Auertat Deus pestem inuidiæ ab animis omnium hominum. Inuidia diabolicum uitium est: habet matrem suam, scilicet superbiam: suffocat matrem, & non erit filia. ¶ Secundo in hoc, quod membrum unum officium suum sibi non appropriat, sed gratias aliis communicat. Oculus est oculus omnibus membris. Idē intellige de cæteris membris. Sic debet aliquis cōmunicare gratiam quam habet proximo suo. Ad Rom. 12. Multi unum corpus sumus in Christo: singuli autē alter alterius membra. Et in eodē: Necessitatibus sanctorum cōmunicantes. Sed hodie loco huius gratitiæ cōmunicatiōis, abūdat uenalitas in ecclesia Dei. Michæ 3. Prin-

cipes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophete eius in pecunia diuinabāt. ¶ Tertio, unum membrum læsum ab alio se nō uindicat. Sic debet esse inter membra ecclesie. Ad Romanos 12. Nulli malum pro malo reddentes. ¶ Quarto, membra infirmiora amplius honorantur. 1. ad Corinth. 12. Quæ uidentur mēbra corporis infirmiora esse, necessariora sunt: & quæ putamus ignobiliora membra corporis, his honorem abundantior circumdamus: sic non debemus despiciere eos qui infirmi uidentur. ad Roman. 12. Honore inuicem præuenientes. Ambr. Nō est fraternus amor, nisi mutuis se præueniat obsequiis. ¶ Quinto unum membrum alii compatitur, & congaudet. 1. ad Corinth. 12. Si quid patitur unum membrū, cōpatiuntur omnia mēbra: siue gloriatur unum membrum, congaudent cætera membra. Sic fideles debēt gaudere cū gaudentibus, & flere cū flentibus. ¶ Sexto, unū membrū sibi reputat fieri quod sit alius, siue sit bonū, siue sit malū. Si lædatur pes, os conqueritur: si lauētur pedes, os regratiatur. Luc. 7. Intraui in domum tuam, & aquā pedibus meis nō didisti: hæc autē lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terfit. Sic unus fidelium reputare debet sibi fieri quod sit alius. Vnde caput ecclesie dicit, Matthæi 25. Quod uni ex mini-

mis meis fecistis, mihi fecistis. Se nec. in epistolis loquēs cuidā amico suo: Mihi id expedit, quā tibi, aut nō sum amicus nisi quicquid agit ad te pertinet, meū est. Consortiū omnium rerū inter nos facit amicitia, nec fecit quicquā singulis est, ne aduersi. In cōmune uiuitur. ¶ Septimo, unū membrū pro alio læsioni se exponit: ut manus pro oculo. Sic debent facere fideles, exemplo capitis qui scapulis suis obumbrat nobis in cruce, idē recipiens quē humanū genus debebat recipere. ¶ Octauo, cibum quem unum membrū recipit, omnibus mēbris cōmunicatur. Si uerō aliud quod membrū amplius debito de illo sibi retinuerit, ad malum suū illud retinet. Est enim ei materia apostematis, uel alterius infirmitatis. Sic etiam est inter fideles. Eccles. 5. Est alia infirmitas pessima, quā uidi sub sole: diuitiæ conseruata in malum Domini sui. ¶ Nono, unum membrum multum timet ab alio separari. Nec mirū, cū separatū ab alio sit inutile. Nō enim iā uiuificatur à spiritu à quo uiuificantur cætera mēbra. Sic fideles timere debent separari à corpore ecclesie. Augustinus: Nihil sic debet formidare Christianus, quā separari à corpore Christi. ¶ Decimo, totū corpus tremorem, & horrorem patitur, ad separationem unius mēbri à se, sic corpus ecclesie timere debet, cū uidet aliquem fidelem separari à se uel

per

per mortē, uel per excōmunicationē. Psal. Dediti metuentibus te significationē, ut fugiat à facie arcus. Pœna præfens significatio est future. Cū aliquis presenti pœna punitur, cogitare debem⁹ quāliter Deus percutiet ubi non parcat, ex quo ita pcutit ubi parcat. De diuersis speciebus amoris proximi. Et primò de amore parentum. CAP. XI.

Primo de amore parentū dicitur sumus. ¶ Secundo, de amore inter uirum, & uxorem. ¶ Tertio, de amore bonorum. ¶ Quarto, de amore inimicorū. ¶ Quinto, tangemus aliquid de uera Amicitia. ¶ Circa primum notandum, quod amor parentum multum Deo placet, qui tantum parentum nomen diligit, quod seipsum patrem iusserit dici, ut ait Hieronymus. Homini etiam multum prodest. Tempus enim uiuendi extendit: iuxta uerbum eiusdem. Basilius: Parentes nostros, ut propria uiscera diligamus. Ad hunc amorē non est necesse multum homines incitare, cū natura ad hoc incitet. Superuacuum est in id nos impelli in quod nos imus. Amor tamen iste nō debet esse amoris Dei cōtrarius, sed subiectus. Matthæi 10. Qui amat patrem & matrē plura me, non est me dignus. Gregor. in homil. Ametur in hoc modo quilibet aduersarius: sed in uita Dei contrarius non ametur, etiā propinquus. Hiero. in epist. Honora patrem tuum, sed si te

à uero patre non separat. Tandiu scito carnis copulam, quādiu ille suum nouerit creatorē. Amor Dei dominari debet in homine, nō amor carnalis. 1. Reg. 2. Reprehendit Dominus Heli de hoc quod filios suos ei prætulisset: Quare calce abiicisti uictimam meam, & munera mea quæ præcepi, ut offerrentur in templo: & honorasti magis filios tuos quam me: Et 2. Mach. 7. legitur de quadam bona matre, quod filios septem pereuntes sub unius diei tempore conspiciens, bono animo ferebat. In ea uerē uincebat amor Dei amorem filiorum, Et Abraham paratus fuit filiū proprium occidere propter Deum. Genes. 22. Et Leuitæ propinquos suos occidere ad præceptum Moysi serui Dei. Exod. 32. & Luc. 14. legitur: Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum, & matrē, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores: adhuc autem & animam suam (id est temporalem uitā) non potest meus esse discipulus. Non sunt agnoscendi propinqui, secundum carnē, si salutem impediunt. Hiero. in epistolis, Ecce, inquit, aduersarius Christum in pectore tuo cōnatur occidere, licet paruulus ex collo pēdeat nepos, licet sparso crine, & scissis uestibus ubera quibus te nutrierat mater ostēdat, licet in limine iaceat percalcatus perge patrem, siccis oculis ad uexillum crucis euola. Solū pietatis genus est, in hac re esse crudelē. Idem:

r s Gla

Gladiū tenet hostis, ut perimat, & ego de matris lacrymis cogitabo. Matt. 5. Si oculus tuus dexter scādalizat te, erue eū, & proiice abs te. Maximē in his qui uia perfectiōis aggressi sunt, nō debet dominari amor carnalis. Vn de Dominus cū diceretur ei, Ecce mater tua, & fratres tui foris stant querētes te. Respondit: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Matt. 12. Bern. in sermonibus: Quādiu de mundo sumus, debitores constat nos esse parētibus. At postquā reliquimus nosmetipsos, multo magis ab eorum sollicitudine liberi sumus.

¶ De amore inter uirum & uxorem. CAP. XII.

Dicendum de amore qui est inter uirū & uxorē. Colof. 3. Viri diligite uxores uestras, & nolite esse amari ad illas. Et notandum quōd 16. sunt per quæ possunt uiri induci ad amādum uxores suas. ¶ Primum est, exemplum Christi. Ephe. 5. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea. Et potest hæc similitudo in duobus attendi. Primò, in hoc quōd desideret salutem uxoris. Christus enim pro salute ecclesie mortuus est. Secundo in hoc, quōd si adulteret, & post pœniteat, eam miserè corditer recipiat. Osee 3. Dilige mulierem dilectam amico, & adulteram: sicut diligit Dominus filios Israël, & ipsi respiciunt ad Deos alienos. Et Ierem. 3. Tu

fornicata es cū amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. Augustinus: Quid tibi durum uidetur, ut post adulterium reconcilietur coniunx: si fides adfit, nō erit durū. Cur enim adhuc deputamus adulteros, quos credimus pœnitentia esse sanatos? Item non erit turpis nec difficilis etiam perpetrata, & purgata adultera, recōciliatio coniugum: ubi per clauēs regni cœlorum nō dubitatur fieri remissio peccatorum: non ut post Christi diuortii adultera reuocetur, sed ut post Christi consortiū, & adultera non uocetur. ¶ Secundum est hoc, quōd corpus mulieris est ipsius uiri: unde debet amare illud tanquam suum. Mulier nō habet potestatem sui corporis, sed uir. 1. Corinth. 7. Ad Ephe. 5. Viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. ¶ Tertium est, quōd uir, & uxor sunt uelut una arbor. Sicut planta & ramus qui plantæ inseritur, unam arborem efficiunt, & unum fructum ferunt, & neuter illorum sufficiens est ad ferendum fructum illum: sic nec uir, nec uxor sufficiens est ad generandam prolem: unde deberent amorem inuicē habere sicut ramus insitus adheret plantæ. Matth. 19. Iam nō sunt duo, sed una caro. ¶ Quartū est, quod mulier de costa uiri formata est. Noluit Deus formare mulierem de limo terræ sicut uirum: inō de carne, & osse uiri, ut uir amaret

amaret eam tanquā seipsum, eō quōd de ipso facta esset. Gen. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Ephe. 5. Qui suam uxorē diligit, seipsum diligit. Et post in eodem: Vnusquisque uxorem suam sicut seipsum diligit, uxor autem timeat uirū suum. ¶ Quintum, quod amorem ei promisit, cū anulum in manu eius posuit, & cū ad missam in præsentia Domini corporis osculū ei dedit, ad minus secundum consuetudinē aliquarum ecclesiarum. Osculū enim signū est amoris, & pacis. In anulo uerō qui nec digitū excedit, nec exceditur, sed ei adæquatur, intelligitur quod amore carnali illi soli debet adherere. Et sicut anulus alium digitum cum digito illo in quo positus est capere non potest: sic amor uiri ad aliā mulierē diuidi nō debet. Ideo autē ponitur anulus in digito illo in quo est uena quæ usque ad corpro tenditur: quia coniuges ex corde debent amare se, & non solum signis exterioribus. ¶ Sextū est, quōd consanguinei coniugum propter coniugium eorum mutuō se amant. Vnde mirum est, cū tot propter eos ament se, si ipsi se nō ament. Quandoque patris una uno matrimonio ad cōcordiā reducitur: unde mirū est quomodo inter personas illas quæ matrimonio cōiuncte sunt, discordia durare potest. ¶ Septimū est, quod uxor patrē & matrē & alios propinquos suos propter

uirum dimittit, & ei adhæret. Vn de infideliter agit, si hanc non amet. Hierem. 2. dicit Dominus ad sponsam suā: Recordatus sum tui, miserans adulescentiā tuam, & charitatē desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto. ¶ Octauū est, quōd nisi amet se, in magna miseria erūt. Prou. 27. Testa perstillātia in die frigoris, & litigiosa mulier comparātur. Sicut nō quiescit homo sub testo perstillanti, precipuē si tēpus frigidū sit: sic nō quiescit uir cū uxore, si litigiū inter eos fuerit. Philosophus: Vxor est, aut perpetuale refugium, aut perēne tormētum. ¶ Nonū est, quod multū placet Deo & hominibus amor coniugū. Eccles. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata corā Deo & hominibus. Concordia fratrum, amor proximorū, & uir & mulier sibi bene cōsentientes. ¶ Decimū est, quod uxor est solatiū homini à Deo datum. Gen. 2. Non est bonū hominē esse solum. Eccl. 4. Melius est duos esse simul, quā unum, &c. Itē in eodē: Vt soli. Non reputatur solus qui nobilitas contraxit matrimoniū, cuius anima per castitatem, uel uirginitatē Dei grata ei matrimonio est coniuncta. Sed fornicator uel cōcubinarius reputatur solus, quia à Deo est maledictus: qui cū uidet mulierē fornicariā, desolationē suam potius uidet quā solatiū. Videt enim gladiū quo diabolus inter sicit eū. ¶ Undecimum est, quōd uxor

uxor est uelut quoddam ornamentū hospitii. Eccl. 26. Sicut sol oriens in mūdo in altissimis Dei: sic mulieris bonæ species in ornamentū domus eius. Prou. 12. Mulier diligens, corona est uiro suo. Et Eccl. 26. Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata. ¶ Duodecimū est, quod uxor est adiutoriū à Deo homini datum. Gen. 2. Faciamus ei adiutoriū simile sibi. Ipsa uxor inuatur uirū in prolis procreatione & educatione, & hospitii gubernatione, in bonorū temporaliū multiplicatione, & cōseruatione, & saluatione animæ ipsius uiri. Eccl. 36. Qui possidet mulierē bonā, bonā inchoat possessionē. Hic innitur, quod quasi nihil habeat qui tenet hospitium, nisi habeat mulierē bonā quæ sua ei custodiat. Concubinaræ enim solent furari hominibus qui tenent eas, ea quæ ipsi habent. Et subditur: Adiutorium secundū illum est, & columna ut requies. Vbi innitur quod bona uxor sustentamentū sit hospitii. Sicut colūna corruente corrūt domus: sic uxore bona moriente destruitur hospitii. Et in eodē: Vbi non est sepēs, diripietur possessio: & ubi non est mulier, ingemiscit egens, uel maritus qui pauper efficitur amissa bona uxore, uel pauper qui declinat illuc causa elemosynæ, non inueniens qui sibi det elemosynam. Mulier enim magis solēt esse misericordes quā uiri. Homo fornicator uxore non

habēs, est uelut auis absq; nido, nesciens cui sua cōmittat. Eccl. 36. secundū literā unam: Cui credit, qui nō habet nidum: ¶ Tertiumdecimū est fructus pretiositas. Matt. 12. Ex fructu arbor cognoscitur. Vnus fructus huius arboris præualet omnibus mūdū diuitiis. Multū ergo amāda est arbor talis, quæ fert fructū tam pretiosum. ¶ Quartumdecimū est sacramenti matrimonii dignitas, quod institutū est à Deo in paradiso, & in statu innocentie, quod Dominus prohibet separari, quia author fuit ipse. Mat. 19. Quod Deus cōiunxit, homo non separret. Cui credere uidetur uinculū carnalis propinquitatis. Gen. 2. Propter hoc relinquit homo patrem & matrem, & adhæret uxori suæ. Præterea sacramentū magnū est, ego autē dico & in Christo & in ecclesia. Eph. 5. ¶ Quintumdecimū est, quod hominē ea parte que infirmior est custodit, scilicet ex parte carnis. Mat. 26. Spiritus quidē prōptus est, caro autē infirma. ¶ Sextodecimo, diabolū ea parte qua fortior est uincit. Iob 40. Fortitudo eius in lumbis eius.

De amore bonorū. CAP. XIII.
Sciendum quod bonos debemus amare quasi attingerent nobis omni genere parentela, exēplo Domini dicentis Mat. 23. Quicumq; fecerit uoluntatē Patris mei qui in celis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Ipsi sunt amādi ut Dei filii, & fratres nostri. Rom. 8. Quicumq; Spiritu Dei

Dei agūtur, hi sunt filii Dei. Et in eodē: Si autē filii Dei, & heredes: heredes quidē Dei, cohæredes autē Christi. Debent etiā boni se amplius amare: quia sunt in aliena patria. Solent enim se amare, qui sunt eiusdem patriæ, quādo sunt extra patriā suā, ac si essent fratres. Ad idē etiā facit quod mali habent eos exosos: unde si ipsi nō amēt se adinuicem, absq; amicis erūt. Io. 17. Ego dedi eis sermonem meū, & mūdus eos odio habuit, quia de mundo non sunt. Et Io. 15. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia uerō de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, ideo odit uos mundus.

De dilectione inimicorum. Et de oīto quæ ad hunc amorē hominem inducāt. CAP. XIII.

Inimicorū dilectio, quam Dominus præcepit Mat. 5. Diligite, inquit, inimicos uestros: pertinet ad dilectionē cordis. Deinde subdit de dilectione operis & sermonis. Bene facite his quod oderūt uos, & orate pro persecutibus & calūniantibus uos. Grego. Ille preces suas multū ualere facit, qui eas pro inimicis effundit. Et notandū quod in mādatis Dei nihil est mirabilius, quā quod præcipitur diligere inimicos, ut ait Aug. Ideo licet multa sint diuina pertinētia ad dilectionē inimicorū, in tractatu de ira: tamen hicaliqua tangemus pertinētia ad idē. Inspiciētibz enim impossibile uidetur, quod ipsi amant

inimicos suos: si tamē haberent aliquantulū sapientiæ, possibile eis appareret. Sapientiā enim nō uincit malitia. Sap. 7. ¶ Et notandum quod oīto sunt, quæ si attendātur, satis patebit nō esse ita difficile diligere inimicū ut multi credunt. Apparebit etiā quod hoc non sit potius dedecus, sed honor potius. ¶ Primum est status inimici qui tibi iniuriatus est, & non uult satisfacere. Est enim spiritualiter mortuus. Ipse enim quasi insanus manus in se iniicit, quādo tibi iniuriā intulit. Sapient. 16. Homo per malitiā occidit animā suam. Noli insanire in fratre tuum mortuū, sed potius ei cōpatere. Crudeliores uidentur fuisse qui Christo mortuo nō pepercerunt, quā qui uiuū uulnerauerunt. Vnde lancea dicitur dira, quum clauī dicātur dulces. Quis adeo cæcus est qui nō intelligat dedecus non esse si quis de mortuo non uult se iudicare: ¶ Secundū est, utilitas iniuriæ illatæ. Persecutores enim nostri, iuxta uerbum Psalm. circumdant nos sicut apes. Ad modum enim apum nos pungūt tribulationibus: sed in futuro fauum nobis æternæ beatitudinis præparant: iuxta illud Psalm. Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: ego autē in misericordia tua speraui. Eccl. 1. Vsq; in tēpus sustinebit patiens, & postea redditio iudicabit. ¶ Tertium est, quod dilectio inimicorū nobis est utilior quā amicorum. Ipsa ualet ad spirit

spiritualiū uulnerum sanationē. Aug. Ego ad inimicorū dilectionem uos commoneo: quia ad sananda peccatorū uulnera nullū medicamentū utilius esse cognosco. Ipsa etiam multum facit ad perfectionē & cumulum bonitatis. Vnde Matt. 5. post illud, Diligite inimicos uestros. subditur: Estote perfecti sicut & pater uester cælestis perfectus est. Aug. in Enchirid. Magnificentissimā bonitatis est, ut tuum quoq; inimicum diligas, & ei qui tibi malum uult, & si potest, facit: tu semper bonū uelis atq; facias, quū possis. Ipsa etiam magnam mercedē meretur. Lucā 6. Si diligitis eos qui uos diligunt, quæ uobis gratia? Veruntamē diligite inimicos uestros, &c. & erit merces uestra magna. ¶ Quartū est, quod Deo grator est. Aug. Qui dilexerit inimicos, hic erit Dei amicus: nec solum amicus, sed & filius. sumptū est de Matth. 5. & Luc. 6. post illud: Diligite inimicos uestros. sequitur: Et eritis filii Altissimi. Itē Aug. Quāta gratia per nos serui digni nō sumus, & inimicorū dilectione Dei filii effici mur. Chrysostr. super Matt. Nihil est quod sic Dei similitudine faciat, ut malignis atque lædentibus esse placabilē. ¶ Quintum est, quod diabolo hæc dilectio est molestior. Magis enim elōgat ab eius similitudine qui odio obstinato hominem persequitur. Gregor. Stultū est ferrine diabolo offenso, qui nullo placatur obsequio.

¶ Sextum est, quod dilectio id quod obediendum est inimico, magis destruit, quā aliquid aliud. Ipsa enim est ignis inimicitia inimico ad nihilās. Ro. 12. Si furierit inimicus tuus, ciba illū, &c. sic enim carbones congeres super caput eius. Ipsa etiā gladius est, inimicū interficiēs, dum de inimico amicū facit. Chrysostr. Sustine ad tempus inimicū tuum, & benefaciet. Postmodū autem uictū beneuolētia tua amabis eum quasi amicū tuum. Idem: Omnis inimicitia beneficiorū assiduitate cōpescitur. Greg. Miles Dei aduersitatis bello deprehensus, & scutū patientiæ debet anteferre ne pereat, & ad preliandū promptus amoris inferre iacula, ut uincat. Cuius armaturā summā Paulus breuiter insinuat, dicens: Caritas patiens est, benigna est. Cum uerō unū ex utroq; defuerit, caritas non est: si uidelicet malos absque benignitate tolerans, non amat: aut rursus se sine patientia exhibens, negligit, tollerat quos amat. ¶ Septimū est, quod nō potes ex proposito nocere proximo tuo, quin tibi noceas. Aug. Quod malitia tua alteri non noceat, fieri potest: quod autem tibi non noceat, fieri non potest. Non est dedecus alicui si non uult inquinare manus suas se uindicando, uel si non uult inquinare os suum conuittium pro conuittio reddendo, imō honor est & signum nobilitatis animi. Prouerb. 20. Honor est ho-

mini

mini qui separat se à contentio-nibus. ¶ Octauum est, quod ille qui tibi iniuriatur, magis iniuriatur Deo, quā tibi, qui hoc ei prohibuit, qui maius ius habet in te, quā tu ipse. Si ergo Deus differt uindicare iniuriam, & nō est ei dedecus, non erit tibi dedecus, imō honor, si exēplo Domini us nō uindicare te in præ-senti. Eccle. 3. Gloria magna est sequi Dominū: longitudo enim dierum assumetur ab eo.

De uera amicitia, & quæ sunt attendenda in eligendo aliquē in amicū, & de pertinentibus ad ueram amicitiam.

CAP. XV.

Sequitur de uera amicitia. Amicitiam sic describit Tullius in Rhetoric. Amicitia est erga aliquem uoluntas bonarum rerum illius ipsius causa quem diligit, cum pari eius uolūtate. Idem in libro de Amicitia: Amicitia nihil aliud est, nisi omnium diuinarū humanarūq; rerū cum beneuolentia & charitate consensio. Hæc amicitia multum appetenda est. Eccle. 25. Beatus qui inuenit amicū uerum. Tullius in libro de Amicitia: Omnibus rebus humanis anteponenda est amicitia. Nihil enim tam naturæ aptū, tamque conueniens ad res secundas uel aduersas. Idem in eodem: In hoc præstat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate beneuolētia tolli potest: ex amicitia non potest. Sublata enim beneuolentia, nomē ami-

ci-tiæ tollitur, propinquitatis manet. Prouer. 18. Vir amicabile ad societatem magis amicus erit, quā frater. Item Tullius: Quid dulcius erit, quā quod habeas cum quo audeas loqui ut tecū? Quis enim esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes qui illis æquē ut tuis se gaude-ret? Aduersa uerē difficile esset ferre sine eo, qui etiam illas grauius quā tu ferret. Ab illis inter quos est uera amicitia, perfectē impletur illud mandatum, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Verus enim amicus habet amicū suum tanquā alterum se. Tullius: Verum amicū qui in-tuetur, tanquā exēplar aliquod intuetur sui: quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilles ualent, & quod dictu difficilius est, mortui uiuunt. Amicitia in periculis subuenit, Prou. 17. Gratia & amicitia liberant. ¶ Et notandum quod in eligendo aliquē in amicū, quatuor sunt attendenda. Primū est, discretio eius. Amicitia enim stultorū solēt esse nociua. Prou. 14. Amicus stultorum similis efficietur. Secundum est, bonitas. Tullius in libro de Amicitia: Hoc primū sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Tertium, ut ille non sit iracundus. Prou. 22. Noli esse amicus homini iracundo. Homo iracundus est uelut lignum ignitū quod exurit tagentem se: & est uelut lignū spinosum, quod pungit amplectētem se.

se. Ideo licet sit amandus, tamen familiaritas eius timēda est. Præterea amicitia eius non durat. Vinculum enim amoris igne iræ in eo exurit. Quartū est, ne sit superbus. Superbus enim nescit esse socius, sed uult dominari. Prou. 11. Vbi fuerit superbia, ibi erit contumelia. ¶ Item notandum quod multa sunt quæ ad ueram amicitiam pertinent: de quibus causa breuitatis tantum 12. tangemus. ¶ Primū est, uoluntatum idēitas. Tullius: Idem uelle, idem nolle, ea demum uera est amicitia. ¶ Secundū est communicatio consiliorum. Prou. 25. Causam tuam tracta cum amico tuo. Ambr. Nihil occultat amicus si uerus est, effundit animum in amicū suum. Tullius in libro de Amicitia: His amicitiaē finibus utendū arbitror: ut quum emendati fuerint mores amicorū, sit inter eos omniū rerum, cōsiliorum, uoluntatum sine ulla exceptione communitas. ¶ Tertium cōmunicatio rerū. Vnde Philosophus, quum diceretur ei de quadam, Ille amicus illius est. Cur, inquit, illo diuitem pauper est? Amicus nō est qui fortunæ particeps nō est. Tamē amicus dando amico suo, attendere debet & propriam facultatē, & uires amici sui. Non enim debet onerare amicū honore uel onere, quod supra uires eius sit. Tullius in libro de Amicitia: Tantum cuique tribuendum est primum, quantum ipse efficere possis, de-

inde quantum ille quem diligis & adiuuas possit sustinere. Item notandum quod sicut dicit Tullius: Nimis exile est & exigū ad calculos uocare amicos, ut par sit ratio datorum & acceptorū. Neque enim uerendum est, ne quid excidat, ne quid in terram defluat, aut ne plus æquo in amicitiam cōferatur. ¶ Quartū est, secreta admonitio. Ecclesiast. 19. Corripie amicū tuum. Sepe enim fit commissio. Cauendum tamē est ne correptio sit contumeliosa. Eccles. 19. Est correptio mendax in ira contumeliosa. Vnde mendax est. Mentitur uerē se correptionem facere, quum potius sit conuitiatio. Tullius: Monere & moneri est officium ueræ amicitiaē: ita tamen quod adulatione careat admonitio, & contumelia obiurgatio. ¶ Quintum est manifesta laudatio: non tamē in facie amici, uel coram domesticis ipsius. Hoc enim est adulatoris. Vnde Matth. 11. Dominus laudauit Ioannem postquā discipuli Ioannis ab eo recesserant. Chrysosto. Blanditores in facie laudant, uel coram domesticis: uir autē sapiens quando laudatur in facie, flagellatur in corde. ¶ Sextum est, nec turpia rogare, nec ad preces amici turpia facere. iuxta uerbū Tullii prius positum, non debet ad preces amici iniuriā facere proximo. Eccles. 6. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Tamen aliquid potest honestē fieri pro amico quod homo

homo non faceret honestē pro se. Tullius in libro de Amicitia: Multa quæ nostri causa nūquam faceremus, causa amicorum facimus: quæ in nostris rebus non satis honestē, in amicorum sunt honestissimē. ¶ Septimū est, paritatē seruare. Tullius in libro de Amicitia: Maximū est in amicitia superiorē parem esse inferiori. Hiero. super 12. prophetas: Amicitia pares aut accipit, aut facit: ubi inæqualitas est, & alterius eminentia, alterius subiectio: ibi non tam amicitia est, quàm adulatione. Prou. 13. Qui despicit amicum suum, peccat. ¶ Octauū est, amici in aduersis nō deserere. Prouer. 17. Omni tempore diligit qui amicus est. Eiusdē 12. Qui negligit damnū propter amicū, iustus est. Eccles. 22. Fidem posside cum amico tuo in paupertate illius, ut in bonis illius lateris. ¶ Nonum est, arcanū non detegere. Eccles. 17. Qui denudat arcanum, amici fidem prodit, & non inueniet amicū ad animū suum. ¶ Decimū est, peccatum celare. Prouer. 17. Qui celat delictum, querit amicitias. ¶ Undecimum est, petitioni amici sine dilatione acquiescere. Prouer. 3. Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere, & cras dabo tibi, quum statim possis dare. ¶ Duodecimum est, utilia ei magis quàm placentia dicere. Prouer. 11. Simulator ore decipit amicū suum. Et eiusdem 16. Vir iniquus lactat amicū suū. Item eiusdē 29. Homo qui blan-

dis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius. Senec. in lib. de beneficiis: Dic illis non quod uolunt audire, sed quod uelint semper audisse. Idem in epistolis: Amici uitia frangenda sunt: non amicum, nisi offendero: an profecturus sim, nescio: malo successum mihi, quàm fidem deesse. Item notandum quod quinque sunt quæ amicitiam solēt dissoluere. Conuitiū, impropertū, superbia, mysterii reuelatio, plaga dolosa. Eccles. 22. Mittens lapidem in uolatiliam, deiciet illa, id est, disperget: & qui conuitiatur amico suo, dissoluit amicitiam. Ad amicum etsi produxerit gladiū, nō desperes: est enim regressus, id est, reconciliatio ad amicum. Si aperuerit os triste, durē tecum loquendo, non timeas, est enim concordatio pristinae suæ amicitiaē: excepto conuitiō, & impropertio, & superbia, & mysterii reuelatione, & plaga dolosa. In his omnibus effugiet amicus. Conuitiū dicitur aliquod uerecundum, quod tamē non est peccatū: ut cum obiicitur amico quod sit leprosus, uel serpens, uel aliquid simile. Impropertū est, cum crimen obiicitur: ut quum dicitur alicui quod sit latro. Superbia uocatur superflua dominatio. Prou. 25. Quæ uiderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citō: ne postea emendare nō possis, quum de honestaueris amicum tuum. Eiusdem 26. Sicut noxius est,

est, qui mittit lanceas & sagittas in mortem: ita uir qui fraudulenter nocet amico suo: & quū deprehensus fuerit, dicit, Ludens feci. Pythagoras, Amicum lædere nec ioco quidem oportet.

De ordine Charitatis. C A P. X V I.

Quadruplex est ordo charitatis. Primus est, secundū prioritatem & posterioritatem, qui attenditur inter amorē Dei, & amorē proximi. Amor enim Dei prior est, quā amor proximi. Vnde Exod. 20. Primō ponuntur mandata pertinentia ad amorē Dei, dein de quæ pertinet ad amorē proximi. Amor Dei causa est amoris proximi. Proximus enim amatur, quia Deus hoc præcipit. Præterea Deus finis est dilectionis proximi. Finis uerō mouet causam efficientē. Secundus ordo attenditur in hoc quod amentur quæ amāda sunt, & nō amentur, quæ amanda non sunt. Augustin. in lib. de doctrina Christiana: Ille sanctē & iustē uiuit, qui ordinatā habet dilectionem, ne aut diligat quod nō est diligendū, aut non diligat quod est diligendū. Omnis peccator inquantū est peccator nō est diligendus: omnis homo inquantum est homo, est diligendus. Tertius ordo iuxta uerbū Augustin. in eodem libro, in hoc attenditur, quod non æquē diligatur quod minus, uel amplius diligendum est: aut minus uel amplius, quod æquē diligendum est. Et notandum quod aliquis di-

citur magis diligi tripliciter. Primo modo, quia ad maius diligitur, scilicet ad maiorē gloriam. Sic uniuersaliter magis diligendus est, qui magis bonus est. Secundō, qui diligitur maiori affectu. Tertio, qui minori affectu. Ordo dilectionis secundum magis & minus attenditur inter illa quatuor quæ enumerat Aug. in libro de doctrina Christiana, dicens: Quatuor diligenda sunt, Vnum quod supra nos est, scilicet Deus. Alterum quod nos sumus. Tertium est, quod iuxta nos est, scilicet proximus. Quartum quod infra nos est, scilicet corpus. Quum nos & proximū enumerat Aug. inter diligenda: nos & proximū uidetur intelligere excellentiorē partem nostrā, & proximū animā, scilicet propter hoc quod corpus ponit postea, quarto loco. Greg. 1. parte Moralium. Cum recte diligimus, nihil in rebus conditis anima nostra charius amamus. Idem in Moralibus: Magnæ mercedis est à morte eripere carnem quandoque moriturā. Quanti ergo meriti est animam à morte liberare in cælesti patria semper uisurā. Item iste ordo attenditur inter ea quæ enumerat Ambrosius super illud Cantic. 2. Ordinauit in me charitatem: Multorū, inquit, charitas inordinata est: quod in primo est, ponunt tertium, uel quartum. Primo Deus diligendus est, secundo parentes, inde filii, post domestici: qui si boni sunt, malis filijs

filijs præponendi sunt. Ordo diligendi secundum affectū uariatur, secundum bonitatem uel propinquitatem eorū qui diliguntur, uel etiā secundum utilitatem ecclesiæ. Magis enim bonus alius paribus magis diligendus est, quantum ad affectū. Item propinquior aliis paribus affectu maiori diligendus est. Item utilior ecclesiæ aliis paribus maiori affectu diligendus est. Et idē intelligendum est etiā quantum ad effectum. Melior enim, uel propinquior, uel ecclesiæ utilior aliis paribus magis est eligendus. Sed dubitari potest, utrū bonitas propinquitati circa diligenda præualeat, uel econuerso. Et uidetur quod bonitas præualeat propinquitati, secundum illud Ambrosii: Domesticus si bonus est, malis filijs præponendi sunt. Item dicit Beda super illud Luca 8. Mater mea & fratres mei hi sunt, &c. non iniuriose negligit matrē, nec mater negatur etiā quæ de cruce cognoscitur, sed religiosiores copulamentiū monstrantur, quā corporum. Gregor. Magis debemus diligere quos ex sacro fonte suscepimus, quā quos de carne nostra genuimus. Et dicendum quod bonus extraneus præponendus est filio malo, quantum ad spiritualia beneficia, uel etiā quantum ad temporalia: tanta potest esse bonitas extranei, uel utilitas ecclesiæ. Item dubitari potest de hoc quod Ambrosius

parentes filijs præponit in ordine diligendorum. Quum enim natura magis incitet ad amorē filiorum, quā ad amorē parentum: magis uidentur filii diligendi, quā parentes: gratia enim nō est opposita naturæ. Ad idem uidetur facere illud 2. Corint. 12. Non debēt filii parentibus thesaurizare, sed parētes filijs. Item quod radix humorem mittit ad ramos, & non econuerso. Et est dicendum, quod parētes magis diligēdi sunt quā filii, aliis paribus & quantum ad affectum, & quantum ad effectum. Et ad hoc incitat natura instituta & restituta, licet non destituta. Tamen hunc ordinē uariare potest filii bonitas. Possēt enim esse ad eō bonus quod esset præponendus patri. Itē ecclesiæ utilitas, uel filii necessitas, uel propinquitas. Possēt enim filius esse ad eō utilis ecclesiæ, quod potius subuenire deberet aliquis ei, quā patri suo. Item si esset filius familias, possēt esse quod potius deberet ei aliquis providere quā patri. Possēt etiā esse ad eō indigēs quod citius esset ei subueniendū quā patri. Aug. ad Marcellinū: Charitas quæ tanquam nutrix fouet filios suos, non ordine amandi, sed ordine subueniēdi, infirmiores fortioribus antepōnit, quos tales uult esse, quales in illis sunt quos non cōtemnendo, sed de his confidendo interim præterit. Et notandum est, quod parentes diligendi sunt affectu du-

placiter: scilicet quantū ad exhibitionem honoris, & quantū ad exhibitionem necessarios. Quantum ad primum, parentes uidentur esse semper præponendi filiis, nisi forsitan filius carnalis fieret pater spiritualis. Quātum uerō ad secundum ordo potest uariari ex aliqua prædictarum causarum. Item notandum quod affectu debemus omnem hominem diligere. Effectus uerō potest suspendi ex causa. Aug. Charitas nō intermittitur: officia pro tempore exhibeantur. ¶ Quartus ordo attenditur secundū has differentias propter se, & propter aliud. Creatura propter se amanda est: creatura uerō propter Deum. De hoc ordine dicit August. 15. lib. de ciuitate Dei: Cūm omnis creatura bona sit, amari potest & bene, & male. Bene, scilicet ordine custodito: male, ordine perturbato. Quod in laude quadam cerei breuiter uersibus dixi: Hæc tua sunt, bona sunt, quia tu bonus ista creasti: Nil nostrum est in eis, nisi quod peccamus amantes. Ordine neglecto pro te quod conditur à te. Item 9. lib. de Trinitate: Amāda est creatura, sed ad creatorem amor refertur: non tam cupiditas, sed charitas erit. Tunc enim est cupiditas. Cūm propter se creatura amatur, tunc non utentem adiuvat, sed corrūpit fruuentem. Inferiori creatura utēdū ad Deum, pari tibi si pēdū: sed in Deo sic te ipso, non in te ipso frui

debes; sed in eo qui te fecit.

De his quæ Charitati aduersantur. CAP. XVII.

Charitati uidentur aduersari superfluus amor nostri, uanus amor mundi, odium proximi, & generaliter damnablem offensa Dei. ¶ Circa primū notandum quod signum est, quod aliquis habeat superfluum amorem sui, cūm ea quæ pertinet ad Deum & ad proximū suum, negligit: propria uerō, diligenter defendit: & specialiter, cūm defendit sua mala. 1. Corin. 10. Nemo quod suū est quærat. Phil. 2. Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorum. Gregor. in Moralibus: Plus Deo se amare cōuincitur, qui negligens his quæ eius sunt, propria tuetur. Idem in Pastoralibus: Qui uult praua agere, & tamē ad hæc cæteros tacere, ipse sibimet testis est, quia plus se ueritate appetit diligere, quā contra se non uult defendi. ¶ Superfluus amor sui efficit hominem ciuem Babylonice ciuitatis. August. 14. lib. de ciuitate Dei: Fecerunt ciuitates duas amores duo, terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum Dei, cælestem uerō amor Dei usque ad contemptum sui. Illa in gloria sua exultat caput suum: hæc dicit Domino Deo suo: Gloria mea & exaltans caput meum. ¶ Amor sui radix est multorum malorū. Vnde super illud 2. Timot. 3. Erunt homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi,

perbi, &c. dicit gl. August. Ex eo quod seipso non Deum amant: quasi à radice, hæc quæ sequuntur mala oriuntur. Chrysostom. Omnium malorū causa est amor sui, & radix & fons. Item amor sui hominem excæcat ad eod, ut non uideat se ipsum. Bern. Amor uel odium ueritatis nescit iudicium. Greg. super Ezech. Vehementer claudit oculos amor priuatus. Ex quo fit, ut hoc quod nos agimus, & graue esse non æstimamus, plerumque agatur à proximo, & nobis nimis detestabile esse uideatur. Amor iste amor uidetur esse, cūm uerè sit odium. Vnde August. super illud Ioan. 12. Qui amat animam suā, perdet eam. Magna & mira sententia, quemadmodum sit hominis in animā suam amor ut periret, odium se pereat. Si male amaueris, odisti: si bene oderis, tunc amasti. Item Augu. in quadam sermone: Si perit homo amando se, profectō inuenitur negando se. Dilce amare te, non amando te, secundum Chrysost. Animā amare, est desideria animæ inconuenientia facere. Eccl. 18. Si prætes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Qui nimis amat se, perdit se. Vult enim esse in otio ubi corrūpitur: sicut uentis in arca reposita, à tineis comeditur. Psal. Omnes sicut uestimentum ueterascunt. Item delictus implet se nimis, qui se nimis amat, & sic perdit se. Ex hoc

enim celerius moritur. Eccl. 37. Propter crapulā multi obierunt. Qui nimis amat se, nimis sollicitē seruādo se, perdit se. Sicut qui nimis seruat frumentum suum, amittit, quia corrūpitur. Vnde sit per illud Matt. 18. Qui uoluerit animā suam saluā facere, perdet eam: dicit gl. interlin. Ac si agricolæ dicatur: frumentum si seruas, perdis: si seminas, renouas. ¶ Circa unum amorem mundi notandum, quod amare mūdum est, quasi amare adulteriū. Vnde Iac. 4. Adulteri, nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Deo: Quicumque ergo uoluerit esse amicus seculi huius, inimicus Dei constituitur. Et 1. Ioan. 2. Nolite diligere mūdum, neque ea quæ in mūdo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo, ubi dicit gl. Vnum cor duos aduersarios sibi amores non rapit. Esa. 28. Coangustatū est stratū, ita ut alter decidat, & pallium breuē utrūque operire nō potest. Charitas pallium est posteriora tegens. Peccata enim præterita abscondit, ne Deus ea ad puniendum uideat. Prou. 10. Vniuersa delicta operit charitas. Ipsa supereminet cæteris uirtutibus, ut palliūm superponitur cæteris uestibus. Ad Colof. 3. Super omnia charitatē habētes. Amor mūdi, adulterat animam: amor fabricatoris mūdi, castificat animam: ut dicit August. in lib. de uerbis domini. Idem in lib. Confe. Amicitia hu-

ius mundi, fornicatio est abs te. Idem super epistolam Iohannis: Si mundi amor in te habitet, nō est quōd amor Dei intret. Quum exhausteris cor tuum amore terreno, hauriet amorem diuinum. Amor mundi principium est omnium malorum. Vnde super 1. Io. 2. dicit glos. Sicut dilectio Dei est fons omnium uirtutum: ita dilectio mundi omnium uitiorum. Amare mundum, est amare proditorem. Mundus enim dicit dæmonibus, Quemcumque osculatus fuero, imple est, tenete eum. Matth. 25. Prouerb. 17. Meliora sunt uulnera diligētis, quam fraudenta odientis oscula. Itē amare mundum est amplecti immun- dū. Augu. super Io. Si delectat te mundus, semper uis esse immundus. Si autē iam te non delectat hic mundus, iam tu es mundus. Si autem fueris mundus, nō remanebis in mundo. Chrysost. super Matt. Sicut difficile est arborem iuxta uiam positam, fructus suos usq; ad maturitatem seruare: Sic difficile est uirum fidelem iuxta istum mundum uiuentem in actibus suis usq; ad finem iustitiam tenere. Nam in uia à transeuntibus fructus rapitur. Recede à uia, & plātā q; in loco secreto: ut nec mundus tecum habeat commune, nec tu cum mūdo. Ecclesiast. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Item amare mūdum est amare periculum. Augu. Amare seculū, absorbet te. Amatores suos uorare nouit, non portare.

Eccl. 3. Qui amat periculum, in illo peribit. Augu. ad amatores mundi. Cuius rei causa militatis maiōne esse poterit spes uestra mundo, quā ut amici mundi sitis: tibi quid non fragile, quid nō plenum periculi? Itē per hęc pericula peruenitur ad maius periculū. Item in epistola ad Anastasium: Mundus iste periculosior est, blādius quā molestus: & magis cauendus cū se allicit diligēti, quā cū admonet, cogitq; contēni. Amare seculū, est amare locum tormētorum. Aug. in lib. de uerbis Domini: Abice à te diuitiarū onera, abice uincula uoluntaria, abice anxietates, & tedia, quę te plurimis annis inque- rant. Bern. in sermonibus: Diuitiarū amor insatiabilis, lōge amplius desiderio torquet animā, quā refrigeret uisū suo: ut pote quarū acquisitio quidē laboris, possessio timoris, amissio plena doloris inuenitur. Itē amare mūdum est amare diaboli dominiū. Aug. in lib. de agone Christiano: Mitatur diabolus foras, quando ex toto renuntatur huic mūdo. Sic enim renūtiatur diabolo qui princeps est mundi. Itē mundum amare, est in domo igne succēsa uelle manere. Totus enim mundus in maligno positus est. 1. Io. 5. Mūdus est fornax Babylonica ignē succensa. Dan. 3. Bern. Dominus ardet, & ignis inflat à tergo, & tu mones nō egredi, uel iā egressum regredi. De tertio quod aduersatur charitati, scilicet

cet odio proximi, require in trahatu, de ira. Chryso. Si inimicitie semel occupauerint animos, omnia quę dicuntur, quę audiuntur, quę fiunt, ita accipiuntur, & intelliguntur, ut ad maiores & lōgio res proficiant inimicitias. Si quid enim boni de inimico dicitur, nō creditur: si quid mali, hoc solū creditur, & cōfirmatur. ¶ Circa quartum notandum est, quod omnis offensa Dei mortalis in quantum à Deo diuidit, aduersatur charitati, quę à Deo uenit. Esa. 59. Iniquitates uestrę diuident inter uos & Deū uestrum.

De diuersis gradibus Charitatis.

CAP. XVII.

Notandum ergo q; diuersi sunt gradus charitatis. Est enim charitas incipiēs, proficiēs & perfecta. Augu. super epistolā Ioan. Perfecta charitas hęc est: ut quis paratus sit etiā mori pro fratribus. Sed nūquid mox ut nascitur iam profus perfecta est: imo ut perficiatur, nascitur: cū fuerit nata nutritur: cū fuerit nutrita, roboratur: cū fuerit roborata, perficitur: cū ad perfectionem uenerit, dicitur, Cupio dissolui, & esse, & c. Phi. 1. Charitas operibus pietatis nutritur, tribulationibus, & consolationibus roboratur, consiliis perficitur. ¶ Et notandum quod sex sunt quę ualent, ut charitas proficiat, & proficiēdo ad perfectionem perueniat. ¶ Primum est q; homo magnum desiderium proficiēti habeat. Magna enim pars

profectus est, uelle proficere, ut ait Bern. Aug. Nostrum nō progredi iam reuertit est. Cesset omnino ignauia, si uolumus nō redire, currendū est. Leo papa: Incidunt periculū qui proficiēdi perdidērūt appetitū. Bern. in epistolis: In defectum proficiēdi studiū, iugis, & conatus ad perfectionē, perfectio reputatur. Quod si studere perfectioni est, esse perfectū, profectū nolle proficere deficere est. ¶ Secūdū est q; à creaturis inferioribus ad creatorem amorem suum recolligat. Solēt abscindi rami arboris nouē inferius, ut totū crementū suum ponat superius. Greg. Non sufficit proficere homo ad utraq; diuisus. Genes. 49. dicitur ad Rubē: Effusus es sicut aqua, nō crescas. Aug. in 2. lib. Cōfessionū: Ab uno te aduersus, in multa euantui. Exarsit enim aliquādo satiri, inferius in adolescentia: & syluescere ausus sum uariis, & umbrosis amoribus. ¶ Tertiuū est, ut doctrinā in tēdat. Sicut paruulus absq; sumptione cibi crescēdo nō proficit: sic anima sine doctrina deficere potius quā proficere solet. Eccl. 22. Filia fatua in deminoratione fiet. In Psal. Eluriētes, & sitiētēs anima eorū in ipsis deficit. ¶ Quartū est, meditatio, & precipue illa quę uersatur circa beneficia à Deo uel à proximo recepta, uel circa alia incitātia ad amorē Dei uel proximi. De quibus dictū est prius. In Psal. In meditatio-
ne mea exarscit ignis. ¶ Quin-

tum est, oratio. Bern. Amorē Dei in homine à gratia gentium laetatur lectio, meditatio pascit, oratio confortat & illuminat. ¶ Sextum est, tēratio. Greg. in Moral. Electorū desideria in prosperitate deprimuntur, aduersitate proficiunt: sicut ignis flammam premitur, ut crescat, & unde quasi exinguitur, inde roboratur, cum per tentationem humilitas proficit. Prospera est ipsa aduersitas, quæ mentē ab elatione custodit. ¶ Et notandum est quod nullus ad tantā perfectionē peruenit in uita ista, ad quantam uellet peruenire. Ambro. super Luc. Nemo est qui tantū uirtutis apprehendat, quantū desiderat: quia omni potēs Deus interiora discernēs, ipsi spiritualibus profectibus modum ponit, & ex hoc homo quod apprehendere conatur, & nō ualet, in illis se nō eleuat quæ ualet. Item notandum, quod sicut dicit Augustin. perfecta charitas nec cupiditatem habet seculi, nec timorē seculi, per quas duas ianuas intrat, & regnat inimicus, qui primō timorē, deinde charitate pellendus est. 1. Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorē. Glo. Timorem illum, scilicet quo timet quisque, sciens opera iustitiæ: ne ueniat districtus iudex, & se minus castigatum damnet. ¶ Item notandū, quod sex sunt species perfectionis. ¶ Prima est, perfectio sufficientiæ: de qua Matthæi 5. Estote perfecti sicut Pater uester cælestis perfectus

est. ¶ Secūda est comparationis, quam debent habere clerici respectu laicorum. Genes. 6. Nō erat perfectus in generationibus suis: id est, cōparatione eorū qui erant de generatione sua. ¶ Tertia est ordinis, ad quā tenentur in sacris ordinibus constituti, ad quam pertinet continentia. Esa. 52. Mūdāmini qui fertis uasa Domini. ¶ Quarta est professio, quæ pertinet ad religiosos, Matt. 19. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus. ¶ Quinta est prælationis. Io. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, Gregor. in homil. Cū in cōparabiliter longe melior sit anima qua uinimus terrena substantia quā possidemus: qui non dat pro ouibus suis substantiā suam, quomodo pro his daturus est animā suam? ¶ Sexta est securitatis: qui hanc habent, cupiunt dissolui, & esse cum Christo. Ad Philip. 1.

TERTIÆ partis principalis de quatuor uirtutibus cardinalibus Tractatus I. De ipsis uirtutibus cardinalibus in communi.

Quare iste quatuor uirtutes dicantur cardinales. CAP. I.



DICTO de tribus uirtutibus Theologicis, dicendum est de quatuor cardinalibus. De quibus habetur Sapient. 3. Sobrietatem,

tem, inquit, & prudentiam docet iustitiam, & uirtutem quibus utilius nihil est in uita hominibus. Sobrietatem uocat, quā uisitato nomine uocamus temperatiā. Uirtutem uocat, quam communiter uocamus fortitudinem, Alias duas uocat non in nobis uisitat. De his hoc modo ageatur. ¶ Primō dicitur quare dicantur cardinales: licet nō meminerim me legisse eas sic uocari in canone Sacre scripturæ, uel à prophetis, uel sacris expositoribus. Secūdo, numerus earū ostēdetur. Tertiō, de singulis ageatur. Quartō, diuisio earū quā Macrobius ponit subnectetur. ¶ Circa primū notandū, quod quatuor de causis possumus intelligere eas dici cardinales. Primō, propter stabilitatē. Cardio stabilis manet, licet ostiū in eō uertatur. Prouer. 26. Sicut ostiū uertitur in cardine suo: sic piger in lectulo suo. Sic he quatuor uirtutes stabiles sunt, licet ea circa quæ uersantur, scilicet licet ea quibus utendum est, sint mutabilia. Hæ quatuor uirtutes animā quasi quadratam reddunt, & ideo stabilem undique. Figura enim quadrata undique stabilis est. Heb. 13. Optimum est gratia stabilire cor. Prudentia animam tenet in ueritate utili: ne per ignorantiam, uel errorē, uel curiositatem ab ea recedat. Temperantia tenet eam in necessitate, ne per superfluitatem uel diminutionem ab ea recedat. Fortitudo tenet animum in quadam

æqualitate, ne aduersitas eū deiciat. Iustitia in proximi utilitate, ut ei non noceat: sed potius utilitati eius intendat. ¶ Secundo, quia sicut ostiū cardini innititur: sic tota cōuersatio bona his quatuor uirtutibus innititur: quæ cōuersatio consistit in faciēdo bonū, & patiēdo malū. Bern. Bonā uitam ego puto, & mala pati, & bona facere, & sic perseuerare usque ad mortē. Cōuersatio bona quantū ad duo prædicta quasi ostium est quo intratur ad uitā beatam. Matt. 19. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū cælorum. ¶ Tertiō, propter præminentiam quam habent respectu cæterarū uirtutum. Cardines enim dicuntur primæ partes cæli, uel terræ, uel maris. Deuteron. 30. Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde retrahet te Deus. 1. Regum 2. Domini enim sunt cardines terræ. Iob 36. Cardines quoque maris operiet. Sic uirtutes istæ primæ sunt respectu aliarum uirtutum. Et sicut cardinales præstant, clero, & summo pōtiffex per eos ardua operatur: Sic hæ uirtutes excellentiam habent respectu aliarum uirtutum, & anima per eas agit ardua opera, in quibus salus consistit. Et sunt he uirtutes cardinales ornatus conuenientissimus cardinalibus: unde specialem amorē debent habere ad eas. ¶ Quartō, propter principalitatem. Cæteræ enim uirtutes ad

has aliquo modo reducitur. Preterea ista uirtutes principales motus uirium animæ dirigunt. Prudentia actum rationalis, qui est discernere inter bonum & malum, uel inter duo bona quod melius, uel inter duo mala quod magis malum. Temperantia dirigat actum concupiscibilis, qui est, uelle bonum delectabile. Fortitudo actum irascibilis, qui est aggredi arduum, & sustinere quod est difficile ad sustinendum. Iste ergo tres uirtutes, tres actus principales trium uirium animæ dirigunt quantum ad se: sed iustitia actus illos dirigat respectu proximi. Ipsa enim circuit omnes uires, ut dicit gl. I. d. super Gen. 2.

De numero prædictarum uirtutum.

CAP. II.

Dicendum de numero prædictarum uirtutum, qui officii earum satis potest declarari. Vnde notandum quod Prudentia ceteris lumen præfert. Temperantia animam perficit respectu eius quod infra nos est. Fortitudo respectu eius quod contra nos est. Iustitia respectu eius, quod est iuxta nos uel supra nos, respectu proximi uel Dei. Aug. Prudentia est, eligere quod eligendum est. Fortitudo, nullis a uelli molestiis. Temperantia, nullis illecebris. Iustitia, nulla superbia. In lib. de spiritu & anima: Prudentia est in eligendis, temperantia in utendis, fortitudo in tolerandis, iustitia in distribuendis. Tullius in lib. de offic. Honestas à quatuor partibus manat. Una cognitionis.

Altera communitatis. Tertia magnanimitatis. Quarta, moderationis. Cognitionis pertinet ad prudentiam. Communitas ad iustitiam. Magnanimitas ad fortitudinem. Moderatio ad temperantiam. Hæc quatuor uirtutes, uidentur esse contra quatuor effectus originales, quos Beda distinguit, scilicet ignorantiam, infirmitatem, concupiscentiam, malitiam uel malignitatem. Prudentia contra ignorantiam. Fortitudo contra infirmitatem. Temperantia contra concupiscentiam. Iustitia contra malitiam, uel malignitatem. ¶ His quatuor uirtutibus quasi quatuor lapidibus pretiosis constat corona sponsæ Christi. Prudentiam habet à parte anteriori, ut caueat à futuris. Iustitiam à posteriori, ut satisfaciat de præteritis. Temperantiam à dextris, ne eleuetur in prosperis. Fortitudinem à sinistris, ne succumbat in aduersis. ¶ Cum uirtus sit circa bonum, secundum uerbum Sapientis: Quadrupliciter uero peccat anima circa bonum: scilicet uel eligendo quod apparet bonum, cum non sit. uel illud quod uerè bonum est, ac si non esset bonum, fugiendo, eò quod molestum sit: uel appetendo quod simpliciter est bonum, cum sibi non sit bonum, eò quod non sit commendatum: uel appetendo quod proximo est malum, eò quod bonum sibi. Prudentia est contra primam quæ prodit, & manifestat non esse bonum quod apparet esse bonum.

num. Fortitudo est contra secundum, quæ amplectitur quod molestum est tanquam bonum expediens: ut est medicina amara, uel incisio in corpore propter salutem corporis facta. Temperantia contra tertium, quæ cauet superfluum. Iustitia est contra quartum, quæ cauet proximi nocentem. Prudentia cauet errorem qui est principium errorum malorum. Fortitudo excludit timorem seculi. Sapiens: Fortitudinis est, non nisi turpia timere. Temperantia excludit cupiditatem seculi. Hæc duo principia sunt omnis peccati. Vnde gl. super illud Psal. In cenâ igni, & suffossa. Omne peccatum duæ res faciunt, scilicet cupiditas & timor. Iustitia seruat amorem proximi. Est enim uinculum societatis humane: ut ait Senec. in libro de quatuor uirtutibus. Prudentia discutit quæ fallunt. Temperantia compescit ab his qui irritant, & alliciunt. Fortitudo sustinet quæ exterrēt. Sen. in epistolis: Limenda sunt quæ me exterrēt, discutenda quæ me irritant, discutenda quæ fallunt. Iustitia timet quod est timendum, & amat quod est amandum. Tull. in lib. de Offic. Nemo potest esse iustus, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem timet. Prudentia facit ut homo bene se habeat ad uera, uel falsa. In prospicientia enim ueri solertia: uersatur, iuxta uerbum Tull. in lib. de Offic. Temperantia & fortitudo, ut bene se

habeat ad prospera, & aduersa. Iustitia, ut bene se habeat ad Deum & proximum. Prudentia, temperantia, fortitudo, & iustitia secundum aliquam acceptionem sui, accipiuntur enim diuersimodè, ut patebit cum de singulis ageretur, uidentur operari circa unum & idem opus meritum. Prudentia eligit quod agendum est. Temperantia cauet ne quid nimis. Fortitudo ne quid parum. Iustitia opus ordinat ad debitum finem. Prudentia prouidet speciem. Temperantia & fortitudo modum. Iustitia ordinem. ¶ Numerus harum quatuor uirtutum designatur in multis locis in Scriptura sacra. ¶ Primo in quatuor fluminibus paradisi. de quibus legitur Gen. 2. ubi dicitur glo. Greg. Quatuor flumina paradisi irrigant: quia de his quatuor uirtutibus constituitur, ab omni desideriorum carnalium aestu temperatur. ¶ Secundo in quatuor coloribus quibus decoratae sunt cortinae tabernaculi. Exod. 26. quæ signant has quatuor uirtutes in quibus decor ecclesie consistit. Hyacinthus aërei uel celestis coloris, pertinet ad prudentiam, qua Deum & angelos specialiter imitatur. Byssus habens candorem pertinet ad temperantiam, quæ candidam, & mundam reddit animam. Purpura sanguinei coloris pertinet ad fortitudinem, quæ parata est sanguinem pro Christo fundere. Coccus ignei coloris pertinet ad iustitiam, propter zelum ipsius. ¶ Tertio, in quatuor specie

speciebus quibus conficiebatur unguentū, quo tabernaculum & uasa ipsius & ministri ungebantur. De quibus habetur Exod. 30. Myrrha prima pertinet ad temperantiam, quæ est in iuuentute. Tunc enim laudabilior est. Cina momū, quod est cinerei coloris, quod cum frangitur in modum nebule, spiramentū uisibile emit, ut dicit glos. super Exod. 20. pertinet ad humilitatem, quæ est omnis iustitia. Matth. 3. Sic decet nos implere omnem iustitiam: Cuius est, perfectam humilitatē. Cassia quæ crescit in aquis, pertinet ad prudentiam, quæ in aquis doctrix nutritur. Calamus arbor aromatica pertinet ad fortitudinem, quæ aduersa tolerando dat odorē suauitatis, ut species aromaticæ cum conteruntur redolēt. His quatuor, addito oleo diuini amoris, conficitur unguentū bonæ famæ suauissimè redolens. Eccles. 6. Melius est nomē bonū quàm pretiosa unguēta. ¶ Quarto, quatuor uirtutes sunt quasi quatuor rotæ in curru igneo quo subleuantur amici Dei. 4. Reg. 2. Curru iste igneus est conuersatio ardentè amantiū Deū. ¶ Quinto, commendatur numerus harum uirtutum figuris quatuor animalium, aquila, uitulo, leone, homine. De quibus Apoc. 4. & Ezech. 1. In aquila figuratur prudētia, cuius est uigilare in rebus discernendis, ut ait August. Aquila enim uisum habet acutū. In uitulo temperantia. Vitulus

enim immolabatur in lege. Temperantia uerò exhibet corpora nostra Deo hostiā uiuentem, ad Rom. 13. In leone fortitudo. Pro. uer. 30. Leo fortissimus bestiariū ad nullius pauebit occursum. In homine iustitia, quæ uinculū est humanæ societatis: ut distum est prius. Voluit Dominus quatuor esse Euāgelistas, & quatuor Euāgelia, ad designandum quod illi qui doctrinā Euāgelicā docēt, & qui eam tenent, his quatuor Virtutibus pollere debeant.

TERTIAE partis principalis de quatuor Virtutibus Cardinalibus Tractatus II. De prudentia.

De ordine dicendorum in isto tractatu, & de diuersis modis quibus sumitur nomen Prudentia.

C A P. I.



NTER has uirtutes primò agetur de Prudentia quæ animas dirigit, de qua hoc modo agitur. Primò, distinguuntur diuersi modi quibus hoc nomē Prudentia sumitur. Secundo, descriptiones eius ponuntur: & quomodo ipsa sit uirtus, ostēdetur. Tertio, tægetur de diuersis eius actibus. Quarto, cōmendationi eius infertur. Quinto, tangetur de speciebus eius. Sexto, de his quæ aduersantur. ¶ Circa primū notandum quod hoc nomē Prudentia quādoque sumitur pro eo quod apparet esse prudētia, cum non

fit

fit. Sic sumitur ad Rom. 8. ubi dicitur: Prudentia carnis, mors est. Glos. Prudentia carnis habet quis, cum studiosius implet quæ carnis sunt, appetēdo bona tēporalia & fugiēdo mala, & cum naturas rerū tantū sequitur. Prudentia uerò ideo dicitur cum res stulta fit: quia ita uidetur secularibus hominibus. Similiter quādoque sumitur pro sapientia quādoque sumitur pro sapientia apparēti. unde subditur in eodē cap. Sapientia carnis inimica est Deo. Et 1. ad Corinth. 3. Sapientia huius mundi stultitia est apud Deū. Quādoque autē sapientia dicitur diuinarū & humanarū rerū cognitio, secundū uerbū Sen. in epist. Et Tull. in lib. de Offi. Et ista cognitio subdiuiditur in tres partes, moralē scilicet, & naturalē, & rationalē, ut tægit Sen. Prudentia uerò dicitur scientia operandorū. Unde Damascenus diuidit animā rationalē in duo. In id quod est in ea contemplatiuū, & id quod est in ea actiuū. Contemplatiuum est quod excogitat res prout habēt esse. Actiuū uerò quod consiliariuum est, quod agēda dirigit. Et uocat contemplatiuum, intellectuū uerò, rationē. Et dicit sapientiam pertinere ad contemplatiuū: prudentiam uerò ad actiuū. Quandoque authores pro eodē uidētur sumere prudentiā & sapientiā, unde Pro. 16. Qui sapiens est corde, appellabitur prudēs. Quandoque uerò sapientia sumitur pro cognitione diuinorum, & prudētia sumitur pro

cognitione humanorū. Unde super illud Psal. Os meū loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiā, dicit gl. Sapientia ad diuinas res pertinet. Et post subditur: Prudentia scilicet de moribus. Et nota quod mos est habitus ex quo sine præmeditatione est frequentia operū. Vel ab eo quod est mos: quia mora est ex ea operatio. Vel dicitur à mora, id est, à diuturnitate assuefactionis. August. uerò distinguit inter sapientiā & scientiam, in libro de Trin. Hæc est, inquit, sapientiæ & scientiæ recta distinctio, ut ad sapientiam pertineat æternarum rerū cognitio intellectualis: ad scientiam uero temporaliū rerum cognitio rationalis. Sapientia etiā sumitur pro sapida scientia, aut pro scientia sapore uirtutum condita. Eccl. 6. Sapientia doctrinæ secundū nomen est eius. Sapida enim est: sicut nomē eius à sapore dictū uidetur. Sapiens: Signum oportet facere habituum fluentē delectationē & lætitiā. In hoc differt literatus malus à sapiente: quia literatus malus gaudet de hoc quod scit opponere & respondere de his quæ pertinent ad mores. Sapiēs uerò de hoc quod illa sunt. Bernardus in sermonibus: Inuenisti planē sapientiā, si prioris uitæ peccata desiteas, si huius seculi desiderabilia parumpendas, si æternam beatitudinē toto desiderio concupiscas. Inuenisti sapientiā, si tibi horū singularia sapiunt prout sunt. Quādoque uerò

uerò sapiētia dicitur cognitio de Deo quasi per sapore eius habita, ut cum aliquis gustauit & uidit quam suavis est Dominus. Et hæc cognitio differēs est ab illa qua aliquis credit Deū esse suauē: quia scriptura hoc dicit, sicut differt cognitio quam habet aliquis de dulcedine uini per gustum ab illa quæ est per auditū. Prudētia etiā quandoq; sumitur pro uirtute. Et hoc multipliciter: uel pro uirtute, scilicet gratuita: uel pro uirtute ex multis operationibus acquisita. Item quādoq; sumitur largē, ut comprehendat omnes uirtutes cognitiuas. Et sic uidetur eam sumere Tullius, dicens: Prudentia est rerum diuinarum & humanarū cum ratione bene uiuendi iuncta cognitio. Rationē bene uiuendi, intellige discretionē bonæ uitæ. Prudentia enim est cognitio directiua bonæ uitæ. Quādoq; uerò strictius sumitur, ut non comprehendat fidem uel donum consilii, uel intellectus, uel scientiæ.

De descriptione Prudentiæ. Et quomodo Prudentia sit uirtus, cum uideatur esse sciētia.

C A P. II.

Prudētia sic describitur ab August. in libro de moribus ecclesiæ: Prudentia est amor, ea quibus adiuuatur in Deum, ab his quibus impeditur, sagaciter eligens. In libro uero de Spiritu & anima dicitur, quod prudētia est scire quid anima debeat facere. Super illud Matt. 17. Erāt qui

manducauerunt quatuor millia. dicit glos. Gregor. Prima scilicet prudētia est cognitio rerum uitandarum & appetendarum. Et potest esse sumptum de uerbis Tullii in libro de Offic. dicitur: Prudentia est appetendarum sciētia. Describitur etiā sic prudentia in libro de reuoluentis. Prudentia est rerum bonarū & maliarum cum alterarum dilectione, & reliquarum detestatione, sciētia. Tullius eam sic describit in Rhetoricis: Prudentia est rerū bonarum & maliarū & utrarūq; sciētia. Hæc uirtus discernit bona à malis, & bona ab inuicem, ostendendo quod sit melius: & mala ab inuicē, ostēdendo quod sit maius malum. Sed queritur quomodo Prudentia uirtus sit, cum uideatur esse sciētia secundum multas descriptiones eius prius positas? Ad quod uidetur posse responderi, quod Prudentia gratuita uirtus est, quia est ratio uiuus à uero sole procedēs, cognitio quam habēt mali circa ea quæ pertinent ad mores, cognitio est quasi mortua, inuoluta ad mouendū uoluntatem, ut bono cognito cōsentiat, uel dissentiat à malo cognito. Sed prudentia uirtus non solū est lumē illuminans intellectū: sed etiam calefacit affectū: nō solum enim ostendit quid, quando, & qualiter sit agendum, sed etiam mouet uoluntatem ut appetat bonū post iudiciū, uel fugiat malum.

Rom.

Rom. 8. Prudentia spiritus, uita. Prudentia uerò uirtus consuetudinālis ex frequentia operum relicta, nō est idem cum sciētia, quæ est communiter de his quæ sunt circa operationes uoluntarias. Operationes uerò ex quibus ipsa ut est uirtus relinquitur, sunt singulares discretionēs de singularibus fugiendis uel appetendis: non secundū quod sunt in imaginatione tantū, uel opinione, sed secundū quod sunt subiecta sensui. Accidit enim de multis, quod minus mouēt ad hoc quod fugiantur uel appetantur dum sunt in imaginatioe, quam dum sunt in sensu: habitus uerò reliquus ex his singularibus descriptionibus potentior est ad mouendum uoluntatem ut consentiat bono, uel dissentiat à malo, quam scientia moralis quæ est communiter de his quæ pertinent ad mores. Et uidetur differre alter horū habitū à reliquo: sicut scientia musicæ, quam habet aliquis magister artium qui legit musicā in scholis, qui tamē nesciret cantare responsoriū unū, differt à cognitione quā habet ille qui habet magisteriū organizādi, in quo non solū est relictus habitus ad cantandū quantum ad uim apprehensiuā, sed etiā quantum ad uim motiuā & imperantē motū & exequentē. Similis differentia est inter habitū quem habet magister in medicina, qui scit legere libros medicinæ & pertinentes ad practicā & pertinentes

ad theoreticā, qui non habet consuetudinē operandi. ¶ Et notandum quod non est aliquis prudens prudentia uirtute, eo quod sit prudens prudentia solū intellectu. Imò oportet quod ipse sit prudens intellectu, & affectu, & opere. Unde usus scripturæ & usus cōmuniter loquentium habent, ut imprudētes dicantur qui imprudēter operantur: licet prudenter intelligant quid, & quando, & quomodo sit agendum. Unde prudētia uirtus cōsuetudinālis non relinquitur in aliquo, nisi qui prudenter se habuit diu, prudenter intelligendo, prudenter uolendo, prudenter agendo. Iob 12. In multo tēpore prudentia. Qui habet prudentiā uirtutē, habitū habet ad prudēter discernendum, prudenter uolendum, prudēter agendū. Ad hoc etiam quod prudentia sit uirtus, uidetur facere hoc, quod ipsa est cognitio boni uel mali, & talis boni uel mali quod difficile est discernere: ut uirtus, quod præterdit speciē uirtutis. Ad hoc etiā quod ipsa sit uirtus, uidetur facere actus liberæ uoluntatis præcedens eius cognitionē, quam August. uocat amorē discernendi ea quibus adiuuamur in Deū, ab his quibus impeditur. Cognitio pertinet ad prudentiam non est cognitio effecta per uolentā probationem: sed est cognitio credulitatis, cuius consensus est sine necessaria coactione. Poterit etiā uideri alicui quod sic prudentia ordinat

nare. Prouer. 17. In facie prudētis relucet sapientia: oculi stultorum in finibus terræ. Ecclesi. 19. Ex uisu cognoscitur uir, & ab oc cursu faciei cognoscitur sensatus. Amicus corporis & risus de tium & ingressus hominis enū tiant de illo. Item prudentiæ est actus rationis ordinare. Primus actus rationis est cogitare, quē dum prudentia ordinat, non solū cogitationes noxias, sed etiā otiosas cauet. Hier. 4. Vsq; quo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Senec. Cogitationes uagas & inutiles & uelut somno similes nō recipies: quibus si animum tuū non oblectaueris, quā omnia dispoſueris, tristis remanebis. Ratio etiā dicitur habere quatuor partes prout ad sensibilem comparatur: scilicet inuentiuam, siue inuestigatiuam, iudicatiuam, memoratiuā, & interpretatiuam. Rationem inuestigantem prudētia ordinat, dum eam cohibet ab inquisitione inutilium uel nimis difficilium. Prou. 23. Ne erigas oculos tuos ad opes quas habere nō potes. Ibidē: Prudentiæ tuæ pone modum. Seneca: Illud quære, quod potes inuenire: id discē, quod potes scire. Eccli. 3. Altiora te ne quæſſeris. Et paulō pōt: In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter: & in plurib; operibus eius ne fueris curiosus. Ro. 12. Nō plus sapere quā oportet sapere. Esa. 19. Confundētur qui operabantur in inuano, plectentur

tes & textentes fila subtilia. Item prudentia rationem inquirentem dirigit, dum causam facturam requirere facit. Sen. in trac. de quatuor uirtut. ca. de Prudentia: Cuiuscunq; facti causam requirere: quū initia inuenieris, exitus cogitabis. Item rationem dirigit inquirentem, dum eum ex aliis alia conicere facit, ut ex presentibus futura. Senec. Consilium peritorum ex apertis obscura existimat, & ex paruulis magna, ex proximis remota, ex partibus tota. Idem: Si prudens esse cupis, in futurū prospectum intende. Dirigit etiam rationē inquirentem quantum ad ordinem sciendi, & studium, & fidē. Bernard. super Cantic. Scire ea prius ampliūq; curato quæ senseris uiciniora saluti. Idē: Scias modum sciendi, ut scias quo ordine, ut id prius quod maturius ad salutem: quo studio, ut id ardeētius quo uehementius ad amorem: quo fine, ut tantum ad ædificationem tui uel proximi. Idē: Sunt qui scire uolūt eo fine tantum ut sciant: & turpis curiositas est. Alii ut sciantur ipsi, & turpis uanitas est. Alii ut scientiam suā uēdant, aut pro pecunia, uel pro honoribus, & turpis quæſtus est. Alii ut ædificent, & prudentia est. ¶ Rationem iudicātem prudentia multipliciter dirigit. Primō dum eam cohibet à quibusdam iudiciis quæ ei non sunt licita: ut est iudicium de incertis, quod prohibetur Matthæ. 7. Et

Luc. 6.

Luc. 6. Nolite, inquit, iudicare. Glof. Duo sunt in quibus iudicium temerarium cauendū est. Sunt enim quædam mediā & incerta quo animo fiant, quæ bene & male possunt fieri. Nescimus enim qualis futurus sit qui nunc apparet malus, de cuius correctione desperare, eūque quasi abiectum reprehendere, temerariū iudiciū est. 1. Cor. 4. Nolite ante tēpus iudicare. Itē cohibet rationē à iudicio usurpatiuo, quod est quādo aliquis iudicat personā quæ sibi subiecta nō est. gl. super Matth. 7. Temerarium iudicium est, quādo quibus nō est commissum iudiciū iudicant. Ro. 14. Tu quis es qui iudicas alienū seruū? Item prudentia rationē iudicātem dirigit, dum eam à leuitate, uel nimia tarditate credēdi custodit. Et omnibus enim, & nulli credere uitium est, ut ait Seneca. Qui leuiter credit, uitiose agit. Eccle. 30. Qui cito credit, leuis est corde. Seneca. Prudentis propriū est examinare consilia, cito faci li credulitate ad falsa prolabi. Prudens nō nisi iudicio credit, & non nisi examinātā sententiam in consensum credulitatis admittit. Seneca. Opiniones tuæ iudicia sint. Sicut in disputationibus non admittimus nisi manifestē uera, uel quæ uis probationis extorserit: sic in consensum credulitatis non debemus admittere nisi uel manifesta, uel ea de quibus sit nobis plena fi-

des: quod præcipuē seruandum est his quæ nō expedit nobis credere: ut sunt mala quæ nobis dicuntur de proximo, quæ amorē nostrū ad proximum lædere solent, & dare occasionem despiciendi proximum. Item prudentia rationē iudicātem dirigit, dum eam cohibet, ne uel dubia temerē diffinita uel uerisimilia affirmet. Seneca. De dubiis non diffinita, sed suspensam tene sententiam. Nihil inexpertū affirmes: quia non omne quod est uerisimile, statim uerū est, sicut & sapius, quod primum incredibile uidetur, non continuo falsum est. Crebrō faciem mendacii ueritas tenet: crebrō mendacium facie ueritatis occultatur. Nam sicut aliquando frontem tristem amicus, & blandam adulator ostendit: sic uerisimile coloratur, & ut fallat conatur. ¶ Rationem etiam memorantē prudentia dirigit, dum salubria facit reminisci, & noxia oblitisci. Salubria ad reminiscendū sunt ut beneficia Dei: uel proximorum: ut iniuriæ proximi. Item inter bona presentia mala facit reminisci contra elationem superbiæ, & inter mala presentia bona contra deiectionē nimiam. Eccle. 11. In die honorū ne immemor sis malorum, & in die malorū ne immemor sis honorū. Rationem etiam prout eius est sermonem interpretari quod ex cogitauit, prudentia dirigit, dum sermonē moderatur. Prou. 10.

Qui

paruos suos ad petram. Tales nosunt hosti resistere donec fuerint ab eo interfecti. Poëta: Principis obsta, serò medicina paratur. Hiero. Lubricus est antiquus serpens: & nisi capite teneatur, statim totus illabitur. Gen. 3. dictum est serpenti de muliere: Ipsa conteret caput tuum. ¶ Septima est illorum qui contra suos pugnant, & hostes suos amicos reputant. Cū peiores inimici quos habemus sint proprius sensus & propria uoluntas: contradictio nes quæ propriū sensum impugnant, & persecutiones quæ impugnant propriam uolūtatem, sunt adiutoria nobis à Deo misa contra pessimos hostes nostros. Vnde cōtra suos pugnant qui talibus repugnant. E contrario fauores hominū & applausus, hostes nostri sunt, qui nos decipiunt, licet hoc multi non intelligant. Prouer. 7. Vade contra uirum stultū, & nesciet. ¶ Octaua est eorū qui de prope uolunt pugnare cum hoste, qui ex propinquitate uires assumit, & ex elongatione uires amittit: ut est fornicatio, & cætera uitia ad uoluptatem pertinētia. Ideo dicitur Cor. 6. Fugite fornicationem. ¶ Nona est eorū qui fugiendo hostem uitare uolunt, qui fugientes magis insequitur. Ut faciunt illi, qui aduersā huius mūdi nimis timēt. Sene. Quem admodū perniciosior est hostis fugiētib: sic omne fortunatum incommodum magis instat ce-

dentī & aduerso. Multum miratus fuit Iosue uidens populum domini fugientem. Iosue 6. Domine Deus, inquit, quid dicam uidens Israëlē hostibus suis terga uertentem? ¶ Decima est illorum qui quū pugnādum esset cōtrariis, pugnant similibus, ut odio contra odium, garrulitate contra garrulitatē, stultitia contra stultitiam. Potius amore contra odium pugnandum est, sicut aqua pugnatur cōtra ignē. Prouer. 25. Si esurierit inimic⁹ tuus, ciba illum. Taciturnitate cōtra garrulitatē. Sapiēs: Garrulo nō respondere, conutiū est. Ecc. 8. Ne litiges cum homine lingua to: neq; istrans in ignē ipsius lingua. Sapientia cōtra stultitiam. Prouer. 26. Ne respōdeas stulto iuxta stultitiā suam, ne ei simili efficiaris. ¶ Undecima est illorū qui laborant in impugnatione hostium suorū, quos gloriosius sine ictu possent uincere patiendo. Prouer. 17. Melior est uir patiens uiro forti &c. Et eiūsdē 20. Ne dicas, Reddā malum pro malo: expecta dominū, & liberabit te. Liberabit, in quā, à labore & piculo uindicādi te. Preterea ad plenū uindicabit te, hostē tuum patibulo infernali tradendo. ¶ Duodecima est illorū qui iuuant hostē suum, ad sui interfectionem. Greg. Nō est timendus hostis qui nō potest uincere nisi uolentem. Sicut diabolus non potest uincere nisi uolentem: nec occidere nisi iuuantem.

tem.

tem. Diabolus cordi gladium applicat, quando malam cogitationem immittit. Impingis & infigis gladium cordi tuo, quādo cōsentis, & sic diabolus iuuas. Item diabolus iuuat, qui sciens uolēs uadit ad foueam in qua diabolus uult eum precipitare. Prou. 23. Fouea profunda meretrix. Deberet proponere qui tentatur de peccato carnis, q̄ non ibit ad locum ubi illud committat, nisi diabolus illuc eum portet. Item diabolus iuuat qui gladium ei cōducit quo ab eo interficiatur: ut qui dat aliquid mulieri ut peccato suo consentiat.

De commendatione Prudentia.

CAP. IIII.

Distinctum est officio Prudentiæ, insistentum est commendationi ipsius. Et notandū quod multa quæ dicta sunt de officio prudentiæ, ualere possunt ad eius commendationem. Præter illa uerò, Primò facit ad eius commendationem multiplex admo nitio, quam scriptura sacra facit ad eam. Mat. 10. Estote prudentes &c. 1. Pe. 3. Estote prudentes &c. Prouer. 4. In omni possessione tua acquire prudentiam. Prou. 4. Attendite ut sciatis prudentiam. Eiūsdem 16. Acquire prudentiam, quia pretiosior est argento. ¶ Secūdo, q̄ filius Dei ore proprio eam docere uoluit. Prou. 2. dominus dat sapiētiam, & ex ore eius prudentia. Nec solum ore eam docuit, sed opere,

persecutores prudenter declinando. Io. 8. Iesus autem abscondit se, & exiit de templo. ¶ Tercio, quia ipsa est nobilis species cognitionis. Prouer. 9. Scientia sanctorum prudentia. Vnde ad commendationem eius faciunt quæ pertinent ad cōmendationem sapientiæ, de qua habetur multū in libris Salomonis, quassē ferè per totū, & specialiter Prouer. 3. Vbi dicitur, Beatus homo qui inuenit sapientiā, & qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatiōe auri & argenti. Et in eod: Lignū uitæ est his qui apprehēderint eā. Et eiūsdē 8. Melior est sapiētia cunctis opibus pretiosis, & omne desiderabile ei nō potest cōparari. Et eiūsdē 16. Posside sapientiam quæ melior est auro. Et 19. Vbi nō est sciētia, animē non est bonū. Et Sapi. 8. Omne aurū comparatiōe sapiētia arena est exigua, & quasi lutū estimabitur argētū in cōspectu illius. Eiūsdē 10. Vani sunt homines in quibus nō subest sciētia Dei. Eiūsdē 9. Si quis erit cōsummatas inter filios hominū, si ab illo fugerit sapiētia tua, in nihilū cōputabitur. Esa. 30. Diuitia salutis, sapientia & scientia. Osee 6. Scientiam Dei uolui plusquam holocaustum. Sapiētia Deū laudificat. Prou. 10. Filius sapiēs laudificat patrē suum. Et eiūsdē 14. Acceptus est regi minister intel ligēs. Eccl. 20. Homo prudēs placebit magnatis. Hominē euam

t 4 à periculo

à periculo liberat. Prou. 11. Iusti liberabuntur scientia. Simile habetur Eccl. 9. Liberavit urbem per sapientiam suam. Ipsa etiam hominem in bono conseruat. Prou. 2. Prudentia seruabit te. Item domum ecclesie roborat. Prou. 24. Domus prudentia roborabit. Sapientiam astutia diaboli non superat. Esai. 9. Non nocebunt, & non occidet in uniuerso monte sancto meo: quia repleta est terra scientia domini. Loquitur de serpentibus, per quos intelligere potes serpentes infernales. Serpens ex uirga Moysi factus, serpentes Magorum deuorat. Exod. cap. 7. Sapientia enim sanctorum astutiam diaboli superat. Astutia diaboli multe sunt, quas ponit Grego. in Moralibus: Inruetur, inquit, inimicus generis humani uniuersumque mores cui uitio sint propinquus, & illa apponit ante faciem ad que cognoscit facilius inclinari mentem, ut blandis ac lactis moribus saepe luxuriam, nonnunquam uanam gloriam: asperis uero mentibus iram, superbiam uel crudelitatem proponit. Ibi ergo decipulam ponit, ubi esse semitam mentis conspicit. Psal. In uia hac qua ambulauimus, absconderunt superbi laqueum mihi. I. in eodem: Saepem antiqus hostis postquam menti nostrae tentationum certamen infligerit, ab ipso suo certamine ad tempus recedit: non ut suae malitiae finem praebat, sed ut corda quae per quietem secunda reddi-

derint, repente rediens facilius inopinatus irrumpat. Idem: Antiquus aduersarius cumque accuset mala non inuenit, ipsa ad malum bona inflectere quaerit. Cumque de operibus uincitur, ad accusandum uerba perferuntur. Cum nec in uerbis accusationem reperit, intentionem cordis fuscari tendit. Idem: Quia diabolus fructus arboris in hyeme & in aestate uirides conspicit: quasi uermem ponere ad radicem quaerit. secundum Greg. Antiquus hostis bona nostra insequitur tribus modis. Aliquando in bono opere intentionem polluit, ut omne quod in actione sequitur impurum sit. Aliquando uero intentionem uitare non praeualens in ipsa actione homini quasi se insignem proponit, ut securior factus de uicto uitio quasi insidiis perimatur. Aliquando uero nec intentionem uitat, nec in itinere supplat: sed opus bonum in fine actionis illaqueat. Idem in Moralibus: Saepem de ipsa uictoria bellum agitur, ut cum immunda cogitatio uincitur, uictoris animus elatione pulsatur. Quarto facit ad commendationem prudentiae, quod ipsa uideatur esse perfectio nobilioris potentiae, quam temperantia uel fortitudo. Vis enim rationalis quam ipsa perficit, uideatur esse nobilior concupiscibili & irascibili, quae temperantia & fortitudine perficitur: quod autem nobilior est, melius est & magis eligendum. Quinto prioritas quam habet respectu

respectu ceterarum uirtutum. Virtus enim cognitua uideatur praecedere affectiuam. Augu. Ut maius est uoluntatem domini facere quam nosse: ita prius est nosse quam facere. Idem: Initium obedientiae est quid praecipiat uelle cognoscere, & pars est obsequii didicisse quod facias. Sexto magisterium quod habet respectu ceterarum uirtutum. Ad eam enim pertinet illa discretio. De qua dixit Antonius: Discretio conseruat omnes uirtutes, & sit genitrix & custos moderatrix uirtutum, & perducit fixo gradu in tepidum monachum ad dominum: quia nulla uirtus potest perfici & stare sine discretione, sine hac posse uideatur potius nocere homini quam prodesse. Greg. Virtus quo plus se posse conspicit, eo sine moderamine rationis deterius in praecipit. Sine prudentia, quasi de homine tenebras incurrimus. Greg. Qui impotenter radios solis aspexit, tenebrescit & inde nihil uidere compellitur, unde amplius uideri conatur: unde nosmetipsos dum plus iusto discutimus, & ipso discretiois studio indiscretius erramus. Sine hac si uirtus teneatur, intermittitur: cum uero per hanc intermittitur, melius tenetur. Greg. in Moral. Plerumque uirtus cum indiscrete tenetur, amittitur: cum discretè intermittitur, plus tenetur. Ex studio namque arctus distenditur, ut in suo tempore cum utilitate tendatur. Idem:

Non eadem res est semper uirtus, quia per momenta temporum saepe merita mutantur actionum. Unde fit ut cum quid bene agimus, plerumque melius ab eius actione cessemus: & laudabilius ad tempus deferat, quod in suo tempore mens laudabiliter tenebat. Ber. in sermonibus: Non in facto laus est: sed in eo quemadmodum fiat. Ethnius: Insani sapiens nomen feret, aequus iniqui. Ultra quam satis est uirtutum si petat ipsam. Septimo, quod ipsa bona domini nobis commissa multiplicat: si ne ipsa inutiliter, immo damnabiliter abscinduntur uel dissipantur. Ad absconsionem pertinet parabola de talentis, Matt. 15. Et parabola de seruis, quibus tradidit paterfamilias decem talenta. Lucae 15. De dissipatione uero habetur Lucae 16. de uillico qui diffamatus est apud dominum suum, quasi dissipasset bona illius. Et Prou. 21. Thesaurus desiderabilis & oleum in habitaculo iusti, & imprudens homo dissipabit illud. Octauo, quod prudentia se habet ad spiritum rationalem iudicantem: sicut affectus discretus & fidelis, quo assisente laudabiliter iudicatur. Si uero defuerit, peruertitur iudicium. Prou. 28. Dux indigestus prudentia, multos opprimit per calumnia. Nono, quod ipsa est lucerna in uia paradisi dirigens. Qui non habet prudentiam, licet sit magna & alta scientia, similis est homini in altum respicienti, & ubi pedem suum ponat non

uidenti, qui de facili potest corruere. Aug. super illud 1. Cor. 8. Scientia inflat. Præponenda est scientia sciētia. Melius enim est scire infirmitatem nostrā, quā naturas rerum. Laudabilior est animus cui nota est infirmitas sua, quā qui ea nō respecta syderum vias scrutatur & terrarū fundamenta & fastigia. Idem super Gene. 2. De forma & figura cæli multi disputāt: quas res maiori prudentia nostri omiserunt auctores: discētibus ad beatam uitam non profuturas, occupantes quod prius est malum, pretiosa & rebus salubribus impendenda temporum spatia. Si affuerit prudentia, uerē potest homo sapiens reputari. Si uerō defuerit, uerē potest homo stultus reputari. Prudentiā uerō intellege, cognitionem operātorum. Prou. 14. Callidi est intelligere uiam suā: quid scilicet agendum sit: & imprudentia stultorum errans. Ignorat enim quid agendum sit. Et in eodē: Fatuitas stultorum imprudentia: id est, ignorantia agendorum. ¶ Decimo, q̄ animalia irrationalia etiā minima docent nos eam: ut serpentes, & formicæ, & similia. Sene. Pudeat ab exiguis animalibus nos trahere mores. Prouer. 30. Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sapientiora sunt sapientibus: Formicæ populus inhrmus, quæ præparat in messe cibum sibi: Lepusculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile

suum: Regem locusta non habet, & egreditur uniuersa per turmas suas: Stellio manibus nititur, & moratur in domibus regum. In formica cōmēdatur nobis prouidētia. In lepusculo qui est animal timidū uelociter fugiens, & in petra collocā cubile suū, diffidētia de propriis uiribus, & cōfidentia in Deo, quæ reperitur in hominibus timoratis. In locusta uerō, quæ saltat, & post saltū decidit, ardēs desiderium æternorū cū cōsideratione propriæ infirmitatis. In stellio qui est lacertulus quasi cōpictus & stellatus, qui alas non habet, sed manibus nititur, diligentia in operatione quæ defectū supplet nature. Ut enim dicit gl. ingeniosi per negligentia in imis remanēt: sed simplices quos ingenii pœna nō adiuuat, ad obtinēda regni æterni mœnia uirtus operationis leuat. Et qui natura tardi sunt ingenio, solertia industriæ suæ ad diuinarū notitiā scripturarū, uel ad uirtutū gratiam quibus cælū mereātur, attingūt. ¶ Prudentia defectus supplet: sicut prouidētia supplet infirmitatē formicæ. Prudēs enim tēpus necessitatis p̄occupat, puidēdo sibi tpe opportuno. Itē prudens in Deo cōfidēs, fortitudinē suā Dei fortitudinē mutat. Esa 40. Qui sperāt in domino, mutabūt fortitudinē. Itē qd̄ p se nō p̄t, multitudinē efficit: sicut multuudo locustarū cōcors egredit̄ ad depascēdū uiridia. Supplet etiā

prud

prudens diligētia, quod minus habet à natura. Serpēs docet nos etiam prudentiam astutia sua. Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes. ¶ Et sunt sex astutiæ serpentis, quibus prudentia sanctorum debet assimilari. ¶ Prima est, quod caput suū summē custodit, pro eo cætera mēbra exponēdo. Nec immerito cum capite illeso uiuat quantūcūq; cætera mēbra ledātur. Sic sancti pro Christo qui est caput eorū, se & sua exponere non timent. Prou. 12. Qui negligit damnum propter amicum, uirtus est. Phil. 3. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christū detrimēta. Nec mirum si sancti omnia pro Christo exponunt: quæ eo saluo, omnia sunt eis salua, etiā capilli. Matth. 10. Capilli capitis uestri numerati sunt. 2. Macha. 7. E cælo ista possideo: sed propter Dei leges nunc ista despicio, quia ea me ab ipso recepturum spero. ¶ Secunda est, quod serpēs se in arcto foramine ponit, ubi pellem ueterē deponit. Sic prudentes in arcta uia pœnitentiæ se ponunt, ubi pellē ueteris hominis deponūt. Eph. 3. Deponite uos secundum pristinam conuersationem ueterē hominem qui corrūpitur, secundum desideria carnis. Et nota quod duo exigūtur ad hoc quod serpēs in foramine pellem deponat, scilicet foraminis angustia. Si enim esset latū, sine difficultate transiret, & ueterem pellem

retineret. Et stabilitas foraminis: nisi enim esset stabile, potius foramē secum ferret, quā pellem ibi relinqueret. Sic pellem ueteris consuetudinis non deponunt in claustro, qui in eadē libertate uolūt esse in claustro in qua fuerint in seculo. Itē qui manentes in seculo nullam habent propositi firmitatem, in pœnitentiis quas agunt de facili secum dispensantes. ¶ Tertia est, quod serpens unā aurē terra obstruit, & aliam cauda, ne nocem incantatoris audiat: secundū illud Psal. Sicut aspidis surdē & obturātis aures suas. Sic sancti uiri aurem unam obstruunt memoria mortis, & aliam cōsideratione propriæ fragilitatis, & ne suggestioni diaboli acquiescāt, attēdētes ex quot & qualibus causis perire possunt. Eccle. 7. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Qui castrū corporis sui luteū intelligit, nō præsumat facere guerram cū omnipotente. ¶ Quarta est, quod serpens calcaneo mulieris insidiatur. Gen. 3. Sic sancti, fini qui cōsequitur opera carnis insidiatur, ex eo ostēdētes desideria carnis fatua esse. Iob 3. Quasi una ex stultis mulieribus locuta es. Aug. Deliciæ carnis hic non satiant, & in futuro damnant. Vbi cūque caro querit refectionē, inuenit defectiōnem. Grego. Qui præsentī suauitate capitur, quasi per amœna prata ad interitū ducit. ¶ Quin

ta

ta est, quod propter inimicitias quas habet cū homine, habitat in deserto, uel laret sub spinis, uel herbis. Sic uiri sancti agnoscetes inimicitias quas habet mundus cum eis, fugiunt eum. 1. Ioā. 3. Nolite mirari si odit uos mundus.

De speciebus Prudentiæ, & triplici eius diuisione: de memoria & obliuione: de prudentiā, de diuisione prudentiæ secundum Senec. de diuisione eius in prouidentiam, circumspectionem, cautionem, docilitatem. De xii. quæ inuuant ad hoc quod aliquis bene doceat: & de tribus quæ doctor debeat attendere in sua doctrina, & de septem quæ ualent ad hoc ut quis bene addiscat.

C A P. V.

Sequitur de speciebus Prudentiæ. Notandū ergo quod prudentia prout comprehendit omnem salubrem cognitionem siue uirtutem cognitiuam, Primo modo uidetur posse distinguī in uirtutem cognitiuam diuinorum & humanorum. Virtus uerō cognitiua diuinorum, triplex uidetur esse. Prima acquiescit auctoritati, scilicet fides. Secunda rationi, scilicet donū intellectus. Tertia est animū diuinā suauitatē gustādo experiri, scilicet donū sapiētiae. De duabus primis dicit August. in libro de Uultate credēdi: Quod credimus, debemus auctoritati, quod intelligimus, rationi. De tertia

dicitur in Psal. Gustate & uidete &c. Prima cognitio de Deo, statui incipientium sufficit. Secunda competit statui proficientiū. Tertia statui perfectoriū. Bern. ad fratres de mōte Dei: Sūt animalēs, q nec ratiōe per se agitur, nec affectu trahuntur: & tamē auctoritate pmoti, uel doctrina comoniti, uel exemplo prouocati approbant bonū ubi inueniunt, & quasi cæci, sed ad manū tracti sequuntur. Sunt rationales qui per ratiōis iudiciū & naturalis scientiæ discretionem habent cognitionem boni & appetitum: sed nōdum habent affectum. Sunt perfecti qui spiritu agūtur, qui à Spiritu sancto plenius illuminātur: & quia sapit eis bonum cuius trahūtur affectu, sapiētes uocātur. ¶ Virtus uerō cognitiua humanorū, uel est cognitiua rerū quæ propter hominē à Deo factæ sunt, quæ specialiter attendit bonum & malum in eis, quæ uidetur esse donum scientiæ: uel attenditur circa ea quæ ab homine propter Deum agenda sunt. Quæ duplex est: scilicet prudentia sumpto nomine strictē: & hæc attenditur circa agēda communiter. Et donum consilii, quod attenditur circa ardua, quæ propter arduitatē suā nō sunt in præcepto, circa quæ maximē præcipitatio cauēda est. ¶ Videtur etiā prudentia posse distinguī, sicut Seneca scientiam moralem diuidit. Cuius pars una rebus pre-

uia

uia imponit, rectē existimans unāquāque. Secūda affectus ordinat, impetus animi refrenans. Tertia, quid, quādo, ubi & quē admodum agi debeat determinat. Secūdam Tullium uerō in Rhetoricis, distinguitur prudentia in memoriā, intelligentiā, prudentiā. Memoria est, per quā animus repetit illa quæ fuerunt. Intelligentia est, per quā ea prospicit quæ sunt. Prouidentia est, per quam futuri aliquid uideatur antequam factum sit.

De Memoria & Obliuione.

Ad memoriā monemur. Eccl. 1. Memēto quæ ante te fuerunt. Memoriæ mortui uiuunt. Memoriæ illa pars uitæ nostræ que præterit, manet: sine hac quasi perdita est. Senec. Qui nū de præterito cogitat, uitā perdidit. Memoria thesaurus est cognoscibiliū. Ipsa est uelut quoddam seruatoriū, in quo ueritas utilis, quæ ratio inuestigādo cepit, fideliter seruatur. Animus obliuiosus est uelut locus ubi: quicquid repositum fuerit moritur. Obliuio enim est quasi quædā mors. Gre. 1. parte Moraliū: Sicut mors quod interficit, cogit ut nō sit in uita: ita obliuio hoc quod intercipit agit, ut nō sit in memoria. Animus obliuiosus est quasi stomachus cibū receptū reiciēs. Greg. in homil. Cibus mētis sermo Dei est, & quasi acceptus cibus lāguēte stomacho reicitur, quando auditus sermo in uētre memoriæ nō te-

netur. Quisquis alimēta nō retinet, huius profectō uita desperatur. ¶ Et notandū quod multa sunt quorū memoria specialiter est laudabilis, de quibus causa breuitatis decem ponamus. ¶ Primo laudabilis est memoria beneficiorū, & maximē memoria creatoris & redemptoris nostri. Eccl. ult. Memēto creatoris tui. Et Luc. 12. Hoc facite in meā cōmemorationē. Exo d. 13. Memento diei huius in qua egressi estis de Aegypto. Eccl. 29. Gratia fideiūsoris ne obliuiscaris. Posuit enim animā suā pro te. Bern. ad fratres de mōte Dei: Scit, quicumque habet sensum Christi, quātum Christianæ pietati expediat, quātum seruū Dei, seruū redemptiōis Christi deceat, & utile ei sit una saltem aliqua diei hora passiois ipsius ac redemptiōis attētins recolligere beneficia, ad fruēdū suauiter in cōsciētia, & recolēdum fideliter in memoria. Memoriā etiā beneficiorū acceptorū uidentur habere animalia irrationabilia. ¶ Secūdo memoria mādatare Dei. In Psal. Et memores sunt mādatare ipsius ad faciēdum ea. Deut. 5. Erūt uerba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaris sedēs in domo tua, & ambulans in itinere, dormiēs atque consurgens. Numeri 15. Dices ad filios Israhel, ut faciāt sibi fimbrias per quatuor angulos palliorū, ponētes in eis uittas

vittas hyacinthinas, quas cum uiderint, recordent omnium mandatorum Dei. Iosue 1. Nō recedat uolumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus. Eccl. 3. Altiora te ne quaesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quae praecipit tibi Deus, haec cogita semper. ¶ Tertio memoria iustitiae quae Deus exercuit in transgressores mandatorum suorum. In Psal. Memorabor iustitiae tuae solius. Ecclesia. 38. Memor esto iudicii mei, sic enim erit & tuum. ¶ Quarto memoria belli spiritualis, in quo tot & tanti ceciderunt, quae ualet ad hoc ut cautiorem simus. Iob 40. Memeto belli, & nō ad idus amplius quicquam loqui. Hieron. Ne in praeterita castitate confidas: nec Dauid sanctior, nec Sapsone fortior, nec Salomone potes esse sapientior. Memeto semper quod paradisi colorem mulier de possessione sua rececit. ¶ Quinto memoria diuinae misericordiae, utilis in tribulatione positus, ne desperet. Ecclesia. 31. Memoratus sum misericordiae tuae Domine. 1. Machi. 4. Memetote quomodo salui facti sunt patres nostri in mari rubro. ¶ Sexto memoria laudabilis uitae sanctorum, quam imitari debemus. Greg. Facta praecedentium patrum consideremus, & nō erunt gratia quae toleramus. Io. 15. Memetote sermōnis mei quē ego dixi uobis: non est seruus maior Domini: si me persecuti

sunt, & uos persequentur. ¶ Septimo memoria aduersitatis in prosperitate. Eccl. 18. Memento paupertatis in die abundantiae. ¶ Octauo memoria status honorabilis à quo quis degenerauit: ut est nobilitas patrum, uel carnalium, uel spiritualium: uel propria nobilitas spiritualis à qua quis decidit. Sap. Nobilitatis ad hoc tantum memineris, ut cum claritate generis, morum sanctitate cōtendas, & cum nobilitate corporis animi nobilitate proficias. Esa. 51. Attēdite ad petram de qua excisi estis &c. Attendite ad Abrahamā patrē uestri. Apoc. 2. Memor esto unde excideris, & age poenitentiam. ¶ Nono memoria in eo qui ad prosperitatem deuenit, eorum qui in aduersitate eius socii fuerunt. Gen. 40. Memeto mei, cum bene tibi fuerit. ¶ Decimo memoria priorum peccatorum ad dolendum pro eis. Esa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae. ¶ Itē notādū quod quatuor sunt quorum obliuio uidetur esse laudabilis. Primo obliuio iniuriarum. Leui. 19. Non memor eris iniuriae cuius tuorum. Animus obliuiosus beneficiorum & tenax iniuriarum est uelut colatorum faeces retinens, & quod purum est exire permittens. Secundo obliuio beneficii alteri dati. Haec enim est lex beneficii inter duos, ut ait Sapiens, quod alter statim debet obliuisci dati, alter memor accepti esse. Tertio obli-

uio

uio delectationum quas aliquis habuit in praeteritis peccatis. Qui recogitat peccata praeterita delectatio in ipsis: mēte reuertitur in Aegyptum, ut filii Israel. Num. 11. Recordamur piscium quos comedere solebamus in Aegypto gratis: in mēte nobis ueniunt cucumeres. Hoc est etiā respicere retro, ut uxor Loth, Gen. 19. quae uersa est in statu salis. Luc. 17. Memores estote uxoris Loth. Hoc etiā est habere idola apud se, ut Rachel Genes. 31. Quarto obliuio rerum temporalium quae ad contēptiuos perfectos pertinet. Phil. 3. Quae quae retro sunt obliuiscere: ad ea uero quae sunt priora extendere me ipsum. Macrob. loquens de temperantia perfectorum: Temperantia, inquit, est terrenas cupiditates non reprimere, sed potius obliuisci. ¶ Itē notādū quod quinque sunt quae uidentur facere ad bonitatem memoriae. Prima est sicca complexio. Siccitas enim est dispositio conueniens ad tenacitatem impressionum, sicut humiditas est dispositio conueniens ad receptionem earum. Secūdū est exercitiū circa unum uel pauca, nō circa multa. Vnde pueri quamuis sint humidi, firmiter in memoria retinet: quia animae eorum nō occupatur circa multa, sicut animae maiorum. Eccl. 38. Qui minora actu, percipit sapientiam. Tertium est, placetia rei cognitae. Hanc causam inuinit Plato esse in tenera aetate, quare ea quae addiscuntur firmiter in memoria retinetur. Te

nacior, inquit, & forte maior in illa aetate cognitionis delectatio cognita mentibus altius infigit. Quartum est nouitas. Horatius: Quo semel est imbuta recens, seruat odorem Testa diu. Ideo utilia cito addiscenda essent. Memoria enim impleta supuacuis, utilia difficiliter retinet. Senec. in epistolis: Liberalium artium consecratio uerbosus sibi placentes facit. & ideo nō discētes necessaria, quia superuacua didicerunt. Quintum est, infixio memoriae longa ruminatioe facta. Senec. Certis ingenis immorari & innutrirī oportet, si uelis aliquid trahere quod in animo fideliter sequeat. Itē cum multa percurreris, unum excipe quod illo die decoquas. ¶ Et notādū, quod nō habet bonam memoriam, scriptura deberet supplere eius defectum. Eccl. 38. Sapientiam scribe in tpe uacuitatis. Scripsit Dñs decalogum bis populo Iudeorum in tabulis lapideis. Exo. 31. & 34. Sūt q nihil ponunt in memoria, sed oīa in scripto. Sūt alii q cōfident in memoria sua, nihil cōmendant scripturae: & utriq; uitium est. Pythagoras: Caue ne armarium doctius quae peccata habeas. Sen. Distrahit librorum multitudo. Itaq; cum legere nō possis quantum habueris, satis est habere quantum legas. Ber. ad fratres de monte Dei: Nō trāmodo agēdū est ut cum aliqua delectatione uel sine gradū nauisae dies trāsigatur: sed etiā ut de perfecta dicta ad profectum mētis

semper

semper aliquid in cōsciētia re-
spondeat, aliqd̄ quotidie in thesau-
rum cordis cōgeratur. Bern. De
quotidiana lectiōe aliqd̄ in uē-
trē memoriā dimittēdū est, qd̄
fidelius digeratur, & sursum re-
uocatū crebrius ruminetur, qd̄
proposito cōueniat, quod intē-
tioni proficiat, qd̄ detineat ani-
mum ut aliena cogitare non li-
beat. Hiero. Fatuum est propter
cōfidentia memoriā nihil scri-
pto cōmendare: quia in memo-
riam primo senectus incurrit,
ut ait Senec.

De Prouidentia.

S E Q U I T U R de Prouidentia,
ad quā monemur exemplo for-
micam. Prou. 6. Vade, inq̄, ad for-
micam, & piger, & cōsidera uias
eius, & discē sapientia: quā cum
nō habeat ducē, nec praecepto-
rē, nec principē, parat æstate ci-
bum sibi. Et Gene. 41. exēplo Io-
seph qui septē annis fertilitatis
cōgregari fecit quā erāt neces-
saria septē annis sterilitatis fu-
tura. Prou. 19. Qui cōgregat in
messe, filius sapiēs est. Deute. 32.
Vtinā saperēt, & intelligerēt, ac
nomissima prouiderent. Proui-
dentia ualde utilis est. Tob. 9. di-
xit Tobias Azariā: Si meisum
tradā tibi seruū, non ero condi-
gnus, prouidentia tua. Senec. Qui
nihil de futuro premeditatur, in
omnia incautus incidet. Proui-
dentia, uel mala futura uitat, uel
ponit, uel animo praeprarat ut
ea leuius ferat. Greg. Eo pericu-
lū uitari non pōt, quo nō potuit

prauideri. Senec. Propone ani-
mo tuo & mala futura & bona,
ut illa sustinere possis, ista mo-
derari. Greg. in homil. Minus ia-
cula feriūt quā prouidēt, & nos
tolerabilius mūdi mala suscipi-
mus, si cōtra hęc per prae sciētia
clypeū munimur. Itē in Moral.
Taro quisque minus aduersitate
uincit, quāto contra illā prae-
sciēdo paratus inuenit. Itē in Pa-
storalibus: Hostis callidus tanto
liberius pectus percutit, quanto
nudū a prouidētiē lorica deprehē-
dit. Itē dū cōtra istum qsq; pa-
rator redditur, hostis q se ino-
pinatum credidit, eo ipso quōd
præuisus est enervatur.

De diuisione Prouidentia secundū Senecā.

S E N E C A in libro de qua-
tuor uirtutibus principalibus, t̄
git diuisionē Prouidentiaē simile di-
uisionē Tullii iā positē, dicens: Si
prudēs fueris, animus tuus tribus
tēporibus dispēsetur, prae sciētia
ordina, futura prouide, prae teri-
ta recordare. Sūt aliqui q futura
ordināt quā nō sunt in sua p̄-
sente: presentia uerō cōfusa & inor-
dinata relinquūt. Act. 1. Non est
uestrū nosse tēpora, uel momē-
ta quā pater posuit in sua p̄-
sente. Bern. Quid de futuro miser tā
temerariē prae sumis, iāquā pater
t̄pa & momēta in tua & non in
sua magis posuerit p̄sente? Tales
uitam quam habent uolūt per-
dere, & quam non habent pro-
ponūt utiliter dispēsare. Illā par-
tē uitae quā Deus iā dat, in cōm-
muniā Dei uolunt expēdere: illā
uerō

uerō quam Deus nondū eis de-
dit, nolunt Deo dare, & de illa
gratiam Dei acquirere. ¶ Et no-
tandū q̄ ordo secundū Aug. 19.
de ciuita. Dei, est parium dispa-
ritūmq; rerum sua cuiq; loca tri-
buit dispositio. Et facit multum
ordinatio ad quietē mētis. Aug.
in lib. Confes. Minus ordinata
quieta sunt, ordinata quiescunt.
Idē iussit Deus, & sic est, ut p̄-
na sibi sit inordinatus animus.
Debet uerō homo ordinare se
& suos & sua. Quātū ad se, or-
dinabiliter ille uiuit (iuxta uer-
bū Bern.) qui in conuersatione
sua sollicitē conseruat uias suas,
& in cōspectu domini, & in con-
spectu proximi cauēs sibi a pec-
cato, & proximo a scandalo.
¶ Quadruplex uerō ordinatio
debet esse in homine. Prima est
cōsiderationis. Bern. in lib. de
cōsideratione: Cōsideratio tua
à te inchoēt, ne frustra extēda-
ris in alia te neglecto. Secunda
est affectiōis precipuē illius quē
aliis supereminet: scilicet dule-
ctionis. Cāi. 2. Ordinauit in me-
charitatem. Tertia est negotio-
rum secundū diuersitates tēpo-
riū. Bern. ad fratres de mōte Dei:
Mane prae teritae noctis fac à te-
merario exactionē, & ueturae di-
ei tu tibi indicito canonē: uespe
re prae teritae diei rationē exige,
& superuenientis noctis fac in-
dictionē. Sic districto nō uaca-
bit lasciuire aliquando: singulis
horis secundū cōmunis instituti
canonem sua distribue exerci-

tia: cui spiritalia, spiritalia:
cui corporalia, corporalia: in
quibus sic exoluat omne debitū
spiritus Deo, corpus spiritui, ut
si quid fuerit intermissum, si qd̄
neglectū, si quid imperfectū suo
loco, suo modo, suo tēpore non
habeat impunitū uel irrecopen-
satum. Idem in eodem: Primū
extra quotidianū sacrificiū ora-
tionum uel lectionis, studiū con-
sciētiaē quotidianae discussio-
ni, emendationi, compositioni
pars sua Dei neganda non est.
Quarta est ordinatio pertinens
ad pugna spiritalē. Virtutes
enim animae praeprarate debent
esse ad certamina sibi cōperen-
tia. Temperantia, cum ad men-
sam acceditur. Prudentia, cum
quid agendū sit, tractandū est, &
sic de ceteris uirtutibus. Grego.
in Moral. Quodlibet certamen
exuperat, qui mentē certamini
ante certamē parat. Anima uir-
tutes habens dāmonibus terru-
bilis est, ut castrorū acies ordi-
nata. Cant. 5. Prouer. 24. Cum di-
spōsitioe inuitur bellū. Suos de-
bet homo ordinare ostendēdo
quid unicuiq; sit agēdū, & quid
unicuiq; sit habēdū. Propter pri-
mam ordinationē regina Saba
admira est ministros Salomo-
nis. 3. Reg. 10. Vidēs regina Saba
omnē sapientia Salomonis &c.
& ordinem ministrantiū &c. nō
habebat ultra spiritum. De secu-
da ordinatione habes Esaiaē 38.
Dispone domui tuae, quia mo-
rieris tu, & nō uiues. Debet etiā
u ho

homo sua ordinare, ut utiliter expédatur, uel utiliter retineatur. Eccl. 7. Pecora tibi sunt, attende illis: & si sunt tibi utilia, perseuerent apud te.

De alia diuisione Prudentia.

PRUDENTIA à quibusdã diuiditur in quatuor species, scilicet prouidentia, circumspectione, cautione, docilitate. Quarum specierum numerus sic uidetur posse manifestari. Cognitio salubris quae ad prudentiam pertinet, considerari potest absolute prout est in cognoscere, uel prout distribuitur alteri. Est enim thesaurus nobilis qui distributus si seipsum incrementum. Et sicut dicit Aug. in lib. de doct. Christiana. Omnis res quae dādo deficit, nondum habetur & non datur. si nondum habetur, quomodo habēda est? Secundum ergo quod prudentia dirigit circa distributionem scientiae seu cognitionis salubris est haec species eius docilitas. Secundum uero quod absolute consideratur ut est in cognoscere, tres habet species. Cum enim sit lumen rationis perficiens ad uidendum quae agenda sunt: ratio autem perfecta non uidet nisi uideat remota ut propinqua, & nisi uideat res interius, & non solum superficialiter: & nisi res uideat undique; & non solum ex parte una: prudentia speciem unam habet qua uidetur remota, scilicet prouidentia, quae sic dicta est, eod quod procul uideat. Et potest extendi nomen prouidentiae ad memoriam & pro-

uidentiam, quas ponit Tull. Ratio enim procul uidet, siue praui-deat futura, siue praeterita. Similiter modo nomen memoriae quodammodo extēditur ad futura, ut Eccl. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua. Alia speciem habet prudentia, qua ea quae uidentur superficialiter bona, agnoscuntur esse mala, scilicet cautione. Aliam etiam habet qua undique uidet, scilicet circumspectione. Prouidentia proprio sumpto nomine, est praesens notio futurum pertractans eventum. Huius officium est, ex praeteritis & praesentibus futura perpendere, Boet. in lib. Consolationum: Non quod ante oculos situm est, sufficit intueri: rerum exitus prudentiam metitur. Imprudens uiam respicit qua iturus est: prudens uero finem uitae attendit. Si dicatur imprudenti, Veni mecum ducam te honorifice & per uiam pulcherrimam, paratus est ire, non requirens amplius: prudens uero requirit quomodo ducendus sit. Et si dicatur ei fuerit, ad suspensum non uult illuc ire, nec eques, nec pedes, nec per uiam amoenam, nec asperam. Si uero dictum ei fuerit, quod ad locum ubi regnabit: paratus est illuc ire pedes etiam per uias asperas. Qui sine prouidentia est, est sicut homo debile habens uisum, qui ea quae sunt iuxta oculum uidet, remota uero aliquantulum non uidet. Circumspectio est contrariorum uitiorum cautela. Officium huius uirtutis est, per diligentem considerationem

inter

inter contraria uitia medium tenere. Ad hanc uirtutem pertinet sic libertatem seruare, ut fugiendo auaritia, prodigalitate non incurramus: & sic recedere à temeritate, quod in timiditate non cadamus. Ad illud quod est circumspectionis monet nos Salomon Prou. 4. di-cens: Omni custodia serua cor tuum. Dicturus custodia, praemisit omni: ne hinc hostibus fores claudas, & aliunde aditum pandas. Circumspectio comedatur nobis. Ezech. 1. ubi dicitur, quod totum corpus plenum erat oculis. Et Apoc. 4. ubi legitur quod animalia plena erant oculis ante & retro. Onid. In uitium ducit fuga culpa si caret arte: Dum stulti uitant uitia, in contraria currunt. Ad circumspectionem etiam uidetur pertinere, cum aliquis est undique circumscriptus malis, minus malum eligere. Gre. in Moral. Qui murorum ambitu undique; ne fugiat clauditur: ubi se in fugam praecipitat, ubi murus breuior inuenitur. ¶ Cautio est discernere à uirtutibus uitia uirtutum specie praeferebant. Ipsi d. Quaedam uitia uirtutum specie praeferrunt: unde semper perniciosius suos sectatores decipiunt, quia se sub uelamine uirtutis tegunt. Nam sub praetextu iustitiae crudelitas agitur, & remissa segnitias mansuetudo creditur. Cicero: Nullae sunt occultiores insidiae, quam haec quae latent in similitudine officii. Greg. in Moral. Plerumque uitia colore uirtutum tin-da, tanto nequiora sunt, quanto &

esse uitia minime cognoscuntur. Hostis nostri malitia caute se arte palliat: ut plerumque ante deceptae mentis oculis culpas uirtutes fingat, ut inde quis quasi expectet praemia, unde aeterna dignus est inuenire tormenta. Cautio apprensus bonum interitus inspicit, & malitiam ibi perpendit. Senec. Qui decipiunt, nihil habent solidi, tenue est mendacium, perlucet si diligenter inspexeris. Qui sine cautione sunt, frequenter incurrunt illam maledictionem. Esa. 5. Vae qui dicitis bonum malum, & malum bonum. ¶ Docilitas est prudentia eruditi imperitos, quae commendatur nobis exemplo Salom. 1. Reg. 3. Cum dominus dixisset, Postula quod uis ut dem tibi: ipse docilitate uidetur praetulisse omnibus, dicens: Dabis seruo tuo cor docile. De XII. quae inuuant ad hoc, quod aliquis debite doceat. Et de tribus quae doctor debet attendere in sua doctrina.

NOTANDUM quod XII. sunt quae uidetur facere ad hoc ut aliquis debito modo doceat, maxime doctrinam salubrem. Primum est, si ipse laudabiliter uiuat. Aug. in lib. de doctrina Christiana. Non obediens auditur, qui seipsum non audit. Greg. in Mora. Cum imperio docetur quod prius agitur, quam dicitur: Nam doctrinae subtrahit quis fiduciam, quando conscientia praepedit linguam. Vita debet iuuare doctrinam, non impedire. Et primum debet, quod docet,

informare se in doctrina, postea alios, Prover. r. Bibe aquam de cisterna tua, & fuenta putei tui. Et post subditur: Deriuetur fontes tui foras. De hoc require in tracta. de Superbia. ca. De appetitu magisterii. Secundu est, ut auctoritate magisterii Deo, non sibi attribuat. Aug. in lib. de doctrina Christiana. Quonia Christus seminat, ego qui sum uix cophinus seminatis, in me ipse ponere dignatur quod uelit spargere. Nolite ergo attendere ad utilitatem cophini; sed ad charitatem seminis & potestatem seminantis. Idem in eodem: Christus est qui docet, cathedra in celo habet, schola eius in terra est, schola ipsius corpus eius est: caput docet membra sua: lingua loquitur pedibus suis. Idem super Can. io. Magisteria forissecus, adiutoria sunt & admonitiones: cathedra habetur in celo, qui corda docet. ¶ Tertiu est, ut doctrina orationem premitat. Aug. in lib. de doct. Christ. Si regina Esther pro suae gentis temporali salute locutura apud regem, orauit, ut in os eius cognu sermonem dominus daret: quanto magis orare debet ut tale munus accipiat qui pro aeterna hominu salute in uerbo & doctrina laborat. Idem in eodem: Agat eloques quantum potest cum bona & iusta & sancta dicit, ut intelligatur & libeter, ut obedienter audiatur: & hoc se posse si poterit, & quantum poterit pietate orationu magis quam oratoriu

facultate non dubitet, ut oratio pro se & pro illis quos allocutus est, sit orator antequam doctor. ¶ Quartum est, ut sententia plus amet quam uerba. Aug. Bonoru ingenioru insignis est in dolens, in uerbis uerum amare non uerba. Idem in eodem: Vtrum ignoscere producta syllaba tertia aut correpta dicatur, non multum curat qui pro peccatis Deum petit ut ignoscat: sed tamen eo magis inde offenduntur homines, quo infirmiores sunt, & eo infirmiores, quo doctiores uideri uolunt. Idem in eodem: Quid prodest clauis aurea, si aperire quod uolumus non potest? & quid obest lignea, si potest, quando nihil querimus nisi patere quod clausum est? Idem: Cauendum est ne diuinis grabatibusque sententiarum numerus additur, pondus detrahatur. Ad numerum, prout hic sumitur, intelligas pertinere proportionem syllabarum, metrum & colores rhetoricos. Idem Aug. in eodem: In autoribus nostris hoc mihi plus placet, quam sibi rarissime eos inueni numeros: factus est enim ei propter quod agitur ut uerba congruentia, non oris eligatur industria, sed pectoris sequantur ardore. Senec. Oratio quae ueritati dat operam, in composita esse debet & simplex. Idem: Oratio quae sanandis mentibus adhibetur, descedere in nos debet. Idem: Non delectetur uerba uestra, sed profint: si tamen coniungere eloquentia non sollicito potest;

potest, si autem parata est, aut pro uero constat, assit, & res pulcherrimas prosequatur, sit talis, ut potius res, quam se ostendat. Aliqua artes ad ingenium pertinent, hic animi negotium agitur. Non querit aeger medicum eloquentem, non querit quare gratuletur sibi quod incidit in medicum disertum, sed si ita competit ut ille idem qui sanare potest, comptet de his quae facienda sunt disserat, hoc tale est, quale si peritus gubernator etiam formosus est. Quid aures meas scabiscid oblectas: curare debes morbum ueterem grauem publicum: tantum negotii habes, quantum in pestilentia medicus: circa uerba occupatus es, uide si sufficis rebus. Aug. in libr. Confess. Didiceram perinde esse sapientiam & stultitiam, sicut sunt cibi utiles & inutiles: uerbis autem ornatis & inordinatis sicut uasibus urbanis & rusticis utrosque cibos posse ministrari. ¶ Quintu est, ut in scripturis sensus auctoris requiratur. Aug. in lib. de doctrina Christiana, loquens de illo qui aliud in scripturis sentit, quam ille qui scripsit: ea tamen sententia deceptus quae edificat charitate, dicit quod illa fallitur ac si quisquam deserens uiam, eo tamen per agrum pergat, quod uia illa perducit: corrigendus est tamen, & quam sit utile uiam non deserere, demonstrandum est, ne in consuetudine deuiandi etiam in trasuersum aut peruersum ire

cogatur. Deinde inuenit causam quare cauedu sit hoc in scripturis, dicens: Titubabit fides, si diuinum scripturatum uacillat auctoritas. ¶ Sextu est, ut in scriptura facta non ubique mysterium requiratur. Aug. 16. lib. de Ciuit. Dei: Non sane omnia quae gesta narrantur, significare aliquid putanda sunt: sed propter illa, quae aliquid significant, & ea quae nihil significant atroxuntur. Solo uomere terra proscinditur: sed ut hoc fieri possit, etiam caetera aratri membra sunt necessaria. Et soli nerui in citharis & caeteris uasis musicis aptari ad cantum: sed ut aptari possint, insunt & caetera quae non percuntur a canentibus, sed ea quae percussa resonant, his coniectantur. Ita in prophetica historia dicitur & aliqua quae nihil significant, sed quibus adhaereant ea quae significant, & quodammodo religatur. ¶ Septimu est, ut diuidendo mediocritas seruetur. Senec. in epistolis: Philosophia in partes non in frustra diuidenda. Diuidi enim eam, non cocidi, utile est: nam comprehendere quaedammodum maxima, ita minima, difficile est. Item partes eius quod diuisum est, innumerabiles esse & paruulas non oportet. Idem: Vitium habet nimia quod nulla diuisio: simile consolo est quicquid usque in puluerem sectu est. ¶ Octauum est, inter tarditatem & precipitationem medium in proferendo seruare. Senec. in epist. Philosopho-

Concupiscens sapientiam, serua iustitiam, & dominus præbebit eam tibi. Eiusdē 27. Volatilia ad sibi similia cōueniūt, & ueritas ad eos qui operātur illā reuertetur. Apocal. 3. Collyrio inunge oculos tuos ut uideas. Gl. Collyrio oculi ut uideamus intunguntur, quū ad cognōscendā ueri luminis claritatē, intellectus nostri aciē medicamine bonę operationis adiuuam⁹: qui male uiuunt, quasi spurcicia manū suarum lumen diuinę sapiētīe à se prohibēt. ¶ Secundū est oratio. Quam sapiētia donē Dei sit, nō debet aliquis tentare rapere eā uiolētia studiū Deo irrequisito. Iac. 1. Si quis indiget sapientia, postulet eā à Deo. Aug. Oratione melius soluūtur dubia, quā inquisitiōne alia. ¶ Tertium est humilitas, & hoc quātū ad quatuor. Primo, quātū ad hoc ut nullam doctrinā contēnat. Sen. Primum documentū est, ut nullam doctrinā contēnas. Secūdo ut à nullo addiscere erubescas. Sen. de quatuor uirtutibus: Esto sapientīe cupidus ac docilis: quę nosti, sine arrogantia impartire postulatū: quę nō nosti, sine occultatione ignorātū tibi postula impartiri. Etia à malis debet homo addiscere. Aug. in lib. de doct. Chri. Audiūtur uiliter qui uiliter nō agunt: sua enim quęrere studēt, sed sua docere non audēt: & ita cathedra Moyfi cogit eos bona discere etiā nō bona faciētes. Theophilus: Lector

Originis ita botrum carpat, ne spinam attingat. Qui solū à bonis uolūt addiscere, similes sunt illis qui solū in scyphis argētis uel aureis uolūt bibere, & tantū in saccis purpureis uel aliter pretiosis frumentū datum recipere, quorū sitis uel fames miseranda nō est. Tertio quātū ad hoc ut homo nō erubescat cōfiteri se nescire, qd' nescit. Aug. Non erubescendum est homini se nescire qd' nescit, ne dū scire se mentitur, nunquam scire mereatur. Quarto, quātū ad hoc ut humilē modum loquēdi quę habet sacra scriptura, nō cōtemnat. Aug. ad Volusianū: Modus dicendi qui sacra scriptura con-textitur, omnib⁹ est accessibilis, quamuis paucissimis penetrabilis. Idē: Inuitat omnes humili sermone, quos nō solū manifesta pascit, sed etiam secreta exercet ueritate. Idē tertio lib. cōfess. In-stitui animā intendere in scripturis sanctis: sed mihi uisā est sancta scriptura indigna quam Tulliani dignitati cōpararem: tumor enim meus fugiebat modum eius, illa autē erat quę crederet cū paruulis. Sed ego dedignabar esse paruulus, & turgidus fastu grandis mihi uidebar. Item in eodē lib. Mira profunditas eloquiorū tuorū, quorum ecce ante nos superficies, blandiēs paruulis: sed mira profunditas Deus meus, mira profunditas, horror est intēdenti in eā. ¶ Quartum est, librorum emendationi

dationi intendat. Aug. 2. lib. de doct. Chri. Codicibus emendandis primitus debet inuigilare solertia eorum qui scripturas diuinas nosse desiderant. ¶ Quintum est, ut homo sit diligens scripturas sacras indagādo. Ad quod primo necessarius est timor Dei. Prou. 1. Timor domini principiu sapiētīe. Ipse in-quirentem à malo seruat. Prou. 14. Sapiens timet & declinat à malo. Et ibidem: Timor domini fons uitę, ut declinet à ruina mortis. Itē nihil negligit. Ecc. 7. Qui timet Deū, nihil negligit. Secundo mansuetudo, ut homo credat authoritati diuinę scripturę. Aug. 2. li. de doc. Christiana: Ante omnia opus est Dei timore ad cognōscendā eius uoluntatē, deinde mitescere opus est pietate, neq; cōtradidere diuinę scripturę, siue intellectę si aliqua uitia nostra percutit, siue nō intellectuē quāsi nos melius sapere meliūsque percipere possumus: sed cogitare poti⁹ & credere id esse melius & uerius, qd' ibi scriptum est, etiam si lateat, quā illud, quod nos per nos ipsos sapere possumus. Bern. ad fratres de monte Dei: In omnibus scripturis legenti, intū debet esse timor domini. Aug. 2. libro de doctrina Christiana: In omnibus canonicis scripturis, timentes Deum & pietate mansueti quærunt uoluntatem Dei. Quo ordine uerō procedendum sit indagando scripturas

sacras, August. eo dē libro determinat, dicēs: Erit diuinarum scripturarum solertissimus indagator, qui primō totas legerit, notāsque habuerit: etsi nondum ad intellectum, iam tamen lectione duntaxat eas quę uocantur canonicę, non ceteras securius leget fide ueritatis instructus. Et infra: In scripturis quęrentium uoluntatem Dei, prima obseruatio est, nosse canonicas scripturas: etsi nondum ad intellectum, legendo tamen mādare memoriat, uel omnino incognitas non habere. Deinde ea quę in eis apertē posita sunt uel pręcepta uiuendi, uel regulę credendi, solertius diligentiusque inuestiganda sunt, quę tanto in eis quisque plura inuenit, quanto est intelligentia capaciōr. In his enim quę apertē in scripturis posita sunt, inueniūtur omnia illa quę contingent fidem, morēsque uiuendi, ipem scilicet & charitatem. Tunc uerō facta quadam familiaritate cum ipsa lingua diuinarum scripturarum, in ea quę obscura sunt aperienda & discutienda pergendum est, ut ad obscuriores locutiones illustrandas, de manifestioribus subsumentur exempla, & quędam ceterarum sententiārum testimonia dubitationem in ceteris auferant. In qua re memoria ualet plurimum. ¶ Inquisitio uerō dupliciter fit. Quandoque ab alio quærendo, ad quod pertinet il-

lud Augustini, secundo libr. de doctrina Christiana, dicentis: Nulla res magis memoriae mandanda est, quam illa uerborum locutionumque genera, quae ignoramus, ut quom peritior occurrerit, quaeri possint. Quandoque aliquis per se inquit in scriptura, & tunc cauenda est ei temeritas, ne scilicet ignota pronotis habeat, hisque temere assentiat. ¶ Hæc enim præsumptio est, quam effugere qui uolet, adhibebit ad res considerandas tempus & meditationem. Augustinus in libr. de Utilitate credendi: Duæ sunt personæ laudabiles in religione. Vna eorum qui iam ueritatem inuenerunt, quos etiam beatissimos iudicare necesse est. Alia eorum qui studiosissimè & rectissimè inquirunt. Primi sunt in ipsa possessione: alii in uia qua tamen certissimè perueniatur. ¶ Tria uerò enumerantur alia genera hominum profectò improbanda ac detestanda. Vnum est opinantium, id est eorum qui se arbitrantur scire quæ nesciunt. Alterum siquidem qui sciunt se nescire, sed non ita quaerunt ut possint inuenire. Tertium uerò eorum qui nescire se existimant, nec quaerere uolunt. Item cauenda est in inquirendo curiositas, quæ est, non magna utilitati minam operam impendere. Seneca: Quid te torques in illa quaestione quâ utilius est contempnere, quam soluere? Ca-

uenda est etiam ibi instabilitas. Seneca in epistolis: Vide ne lectio authorum multorum, & omnium generis uoluminum, habeat aliquid irægum & instabilitatis. Cauenda est etiam rixandi libido, quæ peritos in arte logica multum solet uexare. Augustinus. 2. libr. de doctrina Christiana: Disputationis disciplina ad omnia genera obscura quæ in literis sanctis sunt penetranda, plurimum ualet, tantum ibi cauenda est rixandi libido, & puerilis quædam ostentatio aduersarium decipiendi. 2. ad Tim. 2. Noli uerbis contendere. Augustinus. 4. libr. de doctrina Christiana: Verbis contendere, est non curare quomodo error ueritate uincatur, sed quomodo tua dictio dictioni alterius præferatur. Item cauenda est ibi nimia uelocitas in transcurrendo: non enim uidet animus transcurrendo latentem sententiam. Nihil magnum rerum ipsa natura citò effici uoluit, præpositaque pulcherrimo cuique operi difficultatem nascendi quoque hanc legem fecit, ut maiora animalia uisceribus parentum diutius continerentur. Aristotele dicit in libr. de natura animalium: Elephas femina prægnans est duobus annis, quæ est animal magnū. Itè Sapiens: Omnia nota dū nascuntur, placet. Sed rideamus ad iudicium. Cito scribendo non fit ut bene scribatur. Bene scribendo fit ut cito, sed tunc

max

maximè quum facilitas illa cõtingit, resistamus & prouideamus, ut offerentes equos frænis quibusdam coëreamus. ¶ Et notandum quòd secundum Aug. secundo libro de doctrina Christiana, duabus causis non intelliguntur quæ scripta sunt: si aut ignotis, aut ambiguis signis obteguntur: sunt autè signa propria uel trāsata. Propria dicuntur eū his tribus signâdis adhibetur propter quas sunt instituta: ut quum dicimus bouè, intelligentes illud animal. Trāsata sunt, quum ipsæ res ad aliquid aliud signâdum usurpantur: ut quum dicimus bouem, intelligentes Euangelistam. Contra ignota signa propria, magnum remediū est linguarum cognitio, & uarietas interpretationum. Cõtra ignota signa trāsata, remediū est cognitio rerum ad quas signâdas transferuntur. August. tertio libro de doctrina Christiana, cõtra ambiguitatē signorū dat remediū: Homo, inquit, timens Deū, uoluntatē eius in scripturis sanctis diligētè inquit. Et ne amet certamina pietate mālitiæ, præmunitus etiam scientia linguarū ne in uerbis locutionibusque ignotis inhereat, præmunitus etiam cognitioe quarūdam rerū necessararū, ne uim naturæ uel earū quæ propter similitudinem adhibentur, ignoret, adiuuante etiam codicū uarietate, quâ solers emendationis diligentia procurauit, ue-

niat ita instructus ad ambigua scripturarum discutienda atque soluenda. Et paulò post: Quum uerba propria faciunt ambigua scripturam, primo uidendum est ne male distinxerimus aut pronuntiauerimus. Cum ergo adhibita intetio incertum esse prouiderit, quomodo distinguendum aut quomodo pronuntiaandum sit, consulat regulam fidei quando scripturarum planioribus locis & ecclesiæ autoritate percepit. Quòd si ambæ uel etiam oēs, si plures fuerint partes ambiguitatis, & secundum fidem sonuerint, textus ipse sermonis à præcedētibus & sequētibus partibus restat consulendus, ut uideamus cui sententiæ de pluribus quæ se ostendunt ferat suffragium, eamque sibi contexti patiat. ¶ Et notandum quòd qui legit scripturas, laborare debet ut eas memoriter teneat & intelligat. Si tamen alterum non possit fieri, præligenda uidetur esse intelligentia memoriæ. August. quarto libr. de doct. Christ. Sūt qui scripturas legunt & negligunt. Legunt, ut teneant: negligunt, ut intelligat: quibus sine dubio, præferendi sunt qui uerba eorum minus tenent, & sui cordis oculis uident sensum earum. Sed utriusque ille melior, qui & cū uult dicit, & sicut oportet intelligit. ¶ Sextū est, ut homo infidus in studèdo. Hier. Diuina scriptura semper in manibus & iugiter in mente uoluantur: nec

sufficere

sufficere putes mandata memoriarū tenere, & operib⁹ obliuisci. Idem: Diuinas scripturas sepius lege, imo nunquam sacra lectio de manu tua deponatur. ¶ Scipitimum est, ut de sapiētia à Deo accepta non sit ingratus, sed datorē suū glorificet. Ecclesia. Ulti. Danti mihi sapientiam dabo gloriam.

De his quæ aduersantur Prudentiæ. Et de r. stultitijs eorum qui peccant. CAP. VI.

Videtur aduersari Prudentiæ, primò stultitia, quæ est rerum appetendarum & uitandorum non qualibet, sed uitiōsa ignorantia, ut ait Augu. in libro de libero arbitrio. Est autē ignorantia uitiosa, si alsit affectatio nesciēdi quæ agenda sunt uel uitanda, uel negligentia sciēdi. Bernard. in libro de de r. gradibus humilitatis: Frustrā, inquit, sibi de infirmitate uel ignorātia blandiuntur, qui ut liberius peccent, libenter ignorant uel infirmantur. Augu. super illud Psalm. Noluī intelligere, potuī intelligere, ut bene ageret, sed noluit, & ita ueniam non habet. Grego. in Moral. Nescire, ignorantia est: scire noluisse, superbia. Ber. in epistolis: Multa nesciuntur, aut sciēdi, incuria, aut discēdi desidia, aut uerecundia inquirendi. Et quidem huiusmodi ignorātia non habet excusationem. Secundo uidetur aduersari prudentiæ uirtutū uitiosa prudentia uel sapi-

entia, quæ uidetur posse distinguī in tres species. ¶ Prima est, prudentia siue sapientia carnis: de qua Ro. 8. Sapiētia carnis inimica est Deo. Et in eodem: Prudentia carnis mors est; id est, causa mortis æternæ. Vbi dicit glo. Prudentia carnis est, cū quis studiose implet, quæ carnis sunt. Aug. in li. de quantitate animæ: Est noxium genus artium quo animi ualētudo lauciat. Idē: Odore & sapore mtrē diuidere pulmenta, & quo lacu piscis captus sit nosse dicere, quædā est miserāda peritia. Sen. in epistolis: In mēbris alius pretiosas aues scindit & per pectus, & circumferens eruditā manū in frustra excutit. Infelix qui hinc uiri rei uiuit, ut altitia deceter fecerit nisi q̄ miserior est, qui hoc uoluptatis causa docet, quā qui causa necessitatis discit. Addece ab his quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciūt cuius rei sapor illi excitet, cuius delectet aspectus. Et hæc prima species sapientie uitiose ad delicias pertinet. Vnde super illud 2. Corinth. 1. Non in sapientia carnali. dicit gl. Quæ est uoluptates diligere, labores uitare. ¶ Secunda species est sapientia terrena, quæ pertinet ad diuitias. Bar. 3. Filii Agar qui exquiesierunt prudentiam quæ de terra est. ¶ Tertia species est sapientia diabolica pertinet ad honorem uel malitiam. Diabolus enim primò honorem diuinum

app

appetit, post homini maligne inuidit. Ierem. 4. Sapientes sunt ut faciant mala. Gloss. malitiosi. De his tribus, speciebus sapientie tangitur Iaco. 3. Non est, inquit, sapientia ista deorsum: sed terrena, animalis, diabolica. Animalem uocat sapientia carnis. Sapientie terrenæ aduersatur sapientia filii Dei pauperis facti, in principio doctrinæ suæ paupertatem commendantis. Matth. 5. Beati pauperes spiritu. Et eandem consulētis. Matthæi 19. Si nis esse perfectus, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Sapientie carnis uidetur opponi sapientia sanctorum, quæ secundum Augusti. est hic temporaliter cruciari, & in æternū delectari. Sapientie uero diabolicæ sapientia humiliati: de qua Ecclesiasti. 11. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, Sed contra illud quod dictū est, forsūtā obiciet aliquis: Quomodo aliqua sapientia possit esse uitiosa, quum omnis sapientia à Domino Deo sit: Eccl. 1. & Baruch, 3. Hic aduenit omnem piām disciplinæ. ¶ Etiā scientia mali bona est. Si scientia mali mala esset, & eū in quo est malum efficeret, Deus qui omnia mala scit, magis malus esset quā ceteri. Ad hoc dicendum est, quod sapientia uitiosa pro magna parte sui sapientia nō est, sed error: sicut dicit Aug. quod disciplina mali nō est disciplina. Et super illud Roma. 8,

Prudentia carnis mors est. dicit gloss. Prudentia dicitur, quæ res stulta sit: quia ita uidetur secularibus hominibus. 1. Corint. 3. Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Mors manifeste ostendit sapientiam huius mundi stultitiam esse. Sapientia terrena stultitia esse ostēditur: cum ille qui tantum in cōgregatione diuitiarum laborauit, nudus in terra ponitur. Iob. 1. Nudus egressus sum de utero matris meæ, nudus reuertar illic. Sapientia carnis stultitia esse ostēditur, cum caro delicias nutrita uermibus esca datur. Sapientia diabolica stultitia esse ostēditur, cum ille qui uoluit esse super alios, sub terra positus, ab hominibus, porcis & canibus concalcatur. Ecclesi. 11. Si annis multis uixerit homo, & in omnibus his lætus fuerit, memisse debet tenebrosi temporis: id est, mortis, & dierum multorum, scilicet uitæ futuræ, quæ nō habebit finē, qui cum uenerint, uanitatis arguentur præterita. ¶ Et notandum quod secundum Greg. in 1. parte Moralium, huius mundi sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum uerbis uelare, quæ falsa sunt uera ostendere, quæ uera sunt falsa demonstrare. Scientia etiam aliqua licet sit uera scientia, uitiosa potest dici ratione studiositatis quæ eam præcedit. Vnde super illud Ro. 8. Prudentia carnis mors est. dicit gl. quæ est qui

ca

ea studiosius implet quæ carnis sunt. Vel potest dici uitiosa, ppter usum uitiosum eius. Ecclesi. 19. Est prudentiæ nequitiā, & in ipsa execratio: usus enim nequaquam eius execrabilis est. ¶ Et notandum quod disciplina mali dupliciter potest intelligi. Vno modo ut ille genituus notet materiā, de qua est disciplina: & sic disciplina mali bona est, & à Deo est. Vel sic ut notet finem ad quem est disciplina: & sic est disciplina mali, id est, ad malum: mala est, in quantum est ad malum, & est ab homine uel diabolo. Et idē intellige de illo uerbo Ecclesi. 11. Non est sapientia nequitiæ disciplina: disciplina enim neque si sit ad uitādū nequitiā, bonā est: si ad faciendū, in quantum talis, mala. Item uidetur quodammodo prudentiæ aduersari animi præsumptio uel elatis. Augustin. loquens de illo uerbo Apostoli, Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. ad Rom. 1. Si dicendo, inquit, te esse sapientem stultus factus es: dic te esse stultum, & sapiens eris. Matt. 11. Abscōdisti hæc à sapientibus & prudentibus. 1. Corinth. 3. Si quis inter uos uidetur sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens. Prouer. 16. Vidisti hominem sibi sapientem uideri, magis spem illo habebit insipiens. Grego. 3. parte Moraliū: Valde difficile est, ut is qui se sapientem æstimat, mētem ad humilitatē reducat, & recte præ-

dicantibus credat. Greg. in Moral. Quia prima stultitia angeli elatio cordis fuit: uera sapiētia efficitur hominis, humilitas sue æstimationis. Itē prudentiæ quodāmodo aduersari uidetur cupiditatis inordinata. August. primo lib. Confess. Spargis peccatales cæcitates supra illicitas cupiditates. Psalmist. Supercedit ignis, & nō uiderūt solē. Itē prudentiæ uidetur quodammodo aduersari societas insipientium. Prouer. 13. Qui cum sapiētibus graditur, sapiēs erit: amicus autem stultorum similis eis efficietur. Senec. in epistolis: Rē facillimā ratio exigat, secundū naturam suam uiuere: sed hanc difficilem facit cōmunis insania. Vocatur insania, insipientia eorū qui se reputāt sapiētēs. Simplicem stultitiā habent qui nesciūt quæ scienda essent, & ignorantiam suā non agnoscūt: quasi insani sunt. Insanus enim credit se esse sapientem, quum sit ualde stultus. Miserabilis est cecitas eorum, qui cecitatem suā etiā non agnoscunt: quibus accidit sicut cuidam fatuæ, de qua loquitur Senec. in epistolis suis: Ad partē, inquit, uxoris meæ fatuam scis hereditarium onus in domo mea remansisse. Hæc fatua subito desinit uidere. Incredibilem rem narro tibi, sed uerum: nescit se esse cæcam. Inde pædagogum suū rogat, ut mihi graet, aut domū tenebrosam esse.

fc.

se. Hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accedere liqueat tibi. Nemo se auarū esse intellegit, nemo cupidū, cæci ducere querunt. Nos sine duce erramus, & dicimus: non ego ambitiosus sum, sed nemo aliter in urbe uiuere potest: non ego sumptuosus sum, sed urbs magnas expensas exigit. Quid nos decipimus: nō extrinsecus malū nostrū, intra nos est, in uisceribus sedet: ideo difficile ad sanitatē peruenimus, quia nos ægrotare nescimus. ¶ Et notandum quod secundum commune modum loquendi, & secundum modum etiā loquendi quem habet sacra scriptura, insipientia, uel imprudentia, uel stultitia non solum pertinet ad intellectum, sed etiā ad uolūtatē & operationē. Unde stultus est omnis peccator: & maxima stultitia est peccare, & maxima sapiētia retinere. Chrysostomus: Sapiētia est, nō eloquia Dei scire, sed secundum eloquia Dei uiuere, & eloquia Dei timere. Iob 28. Dicit homini diuinitus esse ostensum, quod timor Domini ipsa est sapientia: & recedere à malo, intelligentia. Ecclesiaste ultimo: Finem loquēdi omnes pariter audiamus: Time Deū, & mandata eius obserua. Loquela est ad sapientiam edocēdam: sermo enim proprius nuntius est ratiōis doctæ. Homini indocto magis cōuenit tacere, quā loqui. Finis ergo loquendi, id est,

illud ad quod finaliter est loquela, est sapientia consummata, quæ consistit in timore Dei & obseruatōe mandatorū eius. Sine timore Dei nihil sapientiæ uidetur haberi, quū timor Domini principiū sit sapiētie. Prouerborum 1. Sicut non reputaretur sapiēs, qui nō timeret furari uel rapere in terra illius domini qui distribitissimè faceret iustitiam: sic non est sapiens qui nō timet offendere Dominū illū qui nobilissimè creaturā damnauit irrecuperabiliter pro uno peccato superbiæ. Lucæ 10. Videbam sathanā quasi fulgur cadētem de caelo. Et pro peccato primorum parentum, totum genus humanū dānauit exilio & temporalī morte. Et pro peccato luxuriæ, totum mundū, exceptis octo personis, a quis diluuiū submersit. ¶ Et notandum quod licet ualde necessariū sit sapiētē intelligere, quia occasio in sapienter uolendi & insipienter agendi: tamē sapere ut est in solo intellectu, nō est Deo gratū, nec homini meritorium, nisi attingat uolūtatē uel operationem. Nec insipientia in solo intellectu dānabilis est, donec attingat uolūtatē uel operationem: ut scilicet insipienter uelit, uel insipienter agat. Qui sapiēs est solo intellectu, insipiens uero

ro uoluntate & operatione, infipientius uideretur se habere quam si non haberet sapientiam in intellectu. Sicuti duobus incedentibus per uiam publicam, si deuiet in uiam quæ mittat eos in manus latronum qui eos ingulgent, unus sciens, alius nesciens, stultior in hoc reputabitur qui sciens deuiauerit, quam qui nesciens. Et infipienter uadit, qui de die corrumpit uel offendit, quam qui de nocte. Iob 5. Per diem incurrent tenebras, & quasi nocte sic palpabunt in meridie.

De xii. stultitijs, quibus peccantes mortaliter adherent.

IT notandum quod qui mortaliter peccat, multum stultè agit. Ex tangemus xii. stultitias quæ in eo qui peccat possunt assignari. Prima est, quod ipsemet se excæcat. Sap. 2. Excæcauit eos malitia eorum. Gregor. Oculos quos culpa claudit, pœna aperit. Secunda est, quod seipsum diabolo illaqueat. Iob 18. Immisit in rete pedem suum. Gregor. Qui pedes in rete mittit, non quum uoluerit euicere: sic qui in peccatis se deiecit, non mox quum uoluerit surgit. Proverb. 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum quisquis constringitur. Qui peccat uolens, uincitur ab hoste crudeli qui non miserebitur. Greg. Debilis est hostis qui non uincit nisi uolente: ipse etiã uolens se præcipitat. Mat. 4. Si

filius Dei es, mitte te deorsum. Gloss. In quo infirmus ostenditur, quod nulli nocere possit, nisi prius ille se deorsum miserit. Tertia est, quod quasi insanus in seipsum manus iniicit infligendo sibi uulnus insanabile. Ecclesia. 22. dicitur de peccato: Plaga illius non est sanitas: imò quod plus est, seipsum occidit. Sapient. 16. Homo per malitiam occidit animam suã. Ecclesiasti. 22. dicitur de peccato: Dentes leonis dentes ipsius interficietis animas hominum. Peccatum dicitur mors animæ: quia à Deo separat qui est uita. Augustin. Vera mors est quam homines non timent; separatio animæ à Deo quæ est beata uita animarum, uel quia aufert utilitatē uitæ præteritæ & præsentis. Bernar. super Cantic. Quam mitius me priuares ò amara mors uitæ usui, quam fructu. Nã uita sine fructu, grauior mors. Denique duo mala paratur arbori infructuosæ, securis & ignis. Quarta est, quod bona sua proicit. Osee 7. Projecit Israël bonũ. Qui cadit per mortale peccatũ, omnia bona quæ unquam fecit amittit. Bona etiã quæ agit in statu illo uera bona non sunt: quia non sunt sibi meritoria: qui mortale peccatũ committit, quasi ignem in propria domo ponit, qui omnia destruat. Lucæ 10. tangitur de duobus stultitijs modo dictis, ubi legitur de illo qui incidit in la-

trones;

trones, qui despoliauerunt eum, & plagis impostis abierunt semiuino relicto. Quinta est, quod se charissimè emptũ à Deo, diabolo uilissimè uendit. I. Petr. 1. Non corruptibilibus auro & argenteo redempti estis, &c. sed pretioso sanguine Agni, &c. Prouerb. 10. Corruptiorum pro nihilo. Esa. 52. Gratis uendati estis. Sexta est, quod ab auctore omnium bonorum recedit: ideo non est mirũ si male sit ei. Augu. Tale bonũ est Deus, ut nemini eũ deserenti bene sit. Osee 7. Væ eis, quoniam recesserunt à me. Aug. in lib. Soliloquiorum: Deũ relinquere, id est quod perire. Septima, quod cum omnipotente guerra citò finita esset, si misericordia Dei permitteret, quod diabolus eũ iugularet. Thren. 3. Misericordia domini quia non sumus consumpti. Octaua est, quod ei seruit cuius gratiam acquirere nequit. Greg. Stultum est seruire diabolo offenso, qui nullo placatur obsequio. Quanto aliquis ei amplius seruerit, tanto amplius ipse eum torquebit. Nona est, quod ipse sibi locum tormenti efficit. Affligitur enim peccator in corde suo. Hierc. 2. Scito & uide, quia malũ & amarũ est reliquisse te dominũ Deũ tuũ. Qui peccat, quasi sarcinam super se ponit, qua in presenti grauetur, & in futuro in infernũ præcipitetur. Augustin. Quid est mors: depositio sarcinæ grauis: sed si alia sarcina non portetur,

qua homo in gehennã præcipitetur. Decima est, quod ipse in inferno portã facit. Mat. 16. Portæ inferi non præualebunt aduersus eã. Portæ inferi dicitur peccata mortalia: quia qui in eis decedunt, in puncto ad inferna descendunt. Iob 21. Sicut qui ad portam est, propinquus est domui. Undecima est, quod portã paradisi sibi obstruit, & regnũ cælorum modico pretio uendit, similis Esau, qui pro lenticula uendit ius primogenituræ suæ. Gen. 25. Bernard. Væ uæ, uapor est ad modicum parens, quod æternæ felicitatis aditũ intercludit. Duodecima est, quod ad suspendium sciens & uolens uadit: quis non reputeat insanũ eum qui requisitus quò uadat, & respondet, suspendere me uado? Sic nullus sapiens reputandus est, qui in mortali peccato est, cum singulis diebus unam diætam magnã faciat ad infernale suspendium. Ecc. 6. Quid habet amplius stulto sapiens, & quid pauper nisi ut pergat illuc ubi est uita? Hic discernit uerè inter sapientes & stultos, quod sapientes uadunt ad uitam æternam, stulti uerò ad mortem æternam. De stultitijs singularum peccatorum, requirere est tractatu de Vitijs.

T E R T I A E partis principalis de quatuor uirtutibus cardinalibus Tractatus III. De Temperantia.

x

De

De ordine uirtutum cardinalium aduincē, & ordine dicendorū in hoc tractatu. CAP. I.



DICTO de prudentia, quæ est inter cardinales uirtutes, quum ordinet cæteras, & sit in uirationali quæ uidetur esse nobilior concupiscibili & irascibili, quia ea discernitur homo ab animalibus brutis, dicendū est de aliis tribus. Et primò de Temperatiã & Fortitudine, quàm de Iustitia: quia temperantia, & fortitudo ad iustitiam disponunt & præparant, sicut cupiditas quam temperantia refranat, & timor cui fortitudo resistit, iustitiam à suo officio impediunt. Et prius dicitur de Temperatiã, quàm de Fortitudine: quia temperantia animum ordinat ad id quod est infra se, scilicet ad bona quæ corpori seruiūt: fortitudo ad id quod est contra, scilicet ad uersa. Item temperantia regit homo seipsum, fortitudine & iustitia alios. Prius uerò & homini utilius est regere se, quàm regere alios. Senec. Si uis omnia tibi subicere, subiice te rationi: multos enim reges, si ratio te rexerit. Item temperantia refranat concupiscentiam animæ circa bona modica & inferiora, fortitudo uerò roborat eam circa bona ardua. Illa spiritualē descensum animæ cohibet: ista spiritualem ascensum promouet. Cohibit uerò à spirituali descensu est

prior ascensu spirituali. Itē temperantia est in concupiscibili: fortitudo uerò in irascibili. Operatio uerò concupiscibilis naturaliter uidetur esse prior, quàm operatio irascibilis. Vis enim concupiscibilis est appetitua boni delectabilis. Irascibilis est appetitua boni ardui expedientis: ut est medicina uel scissura, quæ fit propter salutē corporis. Bonum uerò expediens bonū est secundum quid: bonū uerò delectabile, bonum simpliciter, & propter illud est bonū expediens. Unde appetitus boni delectabilis naturaliter est prior appetitu boni expediētis, & est naturalis. Arist. in li. de naturis animalium: Omnia naturaliter appetunt delectationē. Item uis concupiscibilis motiua est, secundū apprehensionē boni: uis irascibilis secundū apprehensionē mali. Sicut enim per apprehensionem boni expectati in concupiscibili fit motus cupiditatis, & per eius adeptionē seu coniunctionē fit quies, uel gaudium in anima: sic per apprehensionem mali quod aliquis opinatur sibi affuturum, est timor in irascibili: & per illationem mali quod prius timebat, siue per ablationem boni quod concupiscebat, fit perturbatio uel ira in irascibili, & sequitur appetitus uindictæ. Unde dicit Auicenna, quod uis concupiscibilis est imperans moueri, ut appropinquetur ad ea quæ sunt necessaria, aut utilia appetitu delecta-

meati,

De diuersis acceptionibus huius nominis Temperantia. CAP. II.

Notandū quod nomē temperatiæ tripliciter accipitur. Primo pro temperatiã in generali, ad quam pertinet cauere circa omne opus uirtutis, ne quid parū uel nimis fiat. Ad eam pertinet moderari opus uirtutis illo modo de quo loquitur Horatius: Est modus in rebus, sicut certi denique fines: Quos ultra citraque nequit consistere rectū. Sic sumere uidetur nomen temperatiæ Bern. in lib. de cōsideratione: Temperatiã est, inquit, non solum iustitiã, sed & fortitudini, & prudētia, modum imponere. Secundò modo dicitur temperantia uirtus animi impetus non rectos cohibens. Sic sumitur à Tullio in prima Rhetorica. Tertio dicitur temperantia uirtus animam regens circa delectationes corporales, siue circa delectationes quinq; sensuum. Gl. super Matt. 15. Temperantia est refranatio cupiditatis ab his quæ tēporaliter delectāt. Et Aug. dicit temperantiã esse in coërendis delectationibus prauis.

De descriptione Temperantia.
CAP. III.

Temperatiã sic describitur à Tullio in prima Rhetorica: Temperantia est ratio in libidinē atque alios nō rectos animi impetus firma & moderata dominatio. Libidinē hic intellige cupiditatē carnalis delectationis. Alios impetus animi

meati. Irascibilis uerò est uis imperans moueri ad repellendum id quod putatur nociuū, aut corrumperens appetitu uincendi. Unde cum bonum prius naturaliter sit, quàm malum: malū enim dicitur aliquid, secundum August. quia adimit bonū, uel nocet bono, operatio concupiscibilis quæ est secundū apprehensionē boni, prior est naturaliter, quàm operatio irascibilis quæ est secundū apprehensionem mali. Præterea prius insultus à diabolo factus primis parentibus uidetur fuisse contra temperantiã. Et in pugna Christi prima tentatio fuit cōtra uirtutē temperatiæ. Prima etiã pars uitæ nostræ affuecit uoluptatibus, quarum refranatio ad temperantiã pertinet. Propter istas causas merito temperantia fortitudini præponetur: & secundum hunc ordinē modo ostensum numerantur quatuor uirtutes, super illud Matt. 15. Erāt qui manducauerant, quatuor millia hominū. Gloss. quatuor, propter quatuor uirtutes quibus rectē uiuitur: prudentiã, temperantiã, fortitudinē & iustitiã. Eodē etiã ordine enumerātur Gen. 2. in gl. super illud, Qui diuiditur in quatuor capita. De temperantia uerò hoc modo dicitur. Primò diuersæ acceptiones huius nominis temperantia assignabuntur. Secundò descriptiones eius ponentur. Tertio ea quæ pertinet ad eius commendationē. Quarto agetur de partibus temperatiæ.

non rectos intellige, ut cupiditatem habēdi, uel proximo nocēdi. His cupiditatibus ratio animi dominatur: non quod motus in eis non surgant, sed quia cum emergunt, non fit processus ad consensum. ¶ Et notandum quod secundum Tullium in lib. de Offic. duplex est uis animæ, una est ratio, altera est appetitus quæ animū rapit. Rationis est dominari, appetitus obtemperare. Tullius in lib. de Offic. sic describit temperantiam: Temperantia est dominium rationis in libidinem, & in motus alios importunos. Secundum Aug. uerò in lib. de moribus ecclesiæ, Temperantia, est amor sese integrum Deo incorruptumque seruans. Secundum Macrobiū, Temperantia est, nihil appetere penitendum, in nullo moderationis legem excedere, sub iugo rationis cupiditatem domare. Item Aug. dicit in lib. de Libero arbitrio, quod temperantia est affectio coercēs & cohibens appetitū ab his quæ turpiter appetuntur. ¶ Et notandum quod modus a quo moderatio dicitur, quadruplex est. Primus est, restrictio inordinati appetitus in ui concupiscibili, quæ prona est ad concupiscendū delectabile tēporale: uel in ui irascibili, quæ impetuosa est ad repellendū nociuū uel corrūpens. Secundus consistit in priuatione eius quod est nimis & parū. Tertius in hoc quod opus debitis circumstantiis in duatur: & huius

tertii modi secundus modus pars est. Quartus modus est, a quo uirtus modestæ dicitur, quam Tullius ponit tertiam partē temperantiae. De quo infra dicitur.

De commendatione Temperantiae. CAP. IIII.

AD commendationem temperantiae, primò facit quod ipsa homini honorem suum custodit. Honor hominis est libertas uoluntatis quæ apprehensio delectabili, potest illud uelle uel non uelle. Gen. 4. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. In brutis est seruitus appetitus huic libertati opposita: apprehensio enim delectabili accenditur concupiscētia eorum, nec habent in potestate sua eam extinguere uel tēperare. Qui uirtutem temperantiae habet, uiuit ut homo, qui eam non habet, ut brutum. Hieron. Qui post carnē ambulat in uentrē & libidinem prona, quasi irrationabilia iumenta reputatur. In Psal. Homo enim in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis. ¶ Secundò, quod ipsa hominē spiritualiter circumcidit, & inter eos, qui sunt de populo Dei, & qui non sunt, uerè discernit. Seneca lib. de quatuor uirtutibus: Continentiā si diligis, circumcide seipsum, & in arcū desideria constringe. Continentiam ibi uocat temperantiā. Ierem. 4. Circumcidimini domino, & auferite praeputium cordium uestrorū. Deut. 30. Circumcidet dominus Deus

tuus

tus cor tuū, & cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuū in toto corde tuo. Temperantia opprobriū Aegypti, scilicet mundi superfluum, auferit a populo Dei. Iosue 5. Hodie abstuli opprobriū Aegypti a uobis. Ambr. Id arbitror primo esse utile in uita, Ne quid nimis. ¶ Tertio, quod familiarē Deo reddit. Sap. 6. Incorruptio facit proximum Deo. Temperantiae est, ut amor Deo incorruptus atque integer custodiatur. Secundū Aug. in lib. de moribus ecclesiæ, Ipsa Deo seruat integrum cor, quod ipse specialiter requirit. Prouerb. 13. Praebe fili mi, cor tuū mihi. Aug. 10. lib. Cōfess. Domine, per continentiam colligimur in unum a quo in multa destuximus. Minus enim te amat qui tecum aliquid amat quod nō propter te amat. Ipsa assimilat hominem Deo, qui spiritus est, eum spiritualement faciendo. Sene. in lib. de quatuor uirtutibus cardin. de Continentia: Desideria tua paruo redime: quia hoc tantū curare debes ut desinat, atque ita quasi ad exemplar diuinū cōpositus a corpore ad spiritum quantum potes adducere. Ipsa filios Dei quasi abiacat, separando eos a solatio temporalium deliciarum: quod Deo ualde gratum est. Gene. 21. Abraham in ablactatione Isaac fecit conuiuium magnum. Ipsa ad contemplationem Dei praeparat. August. Temperantia est

amor ab amore inferiori pulchritudinis nos remouēs & eleuans ad superiorem. Item in lib. Soliloquiorū: Vnum est quod tibi possum praecipere: nihil nobis plus penitus esse fugiendum, quam ista sensibilia: cauēdumque magnopere dum hoc corpus agimus, ne quo eorum uisco penarum nostrarum impediatur, quibus integris atque perfectis opus est, ut ad illam lucē ab his tenebris euolemus, quæ se nec ostendere quidē dignatur in hac cauea inclusis, nisi tales fuerint, ut ista uel effracta, uel dissoluta possint in auras suas euadere. Temperantia Deo thronum eburneū praeparat, significatum per thronum eburneum quem fecit rex Salomon, de quo 3. Regum 10. & 2. Paralipom. 9. Ipsa etiam in domo eburnea eū delectat. In Psal. A domibus eburneis ex quibus delectauerunt te filiae regum in honore tuo. Ipsa Dei tabernaculum sanctificat. Psal. Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Et ut uno uerbo dicamus, ad eū placet, quod sine ipsa nullus Deo placere potest. ad Roma. 8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. ¶ Quarto, quod ipsa frænū est quo corpus humanum a spiritu regitur. Sine quo spiritus corpori periculosē praesidet: sicut aliquis periculosē infidet equo sine fræno, si equus sit indomitus, & aqua uel aliud periculū sit propinquū. De hoc frænō Seneca dicit: Impone concu-

x 3 pifc

piſcentiæ tuæ frænū. ¶ Quinto, quod ipſa diabolū offendit multum, ſicut oppoſitum eum gaudere facit. Eccleſiaſt. 18. Poſt concupiſcentias tuas nō eas, & à uoluntate tua auertere. Si enim preſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te gaudium inimicis tuis. Temperantia diabolum in arido ponit, ubi non habet requiem. Matthæi 11. Cū immunus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit. Intemperantia uerò diabolo locum quietis parat, ſcilicet humidum. Vnde Iob 40. dicitur, Dormite in locis humentibus. Temperantia liberat ab hoſte qui diu hominem poſſedit, ſcilicet à uoluptate cui à cunabulis aſſueuit. Sapiens: Vſus ægrè deſicitur. Idē: Difficile eſt repellere paſſionē uitæ contemporancam, Temperantia hoſtem cauēt, cuius ingreſſus pacificus uidetur: ſcilicet uoluptatem blandientem. Seneca: Voluptates inter res ueſiſſimas præcipuè extirpa, quæ more latronum ad hoc nos amplectuntur ut iugulent. Ipſa in proſperis cuſtodit ubi maris periculū eſt. Grego. Cū omnis fortuna timēda ſit, magis proſpera timēda eſt quā aduerſa. Hæc enim ſeuendo erudit, illa blādiendo ſeducit. Ipſa uitia carnalia quæ maioris ſunt infamiæ extugit. ¶ Sexto, quod ipſa eſt ſtola prima. Lucē 16. Proferre citò ſtolam primam. Ipſa eſt ueſtis de byſſo.

Prouer. ult. Byſſus & purpura indumentum eius. Ipſa candor eſt quaſi materialis reſpectu aliarū gratiarum. Ipſa eſt principium ſpiritualis pulchritudinis, quæ conſiſtit in candore & rubore. Cant. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus. 1. Corinthioꝝ 15. Qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. ¶ Septimo, quod uas corporis ſyncerum cuſtodit. Sapiens: Syncerum niſi uas, quod cūq; in fundis acceſcit. 1. Theſſalon. 4. Hæc eſt uolūtas Dei, ſanctificatio ueſtra &c. ut ſciat unusquiſque ueſtrum uas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore. Ipſa honeſtatē prouidet illi parti hominis quæ magis ea indiget, ſcilicet carni. ¶ Octauo, quod hominem munit ea parte qua infirmior eſt, ſcilicet ex parte carnis. Matthæi 26. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Ipſa etiam à deceptione hoſtis familiaris cuſtodit. Boët. Nulla uerò peſtis effracior ad nocendū, quā familiaris inimicus. Et ut uno uerbo comprehendamus, nō eſt digna ponderatio continentis animæ, id eſt, temperatæ. Eccl. 26. Quod uocamus cōmunitem temperantiā, uocat Sen. continentiam. Temperantia turpitudinē fugit, & ſic munditiā ſeruat. Sen. Si continentiam diligis, turpia fugito antequam ueniant, nec quenquā alium uereberis plus quā te, omnia tolerabilia præter turpitudinem crede. Ipſa decorem prouidet motibus noſtris. Sen. Si continens

tinens eſt, & animi tui & corporis motus obſerua ne indecori ſint. Nec ideo illos contemnas qua latent: nam nihil differt, ſi nemo uideat, dū tu illos uideas.

De partibus Temperantia ſecundum Tullium. Et de prima eius parte, ſcilicet continentia: & de duodecim quæ nobis diſſuadent inordinatum amorem uoluptatum.

NOtandum quod ſecundum Tullium in prima Rhetorica, Temperantia tres habet partes. Prima uocatur ab eo Continentia, ſecunda Clementia, tertia Modestia. Prima uidetur regere animum quantum ad appetitum boni. Secunda, quantum ad appetitum alieni mali. Tertia, quantum ad exteriora horum indicia. Continentia, ut ait Tull. eſt per quam cupiditas: conſilii gubernatione regitur. Continentia uerò ſic ſumpta uidetur poſſe diuidi ſicut cupiditas, quam ipſa refrænāt, diuiditur: & quæ habet duas ſpecies, ſcilicet inordinatum appetitum delectandi, & inordinatum appetitū habendi. Sic cōtinētia uidetur habere duas partes: unam quæ refrænāt appetitū uoluptatū, & aliam quæ refrænāt appetitum diuitiarum. Ad quod uidetur pertinere quod dicit glo. ſuper illud Lucē 6. Beati pauperes. Ecce temperantia, temperantiam uocat paupertatem ſpiritus, qua refrænāt appetitum diuitiarum. Haſ duas partes continentia tangit Seneca,

dicens: Hac mediocritatis linea cōtinētia obſeruabis, ut nec uoluptati deditus, prodigus & luxurioſus appareas, nec auara tenacitate ſordidus aut obſcurus exiſtas. Circa illā partem continentia quæ appetitum uoluptatum refrænāt, notandum quod duodecim ſunt quæ nobis diſſuadent inordinatū amorem uoluptatū. ¶ Primum eſt, locus in quo ſumus. Auguſtinus: In ualle miſerię ſumus, ubi eō magis ſtēdum quo minus ſtemus. Idē: Neſcimus quo ſine claudimur in hoc exilio: non erexit Deus hominē, ut hic faceret alium paradīſum. ¶ Secundum eſt, tempus in quo ſumus. Bern. Vniuerſum tempus pœnitentiæ uigilia quædā eſt ſolēnitatis magna, & æterni ſabbati quod præſtolamur. Vigilia nō eſt tempus deliciarum, ſed feſtum. ¶ Tertium eſt, exemplum Chriſti & ſanctorum. Bern. Chriſtus qui non fallitur, eſt qui quod carni moleſtius eſt id ergo melius, id utiliſ, id magis eligendum: & quiſquis aliud docet, uel ſuadet, ab eo tanquam à ſeducōre cauendū eſt. 2. ad Cori. 11. In fame, & ſiti, in ſeiu niis multis. ¶ Quartum eſt exemplū eorum quibus amor uoluptatum nocuit: ut exemplum matris Euar, de qua Genēſ. 3. Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad ueſcendū, &c. & tulit, & comedit. Exemplū Salomonis, de quo Eccleſiaſt. 10. Non prohibui cor meū quin omni uoluptate frueretur: propter quod infatuatus

subito in die una, sterilitas, & uindicta. Ipsa hominē quasi paralyticum efficit. Iere. 31. Vsq̄ue quo dissolueris deliciis filia uaga? Deutero. 28. Tenera mulier, & delicata, quæ super terrā ingredi non ualebat, ipsa uirilitate auferit. Esa. 19. Erit Aegyptus quasi mulieres. Ipsa fluuius est in quo Pharaō infernalis masculos uult prolici. Exod. 1. Ipsa est aqua Aegyptus in sanguinē uersa. Exod. 7. ¶ Nono hominem loquacem facit. Ipsa est fluuius ranas ebulliens. Exod. 8. ¶ Decimo, reddit hominem incompatientem: ut patet in epulone Euangelico. Luc. 16. Amos 6. Bibentes uinum in phialis, & optimo unguento delibuti: & nihil patiebantur super contritione Ioseph. ¶ Undecimo, melioribus diuitiis priuat, scilicet spiritualibus. Bern. Delicata est diuina consolatio, & nō datur admittentibus alienā. Columba aquam refugit, aquam scilicet carnalis uoluptatis. Genes. 8. Bern. loquens de illo uerbo, Nisi ego abiero, paraclētus non ueniet. Ioan. 17. Quis, inquit, audeat de cætero carnis illecebris fantastiis deditus paraclētū expectare? ¶ Duo decimo, in pœnā æternā cōmutatur. Apoc. 13. Quātum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & lucum. Aque inferiores in mare mortuum descendunt. Iosue 3. Voluptates enim temporales ad amaritudinem æternam ducunt. Multa quę ualent ad refre-

nandum amorē diuitiarum, inuenies in tract. de Anaritia. De paupertate etiam spiritus quę amorē diuitiarū refrenat, dicitur in tractatu de Beatitudinibus: ideo hic ea quę pertinent ad refrenationē huius amoris prætermittimus.

De descriptione Clementia. Et quod principi sit maximē necessaria: quot sint etiam quę possint incitare principem ad clementiam. CAP. VI.

Clementia est uirtus per quā carimus in odium alicuius temerē concitatus benignitate retinetur. De his quę ualent ad refrenandum odium, multa inuenies in tractatu de Ira. secundum Senec. Clementia est temperantia animi in potestate uiscendi, uel lenitas superioris aduersus inferiorem in pœnis constitutendis. Et notandum, quod licet clementia necessaria sit omnibus, maximē tamē principibus. Unde Dominus primum principē populi sui Moysen constituit, qui erat uir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Num. 12. & 3. Reg. 20. legitur: Audiuimus, quod reges domus Israël clementes sunt. Hester 13. Volui potētes nequanquā abui magnitudine, sed clementia, & lenitate gubernare subiectos. Et Esaie 16. Emitte agnum Domine dominatorē terræ. Et de Christo legitur Matth. 21. Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus. Et lex eius uocabitur lex clementiæ. Prou. ult. In signum etiam clementiæ

inua

inunguntur reges Christiani & ecclesiæ prælati. Senec. Nullum ex omnibus clementia magis quam regem aut principē decet. Idem: Clementia efficit ut inter regem tyrannūque discrimen sit, id est differentia. ¶ Item notandum quod clementiæ uirtus mediocritatem seruat in parcedo & in ulciscendo. Senec. Tam omnibus ignoscere crudelitas est, quam nulli. Modum tenere debemus: sed quia difficile temperamentum est, quicquid plus æquo futurum est in partem humanitatem præponderet. In arca erat uirga Aaron cum manna. Ad Hebr. 9. Ille enim qui præest, quandoque debet parcere, quandoque ultionem sumere. ¶ Virga Assueri extensa signum erat clementiæ. Hester 8. Ad clementiam pertinet maximē temperantia in ultione propriarū iniuriarum. Sen. Quemadmodū magni animi non est qui de alieno liberalis est, sed ille qui quod alteri donat, sibi detrahit: ita clementē uoco non de alieno dolore facit, sed eum qui cum suis stimulis exagitur, non proficiit, qui intelligit magni animi esse iniurias in summa patientia pati, nec quicquam esse gloriosius principē impune lesso. Ultimo duas res præserte solet: aut solariū offert ei qui accepit iniuriā, aut in reliquum securitatē. Principis maior est fortuna, quam solatio egeat, manifestiorq; uis quam ut alieno malo sibi irium opinionem

quærat. Hoc dico, eū ab inferioribus petitus uiolatusq; est: clementia principē seruat, ne impatiētia uel aliqua alia inordinata affectione ultionem præcipiet. Tullius in lib. de Off. Optandū est ut qui præsumt reipublicæ, legū similes sint, quæ ad puniendū nō iracundiā, sed æquitate ducuntur. Ad principē uerō clementem pertinet illud uerū Sen. In hac tanta facultate rerū nō ira me ad iniqua supplicia cōpulsit, nō inueni nilis impetus, nō temeritas hominū & cōtumacia, quæ sæpe tranquillissimus quoq; pectoribus patientiā extorsit. Clementiæ est causas parcēdi quærere. Sen. Alteri ætate prima motus sum, alterius ultima: quoties nullā inueni misericordię causam, mihi pepercit. ¶ Itē notandū, quod 12. sunt quę possunt ualere ad incitandū principes ad clementiā. ¶ Primum est, exemplū excelsi principis, scilicet Dei: de quo Iosel. 2. legit, quod ipse benignus & misericors est, & præstabilis super malitia. Et Sap. 12. Parcis omnibus, quoniā tua sunt. Sen. Si Deus placabilis est, & delicta potentū non statim fulminibus persequitur: quāto æquius est hominē hominibus præpositū, inuiti animo exercere imperiū? ¶ Secundū est exemplū creatorarū inferiorum, ut exemplum quod ponit Sen. de rege apum: Iracundissimæ, inquit, ac pro captu corporis pugnacissimæ sunt apes, & aculeū in uulnere relinquunt. Rex ipse sine aculeo est.

Noluit

Noluit ipsum natura nec scæuum esse, nec ultione magno constaturâ petere, telumq; detraxit, & irâ eius inermē reliquit. Exēplar hoc hominibus regibus ingens. Pudeat ab exiguis animalibꝰ nō trahere mores, quum tanto moderatior hominum animus esse debeat, quāto uehementius nocet. ¶ Tertiu est naturalis nobilitas animorum qui regedi sunt. Sen. Remissius imperanti melius paretur: cōtumax est animus humanus, & cōtrariū atq; arduū nitēs, faciliusque sequitur quā ducitur. ¶ Quartū est, quod clemētia naturæ humanæ cōgruit: crudelitas uerō uidetur esse cōtra naturam humanā & quasi bestialis. Sen. Quid istud delectari signo catenarū quocūq; uentū est multum sanguinis fundere, aspectū suo terrere & fugare? quæ alia uita esset, si leones ursiq; regnaret, si serpētibus in nos ac noxiosissimo animali cuiq; daretur potestas: ipsa rationis inexpecta natura abstinet suis, & tuta etiā inter feras similitudo morum est. Arist. in lib. de natura animal. dicit qꝰ nō est animū unius speciei ut se comedant. Sen. Ferina rabies est sanguine gaudere ac uulneribus, ac abiecto homine in syluestre animal transfire. ¶ Quintū est, humani sanguinis pretiositas quo parcissimē utendū est. Sen. in epist. Clemētia sanguine alieno tanquā suo parci, & scit homini non esse homine prodigē utendum. Item utens uerbis quæ

cōpetunt clemētī principi, Cōditum, inquit, imō strictū apud me ferrum est: summa parsimonia etiā uilissimi sanguinis. Vtinam gladius spiritalis ecclesiæ strictus esset, & usus eius parcus. Et subdit Sen. Seueritatē abdita ad clemētiam in procinctu habeo. Greg. Nazianzenus ad Imperatōrē: A Christo tibi in homines uita & uenia, potestas mortis indulta est, & gladius tibi datus est, nō tam ut opereris quā cōmineris, quā etiam depositum quoddam incruentum & impolutum restituas commendanti. ¶ Sextum est, finis propter quem principes sunt constituti: ut scilicet medeantur generi humano, ideo dicebat Sen. quod non minus turpia sunt principi multa supplicia, quā medico multa funera. 2. ad Cor. 10. Potestātē dedit nobis Deus in ædificationē, & non in destructionem uestrā. Idem: Sapiens multa remittet, multos parum sani, sed sanabilis ingenii seruabit. Agricolas bonos imitabitur, qui non tantum rectas procerasque arbores colunt, sed illis quoq; quas aliqua deprauauit causa, adminicula quibus regantur applicant: alia circuncidunt, quædam infirmas uitio loci, nutriunt: uidebit quod ingeniu, qua ratione tractadum sit. Idē: Princeps alios ex ciuibꝰ suis, quia utiles bonique sunt, libens uideat: alios in numerū relinquat, quosdam esse gaudeat, quosdam esse patiatur. ¶ Septimū est,

est, quod oppositū clemētīæ, scilicet crudelitas, hostes multiplicat. Sen. in lib. de clementia: Voluntas oportet antē scæuendi, quā causa deficiat. Alioquin quemadmodū præcisæ arbores plurimis ramis repullulāt, & multa satorū genera ut dēsoria surgant reciduntur: ita regia crudelitas auget inimicorū numerum tollendo: parentes enim liberiq; eorū qui interfecti sunt, & propinqui & amici in locū singulorū succedūt. ¶ Octauū est, quod crudelitas audaciā malefaciendī dat. Sen. Tēperatus timor cohibet animos: asiduus uero & acer & extrema admonēs, in audaciā iacentes excitat, & omnia experiri suadet. Acerrima uirtus est quam ultima necessitas extēdit. Idem: Videbis sæpe committi, quia sæpe uindicatur. Idē: Summa prudentia, summi uiri & rerū naturæ peritissimi maluerunt uelut incredibile scelus & ultra audaciam positū præterire, quā dum uindicant ostendere fieri posse. ¶ Nonum est, quod clementia principi securitatem dat. Senec. Errat si quis existimat ibi tutum esse regem, ubi à rege nihil tutum est. Securitas securitate mutua pascēda est. Non est opus latera montium abscindere, multiplicibus se muris turribusq; sepire, saluum regem clemētiam in aperto præstabit, unum est inexpugnabile munimētum, amor ciuium. Prouerb. 11. Clementia præparabit uitam, & se-

ctatio malorum mortem. ¶ Decimum est, quod clementia regnum roborat. Prouerb. 20. Misericordia & ueritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. ¶ Undecimum est, quod bonitatem & principis & populi consummat. Prouerb. 16. Clementia regis quasi imber ferotinus. Sicut imber temporaneus est ad germinationem: sic ferotinus est ad maturationem. Tēporaneus inchoat quod ferotinus consummat. Sic clementia regis benefica est his qui male se habent, quod est consummatæ bonitatis, & facit ut populus uitam suam bene consummet. Multi enim bene finiunt uitam suā, qui male finiissent, nisi clementer cum eis actum fuisset. ¶ Duodecimum est, quod clementia facit ut princeps temporalis in futuro iudicem uniuersalem clemētē inueniat, secundum illud Lucæ 6. In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis: Ad illud potest referri illud Prouerb. 11. prius positum: Clementia præparabit uitam.

De Modestia. CAP. VII.

Tullius in prima Rhetoric. Modestia sic depingit: Modestia est, per quā pudor honestatis purā & stabilē cōparat authoritatē. Et innuitur in hac descriptione causa & effectus modestiæ, Pudor enim qui est timor turpitudinis uel fuga rei indecentis, declinando indecentiā in exterioribus efficit ordinationē
exter

exteriorē quę modestiā est: & sic cōparatur auctoritas seu grauitas pura non habens admisionē sui contrarii, scilicet utilitatē & stabilitatis: nō enim est momentanea, sed permanēs. Et notandū quōd ordinatio interior, quę est est ratio pręest & appetitus ob- tēperat, causa est exterioris ordi- nationis: inordinatio uerō inte- rior, quę est cum appetitus non sibi est ratio, causa est exte- rioris inordinationis. Vnde quum animus est iratus, aut metu com- motus, aut nimis uoluptatē appe- tēs, exteriora mutantur, cor accen- sum stimulis irę palpitat, corpus tremit, lingua pręeditur, facies ignescit. Vnde uerū est illud Poë- ta: Deprehendas animi tormen- ta latētis in ægro Corpore, de- prehēdas si gaudia, sumit utrūq; Inde habitum facies. Ordinatio uel inordinatio exterior signum est interioris. Ecc. 19. Amicū cor- poris, & risus dentium, & ingressus hominis enūtiat de eo. Greg. in Pastoralib. Intus est custodia quę cōpōsita seruat exterius mēbra. Qui ergo statū mentis perdidit, foris in inconstantia motionis fuit atque exteriori mobilitate indicat, quōd nulla interius radi- ce subsistat. Notandū quōd modus à quo modestia dicitur, est tene- re decorē. Et est decor iste respe- ctu aspectus hominū. Ad cogno- scendū uero aliquid decorū uel non, attendendū est an sit perso- nę cōsentaneū, & an sit persona dignū quę hoc agit, uel cum qua

agitur. Attendendū est etiam ad congruentiā temporis uel loci. Decorū est in homine, quod est consentaneum naturę excellenti hominis, & est indecens in homi- ne aliquid quod nō esset inde- cens in bruto. Itē aliquid est in- decens in persona prælati, quod nō esset indecēs in persona pri- uata. Aliquid etiam indecēs est, quia deest cōgruentia temporis, secundū illud Eccl. 20. Ex ore fa- tui reprobabitur parabola: non enim dicit eam in tēpore suo. Et ponit exēplū Tullius de duobus collegis seu cōiudicibus, scilicet Paride & Sophode, corā quibus sedentibus pro tribunali quom- tranfret quidā iuuenis pulcher, dixit Sophodes focio suo, O pue- rum pulchrū. Cui Parides: Prato- rem decet habere non solū ma- nus, sed & oculos cōtinentes. Si Sophodes uerbū prädicium in Attelarū probatione dixisset, iu- sta reprehensione caruisset. Tul- lius: Vitiōsum est deorsuē deli- catum inferre sermonē. Ratione etiā loci aliquid indecens est: ut in sacro loco sit aliquid indecen- ter, quod alibi fieret decenter. ¶ Item notandū quōd modestia in- decentiā cauet in uerbo, in risu, in motu corporis, in membrorū situ, in habitu uel cultu, in occu- patione uel actu. De indecentiā in uerbo, risu, & motu, tangit Se- nec. in libr. de quatuor Virtuti- bus, dicēs: A uerbis turpibus ab- stineto: quia licentia eorum im- prudentiā nutrit. Sermones uti-

lice

les magis quā facetos & affabi- les ama, rectos potius quā ob- secundantes: misceris interdum seris iocos, sed tēperatos & si- ne detrimēto dignationis & ue- recundię. Nam reprehensibilis risus est, si immoderatus, si pue- riliter effusus, si muliebriter fa- ctus. Odibilem hominē facit ri- sus, aut superbus & elatus, aut malignus & furtiuus, aut alienis malis euocatus. Si ergo tempus iocos exigit, hos cum dignitate sapientię gere: non erit tibi ste- rilis, sed grata urbanitas. Urba- nitas tua sine dente sit, ioci tui sine uilitate, risus sine cachinno, uox sine clamore, incessus sine tumultu, quies tibi non desidia erit. Idem in eodē: Non sis alio- rū curiosus scrutator, neq; acer- bus reprehensor, sed sine expo- sitione corrector, ita ut admo- nitionem hilaritate pręuenias, & errori facile ueniam dato, nec extollas quęquam, nec deicias: requirenti facile responde, con- tendenti facile cede, nec in iur- gia execrationēsque discedas. Idem in eodem: Rari sermonis sis ipse, sed loquentium patiens: seuerus ac senus, sed hilaris nō asperans. Circa motum corpo- ris cauenda est nimia tarditas & nimia celeritas. Senec. Si conti- nens es, & animi tui & corporis motus obserua, ne indecori sint. De indecentiā in motu corpo- ris uel situ membrorum, tangi- tur Esaię 3. Pro eo, inquit, quōd eleuata sunt filię Sion, & ambu-

lauerunt collo extento, & nutri- bus oculorum ibant, & plau- debant, & ambulabant, & pedi- bus suis cōpōsito gradu incede- bant, decaluaabit Deus uerticem filiarū Sion. Ezech. 24. Lateribus & humeris impingebatis. Prou. 6. dicitur de homine apostata: Annuit oculis, terit pede, digito loquitur. Et in eodem dicitur: Sex sunt quę odit Deus, & septi- mū detestatur anima eius, Ocu- los sublimes. Iob 15. Currit aduer- sus Deum erecto collo. In habi- tu uel cultu iste modus habend- us est, ut uitetur agrestis & inhu- mana negligentia, & habeatur munditia, non tamen nisi exqui- sita. Hier. Ornatus & sordēs pari modo fugienda: quia alterū de- licias: alterum gloriā redolet. Senec. Non splendeat toga, nec sordēat. 1. ad Timot. 2. Volo mu- lieres orare in habitu ornato, cum uerecūdia & sobrietate or- nantes se. In occupatione uerō attendendum est ad naturam: ad quid scilicet aliquis à natura sit dispōsitus. Qui enim debilis est corpore, & ingeniosus, & ui- uacis memorię, non militiam, sed studium literarū sedari de- bet. Fatium enim est naturę re- pugnare, & illud sequi quod nō possit assequi. ¶ Attendendū est etiam ad ætatem. Aetas enim adolescentię labore animi uel corporis est exercenda, & au- thoritati senum subiiciēda. De- bent enim adolescentes senes uereri, consilio eorum regi, &

exemp

exēplo informari. Senibus uerò labores corporis uidentur esse minuendi. Animus uerò his exercendus est: consilio debent alios iuare, & exempla imitatione digna eis ministrare. Priuatæ personæ est pari iure cū ciuibus uiuere: prælati uerò est æstimare se gerere personam ciuitatis, retinere decus, seruare leges.

De partibus Temperantia prout ipsa est uirtus regens animam circa delectationes sensuum, & de ordine dicendorum de eis.

CAP. VIII.

Dico de partibus tēperantiæ secundū Tullium, dicendū est de partibus tēperantiæ prout temperantia uirtus est regens animam circa delectationes sensuum. Notandum ergo quod illæ partes temperantiæ quæ regunt animā circa delectationes quæ sunt secundum gustum & tactum, satis sunt notæ & nominatæ, quæ sunt sobrietas & continentia. Illæ autem partes quæ pertinet ad delectationes quæ sunt secundū uisum & auditum & olfactum non sunt ita notæ nec habet specialia nomina. Et potest esse in causa utilitas dictarū uirtutū: quia duo sensus, scilicet gustus & tactus pertinent ad bene esse. Mediante gustu assumitur quod per uim nutritiuā corpori unitur: & sic cōseruatur esse indiuidui. Vnde gustus est ad cōseruandū esse indiuidui. Mediante uerò tactu per uim generatiuam transfunditur

quod erat in uno corpore, in aliud corpus: & sic fit multiplicatio indiuiduorū, & saluatur esse speciei in multis indiuiduis, quod non possit saluari in unico, quum indiuiduū sit corruptibile. Itē tactus & gustus sunt principales sensus, alii uerò tres sunt ordinati ad illos. Visu enim & auditu & olfactu nutrimentū à lōge agnoscitur. Vnde dicitur in lib. de natura animalium, quod aus raudiget ut cibū suum uideat à remotis. Visu etiam, auditu, & olfactu agnoscitur de longe destruetiuum corporis, uel delectabile secundum tactum quod de prope tactu decernitur. Prius uidit mulier quod bonum esset lignum ad uescēdum, quā de illo gustaret. Genes. 4. & prius uidit David mulierem lauantem se ex aduerso, quā adulterium cum ea committeret. 2. Reg. 11. Item sicut dicitur in lib. de natura animalium, Sensus tactus in homine subtilis est plus quā alii sensus, & post ipsum gustus. Ceteri sensus in homine sunt hebetiores, quā in aliis animalibus. Item dicitur in eodē libro, quod sensus uisus in omnibus animalibus est supra auditum, & sub his olfactus. Tactus & gustus operantur secundum propinquitatem obiecti, alii secundum distantiam. Vnde delectationes quæ sunt secundum tactum & gustum, maiores sunt, quā

quæ

quæ sunt secundū alios tres sensus. Et pronitas ad operationes & delectationes, secundum illos duos sensus, maior est quā secundum alios tres. Et uitia quæ sunt circa operationes & delectationes illorū duorū sensuum magis sunt periculosa: ideo uirtutes quæ sunt contra illa uitia, magis sunt necessariæ & magis notæ, & habet specialia nomina. Inter uirtutes uerò pertinentes ad delectationes quinque sensuum, primò prosequemur de sobrietate. Secūdo de continētia. Tertio tangemus de illa temperantia quæ est circa delectationes aliorum trium sensuum.

De ordine dicendorum de Sobrietate. De diuersis acceptionibus huius nominis Sobrietas. De eius cōmendatione ac officiis. CAP. IX.

Circa Sobrietatem uerò primo distinguemus diuersas acceptiones huius nominis sobrietas. Secūdo ponemus ea quæ pertinent ad eius cōmendationem. Tertio tangemus de officiis ipsius. Circa primū notandū quod nomē sobrietatis quadrupliciter sumitur in Sacris. Quandoque enim sumitur large pro temperantia, quæ est una quatuor cardinaliū uirtutū, ut Sap. 8. Sobrietatē, ait, & prudentiā docet, &c. ad Titū 2. Sobriē, & iustē, & piē, &c. ¶ Secūdo sumitur pro temperantia quæ est generalis: ut ad Titum 2. Iuuenes hortare, ut sobrii sint. Gl. in omnibus. ¶ Tertio sumitur pro temperantia quæ

est circa potū & cibū, ut ad Tit. 2. Adolescentulas, ut uiros suos amēt, filios suos diligāt: prudentes, castas sobrias. Glo. in cibo & potu. ¶ Quarto sumitur sobrietas pro tēperantia circa potū tantū, & sic ebrietas est ei opposita. Sic sumitur Eccle. 31. Acqua uita hominibus, uinū in sobrietate: si bibas illud moderatē, eris sobrius. Tertio modo sobrietas hic sumitur, scilicet pro temperantia circa cibū & potū, & circa delectationes quæ sunt secundū gustū.

¶ *De commendatione Sobrietatis.*

Ad commendationem uerò huius uirtutis notādū, quod sobrietatem suadet nobis natura, scriptura, uniuersa creatura. ¶ Natura modicitate oris humani suadet nobis modicitatē in sumptione cibi & potus. Homo enim in cōparatione sui corporis parui oris est: ut dicit Arist. in lib. de natura animalium. Oris uerò modicitate suadet nobis natura charitatē in sumendo cibum & potum: unicū enim os habemus, cum duos oculos, & duas aures habeamus. Breuitate uerò delectationis quæ non habetur, nisi in trāitu cibi, dissuadet nobis sumptuositatem ciborum delectabilium. Bernar. in sermone: Huius tam modicæ partis, scilicet gutturis, tam exigua delectatio quāta paratur sollicitudine, quantam deinde molestiam parit: hinc & morbi uarii generantur. Idem: Etiam dissuadet nobis corruptio cibi & potus, quæ fit postquā in

y

stomac

stomachum descenderūt. Ioel i. Vlulate omnes qui bibitis uinū in dulcedine: perit enim ex ore uestro. Non sic est in alijs sensibus: non enim corrumpitur res pulchra quæ uidetur, quū semel uisa fuerit: nec res odorifera, quum semel odorē eius aliquis perceperit. Naturales appetitus animæ non sunt deliciarū. Eccle. 29. Inuitū uitæ hominis aqua & panis. Eandem escam assignauit Deus homini & brutis. Genes. i. Ecce, inquit, dedi uobis omnem herbam afferentem semen super terrā, & uniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem sui generis, ut sint uobis in escam, & cunctis animantibus terræ. Sene. Considerate quatum natura possit, & quantum cupiditas exeat. ¶ Scriptura uero sacra dupliciter suadet nobis sobrietatē, scilicet admonitionibus multis, & sanctorū exemplis. De admonitionibus uero duas ponere sufficiat. 1. ad Thimoth. 4. Vigilemus, inquit, & sobrii simus. Et in eodem: Nos qui diei sumus, sobrii simus. 2. ad Timoth. 4. Ministerium tuū imple, sobrius esto. 1. Pet. 4. Estote itaque prudentes, sobrii, &c. Eiusdē 5. Sobrii esto, & uigilate, &c. De exemplis hæc pauca ponere sufficiat. Dan. 1. dicunt pueri bonæ indolis, Dentur nobis legumina ad uescendum, & aqua ad bibendum, cibo regio contempto. Dan. 10. Trium hebdomadarum diebus panē desiderabilem non come-

di, & caro, & uinum nō introierūt in os meū. Matt. 3. & Marc. 1. dicitur de Ioanne Baptista, quoddam esca eius erat locustæ, & mel syluestre. Et Luc. 1. Vinū & siceram non bibit. Bernard. super Cant. Abstinebo à carnibus, ne dum nimium nutriunt carnem, simul & carnis nutriant uitia. Panē ipsum cum mensura studebo sumere, ne onerato uentre stare ad orandum tædeat. Et de beato Nicolao legitur, quod cum lacte aleretur, quarta & sexta feria semel tantum in die mamillarū lac sugebat. Omnis etiā creatura sobrietatē suadet, quia in omni creatura est modus, & mensura, secundū illud Sap. 11. Omnia in mēsurā, & numero, & pondere disposita sunt. ¶ Itē ad commendationē sobrietatis ualere potest, si ostēdatur quot & quanti sint eius effectus, & quā periculosus est homini eius defectus. ¶ Notandum ergo, quod sobrietatis ualeat ad sanitatē, secundū illud Eccl. 31. Sanitas est anima: & corpori sobrius potus. Sen. in epistolis: Simplex erit ex causa simplici ualitudō: multos morbos, nulla secula fecerūt. Chryf. super epistolā ad Hebr. Nihil sic salutem, nihil sic sensuū acumen operatur, nihil sic ægritudinem fugat, sicut moderata refectio. Item sobrietatis ualeat ad uitæ diuturnitatē. Eccl. 37. Qui abstinēs est, adiiciet uitam. Item sobrietatis ualeat ad incunctitatem & corporalem, & spiritualem. Eccle. 30. Exultatio ani-

ma

ma & corporis uinum moderatē potatum. Greg. in Moralib. Si à carne hoc quod libet abscedimus, mox in spiritu hoc quod delectat inuenimus. Homo sobrius delectabiliter uiuit, & dormiendo, & uigilando. Eccle. 31. Sōnus sanitatis in homine parat: dormiet usque mane, & anima ipsius cum ipso delectabitur. Homo sobrius differt comedere donec esuriat, & tunc etiam panis & aqua delectabiliter ei sapiunt. Aug. in lib. de uerbis Domini: Vix fastidiosus satiatis, nec scis quomodo sapit quod fames accēdit. Senec. in epistolis: Solus panis bonus fiet, & tibi cum tenerum, & similitagineum fames reddet. Ideo non est edendum, quā illa imponat. Exestabo ergo, nec antē edam quā aut bonum panem habere poterō, aut malum fastidire desiero. Bern. in epistolis: Prudenter sobriquet conuersanti, satis est ad omne condimentum, sal cum fame. Sapiens: Desiderii cōdimentum, sal cum fame. Sap. Desiderii omnia condiuntur. Darius in fuga, cum aquā turbidam ex caueribus inquinatam bibisset, negauit unquā se bibisse iucundius. Bern. ad fratres de monte Dei: Panis fursureus & simplex aqua, olea uel legumina simplicia, nequaquā res delectabiles sunt: sed in amore Christi, & desiderio aternæ delectationis uetri bene morigerato gratanter ex his satisfacere posse, uale-

de delectabile est. Quot millia pauperū ex his uel aliquo horū delectabiliter satisfaciunt naturæ? Facillimum quippe & delectabile esse adiūcto amoris Dei condimento, secundum naturam uiuere, si infania nostra nos permitteret, quia sanata statim naturalibus natura aridit. Chryfost. Conferamus, inquit, mēsam diuitis & mediocris: discutiamus utrosque conuiuas: qui magis, quæso, sunt, qui puram uerāque mensæ capiūt uoluptatem? Illine qui cœnas prandis iungūt, quique uentris distensione rūpuntur, atque oppressione ciborum suorum premuntur, in quorū corpore uino, inundante uel naufragii cipiuntur fluctibus bruta anima necatur, ubi nec oculus, nec lingua, nec pes propriis deseruit officijs, sed omnia membra corporis uini uinculis iacent uincta grauius, quām catenis, ubi nec sopor eis ad quietem datur, nec ad salubritatē cedit. Idem Chryf. Hi qui in delicijs & luxurijs uitā ducunt, resoluta quidem corpora, & omni cera molliora circumferunt, atque infirmitatibus repleta, quibus ad cumulum malorū podagræ tremor & immatura senectus accidit, & est eis uita semper in medicis & in medicamentis. Sensus autē tardi graues & obtusi, & quodammodo iam sepulti. Idem: Quis hæc iucunda dicat & grata, qui tamen nouerit, quid sit iucunditas & uoluptas? Voluptas à prudentibus

ita diffinitur: Voluptas est, quum quis suis desideriis fruitur. Vbi uerò desideris frui non potest, dum uel aegritudo non finit, uel satietas ipsa desiderii facit ea quæ onerosa sunt ingrata, sine dubio etiam uoluptas in eis pariter & iucunditas perit. Idem: Considera. agros qui fastidio perurgètur, quomodo quannis suaves, & lauti cibi apponantur, oneri eis magis sunt, quam uoluptatis sicut quum per abüandantia cupiditas fuerit extincta, pariter & uoluptas, & iucunditas perimitur: quia non tam ciborü gratia, quam desiderii gignit satisfactio uoluptati. Vnde anima fatiata calcabit fauim, Prou. 27, Item de petra melle saturauit eos: quado quidem post multam itineris fatigatione & laborem sitis, aquis frigidis ex saxo fluentibus fruebantur, eisq; cum multo desiderio haurebat. Hoc ipso ergo quod dulcissima, & desiderabiliter potãdi cupiditas explebatur, aquas illas mel appellauit. Igitur dubitari non potest, quod simplicior uictus & mensa mediocris plurimü iucunditatis habeat & uoluptatis. Et cōtrario diuitem mensæ execrabiles & horridæ, & morborum, & contaminatione plenæ, in quibus molestia sunt hæc quæ delectabilis uidentur. Item sobrietas gratiam hominum comparat, sicut eius oppositum hominibus exosum reddit. Eccle. 31. Vtere quasi homo frugi his quæ tibi appo-

nuntur, & non cum manducate multü odio habearis. Item Deus glorificat, 1. ad Corinth. 10. Siue comeditis, siue bibitis, siue aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Glos. Si quid manducas & bibis, sumis ad refectiõnem corporis reparationemque membrorum, gratias tribuens ei qui tibi tribuit mortali & fragili ista supplementorum solatia: Cibus tuus & potus laudat Deum. Sobrietas etiã in conuiuio nostris, Deum pascit, prouidẽdo ibi puritatem in qua ipse delectatur, Cantic. 10. Qui pascitur inter lilia. Item sobrietas munditiã prouidet, ubi maximè immunditiã displicet; scilicet in ore & ad mensam, Inter membra in ore maximè displicet immunditiã. In mensa etiã multum placet munditiã. 2. Paralip. 14. Proponuntur panes in mensa mundissima. Et Leuitic. 24. iubentur duodecim panes propositionis statui super mensam purissimã. Sobrietas ornamentum mensæ est. Bern. ad fratres de monte Dei: Si manducas, mensam tuam per se satis sobriam sobrietas tua perornet. Item sobrietas offensam Dei cauet, ubi maximè cauenda est, scilicet cum bonis Dei utimur. Magna iniquitas est cum Deo hostiliter agere, quum in mensa eius sumus. Cauent latrones ne nocent aliquot diebus his cum quibus comederunt. Item sobrietas seruat rationis libertatem quam eius oppositum impedit. Eccl. 31.

Ne

Ne comprimaris in conuiuio uini. Hieron. in epistolis: Qui inebriatur & mortuus est, & sepultus. Aug. Non est aliud ebrietas, quam manifestissimus dæmon. Huiusmodi enim uir cum se bibere putat uinü, libitur à uino. Sobrietas pessimã seruitutẽ excutit, scilicet seruitutẽ corporis quod ad seruiẽdũ datũ est spiritui, & nobilitatem animæ seruat. Ecc. 10. Beata terra cuius rex nobilis est, & cuius principes uescuntur in tẽpore suo ad reficiẽdũ, & non ad luxuriam. Item sobrietas membrũ ualde nobile regit, os scilicet: sensum etiam pertinentem ad esse, scilicet gustum dirigit, circa quem uitiũ ualde periculosum est. Destructuum enim esse potest ipse, & esse occasio magnæ infirmitatis, uel mortis. Item sobrietas opus necessitatis regit, in quo sine ipsa frequenter erratur & à iuuenibus, & à senibus. Item ad intelligẽtiam præparat. Vnde Dan. 1. Pueri qui cibos regio contempserunt grossis cibus contenti, intelligentiores ceteris inuenti sunt. Item uigilantiam seruat ad quam Deus monet, Matth. 14. & 25. & 26. Et Lucæ 21. Et Marc. 13. Vnde notabiliter sobrietas, & uigilia socrantur. 1. ad Thef. 4. Vigilemus, inquit, & sobrii sumus. Et 1. Pet. 5. Sobrii estote, & uigilate. Itẽ ministerio Dei idoneus efficit. Vnde 1. ad Timoth. 3. ubi ostẽditur qualis debet esse minister Dei, dicitur: Sobrium, ornatum, &c.

Et ad Titum 1. Prudentẽ, sobriũ, iustum, &c. Item ab igne infernali, scilicet luxuria seruat. Vnde pueri qui abstinentes fuerunt, à fornace Babylonica illæsii exierunt. Dan. 3. Sobrietas filios Dei fugiẽtes Aegyptios infernales, per siccum ad terrã promissionis perduxit. Exod. 14. Filii Israel ambulauerunt per siccũ, &c. Qui sobrietatem non habet, in aquis uoluptatum submergantur. Sobrietas primũ cõgressum habet in bello spirituali. Sine ipsa ceteræ uirtutes frustra pugnant. Gl. super Matt. 4. Nisi gula prius refranetur, frustra contra alia uictoria laboratur. Qui poplite flexo aquam biberunt: non permissi sunt ire ad bellum cum Gedeone. Iudic. 7. Poplite flexo aquam bibit, qui uoluptuose comedit. Itẽ sobrietas diabolo aufert ingressum in homine; & sic uidetur ei auferre dominium. Non uidetur dominus esse casti, qui nõ habet ibi ingressum. Sobrietas diabolus in arido ponit, ubi ipse non quiescit. Matt. 12. Ambulat per loca arida quærẽs requiem, & non inuenit. Piscis infernalis in arido positus palpitat: ut de pisce Tobia legitur Tobia 6. Esaia 50. Computrescent pisces sine aqua. Fames lupum de nemore exire facit, sic sobrietas diabolus de homine. Ipsa carni concupiscenti aduersus spiritum uictualia aufert, & igni concupiscentiarũ ligna subtrahit, unde diminituit uel de-

ficit. Ipsa carnē in potestate sua habet. Genes. 16. Ecce ancilla in manu tua est, utere ea, ut libet. Ipsa enim ad modū lapidis pretiosi hominem custodit, ne cibus uel potus ei noceat. Si sobrietas desit dum corpus repletur, anima euacuatur, homo depauperatur. Pro 11. 21. Qui diligit epulas, in egestate erit. Deus blasphematur. Gloss. super illud 1. ad Cor. 10. Siue comeditis, siue bibitis, &c. Si modū naturæ debitū immoderatione uoracitatis excedis, & uinolētia te ingurgites, quantas uelq; laudes lingua sonet, uita blasphematur. Item ueter delicatur, ad Philip. 3. Quorum Deus uenter est. Porta oris aperta, exercitatus uitorū ingreditur. Job 30. Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt super me. Sine sobrietate inēsa homini est in laqueū. Eccl. 9. Sicut pisces capiuntur hamo, & aues cōprehen duntur laqueo: ita capiuntur homines tēpore malo. Tēpus malū & periculosum est homini non habenti uirtutē sobrietatis tempore prandii. Sap. 14. Creatura Dei in odiū facta sunt, & in tentationem hominum, & in misculam pedibus insipientium.

De officiis Sobrietatis.

SOBRIETATIS officia duo sic distingui possunt. Vnum est cauere excessū in cibo. Aliud est cauere excessum in potu. Seneca: Ede citra saturitatem, bibe citra ebrietatē. Luc. 21. Attendite ne grauentur corda uestra cra-

pula & ebrietate. Crapula quantū doque sumitur pro excessu cibi solum, ut in prædicto uerbo. Quandoque uerō communiter pro excessu in cibo, uel potu: ut Eccl. 37. Propter crapulam multi obierunt, qui autē abstinentes est, adiiciet uitam. Et in Psal. Tanquam potens crapulatus à uino. Similiter nomē ebrietatis quandoq; sumitur pro excessu in potu solum: ut ad Roman. 13. Non in comestationibus & ebrietatibus. Gloss. Briam genere masculino dicimus. calicem aptū potationi, à quo dicitur ebrietas, quæ est nimia potatio uini. Quandoque uerō nomen ebrietatis sumitur cōmuniter pro excessu in cibo uel potu. Et notādū quod sobrietas non ponit modū, siue mensuram solū circa quantitātē cibi, uel potus, sed ponit modū quantum ad omnes circumstantias. Qui enim sobrius est, sumit cibum & potū quantum debet, & quando, & quomodo debet. Vnde possumus distinguere quinque officia sobrietatis. Primum est, cauere ne statutū prandendi terminum præueniamus. Qui tempus præuenit, nō expectat donec salsa præparata sit, scilicet fames, unde cibum insipidū comedit. Ecc. 10. Beata terra cuius rex nobilis est, & cuius principes comedunt in tempore suo. Secundū est, cauere ne cibos lautiores quæramus. Seneca. Victus sit tibi ex facili re: nec ad uoluptatē, sed ad cibum accede.

Palat

Palatum tuum fames excitet, nō sapores. Desideria tua paruo redime, quia hoc tantum curare debes, ut desināt. Tertium est denitare studio sitatē præparandi cibos. Studio se cibos præparare, est hostis nostri gladium acere. Cibus enim delicatus est gladius quo caro utitur contra spiritum. 1. Petr. 2. Obsecro uos tanquā aduenas, & peregrinos, abstinere uos à carnalibus desideriis, quæ militat aduersus animā. Quartum est, nimium appetitū cibi uel potus refrænare. Augustinus. Fieri potest ut sine aliquo uitio cupiditatis uel uoracitatis pretiosissimo cibo sapiens utatur. Insuper autem foetidissimæ gulæ flamma in uilis imū cibum ardeat: & satius qui que more Domini maluerit piscibus uesci, quam lenticulia more Esau. Non propterea continētiōres nobis sunt plerūq; bestiae, quia uilioribus uescis alitur. Quintū est, mensuram refectionis non excedere. Ezech. 4. Cibus tuus quo uesceris, erit in pondere. De hac materia require in tractatu, de uitio Gulæ. Solet autem queri, utrum quælibet ebrietas seu quilibet excessus in cibo uel potu uirtutē sobrietatis destruat, qd si uerum esset, omnis excessus in cibo, uel potu mortale peccatū esset: uirtutem enim eius nō destruit: nisi mortale peccatū esset. Ad hoc dicendum, quod duplex est modus siue mensura ad sobrietatē pertinens. Vnus attenditur in com-

mēsuracione naturæ. Vnde mensurate sumit cibū, uel potum, qui sumit quod necessariū est, & sufficit naturæ. Immoderate uerō qui sumit plus quàm necessariū est. Et iste excessus potest esse & uenialis & mortalis. Vnde non omnis talis excessus destruit uirtutem sobrietatis. Alius modus attenditur in comparatione boni tēporalis ad æternū. Vnde secundum hoc modum seruat quis in sumendo cibum & potū, quādo tēporale bonum nō præfert uel æquat æterno bono. Immoderate uerō se habet sumendo cibum & potū, quum temporale bonū præfert uel æquat æterno. Et talis excessus mortale est peccatū, & destruit uirtutem sobrietatis.

De diuisione Temperantiae quæ est circa delectationes quæ sunt secundum tactum. Et de ista parte temperantiae quæ pertinet ad membra generationi deputata, quæ potest continerentia appellari, ac eius descriptio ne, commendatione, & diuisione. CAP. X.

DICTO de sobrietate, quæ est temperantia circa delectationes secundum gustum, dicendum est de temperantia illa quæ attenditur circa delectationes secundum tactum. Multiplex uerō est delectatio secundum tactum. Quædam est, in sua uitate uestiū, quædam in sua uitate lectorū, quædam in sua uitate unguentorum, quædam in sua uitate balnearum. Quædam uerō in carnali conta-

Y 4 tu,

barbarica integritatem perdiderunt pudoris, laudabiliores erunt si se incontaminatus non audeant comparare uirginibus. Ratio huius est, quia in militante ecclesia operamur secundum iudicium humanum, quod est secundum illud quod apparet. In triumphate uero secundum diuinum. Deus autem intuetur cor. 1. Reg. 16. Unde cum non appareat, quod inuita sit corrupta, non defert insignia uirginalia. Corruptio uero carnis ex uoluntate mentis proueniens, siue cum culpa, ut extra matrimonium, siue sine culpa, ut in matrimonio priuat anulo aureo in presententi, aureola in futuro. Corruptio uero mentis si per penitentiam reparata fuerit, & finale propositum seruandæ carnis integritatem asseruerit, non priuat anulo aureo in presententi, nec aureola in futuro. Integritas uero carnis in ea quæ carnis opus appetit, non est digna aureola. Hieron. Nihil prodest carnem habere uirginalem, si mente quis nupserit. Aug. de uirginitate: Felicitior mihi uidetur nupta mulier, quam nuptura uirgo: habet enim iam illa quod ista cupit, præsertim si nondum sponsa cuiusquam fuit. Illa uni studet placere, cui data est: hæc multis, incerta cui placere, cui danda est. Hæc uni pudicitiam cogitationis defendit à turba, quod non adulterum, sed maritum querit in turba.

¶ De commendatione *Virginitatis*.

¶ NOTANDUM quod uirginitas est, pretiosus thesau-

rus absconditus in agro corporis. Matthæi 13. Pretiositas huius thesauri tanta est, ut ipse non solum sit pretium gloriæ æternæ, quæ omnibus electis est communis, sed etiam specialis gloriæ. Debetur enim ei non solum aurea, sed etiam aureola. Exod. 25. Præceptum est, ut fieret mensa, & super mensam coronâ, & super coronâ coronula, quæ figurata est aureola. Istum thesaurum qui inuenit, abscondit: quia qui eius pretiositate intelligit, seculo renuntians monasterium sibi elegit, ubi in abscondito faciei Dei uiuit. Bern. Necesse habemus abscondere siquid habemus boni: quoniam thesaurum regni caelorum qui inuenit homo abscondit: propter quod in claustris, & syluis abscondimur. Nec hoc infructuose. Credo enim hic esse, si quartam partem eorum quæ faciunt in seculo acquireret, qui non ut sanctus adoraretur, reputaretur ut angelus. Nunc autem quotidie tanquam negligens increpatur. Thesaurus iste regno caelorum similis est. Vita enim uirginum caelesti uitæ multum assimilatur. Matt. 25. Simile est regnum caelorum decem uirginibus. Virginitas ponit in statu caelesti, quantum ad incorruptionem carnis. Matt. 21. In resurrectione neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei. Bern. loquens de castitate, cuius dignior species est uirginitas: Hæc sola in hoc mortalitatis loco, & tempore quandam statum immortalis gloriæ representat. Hęc in ista

odor

odoriferi balsami, quo condita cadauera incorrupta seruantur, sensus, & artus continet & stringit. Virgines designatæ sunt per pelles hyacinthinas, quæ in tabernaculo superiores fuerunt. Exod. 26. Et ibi dicit glo. Bede: Hyacinthus est caelestis coloris. Et subditur: Per pelles ergo hyacinthinas exprimi uirtus illorum, qui mortificatis illecebris carnis, caelestem in terris uitam gerunt, & inter homines positi angelicam puritatem imitantur: quia neque nubent neque nubentur. Et subditur: Merito ergo pelles hyacinthine super eorum locum tenent, & color caelestis caelo proximus. Cyprianus: Imaginem eius qui de caelo est, portat uirginitas. Amb. super illud ad Cor. 7. Bonum est homini si cæcisse. Supergradietur uirginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines angelis assimilantur. Maior tamen uictoria est uirginum quam angelorum. Angeli enim sine carne uiuunt: homines uero uirgines in carne triumphant. Hieron. In carne præter carnem uiuere, non terrena uita est, sed caelestis. Bernardus in epistolis: Angelus habet uirginitatem, sed non carnem. Sanè felicitior, quam fortior in hac parte. Optimus & optabilis ualde ornatus ille, qui & angelis possit esse inuidiosus. Reuinit angelus adorari à Ioanne uirgine. Apocal. ulti. Vide, inquit, ne feceris: cõseruus tuus enim sum. Virgines etiam similes regno caelorum sunt diuina

inhabitatione. Deus enim habitat in caelis. Regnum celorum absconditum est. Mira res, cum terra in celo recludi debeat, in uirginibus caelum terræ includitur. Esa. 50. In duas caelos tenebris, & ponam saccum operimentum eorum. Lucæ 12. Regnum Dei intra uos est.

¶ Vita uirginum uita regia est, cum ipse sint sponsa regis caelestis, & ideo regina. Ipsæ etiam regnant in regno sui corporis. Virgines enim figuram tenent ecclesie triumphantis, ideo non cõsecratur nisi uirgo, licet episcopus cõsecratur qui uirgo non est. Sanctitas enim uirginis, sanctitatem signat ecclesie triumphantis, cum sanctitas episcopi significet sanctitatem ecclesie militantis. Virginibus cõpetit illud 2. ad Cor. 4. Habemus thesaurum in uasis fictilibus. Virginitas thesaurus est niueus. Job 18. Nūquid ingressus est thesauros niuis? Thesaurus est propter pretiositatem. Ecclesia. 26. Non est digna pöderatio continentis anime. Niueus propter puritatem lilio comparatur. Cantico. 2. Sicut lilius inter spinas, &c. Itē, Qui pascitur inter lilia. ¶ Et notandum, quod uirginitas flos est, qui si debito modo seruetur, non decidit: quem uentus uanæ prosperitatis non deicit, nec hyems aduersitatis lædit. Hunc Ioannes euangelista serē ceterum annis seruauit. Hic est flos qui omnem fructum terrenum excidit, cum etiam fructui coniugali

compo

componatur, hac occasione beatus Matthæus occisus est, quia noluit consentire, ut Iphigenia quæ uirginitatem uouerat, cuidam regi nuberet. Flori uirginitatis Deus pro fructu accedit. Sapientię 3. Felix sterilis & incoinquinata, quæ nesciuit tori in delicto, habebit fructum in respectiōe animarum sanctarum. Super hunc florem Spiritus sanctus quiescit. Esaiæ 11. Flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini. Virgo non est arbor sterilis & maledicta: sed tereno fructui præponit cælestem, & carnali spiritualem. Esaiæ 56. Non dicat eunuchus: ego lignum aridum. Ibidem promittit Dominus nomē eunuchis melius à filiis & filiabus. Nō est angelus arbor sterilis uel maledicta, etsi fructum carnalem non habeat. Hierony. Nuptiæ terram replent, uirginitas paradysum. ¶ Et notandum, quod lilium sex habet folia cædida, & aliqua grana quasi aurea. Velut sex folia in uirgine sunt sex quæ ualent ad cōseruationem incorruptionis. ¶ Primum est sobrietas, quod folium lacerat: excessus in cibo & potu, quasi quædam spina, quæ uia est ad luxuriā. Loth inebriatus perpetravit incestum. Genes. 19. Proverbiorum 20. Luxuriosa res est uinum. ¶ Secundum est labor. Quasi spina lacerans est quies ignauia, uel otiositas quæ est uia ad luxuriā. Ezechie. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ fo-

roris tuæ; superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium. ¶ Tertium est habitus asper & humilis. Berr. in epist. Ut artem teneram ordinis asperitas teneat, memēto quod asperior carnis pannum facit leniorem, & conuersatio conscientia. Velut spina lacerans est superbus habitus uel mollis, quæ uia est ad luxuriā. Numer. 25. Filii Israël fornicati sunt cum mulieribus Moabitarum quæ se orhauerant. 1. ad Timot. 2. Non intortis crinibus, aut auro, uel margaritis, uel ueste pretiosa: sed quod decet mulieres promittentes pietatem. ¶ Quartum est, custodia sensuum, præcipue illorum qui nobis remota ostendunt, ut est uisus uel auditus. Velut spina lacerans est curiositas uidēdi uana uel audiēdi noua, quæ uia est ad luxuriā, ut patet in Dina filia Iacob, quæ egressa ut uideret mulieres regionis illius, corrupta est à Sichē filio Emor. Genes. 34. ¶ Quintum est, modestia sermonis. Velut spina lacerans est loquacitas, uel turpitudine sermonis. Seneca: A uerbis turpibus abstineto, quia licentia eorum imprudentia nutrit. Prouerb. 7. Ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio præparata ad capiendas animas garulas. 1. ad Corinth. 5. Nolite seduci. Corruptunt enim bonos mores cōfabulationes pessimæ, uel colloquia mala. Hierony. Si sermo uirginis prudens, modestus, & rarus: nec tam eloquentia

præ

pretiosus, quam pudore. ¶ Sextum est, fuga occasiōum peccandi. Velut spina lacerans est nimia domesticitas: uirgo debet esse aliquantulum syluestris. Syluestria animalia solent habere pulchriorem pellem quam domestica. Opportunitas peccandi uia est ad luxuriā: ut patet in Thamar corrupta ab Amon fratre suo, quia sola eū solo fuit in thalamo. 2. Regū 13. Genes. 18. Nestes in omni loco circa regionē. Bern. Solent uirgines quæ uerē uirgines sunt, semper esse pauidae & nunquam esse securæ: & ut caueant timēda, etiam tuta pertimescere. Quasi grana aurea sunt tres modi diligendi Deum, quos distinguit Bern. dicens; Dicescē amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter. Dulciter, ne illecti; prudenter, ne decepti; fortiter, ne oppressi ab amore Domini auertamur. Vel grana aurea possunt intelligi motus diuini amoris ex diuersis causis procedentes. Amandus enim est Deus, quia creator, quia recreator, quia remunerator. ¶ Item uirginitas principiu est spiritualis pulchritudinis. Pulchritudo spōsæ sicut & pulchritudo sponsi consistit in candore & rubore. Cantic. 5. Dilectus meus cædidas & rubicundus. 1. Corinth. 15. Qualis cælestis, tales & cælestes, dignior uerō species candoris spiritualis est uirginitas. Bernardus: Candor lucis æternæ est sapientia, & cædida oportet esse

animam in qua ipsa sedere elegerit, Virginitas thronus eburneus ueri Salomonis est. 3. Regum 10. Fecit Salomon thronū de ebote grandem. Virginitas animā Dei spōsam efficit. Vnde Lenit. 21. Dicitur de summo sacerdote. Virginem ducer uxore. 3. Regum. 1. Queramus domino nostro regi adoleſcētulam uirginem. Esther 2. Querantur regi puellæ uirgines. Psalm. Adducetur regi uirgines. Virginitas omnibus modis Deo coniungit, unde Cantic. 5. dicitur uirgini à Christo: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Eiusdem 4. Veni de libano sponsa mea, &c. Libanus interpretatur candidatio. Virginitas Deo & hominibus grata est. Ecclesiast. 40. Aedificatio ciuitatis confirmabit nomen, & super hanc mulier immaculata computabitur. Hierony. Multum distat inter puritatē uirginalis animæ nullā contagione polluta, & sordes eius quæ multorum libidini subiacuit. Iisd. Quidam in iuuentute luxuriose uiuentes, in senectute continentes fieri delectantur; & tunc eligunt castitati seruire, quando libido seruos habere contēpsit. Virginitas uelut campus est totius picturæ spiritualis: super eam picturā aliarum gratiarum ponit Deus, Ecclesiast. 25. Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata, Virginitas Dei amicum & familiarē reddit. Vnde Ioannes uirgo

spee

specialiter uocat discipulus quē diligebat Iesus. Ipse tanquam familiaris Christo supra pectus Domini recubuit. Ioan. 13. Deutero. penult. Amatissimus Domini habitabit confidenter. Sapient. 6. Incorruptio facit esse proximū Deo. Beda super Lucam: Sicut Christus in summa pace natus est, ut se pacem diligere ostenderet: Ita de uirgine natus est, ut se uirgineum decus diligere monstraret. Ad literam: Christus toto tempore uitæ suæ fuit uirgo, & uirginem matrem habere uoluit, & uirginem matrem, Ioseph creditur uirgo fuisse, & Ioannes familiaris eius uirgo fuit. Psalm. Ambulās in uia immaculata hic mihi ministrabat. Virgines dulcius & tenerius à Deo diliguntur. Vnde Ioannes uirgo positus est ad patres suos, tam extraneus à dolore mortis, quam à corruptione carnis noscitur alienus, ut dicitur in prologo super Ioannē. Non enim transit de mundo per dolorem martyrii, ut alii sancti & apostoli. Virgines merito in Deo delicias inueniunt, quia amore eius delicias carnis relinquunt. Bernar. in epistolis: Quomodo ignis & aqua simul esse non possunt: sic spirituales & carnales deliciae in eodem se non patiuntur: ubi curiosa ciborum diuersitas, ubi diuinitis suppellectilibus discolor uarietas, oculos pariter pascit & caelestis panis ieiunam deserit mentem. Numeri 31. dicit Moyses: Mulieres quæ

no uerunt uiros in coitu, iugilate: puellas autem & omnes feminas uirgines reseruate. mitius agens cum uirginibus, quam cum corruptis. Virginitas agnum sequitur quocumque ierit. Apocal. 14. Ipsa etiam cantat canticum nouum, quod aliis cantandum non cōceditur. Ad literā: Solent uirgines dulcius cantare, quam corruptæ. Apocalyp. 14. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem, &c. & subditur: Et nemo poterat dicere canticum illud, nisi illa centum, &c. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: uirgines enim sunt. Gregor. in Pastoral. Singulariter canticum Agno cantare, est cum eo in perpetuum præ ceteris fidelibus etiā de carnis incorruptione gaudere. Virgines enim sunt superior pars ecclesie. Cyprianus: Virginitas est portio illustrior gregis Christi. Augustinus: Nunc uobis, uirgines, sermo est, ad quarum quo gloria sublimior, maior & cura. Apocal. 14. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno. Hieron. Si uirgines primitiæ sunt: ergo uiduæ, & quæ in matrimonio sunt erunt post primitias. Idem: Ecclesia matrimonio non dānat, sed uirginitati subiicit. Idē: Virgo maioris pretii apud Dei est, dum id contemnit quod si fecerit nō delinquit. Idem: Plus amat uirgines Christus, quia sponte tribuunt quod sibi non fuit imperatum. Item Hierony. loquēs

de

de illo uerbo Apostoli 1. ad Corinth. 7. De uirginibus præceptū Domini non habeo. Quare, inquit, præceptū Domini non habet de uirgine? Et respondet, quia maioris meriti est quod non cogitur & offertur. Virginitas difficile seruatur, & ideo maioris meriti est. Idem: Libido honestas mentes libentius persequitur. Et iterum: Libido uirginibus maiorem parit famem. Dulcius enim æstimatur quod nescitur. Virginitas expeditum & liberum reddit ad seruendum Deo. 1. ad Corinth. 7. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, &c. Et subditur: Mulier innupta & uirgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta in corpore & spiritu. Hiero. Si nil aliud esset, & nulla merces uirginem amplior sequeretur: sufficeret ei hæc solatio prælatio, cogitare quæ Domini sunt. Osee 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibūt. Virgines habet Deus tanquā proprios seruitutes. Vnde ad uirginitatē pertinet illud Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Virginitas in ueste immaculata Deo ministrat. Apoc. 14. Sine macula sunt ante thronum Dei. Et competit illud Eccles. 24. In habitatione sancta corā ipso ministratui. Luxuria uestem corporis maculat. In canonica Iuda: Odientes eam quæ carnalis est maculatam tunicam, Esa. 9. Vestimentum nustum sanguine erit in combustionem & ab ignis. Virgo castrum debi-

lissimū tenet toto tempore uitæ suæ contra illum. De quo scriptū est Iob 41. Nō est potestas in terra, quæ cōparetur ei. Et ideo merito super alios coronatur. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. 2. ad Timo. 2. Virginitati debetur fructus centesimus, cum continētia uiduali debeatur fructus sexagesimus, & coniugali tricentus. Matth. 13.

¶ De his quæ specialiter uirgines timere debent.

NOTANDVM quod sex sunt uirginibus multum timēda. Primum est superbia. Aug. in lib. de uirginitate: Non solum prædicanda est uirginitas ut ametur, uerum etiam monenda ne inflectur. Idem in eodē: Superbia amplius amplioribus insidiatur. Nō ego talibus magnam curam humilitatis ingero; in quibus superbia ipsa confunditur: quo magis inest alicui unde sibi placeat, eo magis uereor ne sibi placendo illi displiceat, qui superbis resistit. Humilibus autē dat gratiā. Idē in eodē: Metuo tibi uehemēter, ne quum te agnum quocumque ierit secururā esse gloriaris, eum per tumorem superbiæ sequi per angustia ne possis. Et iterum: Bonū uirginitatis quāto magnū uideo, tāto ei ne pereat futuram superbiā pertimesco. Bernar. super missus est: Pulchra permissio uirginitatis & humilitatis: nō mediocriter placet Deo illa anima, in qua humilitas commendat uirginitatē, & uirginitas

exorn

exornat humilitatē. Potest place re humilitas quæ uirginitatē deplo rat amissam: sine humilitate audeo dicere, nec uirginitas Ma riæ placuisset. Maria uirginitatē obli ta gloriatur de humilitate, & tu negligēdo humilitatē blan diris tibi de uirginitate. Aug. in libr. de uirginitate: Facilius se quuntur agnum, & si non quo cunq; ierit, certe quocūq; potue rint, cōiugati humiles, quàm su perbiētes uirgines. ¶ Secundum est fatuitas. Hanc fatuitatē spe cialiter intelligo defectū charita tis. Si dilectio Dei est honorabi lis sapientia, Eccl. 1. defectus diu inae dilectionis est detestabilis fa tuitas. Magna fatuitas nō caue re defectum illius rei, sine qua cætera nō profunt. Fatuæ uirgi nes non sumpserūt oleū secum, cū lampadibus. Matt. 25. Bern. in epist. Castitas sine charitate, lam pas est sine oleo: subtrahe oleū, lampas non lucet; tolle charita tem, castitas nō placeat. Exempla quōd magis tenentur uirgines & castæ persone diligere Deum & proximū, quàm alię. Primū exem plum est istud. Magis tenetur di ligere medicū ille qui semper cōseruatus est ab eo in sanitate, quàm ille qui incidit in pluribus infirmitatibus, & postea sanatus est ab eo. Sic qui cōseruatus est à Deo in uirginitate, uel in casti tate, magis tenetur diligere. Item magis tenetur diligere ille ali quem dominū qui dedit ei equū bonū, qui bene & sanē duxit &

reduxit eū, quàm ille qui habuit ab eo equū licet bonū, tamē ce cidit & leſit eum. Itē magis tene tur diligere ille, qui multa bona recepit ab aliquo domino, quàm ille qui recepit ab eo debita di missa. ¶ Tertiuū est tepiditas, quæ solet accidere in uirginibus ex hoc quōd considerant se parum peccasse. Cōtra quod dicit Aug. in lib. de uirginitate: Quoniā ue ritas dixit quōd ille cui modicū dimittitur, modicū diligit: uos ut ardentissimē diligatis cui dili gendo à coniugiorū nexibus li beri uacatis, deputate uobis tan quam omnino dimissum, quic quid à uobis non est illo regēte cōmissum. Multo ardentius debet diligere illū qui flagitiosis ad se cōuersis, quæcunq; dimisit, in ea te cadere nō permisit. Quid ha bes quod non accepisti? aut qua peruerſitate minus diligis à quo plus accepisti? Cogita omnia pec cata sic habenda tanquam dimit rantur, à quibus Deus custodit ne committantur. Noli modi cum diligere, quasi à quo tibi modicum dimissum est: sed po tius multū dilige à quo tibi mul tum tributū est. Contra hanc te piditatē ualet uirginibus, si ha beat frequenter uinum sacre scripturæ, quod est uinum gemi nans uirgines. Zac. 9. id est, affe ctiones uirginales. Ad idem ua let meditatio Dominicæ passio nis. Thren. 1. Torcular calca uit Dominus uirgini filiæ Iuda. Istud torcular fuit p̄ſſura crucis.

In

In hoc torculari fuit præssa uua illa, de qua Gen. 49. Lauabit in uino stolam suā, & in sanguine uuæ palliū suū, 1. Mach. 6. Osten derūt elephantis sanguinōs uua & mori, ad acuedos eos in prælium. Hoc uinū Dei amore inebriat. Psal. Calix meus inebriās quàm præclarus est. ¶ Quartum est macula peccati, quæ in uirgi ne est macula in gloria. Macula turpior est in ueste alba: uirgini tas est uestis alba. Vnde byſſo cōparatur. Prouer. ult. Byſſus & purpura indumentū eius. Ideo macula peccati ualde indecens est in uirgine. Hic. Præclara est uirginitas & pudicitia uirtus, si non aliis macularum lapsibus iafremetur. Qui uirginitatē car nis habent cū corruptione men tis similes sunt sepulchris quæ exterius apparēt hominibus spe ciosa, intus uerō plena sunt oſſi bus mortuorū. Matth. 23. Hier. Nihil prodest uirginitas corpo ris, ubi operatur corruptio men tis. Idem: Illa uirginitas hostia Christi est, cuius nec mentē cogitatio, nec carnē libido cōma culat. Ad cauendam maculā pec cati necessariū esset spōſe Chri sti frequenter inspicere in spe culo. Speculū est scriptura sacra, Greg. Specula sunt Dei præcep ta, quibus animæ sanctæ semper aspiciūt; & si quæ in eis sunt fæditates deprehendunt. Cant. 6. Oculi eius sicut columbæ su per riuulos aquarū quæ lacte sunt lotæ, & resident super fluē-

ta plenissima. Colūba lacte lota est sponsa Christi cum puritate uirginali, quæ super fluēta sacre scripturæ sedet, ut umbri acci pitris infernalis uideat. Hier. in epistolis: Tanto maiori studio placendi opus est, quāto maior est ille cui placendū est. Impos sibile est quenquā Deo placere, si quicquid ei placeat ignorat. Fieri potest ut & obsequēdi uo to offendant, si quomodo obse qui debeat, antē non didicit. Aliud speculum est uita sponsi, Bernard. super Cant. Vtrumq; es mihi domine Iesu, & speculum patiendi, & præmium patienti. Cum speculo etiā necessaria est ablutio quæ per confessionem fit: unde cū lauatorio erant spe cula. Exo. 38. Bern. in epistolis: Audi cui places, ama unde places: ania confessionē ob quam amaris, ama cōfessionē si affe ctas decorē. Confessione iungi tur decor. Psal. Confessio & pul chritudo in cōspectu eius. Lota facie, humilitate cōfessionis gra ta est Deo cōfessio laudis, Can ti. 2. Ostende mihi faciē tuā. Ibi dem: Sonet uox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & fa cies tua decora. ¶ Quintum est, diuisio cordis. Aug. loquens de uirginibus: Toto uobis fixus est in corde, qui pro uobis fixus est in cruce: totū teneat in animo uestro, quicquid nolistis occu pari cōnubio. Vx duplici corde, Eccl. 2. Duplici corde est uirgo, quæ scilicet uult placere & Deo

z &

& mūdo. Greg. Nemo potest in una eadēmq; re omnipotēti domino atq; eius hostibus gratus existere. Nā Deo amicus se deneget, qui eius placet inimico. Bern. in epistolis: Volens placere hominibus, Deo nō places. Si non places, nō places. Signū q; uirgo cor diuifum habeat & uelit mundo placere, est exterior ornatus. In Psal. Omnis gloria filię regis abintus. Ambr. de uirginitate: Deiecta decoris cura plus placet, & hoc ipsum quod uos nō ornatis, ornatus est. Hier. in epist. Satis pulchrā Deo crede facies: sed hominib; apparere pulchra nō studeas. Bern. in epist. Filię Babylonis quarū uerē gloria cōfūso est, induit purpura & bysso, & subinde cōscientia pannosa iacet: fuge a monilibus, & sordēt moribus. Contra, Tu foris pānosa: intus. Speciosa resplēdes: sed diuinis aspectibus, non humanis. Idē: Decor qui cū ueste induitur, & cū ueste deponitur, uestis proculdubio est nō uestiti. Tu ergo nō emulari in uanitatibus & mendicantibus pulchritudinē alienā ubi perdididerunt suam. Indignū tibi iudica formā à pelibus murii & operibus uermium mutuari: tua tibi sufficiat. Ille est uerus propriusq; cuiusq; rei decor, qui nulla interiacente materia per se inest. Idem: Vides nempe auro, argēto, lapidibus pretiosis, & omni denique cultu regiō nū tam ornatas, quā oneratas,

Vides post se longas trahentes fimbrias, & dēfas pulueris nubes excitates in aēra. Hęc nō te moucāt: illę illa in morte deponent, te tua sanctitas nō relinquet. Nō sunt sua quę portāt, & quum interierint nō sument omnia. Mūdo cuius sunt illis exūtibus retinebit. ¶ Sexto timēdum est ne desit perseverantia. Aug. in lib. de uirginitate: Sequi minū agnū tenēdo perseverat: qđ nouistis, ardentē facite quū potestis, ne uirginitatis bonū à uobis pereat, cui facere nihil potestis ut redeat. Virginitas amissa nō recuperatur, si lapsas confraeta nō reintegratur. Amos 3. Virgo Israhel profecta est in terram suā: nō est qui suscitet eam. Cū aliqua amisit uirginitatē, si totū mundū daret pro ea, & totus esset aurum, nō recuperaret eam. Bern. in epistolis: Studeto perseverantię, quę sola coronatur. Idē: Scias diaboli soli semper perseverantię insidiari, quā solam uirtutū nouit coronari.

De triplici aureola, scilicet prædicatorum, uirginum, & martyrum,

S E Q U I T U R de aureola, quę est additio ad gloriam electis debitā. Et notandū q; multis modis potest fieri additio ad gloriam. Vno modo per augmentum charitatis secundū quā mensuratur præmiū: unde charitate augmentata maior gloria debetur. ¶ Secundo in resurrectione per gloriā corporis. Vnde super illud

illud Exod. 27. Et super illam alteram coronam aureolam. dicit gloss. Corona aurea labio mēse apponitur, quum in scriptura dicimus egredientes de corpore animas in cælis æterna recipere præmia. Hęc aureola superponitur, quū in scriptura dicitur, q; ei sublimior gloria in receptione corporū seruetur. ¶ Tercio per opera supererogationis siue per impletionem consiliorum. Vnde dicit quædam gloss. super prædictum uerbum Exo. Corona aurea. additur, quū per euangeliū his qui mandata custodiunt uita æterna promittitur. Mat. 19. Si uis ad uitā ingredi, serua mandata. Huic corona aureola dicitur. Prima est, quę debetur his qui excellenter officium prædicationis exercent. Vnde super prædictum uerbum Exod. dicit interlin. In hoc figuratur remuneratio eorum qui in doctoribus excellunt: excellentia uerō ista secundum quosdam in hoc attenditur, quod cū prædicatione sit illud opus supererogationis, quod est abrenuntiatio propriorum, quę supererogatio fuit in primis ecclesię prædicatoribus, scilicet apostolis. ¶ Et notandū est quod quinque de causis multum competit officio prædicationis abrenun-

tiatio propriorū. ¶ Prima, ne hi qui contemptū temporalium prædicant, hoc facere uideantur ut ea soli habeant. ¶ Secunda est, quia qui habent officium prædicationis, oculi sunt ecclesię. Oculos autē expedit longe esse à terra: modicū enim terrę oculo iniectum multū impedit uisum. Sic amor terrenorū multū impedit spirituales uisum. Eccle. 20. Encarnia & dona excacāt oculos iudicū. ¶ Tertia est, quia secundum Dei ordinationem officio prædicationis debita est ministratio necessariorum à subditis: ut probat Paul. 1. ad Corin. 9. Quis, inquit, militat suis stipendiis unquā? Et paulo post: Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia uestra metamus. Et iterum: Deus ordinauit his qui euangeliū annuntiant de euangeliō uiuere. Item Gal. 6. Cōmunicet is qui catechizat uerbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Mat. 10. Nolite possidere aurū &c. Et subditur: Dignus est operarius cibo suo. Hic. Cōsiderandū est q; uni operi nostro duplex merces debetur: una in uia, alia in patria. Vna quę nos in labore sustinet: altera, quę nos in resurrectione remuneret. Beda: Hic merces inchoatur, & in cælo perficitur. Idē: Qui faccum & peram prohibuit, sumptus ex prædicatione concedit. Deute. 12. Non alligabis os boui trituranti. Luc. 9. Nihil tuleritis

in uia, in signum quod prædicator non debet ferre secum necessaria, sed alius debet ei ministrare, fert alius puluinar diaco non lectura euangelium. Cantico. 2. Læna eius sub capite meo.

¶ Quarta est, quia exercentes prædicationem specialiter reputatur operarii in uinea Dei: unde prouiso eorum specialiter pertinet ad dominum uinee. De operariis habetur Mat. 9. Messis quidē multa, operarii pauci. Et eiusdem 20. Misit operarios in uineam suam. Non reputat Deus operarios illos, qui tantum propter corpus laborant: sicut non reputat dominus uinee uin demiatorem qui non diligit nisi quod comedit. Chry. Opera nostra sunt opera iustitiæ, non ut agros colamus, non ut diuitias acquiramus. Idē: Sicut nemo conducit operarium ut hoc solum faciat quod mandat: sic nos non ideo uocati sumus ut hæc sola operemur quæ ad nostrum pertinent usum, sed ad gloriam Dei, sicut mercenarius totam diem impedit circa opus, modicam horam circa cibum: sic nos omne tempus debemus impendere circa gloriam Dei, modicam partem circa terrenos usus. Beda; Tanta prædicatori debet esse fiducia in Deo, ut præsentis uitæ sumptus non ferat. ¶ Quinta est, ut liberius operi prædicationis possint intendere maxime utili. Qui enim habet diuitias, uel in toto uel in parte sunt diuitiarum, nec

proprii seruitutes possunt esse Dei. Vnde Mat. 6. Non potestis Deo seruire & mamone. Mamona Syra lingua diuitia. Chryso. Diuitia à seruitute Dei nos expellunt in suam captiuitatem. Vnde diuites dicuntur uiri diuitiarum in Psal. Sene. Nostri essemus, si nostra non essent. ¶ Secunda additio gloriæ quæ aureola dicitur, est illa quæ debetur uirginitati. De qua glossa super Exod. 21. Ad hæc coronam pertinet canticum nouum quod uirgines tantum coram agno concinunt, & quæ sequitur, quocumque ierit. Et super illud Apoc. 14. Cantabant quasi canticum nouum ante sedem. dicit interlin. id est, de integritate animæ & corporis exultabant. ¶ Tertia additio ad gloriam quæ aureola dicitur, est illa quæ debetur martyrio. Prima uidetur pertinere ad uim rationale & ad uirritatem prudentiæ secundum illam speciem prudentiæ quæ dicitur docilitas, quæ uidetur dignior species prudentiæ. Excellentissimum uero opus pertinet ad uirtutem docilitatis, uidetur esse euangelizare. Hoc opus est ualde difficile. Vnde super illud 1. ad Cor. 1. Non misit me Deus baptizare, sed euangelizare, dicit gl. Aug. Perfecte baptizare etiam minus docti possunt: perfecte autem euangelizare, multo difficilius & ratio est operis. Ad hoc quod aliquis perfecte euangelizet, oportet quod totus à Spiritu sancto occupetur: ut scilicet scientia sit in

intel

intellectu, charitas in affectu, dulcedo in sermone, lux boni exempli in opere. Opus istud angelicum est. Luc. 2. Euangelizo uobis gaudium magnum, dixit angelus. Imo quodammodo diuinum est opus. Ad illud enim Deus in mundum uenit. Esa. 61. Euangelizare mansuetis misit me. Marc. 1. Eam in ciuitates & uicos proximos ut ibi prædicet: ad hoc enim ueni. Vnde quum istud opus excellentissimum sit & quasi supra hominē, non est mirum si exercentes opus istud, supra ceteros homines remuneretur, maxime si excellenter illud exercent, scilicet totaliter illi officio dediti sincere & liberē. Sinceritas in hoc attenditur, ut exerceatur sine cupiditate temporalis lucri. Libertas in hoc, quod sine timore temporalis damni. Exercentes hoc officium hic præhonorati sunt, & similiter in futuro præhonorabuntur. 1. ad Tim. 3. Qui bene prædicantur, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant uerbo & doctrina. Et super illud ad Ephes. 1. Ut sciatis quæ sit supereminens magnitudo uirtutis eius in nos. dicit gl. Quod dicit incrementum habebunt summi doctores, ultra illud quod omnes communiter habebunt. Dan. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sicut claritas stellarum excedit claritatem fir

mamenti: sic claritas doctorum claritatem cæterorum. Ipsi habebunt coronam non solum pro se, sed etiam pro aliis qui per eos saluati fuerint. Vnde super illud Phil. 4. Fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea. Dicit gl. Amb. Per quos in presenti lætificor, & in futuro coronabor. Discipulis enim in agone uictoribus, dignum erit corona magister aureola.

¶ Secunda uidetur pertinere ad uim concupiscibilem & ad uirtutem temperantiæ secundum illam partem eius quæ dicitur continentia uirginalis. Virginitas triumphat de concupiscentia illa quæ sænior est. In membris enim generationi deputatis maxime læuit concupiscentia. Ipsa refranat maiorem delectationem quæ sit: illa scilicet quæ est secundum tactum, & excellenti modo: integritate scilicet carnis, uel incorruptione seruata. Ipsa enim gloria filiorum amoris Dei continet: unde non est mirum, si gloria eius in futuro cumuletur. ¶ Tertia aureola uidetur pertinere ad uim irascibilem & ad uirtutem fortitudinis. Martyrio enim superat mors, quæ est maximum terribilium. Vnde non est mirum, si martyres præ ceteris remunerantur. Et ut uno uerbo dicatur, in carne præter carnem uiuere, euangelizare, mortem non timere, supra hominem esse uidentur, unde merito horum operum fiet remuneratio super ceteros. Aureola uidetur pertinere ad

uirtutē iustitiæ: qui hoc triplex meritum habent, speciales imitatores Christi sunt in præfenti uita, & speciales imitatores eius erūt in gloria. Christus fuit uirgo, prædicator, & martyr: & Io. Baptista, à quo incœpit euangelizatio regni cælestis. Decebat uas integrū esse & syncerū per uirginitatē, in quo repositū erat ballamū cælestis sapientiæ dispensandum per prædicationē, & candori munditiæ sociari decuit candorem sapientiæ: & ut nullus locus remaneret dubitationi, ueritatē doctrinæ necesse fuit cōfirmari morte. Nullus enim sani capitis auderet mendaciū morte propria cōfirmare.

De Cōtinētia uiduali. CAP. XII.
Dicendū est de alijs duabus partibus cōtinētiæ. Et primo de illa quæ est abstinentia ab omni coitu post experientiam carnalis operis. Hæc enim cōtinētia dignior uidetur esse continentia cōiugalī, quæ ei debetur fructus sexageſim^æ. Mat. 13. Similior etiā uidetur esse uirginali continentia, quam abstinentia ab omni coitu sicut & ipsa. Hæc species uerō continentia quæ nō habeat nomen propriū quo nominetur, quādoq; uocatur castitas: quod nomē generalius solet accipi pro cōtinētia quacunq;: quandoq; uerō nominatur cōtinētia uidualis, quæ est species ipsius. Abstinentia enim ab omni coitu in carne corrupta: quædā est uidualis ut il-

lorū qui fuerūt in matrimonio: quædā uerō nō est uidualis, ut illorū qui nō fuerunt in matrimonio, ut sunt ministri ecclesiæ. Ad cōmendationē castitatis facit illud Bern. in epistolis: Quid castitate decorius, quæ mundū de immūdo cōceptū semine, de hoste domestico, angelū deniq; de homine facit? Differūt quidē inter se homo pudicus & angelus, licet felicitate, non uirtute. Sed & si illius castitas felicitior, huius tñ esse fortior cognoscitur. Multa etiā de his quæ posita sunt ad cōmendationē cōtinētiæ in genere uel uirginitatis, referri possunt ad cōmendationē castitatis. Castitas uerō uidualis cōmēdatur exēplo turturis, quæ uni marito associatur in tota uita sua: ut legitur in li. de natura animalū. Hæc etiā commendat Apost. 1. ad Cor. 7. dicens: Dico autē inuuptis & uidualis: bonū est illis, si sic permaneant, sicut & ego: quæ si nō se continent, nubant: melius est nobere, quam uri. De hoc cōmendatur Iudith 15. eiusdem: Confortatū est cor tuū, eō quæ castitate amaueris, & post uirum tuum alium nesciens, ideo eris benedicta in æternū. ¶ Ad castitatē uidualē incitare potest personā relicta unitas, quæ fuit & carnalis & mētalis, inter eam & cōparem suū dū uineret. Fuerūt enim duo in carne una, Gen. 2. & Matth. 19. Et subditur: Itaq; iam nō sunt duo, sed una caro: ergo persona relicta qua-

si semi

si semimortua est. Vnde satis rationabile est, ut nō multum adheret huius seculo: sed magis cogitet de alio, in quo iā est quasi dimidia, & in breui tota futura. Vnde Aug. 4. lib. Cōfessio loquens de quodā amico suo defuncto: Bene dixit quidā de amico suo, Dimidiū animæ suæ: nā ego sensi animā meam & animā illius unam fuisse in duobus corporibus: & ideo horrore erat mihi uita, quia nolebā dimidiū uinere. Ber. super Cant. loquēs de fratre suo Gerardo defuncto: Quū essemus cor unum & anima una, hanc meā pariter & ipsius animam pertrāsuit gladius, & scindēs mediā partē locauit in celo, partem uerō in cœno deseruit. Ego illa portio misera in luto iacens, truncata parte sui & parte potiori. Ad uidualē etiā castitatem incitare potest oppressio filiorum, quā facere solet secundi mariti filius qui fuerūt de primo marito. Et tribulatio experita quā habet qui sūt in cōiugio, 1. ad Cor. 7. Tribulationē carnis habebunt huiusmodi. Glos. Pro necessarijs rebus prouidendis sibi & filiis. Ad idē incitare potest impedimentū Deo seruienti. 1. ad Cor. 7. Hoc ad utilitatē uestram dico: nō ut laqueū uobis iniiciā, sed ad id quod honestū est, & quod facultatem præbeat sine impedimento domino obseruandi. Si quis autem &c. ¶ Et notandum, quæ castitas uidualis specialiter commēdabilis est in

iuuene quæ modicum fuit cum uiro, quum postea toto tempore uitæ suæ cōtinēt. De hoc commēdatur Anna Luc. 2. Hæc conceperat in diebus multis, & uixerat cum uiro suo annis vii. à uirginitate sua. Et hæc uirua uſque ad annos lxxxii. Hieron. Perfecit uirtutis indicium est, renuntiare subito ex parte uoluptati, fugere quidē uelle cebras, & calētis adhuc gratias flammæ fidei ardore extinguere. ¶ Et notandū, quæ mulier quæ uidualē castitatem uult seruare, debet occasiones peccandi declinare. Vnde legitur de turture in lib. de natura animalū, quæ in æstate se mittat ad loca frigida: in hyeme uerō nō apparet: sed manet in nido. Hieron. Parū castitati credo sine suis appetitis. ¶ Tria uidetur esse appendicia castitati uiduali. ¶ Primum est, nō euagari, sed uel in propria domo manere, uel in tēplo orare. De quo commēdatur Anna Luc. 2. Quæ nō discedebat de tēplo ieiunijs & obsecrationibus seruens die ac nocte. Euagatio in uidualis reprehenditur 1. ad Ti. 5. Simul otiosæ discūt circuire domos: nō solum autē otiosæ, sed & uerbosæ & curiosæ, loquētēs quæ nō oportet. ¶ Secundū est, ciborum asperitas. 1. ad Tim. 5. Vidua quæ in delicijs est, uiuēs mortua est. Gl. Viuēs in quā uita corporis, mortua est in anima. ¶ Tertium est, uestitium humilitas. Vnde Genesi. 38. legitur de

Thamar; quòd deposita ueste uidiuitatis assumpfit alium habitū, quando uoluit carnali operi intendere. Ornatus qui tolerabilis est in ea quæ necesse habet placere uiro suo, nō est tolerabilis in uidua, quæ ad hoc solū studeat debet ut placeat Deo.

De castitate ministrorū ecclesiæ.

Et de octo causis quare castitas multum eis competat.

CAP. XIII.

NOtandum ergo, quod castitas multum decet eos, unde etiam apud Gentiles, sacerdotes castitatem amplectebantur. Plato in Timæo: Sacerdotiis præditi apud Athenas separati à cetero populo manebat, ne cōtagione aliqua eorum castitas pollueretur. Castitas figuraliter suadetur ministris ecclesiæ. Exod. 12, ubi comesturis agnū paschalē dicitur, Renes uestros accingetis. Item eiusdē 29. Indues, inquit, tunicis lineis, & cinges baltheo Aarō & filios eius. Itē Leuit. 16. Femoralibus lineis uerēda celabit, accingetur zona lineæ. Minister ecclesiæ castus, est unus illorum triū qui bene incedunt. Prou. pen. Tria sunt quæ bene gradiunt, & quartū, quod incedit feliciter, enumeratur secundo loco gallus succinctus lumbos. Sap. 4. O quā pulchra est casta generatio cū claritate dignitatis, scilicet ecclesiasticæ. Thren. 4. Cæcidiores Nazaræi eius niue nitidiores lacte. Candidor niueus uel lacteus est uera

castitas. Luc. 12. Sint lumbi uestri præcincti. ad Eph. 5. State succincti lumbos uestros in ueritate. Et 1. ad Tim. 3. ubi describitur quales debeant esse ministri ecclesiæ, dicitur quod oportet episcopum esse pudicū. Et paulo post dicitur, quod diaconos similiter oportet pudicos esse. Et e. Iudæm 5. Te ipsum castū custodi. Et 1. Pet. 1. Propter quod succincti lumbos mētis uestre, sobrii perfecti sperare in eā quæ offertur uobis gratiā. Et ad Titum 1. dicitur de episcopo, quod oportet episcopū esse cōtinentē. ¶ Et notandū, quod octo causæ assignari possunt, quare castitas multum cōpetit ministris ecclesiæ. ¶ Prima est, quia ipsi debēt Deū placere. Eccl. 4. 4. In tēpore iracundiæ factus est reconciliatio. Placere uerò non possunt nisi placeant. Placere uerò nō possunt, si carnaliter uiuāt. ad Ro. 8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Bern. Vā illius iræ qui nondum recōciliati, reconciliatio nis aliēnæ negotiū quasi gēs quæ iustitiā fecerit apprehēdit. ¶ Secunda est, quia ipsi sunt loco Dei, ideo uiuere debent ut Deus: spiritualiter scilicet, non carnaliter. Deus enim spiritus est. Io. 4. Apoca. 1. Vidit Ioannes similem filio hominis, præcinctum ad māmillas zona aurea, Similis filio hominis est uicari⁹ Christi, qui zonā auream continentię debet habere. ¶ Tertia est, quia ipsi angelicū officium hab

habent eidem domino seruietes cui & angelis: ideo & puritatem angelicā habere debēt. Vnde Malac. 2. dicitur de sacerdote, Angelus domini exercituuum est. Exo. 19. Sacerdotes qui accedunt ad dominū, sanctificentur ne percutiat eos. ¶ Quarta est, quia ipsi intendūt spiritali generationi, quæ munda & sancta est: ideo nō decet eos intēdere generationi carnali quæ, immūda est. Nec expedit eos habere filios carnales: ne dū sollicitudo & amor eorū diuiditur ad eos, minuantur ad filios spirituales. Ioannes euāgelista uirgo maiorem sollicitudinem & dilectionē habebat ad filios spirituales, quā ad carnales. 3. Io. Maiorē horum nō habeo gratiā, quā ut audiā filios meos in ueritate ambulare. ¶ Quinta est, quia ipsi contractāt. Sancta: ideo oportet eos sanctos esse, maxime quātū ad carnis mūditiā. 1. Reg. 11. Nō habeo panes laicos ad manum, sed tantū panē sanctū: si mundi sunt pueri, maxime à mulierib⁹, manducēt. Leui. 21. Incēsum domini, & panes Dei sui offerunt: & ideo sancti erunt. Itē in eodē: Homo qui habuerit maculā, nō offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministeriū eius. Macula uidē turpis, luxuria est: hāc maculā dedit Salomō in sua gloria. Eccl. 47. Itē Leui. 22. Homo qui accedet de stirpe uestra ad ea quæ sanctificata sunt, in quo est immunditia, peribit coram Do

mino. 1. Reg. 7. Sanctificauerunt Eleazarum, ut custodiret arcam Domini. 1. Paralipo. 15. Sanctificati sunt sacerdotes & leuite, ut portarent arcā domini. Esa. 52. Mūdāmini qui fertis uasa Domini. ¶ Sexta est, quia eos oportet mūdare alios, ideo oportet eos esse ualde mūdos. Eccl. 34. Ab immūdo quid mūdabitur? 2. Paralipo. 29. dictum est Leuitis: Sanctificamini, mūdate domū Domini. Neemiæ 12. Mūdati sunt sacerdotes & Leuite, & mūdauerunt populū. 1. Mach. 4. Eligit Iudas sacerdotes sine macula, uoluntatē habentes in lege Dei, & mūdauerūt sancta. ¶ Septima est: quia ipsi habēt sponsam nobilitissimā, scilicet sapientiam: ideo facilius sponsa uel concubina carnali carere possunt. Sapi. 8. Hāc amauit, & exquisiuit illam à iuuentute mea, & quæsiui sponsam eā mihi assumere, & amator factus sum formæ illius. Prou. 7. Prudentiā uoca amicam tuam, ut cūstodiāt te à muliere extranea: Homines quasi immerfi in balsamo sapientiæ, immunes sunt à corruptione. Ecc. 24. Quasi balsamū non mistum odor meus. In Psal. Eloquia Domini eloquia casta. Ab effectu. Iac. 3. Quæ defursum est sapientia, primū quidem pudica est, id est, pudicū faciens. Hiero. Ama sacras literas, & carnis uitia nō amabis. ¶ Octaua est, quod ipsi ministri sunt Altissimi, ideo decet ut ipsi sint proprii ipsius. Decet

tes enim dominum tantum habere proprios seruientes quod non habet similiter potestatem in corpore eorum. i. ad Cor. 7. Vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.

De continentia coniugali. Et primo de destructione erroris illorum qui damnant matrimonium. CAP. XIII.

Equitur de continentia coniugali. Circa quam primo destruitur error ille qui matrimonium damnat. Secundo, matrimonium commendabitur. Tercio, ostendetur qualiter sint matrimonia contrahenda. Quarto, quia continentia coniugalis abstinet à carnali opere illicito, & utitur licito, & ostenditur quod opus carnale sit licitum, & quod illicitum. ¶ Circa primum uero primo ponemus testimonia Noui testamenti, quibus dicitur error innititur. Secundo authoritates & rationes quibus falsitas dicti erroris coniungitur. Qui sunt huius erroris, uocantur Cathari: uel à catho cuius postiora osculantur, in cuius specie Luciferus dicitur sibi apparere. Vel à catha, quod est fluxus: defluunt enim per diuersa uitia: ponunt enim naturam corporis malam esse, & esse à principio malo debere eam omnibus modis purgari, ut citius à natura mala liberemur: unde nolunt fluxum illum matrimonio restringi. Ipsi dicunt opus carnale, quod tamē ab uxore exercetur, fornicationem esse, uten-

tes ad hoc probandum illo uerbo i. ad Cor. 7. Propter fornicationem unusquisque uxorem suam habeat: ergo est fornicatio cum uxore. Sed uerbum dictum sic est intelligendum, Propter fornicationem &c. non propter fornicationem faciendam, sed euitandam. Simile ad Ro. 4. Christus traditus est propter delicta nostra, non faciendam, sed destruendam. Et est uulgari modus loquendi: unde dicitur aliquis ferre pellicem propter frigus: non propter frigus faciendum, sed repellendum. Item in eodem: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium: ergo peccatum est matrimonium, cum indulgeatur. Preterea potest dicitur ibidem Apostolus: Volo omnes esse sicut me ipsum: id est, continentem. Et dicendum est, quod indulgentia ibi non accipitur pro uenia, sed pro concessione minoris boni. Minus enim bonum est matrimonium, quam uirginitas uel castitas. Vtrique bonum est, & donum Dei. Unde subdit Apostolus: Unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sanctus, alius uero sic. Propter hoc ergo dicit, quod uult omnes homines esse sicut se: quia uellet eos non solum bonos esse, sed etiam meliores. Item in eodem dicitur: bonum est homini mulierem non tangere: ergo malum est eam tangere. Non sequitur: sicut non sequitur: bonum est non bibere uinum, ergo malum est bibere uinum. Item in eodem: Qui ha-

bent

bent uxores, sint tanquam non habentes: ergo malum est, cum eis commiseri. Sed hoc non sequitur: sicut non sequitur: Qui emunt, sint tanquam non possidentes, quod ibidem legitur: ergo non debent comedere de fructibus agri empti. Qui habet uxorem est tanquam non habens, si debitum reddit & non exigit. Item dominus monet ad relinquendum uxorem. Lu. 18. Nemo est qui relinquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore &c. Et eiusdem 14. Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum & matrem suam & uxorem suam &c. non potest meus esse discipulus: ergo uxor est relinquenda & odio habenda. Ad quod dicendum, quod uxor est relinquenda & odienda eo modo quo & pater & mater, ut scilicet si uult trahere aliquem ad idololatriam, uel haeresim, uel aliud peccatum, non consentiatur ei: tamē si bene se habeat, amanda est sicut pater & mater. i. ad Cor. 7. Si quis frater uxorem habet infidelē, & haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam. ¶ Licet autem dicitur error iam in sua radice destructus sit, ubi fuit destructus error Manichæorum, qui ponit principia prima, unum bonum, & aliud malum, à quo dicit esse ea quae sunt corruptibilia, à quo errore manifeste falsitas eius conuincitur potest testimonis scripturæ quae

sequuntur. Mat. 19. Phariseis interrogantibus Christum, an liceret dimittere uxorem suam quacunq; ex causa, ipse premisso testimonio Genes. intulit, Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Ostendens manifeste matrimonium esse à Deo, & non esse ab homine separandum. Patet ergo quod matrimonium est bonum. Item Luc. 1. dicitur de Zacharia & Elizabeth uxore eius, quod ambo erant iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini, sine querela, & quod angelus Gabriel Zachariae nuntiavit haec: Elizabeth uxor tua pariet tibi filium. Et paulo post: Et Spiritu sancto replebitur adhuc, ex utero matris suae. Non est ergo matrimonium malum in quo sancti homines fuerunt, & ex quo fructus tam bonus processit. Et Ioan. Maria interfuit nuptiis, & Iesus & discipuli eius ad eas uocati sunt, & fecit ibi Iesus initium signorum istorum. Non honorasset Christus tot modis nuptias, si male essent. Item ad Roman. 7. Mulier uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum altero uiro. Si autem fuerit mortuus uir eius, libera est à lege uiri, ut non sit adultera, si fuerit cum altero uiro. Itē i. ad Cor. 7. Uxor uiri uir debitum reddat: similiter & uxor uiro. Et in eodem: Nolite fraudari à diuinis, nisi forte ad tempus, ut uacatis orationi, & iterum reuertimini in idipsum.

Et

Et iterum: His qui in matrimonio iusti sunt præcipio, nõ ego sed Dominus, uxore à uiro nõ discedere. Et paulõ põst: Et uir uxorem non dimittat. Itẽ in eodẽ: Alligatus es uxori, noli querere solutionem. Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem. Si autẽ acceperis uxorem, nõ peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit. Item in eodem: Qui matrimonio iugit uirginẽ suã, bene facit. & qui nõ iugit, melius facit. Mulier alligata est legi quanto tempore uir eius uiuit. Quod si dormierit uir eius, liberata est à lege uiri: cui uult, nubat, tantũ in Domino, ergo etiam secũdã nuptiã sunt licitã. Item ad Ephes. 5. Viri diligite uxores uestras &c. In eodem: Vnusquisque uxore suã sicut se ipsum diligat. Et 1. ad Timot. 2. Mulier seducta in præuagatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem. Item 4. Spiritus manifestẽ dicit: quia in nouissimis tẽporibus discedent quidam à fide attẽdẽtes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum, in hypocrisis loquentiũ mendacium, & cauteriatam habentium suã conscientiam, & prohibitiũ nubere &c. Et eiusdem 5. Volo iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse. Item ad Hebr. ult. Honorabile coniugium in omnibus. (supple sit) & thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. id est, dãn-

nabit. Bern. Omni immunditiã habenas laxat, qui nuptias dãnãt. Idem: Rata est in terris continentia, neque pro tãtillo quãstu exinanitit se Filius Dei, formam serui accipiens. In hac approbatione matrimonii conueniũt nobiscũm tã ludãi quãm gẽtiles. Gẽtiles enim in ueneratione habuerunt coniugium, & filios qui non erant nati de coniugio, illegitimos iudicabãt. In hoc autẽ conueniũt nobiscũ sapientissimi, ut Salomõ Prouer. 19. Domus & diuitiã dantur à parẽtibus: à Domino uerõ propriẽ uxor prudens. Seneca etiã uxorem habuit, ut apertẽ habetur in eius epistolis. Et notandũ quod illi qui sunt huius erroris, dicunt mulierem dãnari si prægnans decedat uel in partu. Quod manifestẽ patet esse falsum in Elizabeth, Lucã 1. quã prægnãs erãt quum salutaũt eã beata Virgo: & tamẽ repleta est Spiritu sancto, & infans exultauit in uterõ eius, quã si decedisset in partu, saluata esset. Partus enim poenã habet, nõ culpã. De commendatione Matrimonij. CAP. XV.

Sequitur de commendatiõẽ matrimonij. ¶ Et notandum quod duodecim sunt, quibus matrimonium potest commendari fidelibus, qui utrunque testamentum recipiũt. ¶ Primum est, autoritas instituentis illud. Cũm alios ordines instituerit aliquis sanctus ut Augustin. uel

Bened

Benedictus, ordinem matrimonij instituit ipse Deus qui errare nõ potest. Vnde si culpabilis est qui ordinẽ beati Benedicti transgreditur: cõstat quod ualde culpabilis est qui transgreditur ordinem matrimonij à Deo institutum. ¶ Secundum est, locus in quo institutũ est, scilicet paradysus. Institutum enim est immisso sopore in Adã. Genes. 2. Et raptus est Adam in spiritu, & interfuit curiã cœlesti, & ibi agnouit uirtutem matrimonij, & cuius rei esset sacramentum. Et erat Adã tũc corpore in paradiso terrestri, mente uerõ in paradiso cœlesti. Vnde super Genes. dicit glos. August. Extasis recte intelligitur ad hoc immissa, ut mēs Adã particeps Angelicã curiã & intrans in sanctuariũ Dei nouissima intelligeret: unde euigilans propheticò spiritu eructauit, Hoc nunc os ex osibus meis &c. Hęc uerba tũ Adẽ scriptura fuisse dicat, Christus in Euangelio Deum dixisse declarat. Matth. 19. ut intelligamus per illã extasim Adã diuinitus hęc dixisse. ¶ Tertium est antiquitas. Non enim de nouo institutus est ordo iste, imò antiquitate excedit omnem ordinem in terris institutũ. ¶ Quartum est, status. Institutum enim est in statu innocẽtiã in illo felici tempore in quo homo nõdum peccauerat. ¶ Quintũ est, quod hunc solum ordinem saluauit Deus tempore diluuii. In

arca enim tãtũ saluati sunt Noẽ & uxor eius, & tres filii eius & uxores eorum. Si qui erant concubinarij, si quã meretrices, oēs diluuiò sunt submersi. ¶ Sextum est, quod beata Virgo hunc ordinem intrare uoluit: licet proposuisset seruare uirginitatem: quod nõ parum facit ad honorẽ matrimonij: noluit filius carnem ex ea assumere, donec fuit in matrimonio. Matrimonium pallium est quo beata uirgo usa est, quo occultauit cœlestem cõceptũ. Sub quo pallio latẽre uoluit filius Dei: sub hoc pallio cœlatum est diabolo mysteriũ redemptionis nostrã. Infelices & maledictã sunt illã quã potius eligunt esse in confusione diaboli quã in ordine beatę Virginis. Cõfusiõ diaboli est status meretriciũ, quã quãdoque peccant cum patre, quãdoque cũ filio, quãdoque cum duobus fratribus uel cõgnatis, quãdoque cum solutis, quãdoque cum coniugatis, quãdoque cum sacerdotibus, quãdoque cũ religiosis, quãdoque cũ leprosis. Infelices etiam sunt adulterã quã matrimonio non deferunt, quã nõ timent pallium beatę Virginis inquinare. ¶ Septimũ est, quod Deus uoluit honorare nuptias sua presentia & matris suã, & discipulorũ suorũ. Ioã. 2. Vbi inueniũt cõcubinariũ quod Christus uel beata Virgo in domibus eorum comederit: Diabolus potius in domibus eorũ inhab

inhabitat, cui de corporibus suis sacrificia faciūt. Sicut enim qui continēt̄ uiuunt, corpora sua Deo sacrificāt. Iuxta illud ad Rom. 12. Obsecro uos p̄ miseriam cordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem. Sic qui luxuriosē uiuūt, corpora sua sacrificāt diabolo. Quo modo habitaret Deus, ubi exercetur opus illud quod plus Deo foret et angelis eius, quam aliqd̄ cadauer hominibus foret. ¶ Ostentum est, quod Dominus nuptias uoluit honorare. Primo apertō miraculo quod fecit coram discipulis suis. Ipsum uerō miraculū quo aqua mutata est in uinum, ostēdit cuius uirtutis sit matrimoniu. Aqua enim uilis est, uinū pretiosum. Sic opus carnale absq̄ue matrimonio uile quid est; opus uero matrimoniale pretiosum. Vnde infelices sunt cōcubinarij, qui aqua fortentē uino pretioso praeligunt, potius uolentes exercere opus illud extra matrimonium cum peccato, quam in matrimonio sine peccato. Infelices etiā sunt illi qui uinū bonū & purū habent, & relinquūt illud pro uino prauo quasi felle misto. Hi sunt illi qui proprias uxores habēt & alienis adherēt. ¶ Nonū est, excellens benedictio quā ecclesia facit coniugibus iuxta altare ad missam in praesentia Domini corporis. Qui potius uult esse cōcubinarus quam legitimus maritus, ipse potius

uult habere maledictionē quam benedictionē. Quādiu enim est in peccato, maledictus est quicquid agat. In Psal. Noluūt benedictionem, & elōgabitur ab eo. Cōcubinarij uideūt uelle maledictionē, & meritō illā habebūt. Dicit enim eis illud Matt. 25. Discedite à me maledicti in ignem æternum. His autem qui bene se habent in matrimonio dicitur illud Matt. Venite benedicti Patris mei &c. ¶ Decimū est, pretiosus fructus, qui ex matrimonio sequitur. Generatur enim inde filii huius seculi, qui pōt per adoptionem sunt filii Dei. Si quis haberet uineā quę annuatim ferret mille modios uini, ualde amaret eam. Quantū ergo amādum est matrimoniu unde pueri procreantur, cum puer unus proualeat toti uino qd̄ in munda est! Ex matrimonio generantur uirgines. Vnde si uirginitas multum amādā est, & matrimoniu multum amādum est. Hieron. Laudo cōiugium, quia uirgines generat. lego de spinis rosam, de cōcha margaritam. Valde infelices sunt meretrices quę operi carnali intendunt: & tamē quia exponendo se omnibus se ita inquinant, non sunt dignę ut Deus det eis fructū prolis. Mira fatuitas, non cessat seminare, licet nideant se nullum fructum inde colligere. Meretrices habent officium in mundo isto iugulādi homines pro denario

nario

nario & denario. Vix inter latrones inuenitur aliquis qui tale officiu uelit habere. Ipsæ aditricæ sunt danatōis humanę sicut & demones. Quid dicent in die iudicii, si quaratur ab eis ubi sunt filii earū? Ipsæ danabuntur quasi eos occiderint. Exponendo enim se omnibus quasi suffocauerunt eos. ¶ Undecimū est, q̄ matrimoniu est unum de septē sacramētis ecclesię. Si quis in aqua baptismi lutū piseret, uel alio modo sacramento baptismi cōtumeliā faceret, nō esset parū culpabilis. Sic nec parū culpabilis est q̄ adulterando sacramēto matrimonii cōtumeliā facit. ¶ Duodecimum est, uirtus magna matrimonii, quę multis pōt ostēdi. Primo per hoc quod opus carnale quod sine eo esset mortale, cum eo est ueniale, uel omnino sine peccato. Secūdo per hoc q̄ remediū est contra mala quę ex meretricio sequūt cōcubitu, quę sunt sterilitas, prolis interfectio, incēctus. Tertiū per hoc q̄ adeo efficacē est ad concordiam faciendā, quę adeo placet Deo, sicut discordia multū ei displicet. Tota patriā una uino matrimonio quādoq; ad cōcordiā reducit. Prou. 6. Sex sunt quę odit Deus, & septimū detestatur eū. Septimū qd̄ detestatur est ille q̄ seminat inter fratres discordias. Quarto per hoc q̄ defendit hominem ex ea parte qua diabolus eū fortius impugnat. Iob 40. Fortitudo eius in luno

bis eius.

De modo contrahendū Matrimonium. CAP. XVI.

Notandum ergo quod ille qui uult cōtrahere matrimoniu, Primō debet habere intentionē ad Deū: ut scilicet cōtrahat desiderio generādi filios secūdū carnē, q̄ pōt fiat filii Dei per adoptionē. In illis enim qui Deum excludūt ab intētiōe sua, potestātē habet demoniu. Tob. 6. dixit angelus Tobię minori. In eos qui cōiugiu ita suscipiūt, ut Deū à se & à sua mētē excludāt, & suę libidinī ita uacent, sicut equus & mulus in quibus non est intellectus, habet super eos demoniu potestātē. Et in eodē: Accipies uirginē cū timore Domini, & amore filiorū magis q̄ libidinīs ductus. Itē p̄inde 8. dixit Tobias minor: Nūc Domine tu scis quoniā nō luxurię causa accipio uxore mōā, sed sola posteritatis dilectiōe in qua benedicatur nōmē tuū in seculū seculorū. ¶ Secūdo debet eligere uxore similem sibi, nōbilem si nobilis est; ignobilē si est ignobilis. Gen. 2. Faciamus ei adiutorium simile sibi. De costa uiri formauit Dominus mulierē, ne pōset unus cōtra alterū gloriari se esse de nobiliori genere. Nō formauit Deus mulierē de capite ne crederet formata ad dñatiōnē. Neq; de pede, ne crederetur subicienda in seruitutē: sed de costa, ut habeat tāquā socia. Poeta: Si qua uoles aptē nubere nube

nube pari. Paritas ista nō solūat tēdēda est quātū ad nobilitatē; sed etiā quātū ad iunētūre & pulchritudinē. Quādo enim iuuenis & pulchra nubit seni & deformi, habet eū exosum & adaltera effici. Paritas ista bene in anulo ostendit: q si strictior sit, digito nō cōgruit; si lauior, decidit. Sic se habet inter cōiuges si sint disparēs: q̄a uel simul manētēs nō sunt cōcordes, uel un⁹ ab altero discēdit. ¶ Tertio, ut cū tali cōtrahat, quā sit de progenie bona. Non debet ducere filiam usurarii uel raptoris. Hāc enim fuit una de causis diluuii. Vidētes enim filii Dei filias hominū quōd essent pulchrā, acceperūt uxores sibi ex omnibus quas elegerant. Gen. 6. Filii Dei uocātur qui erāt de stirpe Sath: filii hominū qui erant de stirpe Cai. ¶ Quarto q̄ p̄sona cū qua cōtrahit sit bona & prudēs. qd̄ est unum de magnis donis Dei. Pro. 19. Domus & diuitiē dantur à parētibus: à Domino uerò ppriē uxor prudēs. Eccl. 26. Mulieris bonæ beatus uir. Et in eodem: Pars bona, mulier bona, in parte bona timētū Deū, dabitur uiro p factis bonis. Et in eodē: Gratia super gratiā, mulier sancta & pudorata. 1. Cor. 6. Sanctificatus est uir infidelis per mulierem fidelem.

*Quod opus carnale sit illicitum
& quod licitum. Et quot
& quæ requirantur ad hoc quod
opus carnale fiat sine culpa*

*meritoriē. Et quot sint quæ
requirant inseparabilitatem
matrimonij. CAP. XVI.*

SEquit̄ uidere de opere carna-
li, qd̄ sit illicitū & qd̄ licitū.
Potent̄ tā uideri alicui q̄ opus
illud nūquā fiat sine culpa. ¶ Pri-
mo p hoc qd̄ dicit Aug. in libr. de
fide ad Pet. Sine libidine nō est
parētū cōcubitus. ¶ Secūdo per
hoc qd̄ dicit gl. Hieron. sup il-
lud 1. Pet. 3. Vt non impediantur
oratiōes uestrā. Impediri ora-
tiōes officio cōiugali commo-
rat: q̄a quoriescūq; uxori debitū
reddo, orare non possum. Vult
enī secūdū gl. illā, redditio debi-
ti semp habere culpā, cū semp
orationē impediāt. ¶ Tertio p
hoc quod dicit gl. super illud 1.
Cor. 6. Qui fornicatur, in cor-
pus suū peccat. Hic propriē ser-
uit anima corpori, sed ubi ani-
ma quæ debet dominari corpo-
ri, seruit ei, uidetur esse pecca-
tū, cū sit ibi priuatio debiti or-
dinis. ¶ Quarto per hoc quod
dicit gl. ibidem: Sic totus homo
absorbetur à carne, ut iā dici nō
possit ipse animus suus esse, sed
simul totus homo dici possit ca-
ro. ¶ Quinto per hoc qd̄ semper
in illo opere uidet̄ esse immo-
derata delectatio. Et dicēdū est
quod opus illud exerceri potest
sine omni culpa, & etiā merito-
riē, in trib⁹ casib⁹. ¶ Primus est,
cū sit cā plis suscipiēde & ad cul-
tū Dei educēdā, cū alijs debitis
circūstātis. Aug. Cōcubitus ne-
cessarius est cā generādi incul-

pabil

pabilis est solus nuptialis. Iste
cōcubitus solus dicitur esse nu-
ptialis, quia principaliter insti-
tutū est matrimonij ad suscipiē-
dum prolē. Et hāc prima institu-
tio & principalis dicitur fuisse
facta in officij. Secūda eius insti-
tutio fuit in remediū, scilicet ad
fornicationē euitandā. ¶ Secun-
dus casus est cū petētū reddi-
tur debitū, Aug. Reddere debitū
cōiugale, nullius est criminis. In
hoc casu iustitia mouet. ¶ Ter-
tius casus est, cū aliquis exigat
opus, illud ut caueat cōpari suo
ne in peccatū cadat: ut cū ali-
quis sciens uxore suā uerecun-
dam & nūquā petiturā debitū,
& timet de casu eius, debitū exi-
git. Et in hoc casu pietas mouet.
Si uerò aliquis exerceat opus il-
lud, ut impleat concupiscētiam
suam, culpa est ibi quandoque
uenialis, quādoq; mortalis. Vē-
nalis, quando concupiscētia ita
subiecta est rationi, quod nō co-
gnosceret eam nisi esset cōiunx
sua. Mortalis, quādo adeo
immoderata est concupiscētia
quod cognosceret eam, licet nō
esset sua. Et in hoc casu intelli-
gitur illud uerbū quo dicit gl.
super 1. ad Cor. 7. Omnis uehe-
mens amator, propriē uxoris ad-
dultor est. Et ibidem dicit gl. of.
Aug. Coniugalis cōcubitus ge-
nerandi gratia nō habet culpā;
cōcupiscētiā uerò satiāda, sed
tamē cū coniuge, habet culpā
propter thori fidē ueniale. In
uērbo uero Aug. in libr. de fide,

ad Pet. libido dicitur concupi-
scentia inordinata, quæ pœna
est, & nō sumitur pro culpa uel
ueniali uel mortali. ¶ Ad aliud
dicendū qd̄ oratio sumitur quā-
doq; pro quolibet bono opere.
Vnde gl. super 1. Thes. ult. Non
desinit orare qui nō desinit be-
ne agere. Quandoq; pro ora-
tione uocali: quādoq; uerò pro
actu interiori, cū anima in Deū
afficitur. Et iste actus excellens
animæ impeditur opere carna-
li. Si enim animæ uires ordinē
tur, generatiua uidetur esse in-
firma: uis uerò secundum quam
anima afficitur in Deū, summa
uidetur esse: unde nō est mirū si
operationes illarū uirium sibi
nō consociantur. Idē intelligē-
dum est de illuminatione pro-
phetica, quæ tunc nō habet fie-
ri. Hier. super Matt. Coniugia le-
gitima carent peccato, non ta-
men tempore illo quo coniuga-
les actus gerūtur: præsentia san-
cti Spiritus dabitur, etsi prophe-
ta esse uideatur qui officio ge-
nerationis obligatur. Glossæ
uero quæ sunt super illud 1. Co-
rinth. 6. Qui fornicatur &c. in-
telligendæ sunt non de coniu-
gali facto cum debito circum-
stātis, sed opere libidinoso, ubi
ratio uincitur. Ad illud autē qd̄
immoderatiōe delectatiōis ob-
iicitur, dicēdū est qd̄ ex quo Adā
peccauit, nō fuit cōiugale opus
sine aliqua immoderatione: sed
quædam immoderatio est quæ
pœna est solū, & prouenit ex in-

A ordi

ordinatione scruentis concupiscentia. Sed ex quo aliqua prædicatorum tristi causari, prius inchoatur opus illud, & non propter delectationem, & delectatio manet infra fines suos, scilicet in vi brutali, nec trahitur ratio ut delectationi consentiat, non est delectatio illa peccati. Aquæ enim inferiores à superioribus sunt diuise firmamento uirtutis.

Quot & qua requirantur ad hoc quod opus carnale sine culpa sit, & meritorium.

ET notandū q̄ multa requiruntur ad hoc quod opus carnale sine culpa sit & meritorium. ¶ Primum est, ut fiat in eadē specie. Natura enim est uis rebus insita ex similibus procreas similia. Vnde si fiat opus illud in alia specie, est peccatū contra naturā: quod tangitur Exo. 22. Qui coierit cum iumento, morte moriatur. Et Deute. 27. Maledictus qui dormierit cum aliquo iumento. ¶ Secundum ut fiat in organo dissimili. Si uero fiat in organo simili, est peccatū contra naturam, q̄ tangitur Rom. 1. Nam scēptā eorum mutauerūt naturā usum, in eum usum qui est contra naturā. Similiter & masculi relicto naturali usu scēptā exarserūt in desideris suis, in inuicē masculi in masculos turpitudinem operates. ¶ Tertium est, ut fiat in organo ad hunc usum deputato: contra quod est pollutio extraordinaria, quā tangit gl. super prædictū locū Ro. 1. Qui cum ipsa

coninge alio modo quā licet dormierit, operatur cōtra naturā. ¶ Quartū est, ut non fiat modo bestiali, sed modo quē decet rationale naturam: modo scilicet idoneo infusōi seminis, quātū ad uirum, & receptiōi seminis, quātū ad scēptā. Contra hoc uero est illud peccatum cōtra naturam, quod enumerat Methodius inter causas diluuii, dicens: Mulieres in uesaniā uerse supergressē uiris abutebātur. ¶ Quintū est, ut personæ inter quas hoc opus exercetur non sic se habeat, q̄ una sit radix à qua alia processerit, uel processerint ab una radice proximo. Hoc enim multū ualet ad societate, quæ multū est cōseruatiua humani generis. Per hoc enim, q̄ matrimonium cōtrahitur cum persona non attingente, initur societas inter cōsanguineos utriusque personæ coniugū, qui sibi non attingebāt. Si hoc opus exerceretur cum attingentibus, haberent homines suspectā cohabitationē uxorū suarū cum suis propinquissimis, & cum propinquissimis ipsarū: sic in magna parte periret societas humana cōseruatiua humani generis. Contra hoc est peccatū incestus peccatū ualde detestabile, quod etiā exemplo brutorū animalū nobis distuadetur. Vnde legitur in lib. de natura animalū, q̄ ea melius cooperto capite matris eius super eā saltauit, & operimento sublato matrē cognosces, turpitudinis opere q̄ inceptat

rat intercepto descendit, & in generatorē interfecit. Similiter cum fieret equo & matri eius, cognosces matrē sibi suppositā, sub ito fugit. ¶ Sextum est, quod per se inter quas hoc opus exercetur, ante sunt inseparabiliter: non enim sufficit ut consentiant uno cōsensu sicut fornicatores.

De inseparabilitate matrimonij.

HANC inseparabilitatē primo uidetur requirere, quia matrimonium sacramentū est figuratum matrimonij spiritualis, quod est inter Christū & ecclesiam. Ephē. 5. Sacramentum hoc magnū est: ego autem dico in Christo & ecclesia. Vnde cum illud matrimonij sit inseparabile, & matrimonij carnale inseparabile debet esse. ¶ Secundo fructus ad quē est matrimonij, est diuinitas. Destruitur enim proles si diuidatur. 3. Reg. 3. Dixit mulier cuius filius erat uiuus ad regem qui eum iussit rat diuidi: Obsecro domine mi, date illi infantem uiuū, & nolite interficere eum. Si quis tamē obiciat, q̄ quando sunt plures filij, potest fructus diuidi: Dicendum est, q̄ nec tunc diuidi potest quin omnes sint filij patris sicut & matris, & omnes teneantur tam patri quā matri, & tam pater quā mater omnibus. ¶ Tertio, fidei integritas, sine qua non est secura societas. Si separari deberent, non consideret unus coniugū de altero: nec unus fidelis esset alteri, quātū ad bo-

norū cōmunicationē. Prouer. 11. legitur de forti muliere: Condidit in ea cor uiri sui. ¶ Quarto, magnitudo amoris qui est inter ipsos: maximus enim uidetur esse inter amores qui sunt ratione carnis, cum etiā amori patris uel matris uideatur præualere, scēptū illud Math. 19. Propter hoc relinquet homo patrē & matrē, & adhaerebit uxori suæ. Cum aliqua unio corporū inseparabilis sit, ut mistio aliqua: mē talis unio uidetur debere esse inseparabilis, & maximē uidetur de illa quæ est maritalis amoris, quæ maxima & familiarissima uidetur esse. Præterea si omni tēpore diligit qui amicus est, nulla aduersitas separare debet amicitia coniugū. ¶ Quinto societas cōsanguineorū coniugum ipsi mediatis contracta, quæ separabitur, si matrimonij eorū dissoluatur, sicut mediatis societas cum ad eō sit Deo ualde grata, ab homine separanda non est. Contra unitatē inseparabile, est peccatum fornicationis. ¶ Sextū est, ut illud opus exercetur inter personas, quæ sint unitæ singulariter. Unica enim unicus debet esse. Ad quod facit magnitudo amoris. Si enim maximus amor carnalis & familiarissimus est inter eos, cum unica debet esse amor ille. Quod enim per superabundantiā dicitur, uni soli conuenit: hæc singularitas unitas in anulo ostēdit, q̄ uni

cum digitum capit. Si quis tamē obiciat quia unus debeat multas habere, ut sic multiplicentur cultores Dei, cum unus homo sufficiat multas fecundare. Respondendū est, q̄ Deus non attendit tantū multiplicationē generis humani, quantū ad numerum, quantum autē dicit eius multiplicationem, quantū ad meritum, & ut frequentius qui generatur nō sunt ueri cultores Dei, *Ecc. 15.* Nō cōcupiscit Deus multitudinem filiorū infidelium & inutilem. *Luc. 23.* Venient dies in quibus dicēt: Beate steriles, & uentres qui nō genuerunt. Licet paucissimi essent cultores Dei: tēpore primorū parentum: tamē noluit dominus ordinare ut Adā haberēt duas uxores simul, ut sic citius multiplicaretur genus humanū. Præterea primus quē genuit Adā malus fuit, scilicet Cain. Vnde patet q̄ citius genuit imitatorē diaboli, quam cultorē Dei. Præterea animalia magna, ut dicitur in lib. de natura animalium, rarō generant. Elephas enim femina cessat triennio post partū à coitu: & camelā per annū. Paucos etiam generant, quia unicū foetum: cum animalia parui corporis generent multos, ut ibidē legitur. Sic homo maximus dignitate inter animalia, nō est mirum si rarō & paucos filios generet. Præterea quandoq; qui sufficit multas fecundare, uix sufficit uni, & proli eius sine periculo animæ suę ne

cessaria providere. Legitur in lib. de nat. animalium, de aquila, quod ualde grauat in nido, ita quod uenari nō possit: & ideo nō sufficit pascere plus quam duos pullos: unde tertium ouum proicit, uel tertium pullū. Si quis uerō obiciat, q̄ saltem in principibus qui sufficiūt providere tolerabile erit, q̄ unus habeat plures: Dicendum est q̄ frequentius isti minus sufficiunt providere uxori & filiis suis sine periculo animarū suarū, quam alii. Præterea multiplicatio domorum destructio est terrarū. Multiplicatis hæredibus sequitur diuisio regnorū quam consequitur desolatio eorū, *Matth. 12.* Omne regnum in se diuisum, desolabitur. Multiplicatis principibus multiplicat mala super terram. *1. Mach. 1.* legitur de Alexandro qui diuisit regnū suum pueris nobilibus, qui secū erant nutriti à inuenture. Et subditur: Obtinuerunt pueri eius regnū unusquisq; in loco suo, & imposuerūt sibi diademata post mortem eius, & filii eorū post eos annis multis, & multiplicata sunt mala super terram. Quando aliquis princeps habet multas uxores successiuē, uix est pax inter filios, qui sunt ex illis uxoribus. Præterea nollit princeps uxorem suam ab alio fecundari, etiā si ipse nō possit eam fecundare. Vnde nec ipse uelle debet etiā quū uxor sua sterilis est, ex alia fructū habere: hoc enim est de

iure

iure naturali, ut non faciat alii quod sibi nō uult fieri. Præterea uix perfecta pax seruari possit, si unus plures haberet. Cōsequētia est Sara *Gene. 16.* q̄ ancilla sua Agar contemneret eam, cui ipsa uirum suū cōmunicauerat. Et Lia dixit Rachel: Parū me tibi uidetur, q̄ præriperis maritum meū mihi? *Gen. 30.* Cōtra hanc singularitatem est peccatū adulteri. ¶ Octauū est, ut non moueat ad opus carnale delectatio, sed uel bonū proli, uel iustitia, uel pietas, de quibus prius tactum est. ¶ Nonū est, ut opere inchoato ratio non trahatur ad cōsentendū delectationi. Vnusquisq; enim tentatur à concupiscentia sua attractus & illectus. *Iac. 1.* ¶ Decimū est, ut eligatur tempus, in quo licet opus illud exercere: abstinendum enim est ab illo opere tēpore menstruorum. *Leui. 16.* Si coierit uir cum muliere tēpore sanguinis menstrualis, immundus erit. Eiusdem 28. Ad mulierē quæ patitur menstrua, non accedes. & dicit Aug. q̄ tunc abstinendum est ab illo opere propter proli corruptionem. Hier. dicit, quod tunc cōcipiunt membris damnati, cæci, claudi, leprosi. Item tēpore sacro. Aug. Propter dies processionis & ieiuniorum aliquando nō licet conuenire: quia etiam à licitis abstinendum est, ut facilius impetrari possit quod postulatur. Item tempore quo uxor grauida est. Vnde elephas præ-

gnantem fecundam non tangit ut legitur in lib. de natura animalium. ¶ Undecimū est, ut locus sacer caueatur: non enim est exercendum illud opus in loco sacro.

De Temperantia delectationum secundum uisum, auditum, & olfactum. CAP. XVIII.

Dicō de Temperantia delectationum, quæ sunt secundum gustum & tactū, dicendum est de Temperantia quæ est secundum uisum, auditum, & olfactum. Et notandum q̄ quū uisus in omnibus animalibus sit supra auditum, & sub uisu olfactus, ut legitur in lib. de natura animalium, periculosior uisus esse uidetur, nisi refrænetur, q̄ auditus, & auditus, quam olfactus. Vnde scriptura multum suadet nobis refrænationem uisus. *Eccle. 9.* Ne respicias mulierem multiuolam. In eod. Virginem nē conspicias. Item: Noli circūspicere in uicis ciuitatis. Et iterum: Ne circūspicias speciem alienam. Eiusdem 25. Ne respicias mulieris speciem. *Ali. 41.* Ne respicias mulierem alieni uiri. Causas quare uisus sit periculosus, require in tracta. de Luxuria ca. de aspectu mulierum. De refrænatione uisus & auditus, habetur *Esa. 33.* Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne uideat malum, iste in excelsis habitabit. Uisus & auditus uidentur habere curiositatē quasi

insatiabilem. Eccle. 1. Non fatiatur oculus uisum, nec auris auditum impletur. Greg. Graue curiositas est uisum, quæ dum cuiuslibet mentem ad inuestigandam uitam proximi exterius ducit, semper sui intima abscondit, ut aliena sciens, se nesciat. Idem: Curiosi animus quanto peritus fuerit alieni meriti, tanto sit ignarus sui. ¶ Et notandum, quod auditus à multis est temperatus. ¶ Primo à musicis instrumentis. Iob 21. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Duceunt in bonis dies suos, & in peccato ad inferna descendunt. Esa. 5. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & uinum in conuiuijs uestris, & opus domini non respicitis. Augustinus Alexandri prædicator citharam eius fregit, adiecitque dicens: Tuæ ætati iam regnare conuenit, pudeatque in corpore regis uoluptatem luxuria dominari. ¶ Secundo à lasciuo cantu uel colloquio mulierum. Unde Ecc. 9. dicitur de saltatrice: Ne audias illam, ne forte pereas in efficacia illius. Et in eodem dicitur de muliere aliena: Colloquium illius quasi ignis exardescit. ¶ Tertio à malis proximi. Eccle. 28. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam detrahentem. ¶ Quarto à bonis propriis quæ adulatores solent hominibus ad memoriam reducere. Seneca: Si continens es, adulationes euita: sitque tibi tam tristelandari à turpibus, quam lau-

dari ob turpia. Idem: Difficillimum opus continentiae est, assensiones adulatorum repellere, quorum sermones animam quædam uoluptate resoluunt. ¶ Quinto à suauitate proprii cantus. Grego. Dum blanda vox queritur, sobria uita deseritur. ¶ Olfactus etiam temperandus est à suauitate odorum: quom scriptum sit Esa. 3. Erit pro suauis odorator. Vna poena infernalis erit factor sulphuris. In Psal. Igois, sulphur, & spiritus procellarum &c. Esa. 30. Flatus domini quasi torrens sulphuris succendens eam,

TERTIAE partis principis de quatuor uirtutibus cardinalibus, Tractatus III. De Fortitudine.

De ordine dicendorum in hoc tractatu. Et de diuersis acceptionibus huius nominis Fortitudo.

PARS I.



DICTO de Prudentia & Temperantia, dicendum est de Fortitudine. De qua hoc modo dicitur. Primo ponentur diuersæ acceptiones huius nominis Fortitudo. Secundo, diuersæ descriptiones Fortitudinis. Tertio, ea quæ pertinent ad eius commendationem. Quarto, dicitur de his quæ iuuant fortitudinem. Quinto, de partibus ipsius. ¶ Circa primum, notandum est, quod nomen fortitudinis sumitur quandoque pro fortitudine corp-

corporali, qualis fuit fortitudo Sampsonis. Hæc fortitudo uideatur esse potètia facile agendi, & difficile à contrario patiendi. Quandoque uero pro fortitudine animi: & sic sumitur quadropliciter. Vno modo generaliter, & secundum hoc fortitudo reperiri potest in omni ui, & omnis uirtus fortitudinem habet respectu uitii sibi contrarii: ut continentia contra luxuriam. Prou. ulti. Accinxit fortitudinem lumbos suos. Ad fortitudinem istam pertinet in omni opere meritorio facere ne quid minus, sicut ad temperantiam generalè pertinet facere ne quid nimis. Alio modo nomen fortitudinis sumitur largè: non tamen ita generaliter sicut prius. Et fortitudo hoc modo attenditur circa difficilia in passionibus, siue sint exteriores passionis, siue interiores. Exteriores passionis sunt contumelia, damna rerum, & molestia corporis ab alio illata. Passiones interiores illæ dicitur contra quas certamen habet temperantia: ut sapores gustui, & ea quæ appetitui sensibili passionis inferunt. De his passionibus dicit Philosophus, quod difficiles sunt & contemporanæ uitæ. Sic accipitur fortitudo super illud Prou. ulti. Mulierem fortè quis inueniet: Glo. Mulier fortis, ecclesia quæ pro amore sponsi prospera, & aduersa contemnit. Contemne re prospera, temperantiæ est. Et Tullius in lib. de Officiis dicit,

quod fortis animus & magnus duabus rebus maxime discernitur: quarum una in rerum exterarum despicientia ponitur: altera res est, ut sit ita affectus animo ut res gerat magnas & maxime utiles: sed uehementer arduas & plenas laborum & periculorum. & Aug. in libro de libero arbitrio dicit, quod fortitudo est affectio animæ, qua omnia incommoda & damna rerum non in potestate nostra constitutarum contemnimus. Res non in potestate nostra constitutæ sunt quæ nobis inuitis auferri possunt. Tertio modo strictius sumitur pro fortitudine, scilicet quæ attenditur circa ea quæ sunt difficilia in passionibus exterioribus, ita quod non comprehendat temperantiam. Et sic sumitur ab Augustino in libro de moribus ecclesiarum: Amor, inquit, ille de quo loquimur, quem tota sanctitate inflammatum esse oportet in Deum, non appetendis istis temperans, in amittendis fortis inuenitur. Quarto strictissimè sumitur, secundum quod non attenditur circa quodcumque difficile in passionibus exterioribus, sed tantum circa exteriores passionis quæ corpori infliguntur, & non extendit se ad damna rerum. Et sic uidetur Aristoteli sumere Fortitudinem in Ethicis.

De descriptionibus Fortitudinis.

PARS II.

Circa secundum notandum est, quod fortitudo sic describitur

A 4 bitur

bitur ab Aug. in libro de moribus ecclesie: Fortitudo est amor omnia facile toleras propter illud quod amatur. Sed uidetur hæc descriptio non solum conuenire fortitudini, sed etiam fidei, spei, charitati, & timori. De fide enim legitur 1. Per. ulti. Cui resistite fortes in fide. Glo. quæ est tanquam murus. De spe, ad Hebræos. 6. Fortissimum solatiū habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem &c. Glo. quod nos faciat in omni aduersitate fortes, uolentes ad horam pati, ut in æternum regnemus. De charitate 1. ad Cor. 13. dicitur quod omnia suffert. Et Can. ulti. Fortis est ut mors dilectio. De timore, Iob. 4. Vbi est timor tuus? ubi formido tua? Glo. Has uirtutes congruo ordine ponit, sicut in uia seculi audacia fortitudinem, timor debilitatem parit: ita in uia Dei timor fortitudinem. Ad hoc dicendum est, quod fides, spes, & charitas & timor faciunt aliquem fortem ad aggrediendum terribilia, uel sustinendum difficilia, & aliter fortitudo, quia actus illi proprie sunt à fortitudine originaliter. Et fortitudo facit forte formaliter ad aggrediendum terribilia & sustinendum difficilia. Prædicta uerò fortem faciunt eo modo quo accidit in certamine mundano, quod brauium quod proponitur in mediū certantibus, dum uidetur ab eis & speratur haberi, & desideratur, motiuum

est, ut uiriliter certent: Sic præmum æternum dum per fidem aspicitur, & per spem speratur, & per charitatē desideratur, hominem excitat ut fortius certet. Timor etiā filialis siue castus, cuius causa est amor, dum timet separari à Deo quem amat, ex hoc ipso plus Deo coniungitur, & fortius ei adhæret. ¶ Fortitudo sic describitur, super illud Math. 15. Erant quatuor millia hominum qui manducauerant. Glo. Fortitudo est firmitas animi contra molestias seculi. Tullius uerò in 1. Rhetoricæ sic eā describit: Fortitudo est cōsiderata periculorum susceptio, & laborum perpessio. Idem in 2. Rhetorice. Fortitudo est magnarū rerum appetitio, & humilitū contemptio, & cum ratione utilitatis laborum perpessio. Item fortitudo est rationabilis aggressio terribilium cū constantia eorum perpessione. Macrobius: Fortitudinis est animū supra periculi metum agere, nihilque nisi turpia metuere, uel prospera uel aduersa tolerare. Aristoteli. Fortitudo est uirtus difficillimorum in passionibus operatiua gratia boni. Et loquitur Aristoteles de passionibus siue molestiis exterioribus.

De commendatione Fortitudinis.

PARS III.

Notandum ergo, quod ad commendationem Fortitudinis potest ualere, Primum frequēs admonitio, quam sacra scriptura

facit de ipsa. Ios. 1. Confortare, & esto robustus: Simile habetur Deuteronomio. 31. & 3. Reg. 2. & Dan. 10. Ite Tob. 4. Forti animo esto. Simile eiusdem 7. ¶ Secūdo, quod uirtus fortitudinis plus uidetur habere uirtuositatis cæteris uirtutibus. Vnde nomē uirtutis antiquitus fuit solius fortitudinis, ut ait Tullius. ¶ Tertio, quod hæc uirtus multū competit statui in quo sumus. Mūdus enim iste locus est laboris & certaminis: ideo in uita ualde necessaria est nobis fortitudo. Ad Gala. 6. Dū tempus habemus operemur bonum ad omnes. Eccle. 9. Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapiētia erūt apud inferos quod tu properas. Ber. In mundo isto quasi in stadio certaminis positi sumus. Ecc. 3. Tempus belli & tempus pacis. Tempus belli est in presenti. Militia est uita hominis super terram. Iob 7. Vnde illa pars ecclesie quæ in terris est, militans ecclesia uocat. Quæ fortitudine debet esse induta in presenti. Prou. ulti. Fortitudo & decor indumentum eius. Esa. 51. Induere fortitudine tua Sion. Si sine fortitudine sit, necesse habet fugere hostes suos tanquam inermis. Thren. 1. Abierūt abique fortitudine ante faciē subsequētis. ¶ Virtus fortitudinis etiā inseparabilis est. Totus enim mūdus non posset uincere unū hominem in quo esset uera forti-

tudo animi. Seneca: Facilius est gentem unā quam uirum unam uincere. Sine fortitudine animi quasi nihil est fortitudo corporis. Eccle. 9. Verti me ad aliud, uideūque sub sole nec uelociū esse cursū, nec fortū bellum. Esa. 1. Erit fortitudo uestra ut fauilla stupæ, & eiusdem 20. Erit uobis fortitudo Pharaonis in confusionem. Virtus fortitudinis Deū lætificat. Neemie 8. Gaudium enim Domini est fortitudo uestra. De hostibus triumphat. 2. Reg. 22. Accinxisti me fortitudine ad præliū, incuruasti resistentes mihi subtus me. Homini bona sua seruiat. Luca 11. Qui fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt cuncta quæ possidet. Ite hominē eritat. Prou. 10. Egestatē operata est manus remissa, manus autē fortium diuitias parat. Eiusdem 11. Robusti habebūt diuitias. Et 21. Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis autem piger semper in egestate erit. ¶ Item hominē glorificat, sicut ignauia hominem uilificat. Prover. 12. Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est, tributis seruiet. Ipsa etiam regnum cælorū uiolenter occupat. Matthæi 11. Regnum cælorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud.

De his quæ iuuat Fortitudinem.

PARS IIII.

Quæ iuuant Fortitudinem, uidentur duodecim esse. ¶ Primo iuuat eam maiorum

A 5 exhor

exhortatio. Deutero. 20. Appropinquante iam prælio stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum, Audi Israël, uos hodie contra inimicos uestros pugnam committitis, ne pertimescat cor uestrum &c. Et 2. Machab. cap. vlti. legitur de Machabæo, quod armauit socios suos non clypei & hastæmunitione: sed sermonibus optimis & exhortationibus. Et in eodē: Exhortati itaq; iudæ sermonibus bonis ualde, statuerunt dimicare & configere fortiter. ¶ Secundo exempla robustorū. Vide 2. Machabæorum 6. Hōc modo uita decessit Eleazarus memoriam mortis suæ exemplum uirtutis & fortitudinis derelinquēs. ¶ Tertio exercitatio. Berad fratres de monte Dei: Rusticus duros habet uernos, fortes lacertos. Exercitatio hoc fecit, sine ea corpore mollescit. Volūtas facit usum, usus exercitium, exercitium uires in omni labore suo ministrat. ¶ Quarto fides, mercedē fortium operum ostendendo. 1. Paral. 13. Cōfortamini, & nō dissoluētur manus uestre. Erit enim merces operi uestro. ¶ Quinto timor. Pro. 14. In timore Domini fiducia fortitudinis. Timor illud expellit propter quod uel solum uel maxime timendum est, scilicet peccatum. Eccle. 1. Timor Domini expellit peccatum: ideo meritō hominem reddit securum. Item timor hominem facit purē ope

rari, quod ualet ad fortitudinem. Iob 16. Mundis manibus addet fortitudinem. Præterea timor facit hominem in se deficere, ideo in Deo roborat. Bernardus in sermonibus: Utiles prostratus infirmitas, quæ medici manum requirit, & salubriter in se deficit, quā perficit Deus. Idem super Cantu. Optanda infirmitas quæ Christi uirtute compensatur. Quis dabit mihi non solum infirmari, sed etiam penitus destitui & deficere à memet ipso, ut domini uirtutum uirtute stabiliar? ¶ Sexto spes. Esaiæ 30. In silentio & spe erit fortitudo uestra: spes fortē efficit, omnipotenti inniti faciendo. Ad Iulip. 4. Omnia possum in eo qui me confortat. ¶ Septimo charitas. Et hoc dupliciter. Vno modo adiutorium proximi habendo. Prou. 13. Frater qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma. Ecclesia. 4. Melius est duos esse simul, quàm unum. Habent enim emolumentum societatis suæ. Si unus ceciderit, ab altero fulciatur. Et in eodem: Si quis præualuerit contra unum, duo resistent ei. Secundo modo ueritati adherendo. Gregorius in Moralibus: Qui ueritati inhaeret, uanitati nullo modo succumbit: quia dū forti pede cogitationis intus intentionē fixerit, omne quod foras mutabiliter agit, ad arcē mentis minime pertingit. ¶ Octauo sapiētia. Prou. 14. Vir sapiens fortis est, & uir doctus

robustus

robustus &c. Gregor. in Moral. Valde fortitudo destituitur, nisi per cōsiliū fulciatur. ¶ Nono temperata quæ in prosperis seruat. Grego. in Moral. Nulla aduersitas deiecit, quem prosperitas nulla corripit. Idē: In hac uita qui nulla prospera appetit, nulla aduersa pertimescit. Primum pertinet ad temperatiam: secundum ad fortitudinē. ¶ Decimo disciplina corporis quæ hostē domesticū debilitat. Bernard. Quid mirum si hoste debilitato, tu fortior efficeris? ¶ Undecimo, eleemosyna. Prouerb. 22. Victoriā & honorem acquirit qui dat munera. Eccle. 29. dicitur de eleemosyna: Super scutum potentis, & super lanceam, aduersus inimicum tuum pugnabit. ¶ Duodecimo, oratio, quæ multum ualet ad fortitudinem. de celo enim fortitudo est. 1. Macha. 3. Exod. 17. Cū lenaret manus Moyses uincēbat Israël.

De partibus Fortitudinis. Et primo de securitate: de duodecim solatijs contra timorem moris, de timore inordinato, & securitate commendabili & reprehensibili. PARS V.

NOtandum ergo quoddam Tullius in 1. Rhetor. quatuor partes eius assignat, scilicet magnificētiā, fiduciā, patientiā, perferētiā. Macrobius uero septē partes eius tangit, Magnanimitatem, fiduciam, securitatem, magnificētiā, constā-

tiam, tolerantiam, firmitatem. Quidam uerō sex tātummodo partes assignat: scilicet magnanimitatem, fiduciam, securitatē, patientiam, cōstantiam, magnificētiā. Et satis rationabiliter uidētur posse poni hæc sex partes fortitudinis. Fortitudo enim debilitatem animi expellit, & magnitudinem animi efficit. ¶ Quod debilitatem expellat, patet ex hoc, quod fortitudo debilitati opponitur. Quod magnitudinem animi efficit, patet ex hoc, quod fortitudo dicitur magnanimitas. Senec. in libro de uirtutibus principalibus. Triplex uerō est debilitas animi: Prima est, nimia pusillanimitas à malo futuro, quæ timidi tas uocari potest. Quæ dissuadet, Ecclesiastici septimo: Noli esse pusillanimitas in animo tuo. Et reprehēditur, Matt. 8. Quid timidi estis modicæ fidei? Secunda est nimia passibilitas à malo præsentī, quæ est quasi quedam teneritudo uel mollietas, cuius signum est facilitas dolēdi, quæ infirmitas est in quibusdam qui conqueruntur secum durē agi, uel sibi dura uerba dici. Tertia est instabilitas, quæ similis est debilitati uirgæ subtilis quæ de facili in omnem partē flectitur. Contra has tres infirmitates, tres sunt partes fortitudinis. Securitas contra timiditatem. Patientia contra teneritudinem. Constantia contra instabilitatē. ¶ Fortitudo in quātum animi magnitudinē

itudinem efficit, tres habet partes. Ipsa enim quantum ad actus suos habet principium, mediū, & finem. Quātum ad principiu, p̄tinet ad eā magnanimitas, quę est rationalis aggressio terribilium: quātum ad medium, fiducia quę est certa spes perducēdi ad finem rem quę inchoata est: quantum ad finem magnificētia quę est rerum quę gerūtur felix consummatio.

¶ De Securitate.

IN TER has sex partes fortitudinis, primò de securitate prosequemur, quę est intimiditas mali. Iuxta illud Arist. in Ethic. Fortis est intimidus mali. Et describitur sic: Securitas est habitus secundum quē imminētes incommoditates, & rei inchoatę affines non formidatur. Et coarctat hęc descriptio securitatem ad intimiditatem, quę est post rei inchoationē. Securitas commēdatur nobis in Leone. Prouerb. 28. Insuper ut leo cōfidēs absque terrore erit. Eiusdē 30. Leo fortissimus bestiarū ad nullius pauebit occursum. ¶ Et notandum quòd secundum Philosophum, quę cōgregata sunt in homine secundum rationem, dispersa sunt in brutis secundum naturam: ut castitas in elephante, liberalitas in leone. Vnde dicitur in lib. de natura animaliu, quòd uulpes sequuntur leonem, quia est animal communicatiuū prędę. Mansuetudo uero in agno. Esa. 53. Quasi agnus corā

tondēte se, obmutescet. Modestia irascendi in columba. Iere. 25. Facta est terra in desolationem à facie columbę, & à facie irę furoris Domini. Gl. Grego. Quia in Deo nulla furoris ināqualitas reperitur, furorem Domini iram columbę nominauit. Vt enim uini diuinę districtio nis imperturbabilē demonstraret, & irā dixit & colūba. ¶ Securitas cōstitutam habet cum timore. Securitatis officiu est, cōtra aspera fortunę solatium dare. De quibus solatiis ait Sen. libro de remediis fortuitorū. De cuius uerbis pauca ponamus: Morieris, inquit. Et respondet, Hac conditiōe intram ut exire, Morieris. Gentili lex est, qd' acceperis reddere. Morieris. Peregrinatio est uita: cum multū ambulaueris, diu redeūdū est. Item morieris. Stultum est timere qd' uitare nō possit. Istud non effugit etiā q' distulit. Morieris. Nec primus, nec ultimus. Oēs te antecesserūt, oēs te sequentur. Item peregrē morieris. Ego qd' deo soluere paratus sum: uideat scēnerator quo me appellet. Itē iuuenis morieris. Optimum est, antequā optes mori. Optimum est mori quū iuuat uiuere, iuuenis moriar. Fortassis alicui malo te subdet fortuna: & si nulli alii, certe saltē senectuti. Insepultus iacebis. Quid aliud respōdeā, q' Virgilianū illud, Facilis iactura sepulchri? Si nihil sentio, nō p̄tinet ad me iactura corporis:

ris sepulchri sentio, omnis sepultura tormētū est. Quid interest, ignis an fera me cōsumat, an tēpus: oīm ultima sepultura, non defunctorū cura, sed uiuorū inuēta est sepultura, ut corpora & uisū fœda & odore amouerent. Idē in li. de natural. quęstioib': Nihil refert quāminax mors ueniat: quod à nobis petit, minū est. Et hoc senectus à nobis ablatura est: hoc auriculę dolor, hoc humoris corrupti abūdā. Pusilla res est hominis uita, sed ingēs res est cōtēptus uita. Hęc qui cōtēpserit, securus uidebitur perturbari. Illa inferorū regna retegatur, stabit super illā uoraginē intrepidus, & fortasse quò debeat cadere, p̄siliet. Quid ad me quā magna sint quibus pereo, ipsum perire non magnū est: si uolumus trāquillē degere, anima in expedito est habenda, siue illā insidię, siue morbi petāt. Idē in eodem: Nihil interest utrum me lapis unus elidat, an toto mōte præmar. Item egregiē Vagellus: Si cadendum, inquit, mihi est, celo me cecidisse uelim.

¶ De duodecim solatijs contra timorem mortis.

CONTRA timorē mortis possunt ualere duodecim solatia quę ex scripturis diuersis colliguntur. ¶ Primum est, quòd ipsa mors hostē nostrū familiarē occidit, scilicet corpus. ad Galat. 1. Caro cōcupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus car-

nem. Sapiēs: Nulla pestis efficacior est ad nocēdū, quā familiaris inimicus. ¶ Secundum est, quòd ostiū nobis efficit in carcere immundo in quo capti detinemur, in corpore sollicit. In Psal. secūdū aliā literā: Educ de carcere animā meam. Sed sunt quidā adeo assueti miserię huius carceris, ut nihil timeant tantū in hoc carcere, quā ostium uel exitum. Seræ & repagula ab incarcerationis odio solēt haberi, & nō liber exitus. ¶ Tertiu est, quòd nos expedit uel onere cophini immūditia pleni. Sapien. 9. Corpus quod corrūpitur, aggravat animam. ¶ Quartum est, quòd nos expedit uel finem imponit peregrinatiōi laboriosa & amaritudinibus plenā. Greg. Quid est uita mortalis, nisi uia? & quale sit, fratres mei, perpendite in uia lassari, & uiam nolle finire. Idē: Vita præsens laboribus plena est: cū lectū agitur, & cū lacrymis dimittitur. Eccl. 20. Melior est mors, quā uita amara. ¶ Quintū est, quòd lectū & uī uini genere uitiorū uitio iolum nobis occidendo, detrariū optimū nobis restitui facit. Equus uitiosus, corpus est. Ab hoc equo expediti desiderabat Paulus, ad Rom. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Tribus de causis timet miles equū suū amittere: uel quia nō est securus de emenda, uel quia capi timet equo amisso, uel propter equi

equi bonitate. Nulla uero harū
trū causarū est in casu proposito.
Securus enim est de emenda
seruus Dei. Ambrosius: Mori
nō timeo, quia bonū dominum
habeo. Et 2. Machabeor. 7. dixit
unus de septē fratribus: De cæ-
lo, inquit, ista possideo: sed pro-
pter legē Dei ista despicio, quia
me ea recepturum spero. Nō ti-
met etiā seruus Dei capi equo
amisso: tunc enim de manibus
hostiū liberatus est. In Psal. La-
queus cōtritus est, & dōs libera-
ti sumus. Equus iste etiā adeo ui-
tiosus est, ut optandum sit seruo
Christi ab eo expedi. ¶ Sextū
est, præsentis uitæ periculum.
Mors portus est periculosæ na-
uigatiōis in mari huius mundi,
iuxta uerbū Bern. Periculi pro-
bat trāseuntis fragitas, & pericu-
tū multitudō. In mari Mascha-
de quatuor nauibus non perit
una: in mari huius mundi non
quatuor nauibus uixit eū-
una. ¶ Septimū est mortis
cessitas. Sen. Nullus est peri-
ciosior hostis, quam quæ audacē
angustia facit. Patri conantē
magnus animus ac periculus. Co-
gitemus nō quātū propē mortē
perducti sumus, omnes reserua-
mur ad mortē: nec de re, sed de
quæritur. Nōne contēneres eū
qui inter morituros cōstitutus,
beneficii loco peteret ultimus
ceruicē amputari? Idē facimus,
magis æstimamus tardius mori.
Idē in lib. de naturalibus que-
stionib. Nullum maius solatium

mortis, quā ipsa mortalitas.
¶ Octauū est, moriēdi cōtinui-
tas. Sen. Quid times quod quo-
tidie experiris? Idem: Quotidie
morimur, tota die aliqua pars
uitæ demitur, & tūc quoq; cum
crescimus, uita decrescit. ¶ No-
num est, mortis propinquitas.
Chryl. Signati post modicum
morituri sumus. Quare ante
modicū in causa Dei cū gloria
nō morimur, ut fiat uoluptariū,
quod futurū est necessariū? Sen.
Nemo tā immitis est, qui malit
semper pēdere, quā semel ca-
dere. Idē: Erras si in nauigatiōe
sola putas minimum esse, qua
morte uita diuiditur. In omni
loco æquē tenuē interuallū est.
Nō ubique se mors tam propē
ostendit, ubique tam propē est.
¶ Decimū est mors Christi, ad
Hebræos 12. Curramus ad pro-
positum certamē, aspicientes in
authore fidei & cōsummatorem
Iesum, qui proposito sibi gau-
dio sustinuit crucē. Aug. Magna
solatio est mēbris ex capite,
quod Christus qui est sapientia
Dei patris, gaudiū mūdi fugit,
& ad mortem uoluntariē uenit
certissimū argumētum est quod
mors seruis Dei timēda non sit.
¶ Undecimū est, amantissimi &
sapientissimi patris potestas. Hoc
solatiū exhibuit Dominus dis-
cipulis suis, dicēs eis post suam
resurrectionem: Data est mihi
omnis potestas in cælo & in ter-
ra. Matt. ult. Magna consolatio
est filiis Dei, quod persecutiōis

uirga

uirga est in manu patris eorū.
Patris in quā misericordiā cū-
ius sapiētia nihil latere potest,
cuius potētia nihil potest supe-
rare. Unde uerisimile est q; per-
secutor nō affliget filios eius, ni-
si quātū pater uidebit eis expe-
dire. Esa. 10. Virga furoris mei
Assur. Matt. 10. Nōne duo pas-
seres a se uenēt, & unus ex il-
lis nō cadet super terrā sine pa-
tre uestro? ¶ Duodecimū est, se-
ptuagesimū mortalitas. Tullius: Nō
est lugēda mors, quā immorta-
litas cōsequitur. Eccl. 7. Melior
est dies mortis, die natiuitatis.
Duabus de causis melior est ser-
uis Dei dies mortis, die natiui-
tatis. Vna est, quia mors est egres-
sus à miseria, natiuitas uero in-
gressus est ad miseriam: melior
est egressus à miseria, quā in-
gressus ad miseriam. Sapiens:
Mors bona si nō est finis tamen
illa malorū est. Sen. Mors malo-
rū omniū remediū est. Secunda
est, quia mors est porta gloriae
seruis Dei. Ipsa est inchoatio
beatæ uitæ: unde est nobilior
mors quā sit natiuitas fecerit
corpus. Unde trāsitus sancto-
rum, natale eorū uocatur ab ecclesia.
In Psal. Pretiosa in cōspectu Do-
mini mors sanctorū eius. Verē
pretiosa, quia est regni æterni
pretiū. ¶ Sequitur de quibusdā
aliis solatiis, quæ tangit Seneca
in libro de remediis fortuitorū.
Exulabis. Et respōdet. Patria est
ubicūq; bene es. Illud autē per
quod bene es, in homine, nō in

loco est. Si sapiēs est, peregrina-
tur: si stultus, exulat. Dolor im-
minet. Si exiguus est, feramus:
leuis est patientia. Si grauis est,
feramus: nō leuis est gloria. Du-
ra res est dolor, imō tu mollis.
Nō sum potēs: gaude: iniuriā
facere nō poteris. Pecuniā per-
didisti: fortasse illa te perdidisset.
O te felicē, si cū illa auaritiā per-
didisti. Sed si manet illa apud
te, es, tamē utcūq; felicior, q; tā-
to malo materia subducta est.
Pecuniā perdidisti: & illa q; mul-
tos. Eris nūc in uia expeditior,
domi tutior. Exonerauit te for-
tuna, si intelligis, & tutiore po-
suit loco. Dānū putas, remediū
est. Pecuniā perdidisti: nepe quā
nō tu haberes, atus antē perdidere.
Oculos perdidisti: quā mul-
tis cupiditatibus tua incisa est.
Oculi iocitamenta sunt tutiorū,
dentes scelerum. Amittit liberos:
stultus qui fles morte morta-
ri perire porturi. Habebat il-
lus essentiam magis quā tuū.
Luprados tibi fortuna madaue-
rat: recepit illos, non abstulit.
Naufragiū feci. Cogita nō quid
perdidideris, sed quod equalis.
Nudus es: sed exiit. Omnia
perdidisti: sed cū omnibus perire
potuisti. In latrones incidi: noli
cōgredi quod incideris, gaude
quod effugeris. Amicū perdidisti:
aliū quære, & ibi eū quæras, ubi
inuenias. Quære inter liberales
artes, inter honesta & recta offi-
cia, quære in laboribus. Ad mē-
sam res ista nō quæritur. Perdi-
di

di amicū, fortem animū habere: si unū, erubescere: si unū, quod tu in tāta tēpestate ad unam anchorā stabas: Bonā uxore amisi. Inuenies, si nihil quærīs nisi bonam uxore. Soror bona non potest recuperari, nec mater. Vxor aduēctiū bonū est. Non est inter illa quæ semel unicuique cōtingūt, Multos tibi numerare possum, quibus bonā uxore lugētibus cōtingit melior. Cōtra aspera huius mundi abūdātius cōsolatur scriptura, & specialiter doctrina Saluatoris, qui ad hoc cōsolādū miserōs in mūdū p̄uenit. Esa. 61. Ad annūtiādū p̄aſuetis misit &c. ut cōsolaret omnes lugētes. De cōsolationibus habes Matt. 5. & 10. & Luc. 5.

¶ De timore inordinato.

S E C V R I T A S timorē inordinatū expellit. Cōtra quē dicit Seneca in epistolis: Nos ad præsēntia non aptamur, sed cogitatioes in lōginqua premittimur. Itaq; pro uidentia maximū bonū cōditiois humanæ, in malū uersa est. Fera pericula quæ uident fugiūt, quū effugere securū sit nos, & uēituro torquemur & prateritō. Multa bona nostra uitio nostro nobis nocent. Timoris tormētū memoria reducit, prouidētia anticipat: ne potatū præsēntibus miser est. Idē: Plura sunt quæ nos terrēt, quàm quæ p̄mittūt, & sepius opinioē quæ laboramus. Illud tibi p̄cipio, ne sis miser ante tēpus, quū illa quæ uelut imminētia expa-

uisti, fortassis nunquam uentura sint. Quædam magis torquent quàm debeat: quædam torquēt, cum omnino nō debeat: quædam autē torquēt, quàm debeat. Idē: Respice an certa argumēta sint futuri mali; plerūq; suspiciōibus laboramus, & illud in nobis illa quæ cōficere bellū solet, fama. Non coarguimus illa quæ nos in metū adducūt: nec excutimus, sed trepidamus: & sic uertimus terga, quæ admodum illi quos puluis motus fuga pecorū fugant castris, aut quos aliqua fabula sine authore sparsa conterruit. Nescio quomodo uana magis cōturbāt: uera enim modum habēt. Quam multa expectatā nūquā cōparuerunt, etiā si futurum est; quid, iuuat dolori suo occurrere? satis citō dolebis quum uenerit, interim tibi meliora promitte. Idem: Spe metū tempera: alius dicat, fortasse nō ueniet: tu dic, quid si ueniet? uidebimus utri ueniat: fortasse p̄ me uenit, & mors ista uita nō nestabit. Contra timorē inordinatū multū ualet sapiētia. Attingit enim à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Sapiētia 8. Ecōtrario est de stultitia. Sen. Stultitia nihil pacatum habet, ad omnia pauet, & ipsis terretur auxiliis.

¶ De securitate commendabili & reprehensibili.

E T notandū quod est securitas commendabilis, & est securitas reprehensibilis, De commend

mendabili dicitur Prouerbio. 15. Secura mens quasi iuge conuiuium. Greg. in Moral. Quasi conuiniatio refectiois, est tranquilla securitatis. Idem: Iustus iniuriam retributionis est ipsa plerumque in obitu securitas mentis. Idem: Quisquis ad uitæ præcepta se dirigit, priusquā uitæ æternæ premia percipiat, hic iam initia securitatis in perpetuum securitatis degustat. Securas ista uideatur esse sequela uirtutū. Greg. in Moral. Dum uirtutes mentis letitiam pariūt, quandam etiam securitatem gignunt. ¶ Ad securitatem primo ualet puritas conscientia. Conscientia pura meritis securas est, quum à peccato purgata sit, propter quod solum uel maxime timendum est. Bern. O uita securas, ubi pura conscientia in quam uia securas, ubi absq; formidine mors expectatur, imo exoptatur cum dulcedine, & excipitur cum deuotione. Securas diuturnitas penitentia. Gregorius. In penitente cum longa morosis anxietate fuerit, formidine consumpta, quædam iam de præsumptione uenia securitas nascitur. Tertio cōtemptus boni transitorii. Gregor. in Moral. Mira securitas cordis, aliena nō quærere. Aug. in lib. de lib. arbit. Nemo securus est in his bonis, quæ potest inuitus amittere: uirtutem autem & sapientiam nemo amittit inuitus. Qui bona transitoria contemnit, mala penitentia transitoria non metuit. Se-

neca: Desines timere, si sperare defieris. Quarto integer amor interni & æterni boni. Vnde super illud. Prouerb. 28. Iustus autē quasi leo confidens absque timore erit. dicit Gloss. Iustus securitas leoni cōparatur: quia quum quaslibet aduersitates insurgere conspicit, ad mentis sine confidentiam redit, & scit quod uinctum, quia illum diligit quem nemo inuitus amittit. ¶ Securas reprehensibilis, est securitas temeraria: ut est securitas eorum, qui ita sunt securi in mari huius mundi, quasi iam essent in portu, & ita sunt securi dum adhuc bellum durat, quasi iam triumphassent. 3. Regum 10. Ne gloriatur cecidit, æque ut discernat. Bernardus in sermonibus: Nusquam est securitas, fratres, neque in cælo, neque in paradiso, multominus in mundo. In cælo cecidit angelus sub præsentia deitatis. Adam in paradiso de loco uoluptatis: Iudas in mūdo de schola Saluatoris. August. in lib. Confess. Nemo securus debet esse in uita ista, quæ tota tentatio nominatur. Hieronymus in epistolis: Nulla securitas est uicino serpente dormire. Qui habent hanc securitatem, facile à diabolo uincuntur. Hieron. in epistolis: Timor uirtutū custos est, securitas ad lapsum facilis. Iudic. 18. Nullus erit labor, intrabimus ad securos. Hieron. Noli nimis esse securus: nimia securitas mentis tempestas est.

Greg. in Moral. Saep̄ quem certamē suæ tētationis superare nō ualuit, suā securitas deterius strauit: & unde se pertimescit quando que cadere, inde accipit fortiter stare. Idem: Sancti uiri sic de spe sunt certi, ut tamen semper sint de tentatione suspecti. Quæ securitas ubi etiam excellentia sunt dona Dei, ut est diuina reuelatio, possunt esse homini occasio ruinæ. 2. ad Corinth. 12. Ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi, &c. Gl. Aug. Quomodo securus agnus egreditur, ubi aries sic periclitari metuit: Gregor. in paradysum duceris, & ab angelo sathanæ tentaris. Item securitas reprehensibilis, est securitas cum negligentia. Gregor. in homil. Ple-rique pigri remanent ad exercenda bona præcipua: quia ualde sibi securi sunt, quod nulla commiserint mala grauiora. Idem in Moral. Dum mēs. securus redditur, in torpore laxatur. Idem: Mater negligentia solet esse securitas. Item reprehensibilis est securitas incauta. Grego. in Moral. Multis saepe graue periculū, incauta securitas fuit contrario. Prouerb. 11. Qui cauet laqueos, securus erit. Gregor. in Moralib. Saep̄ mens dum in se uirtutis suæ securitate resoluitur, insidiante aduersario inopinata cul-
pæ telo perforatur, & inde à Deo in æternum longe fit, unde ei ad tempus sine cautela custodia propinquauit. Item securitas

reprehensibilis est eorū, qui pericula futura non præuident. De securitate talium. Iob 21. Domus eorū secure sunt, & pacata, &c. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. De improuisione taliū. Prouerb. 28. Viri mali non cogitant iudiciū. De securitate malorū. Ecc. 8. Quia non profertur citò contra malos sententia, filii hominum absque timore ullo perpetrare mala. In eodem: Sunt impii qui ita securi sunt, quasi iustorū facta habeant. Securitate cum improuidentia habebat, cui dictum est, Stulte, hac nocte anima tua repetent à te. Luc. 12. Item illi de quibus eiusdem 17. Edebant, & bibebant, uxores ducebāt, & dabāt ad nuptias usque in diem qua intrauit Noë in arcam: & uenit diluuiū, & perdidit omnes. Et in eodem similiter factum est in diebus Loth, edebant, &c. Et pluit ignem, & sulphur de celo, & omnes perdidit. Talis etiam securitas fuit Ierosolymitis, quibus Dominus ait Luc. 19. Et quidem in hac die qua ad pacē tibi nunc autē abscondita sunt ab oculis tuis, &c. Et 1. ad Theff. 4. Cum dixerint pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus. De Patientia. PARS VI. sex habet capitula.

De ordine dicendorū de Patientia, de descriptionibus Patientia & merito, ac distinctione nominis eius. CAP. I.

Seq̄uitur de Patientia, de qua hoc modo dicitur: Primò ponitur

netur descriptiones eius. Secundo, ea quæ pertinent ad eius commendationem. Tertio, agetur de his quæ iuuant patientiam. Quarto, ponentur eius diuisiones. ¶ Circa primum notandum quod patientia est æquanimis malorum illatorum tolerantia. Et potest sumi hæc descriptio à uerbis Gregorii super illud Lucæ 21. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Gregor. Vera patientia est, aliena mala æquanimiter perpeti, & contra eum qui irrogat mala, nullo animi dolore moueri. Et super illud Iob 4. Vbi fortitudo tua, patientia tua, & perfectio uiarum tuarum dicit Gloss. In fortitudine proficit qui mala aliena imotus tolerat. ¶ Describitur etiā sic: Patientia est uirtus contumeliarum, & omnis aduersitatis impetus æquanimiter portans. Vel sic: Patientia est omnium passionum molestiarum aliunde illatarum uictoriosa perpessio. ¶ Item sic describitur à Tullio in 1. Rhetoric. Patientia est honestatis aut utilitatis causa, rerū arduarum & terribilium uoluntaria ac diuturna perpessio. Honestatis causa est perpessio: ut eum quis pro fide Christi potius eligit mori, quam negando eam saluare uitā suam. Utilitatis uero causa: ut eum quis pro salute regis mori eligit. Voluntaria uero ideo dicitur: quia qui omnino inuitus patitur, non habet laudem meritum. Ideo dicitur 1. Pet.

4. Nemo uestrum patiat̄ur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut nō Christianus erubescat, diuturna dicitur: quia ad uerum patientem pertinet, ut patiēdo perseueret. ¶ Si quis obiciat quod passio exterius illata non uidetur uoluntaria esse, & ideo nec meritoria: Dicendum est, quod quedam sunt passiones intrinsecus: tamen per apprehensionem extrinseci boni, uel mali mouentur: ut gaudium, spes, timor, dolor. Et hæc passiones possunt esse à uoluntate eius qui patitur, tanquā à causa efficiente, uel non resistente, quæ indubitanter possunt esse meritoria. August. 1. libro de ciuitate Dei: Cupiditas, lætitia, metus, tristitia, uoluntates sunt. Recta uoluntas bonus est amor, & peruersa inalus est amor. ¶ Amor fugiens quod ei aduersatur, timor est: idque si acciderit sentiens, tristitia est: animi dolor, qui tristitia nominatur, dissensio est. Quedam uero passiones sunt extrinsecus illata: ut molestia corporis, uel contumelia uerbi. Et passiones non sunt uoluntaria à uoluntate eius qui patitur tanquā à causa efficiente. Tamen possunt quodammodo dici uoluntaria uoluntate consentiente, & non contradicente. Voluntas uero sustinendi seu recipiendi eas, secundum quosdam, meritoria est etiam aureæ & aureolæ, si tamē sit coniuncta pas-

sioni: aliter uero non est meritoria aureolæ. Secundū alios passio quæ quodammodo est uoluntaria, est meritoria, prout meritorium dicitur, quod de debito sit magis debitū. Dicitur enim mereri, secundum alios multipliciter. Vno modo est impetrare aliquid de cōgruo: sic bene merentur alii gratiam. Alio modo de indebito facere debitum: & mereri hoc modo pertinet ad gratiam mediæ actū liberi arbitrii. Tertio modo mereri est de debito facere magis debitū: sic meretur quis actu exteriori, uel passione meretur aureolā, in quantum ex charitate eam suscipit, & non ipsa uoluntate suscipiendi. Plus enim dicit susceptione uoluntaria, quam uoluntas suscipiendi. Ponit enim æqualem passionem, & uoluntatem circa ipsam susceptionem: tamē forsitan non exigitur, quod tunc sit actu uoluntas, sed sufficit quod uoluntas illa fuerit ex qua hæc susceptio est uoluntaria, dummodo patiens intendat in charitate. ¶ Et notandum quod patientia quandoque largè sumitur, quandoque stricte. Patientia largè est, circa omne difficile, & circa omnem tentationem. Iac. 1. Beatus uir qui suffert tentationem. Stricte uero est circa passionem extrinsecus illatas: actus uero patientiæ est recipere passionem, ita quod animus nec succumbat, neque uindictam inferrenti appetat.

De commendatione Patientia.

C A P. I I .

Ad commendationem Patientia. Primò facit frequens admonitio, quā facit Sacra scriptura ad patientiam, Ephes. 4. Obsecro uos in domino, ut dignè ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni humilitate & patientia. 1. Thessal. 4. Patientes estote ad omnes. 1. Tim. 6. Homo Dei sectare patientiam, Hebr. 12. Per patientiā curramus ad propositum nobis certamen, Iacob. 5. Patientes estote fratres usque in aduentū domini, ¶ Secundò, quia patientia ualde gloriose triumphat. Ad gloriā triumphi eius facit, quod ipsa sine ictu, uel repercussione uincit. Non leuaret unā festucam ad hostes ferendos; sed tela eorum retundit, & in corde hostium mittit. In Psal. Gladius eorū intrat in corda ipsorum. Persecutoris gladius in cor eius intrat, quia animam eius occidit. Patientia uincit homines persecutores, & demones, & seipsum. De persecutoribus patet in beato Vincētio, qui uincit Datianum. Vnde dixit ei: Videbis me plus posse dum torqueor, quam possis ipse qui torques. De dæmonibus uero, idem patere potest, quos patientia mar tyrum eiecit de dominio huius mundi, Legitur de quodam senē monacho eremita, quod cum quidam homo malo spiritu arreptus eum fortiter in maxilla percussisset, & senex mox alteram

DE FORTITVDINE.

ram præbuisse, diabolus statim recessit. Similiter legitur de filia cuiusdam primarij dæmonium habente, quod cum quidā discipulus secū uenisset ad domū in qua ipsa erat puella à dæmonio uerata, dedit alapam ei: ille autē præbuit ei mox & aliam. Dæmon autē coactus clamauit, quod uiolenta mandata Dei expellerent eum inde, & statim curata est puella. ¶ Patientia uincit seipsum, quod genus uincendi est rarissimum. Est etiam nobilissimū. Seneca in lib. de Naturalibus quaestionibus. Innumerabiles sunt qui populos, qui urbēs habuerunt in potestate: paucissimi, qui se ad gloriā huius triumphi. Primò facit quod hostis familiarissimus eo uincitur. Nulla uero pestis efficacior ad nocendū, quam familiaris inimicus. Secundò, quod patientis hostē superat, qui iam est secū in arce. Difficilius uero est, hosti resistere cum intrauit castrum uel arcē, quam si sit extra. Vnde super illud Prou. 16. Melior est uir patiens uiro forti, &c. dicit Gl. Minor est uictoria urbes expugnare, quia extra sunt quæ uincuntur. Tertio, quia qui fortior est in fortiori, fortior est in minus forti: & cum aliquis multas urbes expugnauit, si postea seipsum superauerit, nobilior erit triumphus ultimus præcedentibus, quo uictor urbium seipsum deuincit. Ad gloriā huius triumphii etiam facit, quod cum in alijs triumphis pugnet homo to-

tus contra hostem, hic non pugnat, nisi quasi dimidius. Patientia sancti uicerunt regna. Patientia hominē reddit inuincibilem. Vnde super illud Iob 4. Vbi est fortitudo tua, &c. Qui se uincit, cōtra omnia fortis est. Vnus homo uerè patiens à toto mundo uinci non posset. Senec. Facilius est gentem unam, quam unū hominē uincere. Idem loquens de quodam qui uicit ignē, & duos reges patientia sua: Ego nō dubito, quin magis laudē trunca illa manus manci meruerit, quam cuiuslibet fortissimi, quam saluā fecit hostiū flammarumque contemptor, & manum suam in hostili foculo distillantē spectauit, donec idem est, ut inuito ignis eriperetur: hoc tanto magis puto, quāto rarius est hostē amissa manu uicisse, quam armata. Fecit bellum inermis & mancus, & illa manus trūca duos reges uicit. Poëta: Maxima uirtutum patientia pugnat inermis, Armatorumque solet uincere, saepe uiros. ¶ Legitur quod Socrates positus in carcere, cum essent qui permitterent eum fugere, noluit exire: sed remansit, ut duarū rerū grauissimarū hominibus metū auferret, mortis scilicet, & carceris. Sancti maxime uidentur gloriari in his quæ sunt patientia. Gal. ultum. Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini. 2. Corin. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, &c. Romano. 5. Gloriamur in tribulationibus. ¶ Tribus

de causis electi gloriantur in tribulationibus. Primò, quia uiros strenuos magis decet tribulatio, quàm prosperitas. Sicut militi gloriosus est esse in exercitu, quàm in balneo. Boëtius: Vir sapiens molestè ferre non debet quoties in certamen forte adducitur. Sic uirum fortem nõ decet indignari, quoties bellicus increpuit tumultus. Sen. in epist. Quid enim malit, quisquis uir est, somnum suum classico quàm symphonia rumpit? Secundò, quia in hoc assimilantur Christo, cui assimilari magnæ gloriæ est. Eccl. 18. Magna gloria est sequi Dominum. Bern. super Cant. Quanta gloria est sponsæ assimilari sponso? nihil gloriosius reputat quàm Christi portare opprobriũ. Idẽ: Grata ignominia crucis, sed ei qui crucifixus ingratus non est. Gloriosum est militi deferre arma regis: sic gloriosum est Christiano deferre stigmata Christi. Gala. 6. Nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Iesu Christi in corpore meo porto. Aug. Stigmata appellantur, quasi notas pœnarum de persecutionibus quas patiebatur. Stigma enim dicitur punctum, uel nota aliquo ferro facta. Tertio, quia tribulatio ostendit eos esse amicos Dei. Apocalyp. 3. Ego quos amo, corrogo, & castigo. Tertio magnũ dominium patientiæ. Patiẽti seruiunt persecutores. Prouerb. 12. Qui stultus est, seruiet sapienti. Nullus adeo seruiuit beato Vin-

centio utiliter, ut Datanus, fabricando ei coronam regni eterni. Et in Psalm. Supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores. Fabricauerunt, inquam, coronam æternam. Patientiæ seruiunt æstus & hyems, & omnia aduersa mundi. Sterilitas agrorũ implet eius horrea, sterilitas uinearum cellaria. Fures & raptores & alia hominibus noxia seruiunt ei. Ignis domos aliorum exurens ædificat patientiæ domum in cælis. Ad eam pertinet illud Psalm. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Ipsa confringit potentias, arcum, scutum, gladium & bellum. Omnia enim ista in obsequium eius conuertuntur. Ipsa mors seruiet ei, tenebrosũ carcerem corporis confringendo. Mors clavis regia est, quã Deus exhibet ad liberandum amicos suos à carcere corporis. Ipsa porta est per quã amici Dei effugiunt à manibus persecutorum ad Dei misericordiã. Prouerbior. 14. Sperat iustus in morte sua. Patientia dominatur homo sibi ipsi. Luca. 21. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Hoc dominium attenditur in hoc, quod ipsa cohibet hominem interiorẽ, ab illicito appetitu uindictæ. Cohibet similiter exteriorẽ. Linguam enim cohibet à cõtumelia, manum à uirgulo, quod non potest tenere linguam suã, de homine uerò modesto in uerbis, contrarium dicitur

dicitur: Sic patiens potens est seipsum cohibere & interiorẽ & exteriorẽ ab his quæ pertinent ad uindictam. Et quantum ad hoc, dicitur patiens animam suã posse fidere. In homine impatientẽ dominatur ira uel furor, & eũ possidet. Quarto quod hominem dicit. Patiens sapienter agit ad hoc ut debita sua soluat. Ipse sapienter acquirit, sapienter custodit, & multiplicat: sapienter debita soluit, nihil de suo in solutione expendendo, sed faciendo ut hostes surca soluant, dum iniurias ab eis illatas patienter sustinet, quæ sunt uelut aurum & argentum & lapides pretiosi, quibus à debitis suis absoluitur. Iob 37. Ab aquilone aurum ueniet. Ipse de his quæ nullius ualoris uidentur esse, debita sua soluit: ut sunt mala pœnæ, mors scilicet, infirmitas, & similia. Mors enim ei pretiosa est. In Psalm. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Aug. in lib. de Ciuit. Dei: Quid pretiosius quàm mors, per quã fit ut omnia delicta dimittantur, & in repta cumulatus augeantur? Patiẽs de hoc quod necesse habebat expendere, à debitis suis se absoluit, & insuper regnum celorum emit: ut patet in martyribus, quorum mors per quam necessarii transiuri erant, ab omni pœna eos absoluit, & regnũ celorum eis acquirit. Patiens sapienter acquirit: quia sine suo labore, labore scilicet persecu-

toris qui materiam coronæ perpetuæ ei ministrat. Et in hoc est melior uir patiens uiro forti. Prouerb. 16. Fortis enim multo labore diuitias spirituales acquirit, uigilando, ieiunando, peregrinando. Patiens etiam conseruando sapienter agit. Si enim persecutor in aliquo temporali damnificat hominem patientẽ, ipse quæ sibi remanent, maxime spiritualia, diligenter custodit. Nõ minor est uirtus, quàm quærere, parta tueri. Econtrario impatientis si ei auferatur aliquid terrenum, ipse proicit spiritualia bona. Prouerb. 19. Qui patiens est, non sustinebit damnũ. Eccles. 2. Væ his qui perdidit salutem suam. Patiens etiam multiplicando sapienter agit. Ipse enim mala in bona conuertit. Ipse de malis commoedum suum facit. Ipse non experitur quicquã mali. Eccles. 8. Qui custodit preceptum, nõ experietur quicquã mali. Esa. 3. Dicite iusto quoniam bene &c. Patienti in omnibus aduersis bene accidit, quia iuxta uerbum Gregor. nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Patientia ariditate paupertatis uberior fructificat. Ipsa ad modum urfi uerberibus impinguatur, & ut Salamandra, de igne tribulationis uiuit. Et ad modum asini pungitiuis pascitur, & ut struthio ferrum & alia dura comedit. Quia gaudet patientia duris. Ipsa ad modum piscis marini aquis

tribulationum nutritur. Et lapides in panes conuertuntur: quibus enim impatientes lapidantur, patientes pascuntur & edificatur. Patientia donum à Deo datum est, ut alat suos in fame. Fames enim est eorum refectio. Patientia est desertum & hortus uoluptatis. Patientia est uelut aurum quod igne tribulationis depuratur. Homo impatiens est ut palea quæ ibi exurit. Augu. in lib. de Ciuit. Dei: Sicut aurum sub uno igne rutilat, palea fumat, & ubi paleæ comminuuntur, frumenta purgantur: Ita una eademque uis irruens, bonos probat, purificat, malos damnat, uastat, exterminat. Vnde in eadem afflictione mali Deum detestantur & blasphemant, boni Deum precando laudant. ¶ Quinto quod iram Dei & proximi mitigat. Prouerb. 25. Patientia lenitur princeps. Bernard. Vapulem sanè ut male operans, si mihi flagella in merita computetur: forsitan miseretur flagellato, qui in me non inuenit meritum quod remuneret. Prouerb. 15. Vir iracundus prooperat iras, qui patiens est, mitigat fuscitatas. ¶ Sexto, quod Christo uicem reddit. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum ut sequamini uestigia eius. In Psal. Quid retribuat Domino pro omnibus quæ retribuit mihi. Vult Christus ut aliqua patiamur pro eo, sicut ipse passus est pro nobis. Vnde cum comedisset

de pisce asso, dedit reliquias discipulis suis. Lucæ ult. Piscis assus est Christus passus. Voluit Christus communicare discipulis suos passioni suæ. ad Colossens. 1. Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea. ¶ Septimo, quod hominem quasi martyrem facit. Gregor. Sine ferro uel flammis martyres esse possumus, si patientiam in animo ueraciter conseruamus. Octaui, quod mira facit. Greg. Ego uirtutem patientiæ signis & miraculis maiorem puto. Si patientiam habens aliquid mortiferum biberit, non ei nocebit. Sermo ueneratus quæ audit, in medicinam uertitur. Patienti nox aduersitatis ut dies illuminabitur: ita enim clare uidet in nocte aduersitatis sicut in die prosperitatis, uel etiam clarius. Et implet Dominus illam promissionem Esa. 43. Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaueris in igne, non combureris, homo patiens est ut rubus ardens absque læsione. Exod. 3. Homo patiens est ut pueri quos Deus in igne Babylonicæ fornacis illætos seruat. Daniel. 3. Ita accidit homini patienti, sicut accidit beato Tiburtio, qui cum nudis plantis incederet super carbones ardentes, uidebatur ei quod super roseos flores incederet. Prouer. 6. Nunquid potest homo ambulare super prunas, & non comburentur plantæ eius: homo patiens hoc potest. ¶ Nono, quod patien-

patientia multum ad sapientiam facit. Prouer. 14. Qui patiens est, multa gubernatur sapientia. Homo impatiens non solum est stultus, sed quasi insanus, quia ira furor breuis est. Prouer. 19. Doctrina uiri per patientiam noscitur. Grego. Tanto quis ostenditur minus doctus, quanto minus patiens conuincitur: quum Dominus qui sapientissimus est, sit patientissimus, in fine mundi iniurias suas uindicaturus est. Qui magis patiens est, magis sapiens est, & magis Deo assimilatur. Prou. 14. Impatiens operabitur stultitiam. In eodem: Qui impatiens est, exultat stultitiam suam. ¶ Decimo, quod patientia statui huius exilii multum congruit. Apocal. 13. Hæc est patientia & fides sanctorum. ad Hebr. 10. Patientia nobis necessaria est, ut uoluntatem Dei facientes reportetis promissionem. Ministri Dei qui sunt de ecclesia militanti multum indigent patientia, sicut illi qui sunt in bello, multum indigent scuto uel aliis armis. 2. ad Corinth. 6. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia. Et inter ea quæ charitatis sunt, primo ponit Apostolus patientiam. 1. ad Corinth. 13. Caritas, inquit, patiens est, benigna est. Qui in hac uita est absque patientia, est quasi homo sine cappa in tempore pluuiali, & sicut homo inermis in medic hostium suorum. ¶ Undecimo, quod patientia uestis purpurea

est, ualde decens in electis Dei. Coloss. 3. Induite uos sicut electi Dei uiscera misericordie, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam. Patientia ultima ponitur quasi ordinans & protegens ceteras uirtutes. Prouerb. ultim. legitur de hac purpura, Byssus & purpura indumentum estis. ¶ Duodecimo quod ipsa animam perficit. Vnde super illud Iob. 4. Perfectio uiarum tuarum, dicit Gloss. De patientia perfectio nascitur. Iacobi 1. Patientia opus perfectum habet. Habet ceteræ uirtutes opus perfectum quantum ad sufficientiam: sed patientia, quantum ad excellentiam. Patientia uitam feliciter consummat. Ipsa enim efficit ne uir iustus in tormentis deficiat. ¶ Tertio decimo, quod ipsa est radix ceterarum uirtutum. Vnde dicit Gloss. super illud Lucæ 21. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Patientia est radix & custos omnium uirtutum, quia sicut radix portat plantam cum ramis suis & fructu, ita patientia portat omnia opera que sibi imponuntur. ¶ Decimo quarto, quod ipsa rosa est quantum ad redolentiam & ruborem martyrii. Patientes enim dicere possunt illud: Propter te mortificamur tota die. Martyrium patientiæ quandoque durat quadraginta annis, quum martyrium beati Laurentii paruo tempore finitum sit. De redolentia dicit Gregor. in Moralibus: Sicut aromata odo-

rem situm, quum incenduntur, expendunt: ita uiri sancti omne quod de uirtutibus redolet in tribulationibus innotescunt. Augustin. in libro de ciuitate Dei: Non qualia, sed qualis quisque patiat, interest. Nam pari motu exagitatam uel exhalatū, horribiliter, tenuiter, & strauiter fragrat unguentum. ¶ Decimoquinio, quod ualde efficac est ad acquirendum cælum. Hier. Non nisi per patientiam impletur quod dicitur, Regnum cælorum uim calorum esse de presenti. Matt. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. ¶ Decimo sexto, quod animi magnitudinem ostendit. Seneca. Magni animi est, iniurias in summa patientia pati.

De his que iuuant Patientiam, de Tribulatione, & multiplici eius utilitate. CAP. III.

Tribulationes uidentur multum iuuare patientiam, scilicet scriptura sacra, oratio, sancta meditatio. Scriptura sacra, Vnde in Psal. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Mensam inquam scripturæ. Prouer. 30. Omnis sermo Dei clypeus ignitus est speratibus in se. Oratio multum iuuat eam, cum patientia uel eius profectus donū Dei sit. Vnde in Psal.

Ab ipso patientia mea. Et iterum: Tu es patientia mea. Item oratio gratiam impetrat qua tribulatio refrigeratur. Eccl. 18. Nonne ardorem refrigerabit ros? Hier. 17. Dicitur de ligno plantato iuxta aquas, quod non timebit cum uenerit æstus. Ideo Dominus Matth. 26. appropinquante tribulatione passionis, discipulos monet ad orandum: Vigilate, inquit, & orate ne intretis in tentationem. Et Luc. 1. prædicta tribulatione ante iudicium uentura monuit eos ad orandum: Vigilate, inquit, omni tempore orantes, ut digni habeamini fructus que uentura sunt. Esaiæ 19. Clamabunt ad Dominum a facie tribulantis, & mittet eis saluatorem. In Psal. In tribulatione inuocasti me, & liberasti me. Iacobi. 5. Tristatio etiam iuuat patientiam. Præuenit enim tribulationem, & ad eam præparat maximè meditatio de his que fides sunt. Vnde fides & patientia sociantur, ad Hebr. 5. Imitatores eorum qui fide & patientia hereditabunt promissiones. Et Apocal. 13. Hic est patientia & fides sanctorum. De præparatione ista, tangitur Eccl. 1. Præpara animam tuam ad tentationem. Psal. Ego autem in flagella paratus sum. ¶ Meditatio uerò præparans ad tribulationem, diuidi potest in quinque species. Quarum prima uersatur circa exempla. Secunda, circa ea que fecerunt. Tertia, circa ea que me-

ruimus.

ruimus. Quarta, circa persecutores. Quinta, circa tribulationes. ¶ Prima subdiuiditur in tres species. Quarum prima est circa malos qui tot & tanta patiuntur, ut peccata sua perficiant, qui quotidianis cruciatibus cruciatum merentur æternum. Eccles. 21. Via peccantium complantata lapidibus, & in fine illius inferi, & tenebræ, & pœnæ. Sapient. 5. Lassati sumus in uia iniquitatis & perditionis. Ambulauimus uias difficiles, dicunt mali. Libenter sustinere debent boni pro uita beata, que sustinent mali pro morte æterna. ¶ Secunda est circa alios qui pro minimis bonis, scilicet sanctorum tot & tanta sustinent. Iacobi. 5. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinum: patientes estote & uos &c. ¶ Tertia, circa bonos. Tob. 2. Hanc tentationem permittit Deus enire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Et post: Non est contristatus contra Deum, quia plaga cæcitatatis euenit ei. Iacobi. 5. Exemplum accipite fratres exitus mali & longanimitatis, laboris & patientiæ, Prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini uidiistis. Hieronymus. Quis sanctorum sine patientia coronatus est? cunabulis ecclesiæ non deguit iniquitas premens, & iustitia

patiens. Gregorius. Facta præcedentium patrum consideremus, & non erunt grauiora que toleramus. ¶ Inter exempla uerò sanctorum præcipuum est exemplum Christi. ad Hebr. 12. Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis uestris deficientes. Exemplum Christi est quasi scutum quoddam cordium nostrorum. Thren. 3. Dabis eis scutum cordis laborem tuum. 1. Pet. 4. Christo in carne passo, & uos eadem cogitatione armamini. Bernardus super Canticum. Vtrunque es mihi Domine Iesu, & speculum patientiæ, & præmiū patientiæ: utriusque prouocat ac uehementer accendit. Super illud Cant. 1. Fasciculis myrrha, &c. Habete illum semper: non retrò in humeris, sed ante præ oculis, ne portantes & non odorantes, & omnes premar, & odor non erigat. Videntes angustias Domini, leuius uestras portabitis. Gregorius. Si ipse hinc sine flagello non exiit, qui fuit peccato uenit: quomodo flagellis digni non erunt, qui huc cum peccato uenerunt? Passio Christi lignum est aquas tribulationum dulcorans, signata ligno illo quod à Domino ostesum est Moysi, unde aque dulcorate sunt. Exo. 15. Gregorius. Si passio Domini ad memoriam reuocetur, nihil adeo durum quod non æquo animo toleretur. Elephantis ostendebatur sanguis uix, & mori, ad acuum eos

eos

eos in præliū. Macha. 6. Et Dominus ostēdit manus & latus discipulis in tribulatione positis. Luc. ult. Et aspectus serpentis ænei sanabat à moribus ignitorū serpētium. Num. 21. Aspectus enim Christi in cruce irā & impatiētiā sanat. ¶ Ad secundā speciem meditationis quæ uersatur circa ea quæ fecimus, pertinent uerba Sacræ scripturæ quæ sequuntur, Genes. 42. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrū. Michææ 5. Irā Domini portabo, quoniam peccaui ei. Poeta: Leuiter ex merito quicquid patiari ferendū est. Greg. in Moralibus: Tunc illata cōuitia bene toleramus, quū in secreto mētis. ad male perpetrata recurrimus. Idē: Tantū quis patienter ferriū medici tolerat, quāto putridum esse conficit quod secat. Idē: Per hoc quod culpæ pondus cognoscitur, afflictionis pœna alieuiatur. Idē: Patiēter iniuriam illatam tolerat, qui piē meminit quod forte adhuc habeat in quo debeat ipse tolerari. Idē: Considerata infirmitas propria mala nobis excusat aliena. Idē in Pastoralibus: Si quis suis incōmoda quæ portantur considerat, ea quæ ab altero sustinet, lenius portat. ¶ Ad tertiam quæ est circa ea quæ meruimus, pertinet illud Greg. Leuē quidē uidetur quod iniuria percutimur, dū in actione nostra cōspicimus quod peius est quod meremur. Habac. 3. Ingre diatur putredo ossibus meis,

& subter me scateat ut requiescā in die tribulationis. ¶ In quarta meditatione attendendus est status persecutoris, qui est quasi insanus uel freneticus in seipsum manum iniiciens, in cor suum primo gladium mittens. Fratri uel filio insano uel frenetico debetur cōpassio, non odiū uel indignatio. Hanc meditationem inuenit Glos. Bedæ super illud Luca 6. Benedicite maledicētibus uobis, &c. Medicus animarū quos ad curandos proximos instruit, omnia quæ ad salutē proximorum ualere possunt tolerare præcepit, ut tanquam à filiis ægrotantibus uel freneticis, si salus illorum id exigat multa patiatur, donec infirmitas transeat. ¶ Item attendendum est quod persecutor uirga est patris misericordiarum: illis qui patientes sunt est aurea: impatientes uerō habebūt ferream, quæ tanquam uas figuli confringet eos. Virga ista in signum clementiæ extenditur filiis Dei: unde non est odienda, sed potius amplectēda, Esther 5. Osculata est Esther uirgam auream quam ostendit ei Assuerus. Qui uirgam patienter sustinet, tormentū malitiæ euadent. Sapient. 3. Et non tanget illos tormentum malitiæ suæ mortis. ¶ Item attendendū est in hac meditatione, quod licet persecutor in presenti filios Dei pungat, tamē in futuro eis mellificat. In Psalm. Circundederunt me sicut apes, &c. Apes etiā inferūt com-

pund

punctionis dolorem, amantur tamen, quia ministrant mellis dulcedinem. Similiter amandi sunt persecutores, & toleranda est punctura ad tempus propter iucunditatem quæ ex ea sequitur. Ecclesiast. 1. Usque ad tempus sustinebit patiens, & postea redditiō iucunditatis. Gregor. Si illic dulcia appetimus, necesse est ut prius hic amara toleremus.

¶ De tribulationibus.

SECVITVR de quinta meditatione quæ circa tribulationes uersatur. In quā primo attendendū est, à quo sit tribulatio. A Deo enim est. Eccle. 11. Bona & mala, uita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt. Et ita cum ipsa sit à summo bono, indubitanter ipsa bona est & amāda. Ipsa est munus datum à Deo qui amātissimus est: Vnde chara habenda est. Solent homines chara habere quæ dātur eis ab amicis suis, licet sint parui ualoris. Ioan. 18. dicit Dominus Petro: Calicem quem dedit mihi Pater, non uis ut bibam illum? Tribulatio potio est data à sapientissimo & fidelissimo medico. Vnde non est timendū infirmo de excessu. Quomodo enim excederet qui sapientissimus est & fidelissimus? 1. ad Corinthios 10. Fidelis enim Deus qui nō patietur nos tentari supra id quod potestis. In Psalm. Congregans sicut in utre aquas matris. Mensurat enim amaritudines tribulationis. Exo. 15. Stetit unda fluēs.

Iob cap. 38. Circundedi mare terminis meis, & posui uectem & ostia, dixi, Fluctusque uenies, & non procedes amplius. ¶ Secundo attendendum est, quod non solum tribulatio est à summē bono, sed etiam in summē bono fuit: ex quo manifestū est ipsam bonam esse. In eo enim nihil potuit esse nisi bonū. Augustinus: Omnia terrena bona contempfit homo Christus ut contēnda monstraret: & omnia terrena mala sustinuit, quæ sustinēda præcipiebat, ut nec in illis quaeretur felicitas, nec in istis timeatur infelicitas. Idem: Vnicus ille de Patris substantia natus, æqualis Patri, in forma Dei, Verbum quo facta sunt omnia, non habebat ubi flagellaretur: ad hoc autem carne indutus est, ut sine flagello non esset. Qui flagellat unicum sine peccato, relinquet adoptatum, qui est etiam peccato. ¶ Tertio attendendum est, quod tribulatio ad summum bonum ducit, & ideo indubitanter est bona. Gregor. Mala quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. Act. 14. Per multas tribulationes oportet intrare in regnum celorum. ¶ Et notandum quod quum tribulatio bona sit, licet amara, ipsa non est proicienda, ut faciunt quidam similes illi qui ascendēs in arborem nucis, inueniens amaritudinem in cortice fructus, eum proicit, & ideo non gustat de dulcedine nuclei. Sic aliqui infelices tribulation

lationem proiciunt, quum eius amaritudinem sentiant. Sapien. 3. Sapieniam & disciplinam qui abicit, infelix est. Prouer. 3. Te ne disciplinā, & ne dimittas eā. ¶ Potius condienda est tribulatio quasi quadruplici falsa. ¶ Prima est, consideratio aeternorum suppliciorum, quæ falsa est punitiua: generat enim timorem. Dedit Dominus metuentibus se, significationem ut fugiant à facie arcus. Arcus iniquitatis, diuini iudicii. Hæc significatio est tribulatio: quia homines futura mala non timēt, ideo Dominus adhibet præsentia mala propter quæ uelint nolint dolent, ut dolor præsentium introducat timorē futurorum. In Psal. Apprehendite disciplinam. Glo. etiam si fugiat. Disciplina præsentis tribulationis tabula est, apprehendentes eam à naufragio liberans: sed in futuro tribulatio apprehendet & submerget illos, qui eam nunc fugiunt, Job 27. Apprehendet eum quasi aqua inopia. Virga Moysi proiecta uersa est in colubrum. Exod. 4. Sic tribulatio proiecta in mortem, &c. 15. Qui increpationes odit, morietur. Virga non occidit. Prouer. 23. Si percusseris eum uirga, non morietur. Sed coluber occidit. Ideo rectè in uirga intelligitur poena trāsitoria: in colubro mors æterna. ¶ Secunda falsa est consideratio æterni præmii. Hæc est quasi aromatica. Gregor. Consideratio præmii minuit uim fla-

gelli. ¶ Tertia est, consideratio passionis Christi. Augustin. Magna consolatio membris ex capite. 2. ad Timoth. 2. Si compatimur, & conregnabimus. Bernard. Nunquid Christus socium tribulationis à cōmunionē sua patietur arceri? Sic confidens in cruce latro, eadem die cum eo fuit in paradiso.

¶ *De multiplici Tribulationis utilitate.*

Q V A R T A est multiplex utilitas tribulationis. Et primo ponamus septem uiles effectus tribulationis, secundū septem proprietates ignis. Tribulatio enim per ignē in scriptura sacra conuenit significari. Psal. Igne me examinasti. ¶ Notandum ergo, quod tribulatio ad modū ignis illuminat. Threnor. 3. Ego uir uidens paupertatē meā, in uirga indignationis eius. Gregor. Oculos quos culpa claudit, poena aperit. Daniel. 4. Septē tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur Altissimi in regno hominū. Et subditur: Post finem dierū ego Nabuchodonosor oculos ad cælū leuauī, & sensus meus redditus est mihi. Hæc illuminatio figurata est in illuminatione Tobie, qui felle posito super oculos eius uisum recepit. Tob. 11. In amaritudine fellis, intellige amaritudinem tribulationis. Tribulatio fugat stultitiam ab homine, & ueram sapientiam introducit. Prouer. 22. Stultitia colligata est in corde

corde pueri, sed uirga disciplina fugabit eam. Job. 27. Sapientia nō inuenietur in terra suauiter uiuentiū. Interlin. Nam si uerè saperet, in hoc exilio potius luget. Glof. Qui usq; adhuc uitæ uoluptatibus pascitur, ab æternæ sapientiæ intellectu separatur. Au rum uerò terre Heuilath oprimū est; quod interpretatur, dolens. Gen. 2. Eccl. 24. Qui emittit disciplinam sicut lucē. Esa. 28. Tantū sola uexatio dabit intellectum auditui. Thren. 1. De excelsu mihi signē in ossibus meis, & erudi ut me. Jer. 6. secundū translatiōnem L X X. Per omnē dolorē & flagellum erudieris, Hierusalē. Prou. 29. Virga atque correptio tribuit sapientiā. Eccl. 22. Flagella & doctrina omni tempore sapientia, id est, causa sapientiæ. Efficiacior uerò ad erudiendū uideatur esse aliquādo disciplina uerberum, quā disciplina uerborum. Vbi enim non potest disciplina uerborum, additur disciplina uerberū. Item Eccl. 22. Pungēs oculū deducit lacrymas, & qui pūgit cor, profert sensum. ¶ Secundū, emollit ut ignis ceram, uel omnino liquefacit ut ignis metalla dura. Job 22. Deus molliuit cor meū. Psal. Liquefacta est terra sicut cera. Cera igne modico emollitur, & ueterem imaginem deponit, & nouā recipit: sic corda non indurata modica tribulatione emollitū, & uetustate uirtutū deponunt, & nouitate uirtutum assumunt: corda uerò du-

ra non liquefiunt ad ignem tribulationis, nisi sit tribulatio magna mortē inferens uel comminans. Tunc uetustas uirtutū deponitur, & corda parata sunt fluere in omnem modulū & formā recte uiuēdi, omnino parata stare sacerdotis mandato. Tunc fit ibi felix cōmutatio dexteræ excelsi: uas enim ignominie commutatur in uas gloriæ, & serui diaboli efficiuntur filii Dei. Prouer. 12. Uerte impios, & non erunt. Job 28. Auro locus est in quo cōflatur. Hic locus est ignis tribulationis. ¶ Tertio, tribulatio hominē roborat: sicut ignis roborat laterem, quem tamen uidetur comburere. ad Romanos 5. Tribulatio patientiā operatur: tribulatio roborat indurando sanctos, ut dentes leonis infernalis, qui sunt hæretici, maiorū suggestores, detractores & persecutores nihil possint in eos dentibus diaboli. dicitur Esa. 3. Quare atteritis populū meū, & facies pauperum commolitis? Patientia martyrum multos dentes extraxit de ore diaboli, quia uirtus patientia sanctorum multi ad Christū cōuersi sunt. ¶ Quarto tribulatio destruit, & quasi adnihilat uincula amoris, quibus aliquis ligatus est mundo. Vnde Danielis tertio: Tres pueri qui ligati missi sunt in fornacem, inuenti sunt soluti. Vnde accidit in homine qui tribulationē patitur, sicut accidit quum Christianus populus obsideret quod

quoddam castrum quod tenebat Saraceni. Opposuerunt enim Saraceni quendam Christianum nobilem captum machinæ, sperantes quod in eam partem iacere nollet lapides. Illo autem clamante, ut propter eum non desisterent ab impugnatione: coperunt Christiani lapides iacere, & primo lapidis ictu ruptus est funis quo ille ligatus pendeat. Unde ille cadens in fossatū abstractus est à Christianis, & sic liberatus est: qui uero potuit Domino uincula mea. Catena illa que nos ligatos tenet, est amor uiuendi: iuxta uerbum Senecæ. Aliquando uero uno ictu tribulationis cadet aliquis uiuere, & mortem desiderat, cadens in profundum humilitatis. Eccl. 41. O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti. Sicut adhæret tibis uasi in quo decoquitur, nisi moueatur, & amittit saporem debitum & colorem: sic est hominis adhæret huic mundo per amorem, nisi tribulatione patiatur, secundum illud Psalmi. Conglutinatus est in terra uenter noster. Nec est modica utilitas separatio ab amore mundi, quam totū & solum malū hominis fit amor mundi. Iuxta uerbū Aug. Grego. Ipse mūdus dū tot amaritudinibus cruciat, dū calamitates ingeminat, quid aliud nisi ut nō ametur clamet? Nisi tribulationes essent, homines Deum obliuiscerentur, bonis temporalibus con-

tenti. Greg. Electis suis Deus iter asperū facit, ne dum delectantur in uia, obliuiscantur eorum que sunt in patria. Baruch 4. Delicti mei ambulauerunt uias asperas. Tribulatio est uelut absinthium, quo hi qui sunt paruuli spiritualiter, à temporali consolatione separantur, sicut pueri aliqua amaritudine à lacte separari solent. ¶ Quinto tribulatio hominem probat. Matth. 3. Parsa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Eiusdem 2. In igne probatur aurum & argentum, & homines receptibiles in camino humilitationis. Iob 23. Probabit me quasi aurum quod per ignem transiit. Tobia 12. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret. In Psalm. Probasti cor meū, & in ista nocte, igne me examinauit, &c. Greg. Nemo uiros suas in pace cognoscit. Si bella desunt, uirtutum experimenta non prodeunt. Idem: Improuidus miles est, qui se fortem in pace gloriatur: nemo quippe quantum profecit, nisi inter aduersa, cognoscit. ad Roma. 5. Patientia probationem operatur. Gen. 27. Accede fili mi ut tangam te, & probem utrum sis filius meus, an nō. ¶ Sexto purgat. Io. 16. Omne palmitem qui fert fructum, purgabit eum ut fructum plus afferat. Malach. 3. Sedebit cōflans & emundans argentū, & purgabit filios Leui. Greg. Quod flagellū grano, quod lima ferro, quod

fornax

fornax auro, hoc tribulatio uiro iusto. Sed de quibusdam potest dici illud Ierem. 5. Frustra cōflauit conflator. Malitia enim eorum non sunt consumptæ: argentum reprobū uocate eos, quia Deus proiecit eos. Maledictū ferrum quod ex lima contrahit rubiginem. Non aurum, sed paleam se ostendit, qui in igne tribulationis non purgatur, sed per impatientiam crematur. Matth. 3. Paleas comburet igni inextinguibili. ¶ Septimo tribulatio ad modum ignis desiccatur ab aquis delictarū, & sic conseruat. Greg. in Pastoral. Cor Solomonis idcirco funditus sapientiā deseruit, quoniam ipsum nulla disciplina extertius custodiuit. Tribulatio est, ut myrrha à putrefactione custodiatur. Hæc Paulum custodiuit ne superbi-ret. 2. ad Corin. 12. Ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathana, qui me colaphizet. Tribulatio uiris Israelitis murus est à dextris & à sinistris. Exodi 14. Erat aqua filius Israel, quasi murus ad dextram, & ad leuā. Tribulatio sepit uia inferni, ne electi per eam incedant. Osee 2. Sepiam uiam tuam spinis, & sepiam eam maceria. Tribulatio hominem seruat à furibus infernalibus. In hominibus uoluptati deditis uitia abundant, Esa. 26. Iustitiam non fecerunt in terra nostra: ideo nō ceciderunt habitatores terræ: id est, peccata. ad Romanos 7. Scio

quod habitat in carne mea peccatum. Adam in deliciis quasi in aqua dulci computruit. In tribulatione uero quasi in aqua salsa seruatur homo à putrefactione. Greg. Liber homo per cibū sibi mortē intulit, & reductus ad ueniam sub disciplina melius uiuit. Idem: Quo nos Deus durius ex dispensatione percutit, eo amplius ex pietate custodit. Idem: Electum suū diuina gratia tunc magis erudiendo custodit, quum quasi percussio deserit. Sic facit Deus ecclesiā, sicut Alexandrum fecisse legitur, qui cinxit quoddam nemus igne propter serpentes. Sic Christus igne tribulationis ecclesiā cingit: propter serpentes infernales. ¶ Præter effectus prædictos habet tribulatio multos alios effectus. ¶ Primus est, quod sanat. Ipsa est medicina sanans eos qui sponte eam recipiunt: eos uero qui eam recipere nolunt, inquinat: effunditur enim super eos. David: Calicem salutis accipiam. Item: Effunde iram tuā super eos, qui non nouerunt. Eccl. 28. Altissimus de terra creauit medicinā, & uir sapiens non abhorrebit eam. Innotenda est hæc medicina quasi sub quadam nebula presentis utilitatis, ne homo abhorreat eam: uel admiscenda est ei zuchara æternæ dulcedinis. ad Hebræos 12. Omnis disciplina in præsentem non uidetur esse gaudium, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercita-

C tis

tis per eam reddet iustitiæ. Tribulatio est uelut cauterium factum in membro minus nobili ad sanandum membrum magis nobile: molestia corporis infirmitatem sanat mentis. Eccle. 10. Curatio cessare faciet peccata maxima. Prouerb. 13. Legatus fidelis sanitas. Fideliter agit tribulatio cū eo, cui dominus mitit eam: operatur enim ad eius utilitatem, non ad uoluntatem. Ecclesia. 31. Infirmitas grauis sobriam reddit animam. Prouerb. 27. Meliora sunt uulnera diligenti, quam fraudulenta odientis oscula. Caetera uidentur esse uulnera, quum tamē potius sint remedia. Sic tribulatio uidetur esse aduersitas, quum potius sit remedium à Deo daturum. Eccle. 7. Melior est ira risu. Ira, inquam, aduersitatis, risu prosperitatis. Dicit Gregor. de beato Benedicte, qui propter tentationē carnis proiecit se in spinis, quod uulnere corporis sanauit uulnus mentis. Idem: Qui nesciat quod multo melius est ardere flammis febrim, quam igne mundum? & tamē cum febre compimur, quia uitiorum aestu, qui occupare nos poterat, cōsiderare negligimus, de percussione murmuramus. Idem: Durum non æstimes esse quod pateris, dum æternis cruciatibus ab interna passione liberaris. Idem: Diuina dispensatione agitur, ut prolixiora uitia prolixior ægritudo exurat: item tribulatio hominem incitat, ut

Deum requirat. Esaiæ 16. Domine, in angustia requisierunt te, In Psal. Imple facies eorū ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Idem: Quum occideret eos, quærebant eum; Osee 6. In tribulatione sua mane confurgent ad me. In Psal. Conuersus sum in arūna mea, dum configitur spina. Exodi 22. Urgebant Aegypti Israēlitas exire de Aegypto. Et filius prodigus fame urgente quum rediit ad patrem suum. Luca 15. Item accelerare facit. In Psal. Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. ad Hebr. 4. Festinus ingredi in illam requiem, Saltē deberet qui à Deo flagellatur, intelligere quod iumentum percussum uidetur agnoscere, scilicet quod percutiatur, quia erat extra uiam: unde redit ad uiam, uel quia nimis lentē ingedebat, ut gressum acceleret. Sic quod flagellatur à Deo, si extra uiam erat per mortale peccatum, debet redire ad uiam deserendo peccatum, si in uia erat, sed lentē incidebat pauca bona agendo, accelerare debet gressum plura bona agendo. Item tribulatio consolationem meretur. Esai. 51. Ut poneret consolationem lugentibus Sion. In Psal. Secundum multitudinem dolorum meorum, &c. Idem: Virgulta & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Deutero. 8. Afflixit te penuria, & dedi tibi manna. Item tribulatio uirtutes inuat. Hieron.

Adiu

Adiutrix uirtutum est tribulatio. Ipsa ualet ad timorem, dum peccatas futuras facit intelligi. Gregor. Si Deus tam asperē percutit ubi parcit, quā asperē percutiet, ubi non parcat? Idem: Distinctus iudex quanta illic distributione feriet quos reprobos, si hic cruciat quos amat? Luca 23. Si in uirtuti hoc faciunt, in arido quid fiet? Ierem. 25. Quum noluerint accipere calices de manu tua, ut bibant, dices ad eos: Bibentes bibetis, &c. quia ecce, in ciuitate in qua inuocatum est nomen meum, ego incipio affligere, & uos quos amo, arguo & castigo. Aemulare ergo, & age penitentiam. Prouerb. 13. Qui parcit uirgæ, odit filium suum: qui autem diligit, instanter erudit. Eccle. 30. Qui diligit filium suum, assiduatur ei flagella, ut lætetur in nouissimo suo. ad Hebr. 12. Quem diligit Deus castigat flagellat autem omnem filium quem recipit. In eodem: Quis filius quem non corripit pater? Et iterum: Si extra disciplinam es, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filii es. Augustin. Si exceptus es à passione flagellorum, exceptus es à numero filiorū. Idem: Noli esse iniquo sensu & puerili, ut dicas, plus amat pater meus fratrem meum, cui permittit facere quicquid uult, quā me: quia si me mouero contra eius iustitiā, flagella inuenio: potius gaude sub flagellis, quia tibi serua-tur hæreditas. Illis ad tēpus parcit, quos in æternum damnabit. Idem: Quid mirum, si flagellat custodiens paruulos Dominus.

enim in deliciis nutritus, nescit aliis compati. Ierem. 4. 4. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua. Et subditur: Non est transfusus de uase in uas. De uase inquam iustitiæ, in uas misericordie. Filius Dei compassionem didicit patiendo. Hebræ. 4. Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia. Item tribulatio signum est diuini amoris. Apocal. 1. Quos amo, arguo & castigo. Aemulare ergo, & age penitentiam. Prouerb. 13. Qui parcit uirgæ, odit filium suum: qui autem diligit, instanter erudit. Eccle. 30. Qui diligit filium suum, assiduatur ei flagella, ut lætetur in nouissimo suo. ad Hebr. 12. Quem diligit Deus castigat flagellat autem omnem filium quem recipit. In eodem: Quis filius quem non corripit pater? Et iterum: Si extra disciplinam es, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filii es. Augustin. Si exceptus es à passione flagellorum, exceptus es à numero filiorū. Idem: Noli esse iniquo sensu & puerili, ut dicas, plus amat pater meus fratrem meum, cui permittit facere quicquid uult, quā me: quia si me mouero contra eius iustitiā, flagella inuenio: potius gaude sub flagellis, quia tibi serua-tur hæreditas. Illis ad tēpus parcit, quos in æternum damnabit. Idem: Quid mirum, si flagellat custodiens paruulos Dominus.

C 2 quos

quos grandes querit hæredes? Idem: Non timeas flagellari, sed exhæredari. Gregor. Nisi correctus Deus hæreditatem dare disponderet, erudiri eos per molestias non curaret. Idem: Ne queraris de uerbere, dum nescis quæ te maneat præmia in retributione. Tribulatio in præfenti ex pietate datur. Gregor. Ideo Deus hic quibusdam parcat, ut eos in perpetuum feriat: ideo autem hic ferit, non parcendo, ut in æternum parcat. In Psalm. Deus tu propitius fuisti eis, & ulciscens in adiuuentiones eorum. Amos 3. Tantum modo uos cognoui ex omnibus congregationibus terræ: idcirco uisitabo super uos iniquitates uestras. 2. Machabæorum 6. Non finire peccatoribus exsententiæ agere, sed statim ultiones adhibere, magni benefici in diuini est. Greg. Electi quinque timent, ne ultio quæ suspenditur, in fine grauior seruetur. Terri pater-na correptione denotatur, & dolor è uulneris salutis medicinam putant. Gaudere debet infirmus, quoniam uidet cælestem medicinam introumittere se de eius infirmitate, & ex hoc sperare salutem. Illi qui in omnibus in mundo isto prosperantur, sunt quasi infirmus desperatus, cui nihil quod petat negatur. Greg. Desperatis agris, medici quicquid poposcerint dari præcipiunt: & eis qui reduci possunt ad salutem, quæ appetunt dari contradicunt. Idem:

Continuus successus temporali-um, est certum futuræ calamitatis indicium. Vitulus mastrandus liber ad pasqua mittitur. Grego. In iustus ad debitam mortem curæ, effrænatis uoluptatibus utitur: quia & uituli qui mastrandi sunt, in liberis pasuis relinquuntur. Iustus à delectationis transitoria iucunditate restringitur, quia etiam nimirum uitulus ad laboris usum deputatus, sub iugo retinetur. ¶ Aliquando quod uidetur esse misericordia, uerè est ira: & quod uidetur esse ira, uerè est misericordia. August. ad Marcellinum: Cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter uincitur: quia nihil infelicius felicitate peccantium, quæ pœnalis nutritur impietas, & mala uoluntas uelut hostis interior roboratur. Sed peruersa & aduersa corda mortalium felices res humanas putant, quum rectorum splendor attenditur, & labe non attenditur animorum: quum theatrorum moles extruuntur, & effodiuntur fundamenta uirtutum: quum gloriosa est effusionis infania, & opera misericordiæ deridentur; cum ex his quæ diuitibus abundant, luxuriantur histriones, & necessaria uix habent pauperes. Hæc si Deus pollere permittat, tunc indignatur grauius: si impunita dimittit, tunc punit infestius: quum uerò euerit subsidium uitiorum, & copiosas libidines inopes reddit, misericorditer aduersatur. Esa. 25. Misereamur impio,

impio. Et subditur: Et non discet facere iustitiam. August. in 2. lib. Confess. Tu semper aderas misericorditer seruiens, & amarissimis aspergès offensionibus o-mnes illicitas iucunditates meas, ut ita quererem sine offensione iucundari. Idem: Percutis ut sanes, & occidis nos ne moriamur abs te. Idè 5. lib. Patiebar in cupiditatibus meis amarissimas difficultates, te tanto magis propitius, quanto minus sinebas mihi dulcescere quod non eras. Idem 7. lib. Acies conturbata & tenebrata mentis meæ: acri collyrio salubriù dolorù de die in diem sanabatur. Ezech. 16. Auferetur zelus meus à te, & requiescam, nec irascar amplius. Osee 4. Nō uisitabo super filias uestras, quæ fuerint fornicatæ. Item tribulatio Dei socium efficit, secundum illud Psalm. Cum ipso sum in tribulatione. Et iterù: Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. Bernard. Quantum quinque sanat tribulatio, non potes te derelictum, sed memineris scriptum esse, Cum ipso sum in tribulatione. Et Dan. 3. Vidit Nabuchodonosor in fornace cum tribus pueris quartum similem filio Dei. Esa. 43. Quum ambulaueris per aquas, tecum ero. Gregor. Da mihi semper tribulationem, ut semper possis esse mecum. Item tribulatio est quasi uia strata & munda, quum prosperitas uia sit lufosa. Vnde quum Deus de prosperitate educit hominè,

& ponit in statu aduersitatis, debet latari, discens cum Dauid: Eduxit me de lacu miseræ, de luto facis, & statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Item tribulatio hominem proficere facit. In Psalm. In tribulatione dilatasti mihi. Sine tribulatione homines dormiunt somno pigritiæ: sed tribulatio excitat eos; ut ignis in domo successus, & ut aqua nauem subintrans. Matthæi 8. Domine, salua nos, perimus. Augustinus: Ideo præmiantur iusti in ecclesia, ut pressi clament, clamantes exaudiantur, exauditi glorificent Deum. Item tribulatio uirtutem perficit. 2. ad Corinth. 12. Virtus in infirmitate perficitur. ¶ Tribulatio multis modis facit perfectionem uirtutis. Primò, quia purgat uirtutes, ut ignis aurum. Gregor. Fornax tribulationis ligna uitiorum incinerat, & aurum purgat. Secundò, quia hostem debilitat, corpus scilicet. Tertio, quia magnitudo tribulationis occasionem dat, ut Deus gratiam augeat. 1. ad Corinth. 10. Fidelis est Deus, qui non permittit uos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum: id est, uirtutis augmentum. Quarto, quia secundum uerbum Senecæ, multum adicit sibi uirtus lacessita. Et secundum Gregorium, ignis statu premitur, ut crescat. Item tribulatio patienti debita soluit. Lucæ sexto: Dimitte, & di-

mittetur uobis. Quis capti apud Saracenos mendicare cogantur redemptionem suam, facti sunt capti à diabolo, si aurum, & argentum unde possunt se redimere, gratis sibi oblata recusant. Prouerbio. 13. Redemptio animæ uiri propriæ diuitiæ. Tribulationes diuitiæ propriæ hominis dicuntur, quia homo occasio earum fuit. Thren. Non humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum. Sapientia. Deus non fecit mortem. Eccle. 2. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe. Et notandum quod magna Dei misericordia est, & pro pœnis futuris recipit retributiones præsentis. Tale enim est ac si ille cui debentur maræ aurum, & argentum, reciperet pro eis fabam uel lapidulos, quibus facta est comparatio: plus enim est faba una respectu maræ aurum, quam translatio præsentis respectu pœnæ futuræ. Ezechiel. 4. Diem pro anno aedificasti. Tribulatio succursus est homini à Deo missus. Quod tripliciter ostendi potest. Primo sic: Si domus alicuius igne esset succensa, quam per se non sufficeret extinguere, aqua sibi oblata cum gaudio susciperet, & obsequium non persecutionis reputaret: quanto magis quum domus conscientiæ succensa est igne concupiscentiæ, aquam tribulationis debet reputare succursum, & non aduersitatem uocare, quia non est aduersus eum: sed prosperitatem, quia

pro ipso est. Sed sunt aliqui qui fugiunt, quum nihil eos persecutur. Prouerbio. 18. Fugit impius nemine persequente. Secundo sic: Si aliquis ab hostibus suis duceretur super equum uelocem ad locum ubi esset occidendus, gratum haberet, si quis equum illum ulneraret uel occideret, ut sic ab hostibus liberaretur, & hoc reputaret succursum, non nocentem: quantum ergo gratum debet esse ei qui corpus suum lasciuum in quo ad mortem exterram ducitur, infirmitate uel alio modo lædit, ut sic à dæmonibus liberetur. Prouerbio. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem. Tertio, sic: Si duellum commiteres cum aliquo, & uideres hostem tuum tibi præualere, gratum haberes si quis hostem illum debilitaret tantum, ut ei præualere posses. Quasi duellum est inter carnem & spiritum. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Galath. 5. Uide ille qui uidet præualere carnem aduersus spiritum, magnas gratias debet agere Deo, si infirmitate uel alia tribulatione carnem eius debilitet, ut à spiritu superetur. Iob 40. Memento belli, nec ultra addas loqui. Gregor. Ac si diceret, tanto te ad disciplinam patris exhibe placidum, quanto te prospicis ad bella infirmum. Si occulti hostis contra te bellum consideras, quid quid à me pateris, non accensas. Item tribulatio sanctus occasio

ck

est pugna, & per consequens uictorie & coronæ. 2. Timoth. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Gregor. Inimicus humani generis callide insidians, fraudem quam contra sanctum Iob parauerat, pertulit, quia sancto uiro quot occasiones intulit, quasi tot causas uictorie ministravit. Sapient. 10. Certamen forte dedit ei ut uinceret. Non est timenda tribulatio electis Dei, quum Deus eam mutat illis, ut ab eis uincatur. Item tribulatio pœdus est, ad quod præmium cælestis traditur nobis: ideo non est optanda eius diminutio. 1. Corinth. 4. Id quod in præsentibus est momentaneum & leue tribulationis, sub praemodum in sublimitate eternæ gloriæ pondus operabitur in nobis. Item tribulatio materia est coronæ nostræ. Bernardus: Si penitentia nostra crudeli miseratione minuitur, paulatim gemmis corona nostra priuatur. Iaco. 1. Beatus uir qui sustentatio nem: quoniam qui probatus fuerit, accipiet coronam uitæ. Tribulatio præsentis uertetur in gaudium, ita quod pro una gutta tribulationis, erunt quasi mille modii gaudii. Ioann. 16. Vos contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Baruch 4. Qui induxit nobis mala, ipse rursus adducet nobis sempiternam iucunditatem cum fame nostra. Esa. 54. Ad pœnitem in modico dereliqui

te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Mutatio ista tribulationis in gaudium, figurata est Iob. 2. in mutatione aquæ in uinum. Præligenda est aqua tribulationis in uinum gaudii mutando, uinum gaudii temporalis mutando in aquam eternæ tribulationis. De hac mutatione habes Luc. 6. in diuite, & Lazaro. Bernardus: Ego sane diuitem de quo Saluator facit mentionem in euangelio, in nullo audio recitari nisi quod induebatur purpura, hyssopum, & epulabatur quot die splendide: si crudelitatem sum arguimus, quod subitaneam mundi habens, & uidens fratrem suum egere, clausit uiscera sua ab eo: quid dicturi estis qui tot uidetis Lazaros esurientes & nudos, & plus de iumentis uestris & capra phaleris, quam de illorum miseris cogitatis? Sed ad tremendum iudicium Abraham ueniamus. Memeto fili quod receperis bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. Verum utrumque est, negari non potest, ser sententiam, quia paucis expressa est summa negotii. Ille bona, & iste mala accepit: nunc autem hic consolatur, tu autem cruciaris. Expergi scimini ebrii & fete: terribilis in iudiciis Deus super filios hominum. Hæccine est cruciatu cau-

C 4 la tota,

sa tota, quod in seculo bona receperat? Ita plane: neque enim nos ad hoc de paradiso uoluptatis diuina animaduersio eiecisse uidetur, ut alterum sibi hic paradysum adinuentio humana pararet. Legitur, Ioannem Euangelistam uirgas, & lapides communes in aurum, & lapides preciosos conuertisse: quis uirgas illas, & lapides illos, si indubitanter crederet ea conuertenda esse in aurum & preciosos lapides, non amaret. ¶ Item tribulatio uirga Moysi est, in qua mirabilia sunt. Per eam aqua de petra educitur. Aqua, inquam, lacrymarum, de cordibus duris, & quasi petrinis. Per ipsam eam ueni Israelita à Pharaone infernali & eius exercitu liberantur. Tribulatio seruos Dei liberat ab hostibus: sicut flagellis pecora ad castrum urgentur, ne à prædonibus rapiantur. ¶ Tribulatio locus est, quem filius Dei elegit in hoc mundo ad manendum. Bernardus: Christus qui non fallitur, elegit quod carni est molestius. Id ergo melius, id utilius, id magis eligendum: & hic est locus filiorum Dei in mundo isto. Omnes enim qui pie uolunt uiuere in Christo, persecutione patientur propter iustitiam. 1. Timo. 3. Qui cor nobile haberet, potius eligeret esse cum filiis Dei in tribulatione, quam cum damnatis in temporalis prosperitate. Heb. 11. dicitur de Moysi, quod negauit se esse filium Pharaonis, ma-

gis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem. David: Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Si aqua amara transeundo per terram dulcis efficitur, & si uinum trāsiens per garyophyllos, garyophyllatum efficitur, & uinum in quo abluuntur reliquiae sanctum reputatur: tribulationes quæ per Christum transferunt, & alios sanctos, quasi sanctæ habendæ sunt. Sacerdotatis uero earum signa esse uidentur mirabilia quæ ipsi operantur. Qui enim mortui fuerunt in deliciis uiginti annis uel amplius, superueniente eis forti tribulatione suscitantur. Nullæ reliquæ in mundo isto tot & tantas infirmitates sanare uidentur, ut tribulationes, per hoc quod in Christo fuerunt: & crux iam uidentur esse unctæ, eò quod in Christo qui unctus est fuit. Vnde cruces in consecratione ecclesiarum oleo inunguntur. Bern. loquens de illo uerbo, Qui fuisse laborem in precepto. An non labor fictus, iugum suauis, crux inuncta? ¶ Et notandum, quod cum tribulatio in Scriptura sacra per aquam designetur: ut Cant. ult. Aquæ multæ non potuerunt extingui re charitatem. Septem sunt effectus uiles tribulationis, secundum proprietates aquæ. Primus est, quod hostes spirituales submergit, uita scilicet & demones. Exodi 15. Operuit aqua tribu-

lanæ

lantes eos: unus ex eis non remansit. Secundus est, quod fideles nutrit, sicut aqua pisces. Esa. 50. Computruerunt pisces sine aqua. Er notandum quod aqua amara dulces nutrit pisces & magnos. Cete grandia non inueniuntur nisi in mari. Aliæ aquæ nutriunt pisciculos: sic homines magnæ uirtutis nutriuntur in aquis tribulationum. Tertius est, quod munit sicut, aqua munit castra quæ cingit. Vnde Iob 3. dicitur de amicis Iob, Nemo ei loquebatur uerbum: uidebant enim dolorem esse uehementem. Quartus est, quod aqua eleuat nauem dum crescit. Gene. 7. Multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime à terra. Sic tribulatio electos Dei exaltat, & proficere facit. E contrario dicitur de malis. Iob. 17. Cor eorum longè est à disciplina, propterea non exaltabuntur. Quintus est, quod ad modum aquæ mundat. Vnde sponsæ regis cælestis uestem de bysso præparat. De qua Apocalyp. 19. Dantur ei cooperire se bysso candido & splendenti. Apocalyp. 7. Hi qui sunt amicti stolis albis, qui sunt, & unde uenerunt? Er dixit illi, Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna. Sextus est, quod uinum temporalis gaudii temperat, ne cordibus debilibus noceat. Vinum enim gaudii temporalis homines infatuat, si bibant illud purum, ut patet in Salomone, Ecclesiastic. 2. Non prohibui

cor meum quin omni uoluptate frueretur. Septimus est, quod ignem libidinis extinguit: ut patet in monacho illo qui de luxuria tentabatur, quæ abbas suus iussit ab aliis infestari: qui postea interrogatus super illa tentatione, respondit: Mihi uiuere non licet, & fornicari libet. ¶ Itè notandum, quod tribulatio ad multiplicationem bonorum iuuat. Exod. 11. Quanto magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur. Item in bono sustentat. Eccl. 2. Sustine sustentationes Dei. Sustentationes sunt tribulationes. Greg. in Moralib; Ipso infirmitatis nostre pondere deorsum quotidie ducimur, ut in manu artificis per subuenientia flagella releuemur. E contrario prosperitas in malo sustentat. Greg. in Moralib; Difficilius malum corrigitur quod prosperitate fulcitur. Idem: Qui à Deo auertitur & prosperatur, tanto perditioni se propinquus, quanto zelo disciplinæ inuenitur alienus. Itè tribulatio ad Deum trahit. Bern. super Cant. Trahimur cum tribulationibus, & tætantibus exercemur. Aug. Cum molestiæ in huius uitæ fragilitate crebrescunt, eternam requiem nos desiderare cõpellunt. Mûdus quippe iste periculiosior est, blandus quam molestus, & magis cauendus est cum se illicit diligi, quam cum admonet cogit; contemni. Tribulatio uiam electorum asperam efficit, ne eos magis diu perge-

C 5 re,

re, quam citò peruenire delectet; secundū uerbum Greg. Tribulatio porta est regni cælorū. Hec porta Domini, iusti intrabunt in eam. Lucæ ulti. Oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriā suam. Act. 14. Per multas tribulationes oportet intrare in regnū cælorum. Et ut uno uerbo dicamus, adeo utiles sunt tribulationes, quod hi qui eas sustinent, beati à Domino reputantur. Lucæ 6. Beati qui nunc stetit, quoniam ridebitis. Matt. 7. Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiam, &c. Iob 7. Beatus qui corripitur à Domino. Iac. 1. Beatus uir qui suffert tētionem. Eiusdem 5. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. 1. Pet. 3. Si quid patienti propter iustitiam, beati. Eiusdem 4. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: ideo tribulatio cū gaudio est suscipienda. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilii, &c. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres, cum in uarias tentationes incidieritis. 1. Pet. 4. Communicantes Christi passionibus, gaudeat in tentatione gloriæ eius gaudeatis exultate. Matt. 7. Gaudeat, & exultate, quoniam merces uestra multa est in cælis. Simile Luc. 6.

De diuisione Patientie in patientiam diuine correctionis, humanae persecutionis, & demoniacæ impugnationis.

CAP. IIII.

Consequenter ponēda sunt diuisiones pertinentes ad

patientiam. Notandū ergo quiddam ad patientiam pertinet patienter ferre Dei correctionē, hominum persecutionem, demonum impugnationem. Scriptura uerō sacra multum beatificat patienter sustinentes prædicta. ¶ Sustinentes Dei correctionem beatificantur. Iob 5. Beatus uir qui corripitur à Domino. Corruptio Dei procedit ex magno amore. Esaiæ 11. Egredietur uirga de ra dice Iesse. Iesse interpretatur incendiu. Respuere Dei correctionem, periculosum est ualde. Ecclesiast. 21. Qui odit correctionem, minuetur uita. Eiusdem 21. Qui odit correctionem, uestigium est peccatoris. ¶ Dei correctio est, ægritudo corporis, quæ cum gaudio recipienda est, quia utilissima. Multū enim debilitat hostem familiare (corpus scilicet) & subdit spiritui. Cū in firmior, tunc potens sum. 2. Corin. 12. Et in infirmitate experitur homo uirtutem animi. Seneca: Non in mari tantum aut prælio uir fortis appareret: sed exhibetur etiā & in lectulo uirtus. In uitis patrum, cum quidā peteret à loanne cremita, ut sanaret eū à tertiana. Respondit: Rē tibi necessaria cupis abicere: ut enim corpora nitro, ita anima languoribus & castigationibus purificatur. Et quidam senex in firmanti discipulo dixit: Ne contristeris ex infirmitate uel plaga corporis. Si enim ferrum es, æruginē amittis. Si uerō aurum es, per ignem proba

probatus, à magnis ad maiora proveheris. Et cū quidam miles rogaret quendā uirū sanctū ut à morbo liberaret eum cum precibus suis: uir sanctus audito ab eo quod melior esset in agritudine, & deuotior quā in sanitate, dixit: Oro Dominū ut seruet te in statu, in quo melior es. Dicebat quidā, quod cū Deus dar infirmitatem alicui, si pro ea seruiret ei centum annis, non esset nimis. Pro uerbio. 20. Liuior uulneris abterget mala. Eccl. 11. Malitia unius horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ. Idem etiā dicebat, quod diues est Christianus, qui non habet nisi unam solam febrem quatuor accessionum, uel etiā solam ephemeram, dum solum sciat & uelit de illa cum Deo negotiari. Aegritudo corporis citatio est de pace facienda cum Deo: si fuerit ad mortem, peremptoria: si non fuerit, dilatoria. Pax uerō ad quam est citatio, ualde honorabilis est peccatori: omnes enim offensa ei à Deo remittuntur, & insuper pax eius regno cælorū quasi emitur. Gaudere debet qui infirmatur de hoc quod utilis domuncula eius incipit deseri, cū spem habeat domum regis se habere in cælis. 2. ad Corin. 7. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ad edificationē ex Deo habeamus, domū non manufactā, sed æternam in cælis. ¶ Et notandū quod super illud Matthæi 9. Conside

fili, remittuntur tibi peccata tua. offendit glo. Bedæ, quod quinque modis in firmitates contingunt. Primò, ut merita iustis per patientiam augeantur. ut Iob 2. Secundò, ad custodiam uirtutum, ut in Paulo 2. Corin. 12. Tertio, ad corrigenda peccata, ut lepra Mariæ. Num. 12. Quarto, ad gloriam Dei; ut cæco nato. Ioan. 9. & Lazaro. Eiusdem 11. Quintò, ad initium pœne, ut Herodis. Act. 12. Patientes persecutiones beatificantur. Matthæi 7. Beati, inquit, qui persecutionem patientur, &c. Persecutor preparat tibi coronā æternam. Nolo odire uel repercutere fabricatōrē coronæ tuæ. In Ps. 1. Super dorsum meum fabricauerunt peccatōres. Fabricauerunt, inquam, coronam. Sustinentes demonum impugnationes beatificatur. Iac. 1. Beatus uir qui suffert tētionem: quonia cū probatus fuerit, &c.

De tētionibus demonū. Et primò quod demones tentent homines: de utilitate tētionis, de modo tentandi quem habet tentator, & de modo repugnandi quem debet habere qui tentatur.

CAP. V.

Circa tētionem, primo ostendimus quod demones impugnet homines. Cū enim ipsi sint inuisibiles, & pugna eorum inuisibilis est, nec agnoscutur nisi oculis cordis: ignorantia uerò eius periculosa est homini: non enim repugnat qui se impugnat ignorat: grāde periculum est habere

habere iuxta se hostem suum, si homo hoc nesciat. Hiero. Tunc maximè impugnaris, cum te impugnaris nescias. Secundò, ostendimus utilitates tentationũ, ut magis patienter sufferatur. Tertio, tangemus de modo impugnandi què habet tentator. Quarto, de modo repugnandi, quem debet habere qui tentatur. ¶ Circa primum notandum, quòd impugnatione quam diabolus facit homini, Primò, certificari potest ex 3. Genes. ubi serpens mulierem decepit, & Deus ibidè ostendit impugnationem istam esse duraturam, dicens ad serpentem: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius. ¶ Secundò ex lib. Job 1. & 2. cap. ubi sathan petiit à Domino ut permitteret eum impugnare Job. Et eiusdem 7. legitur: Militia est vita hominis super terram. & alia translatio habet, tentatio est vita, &c. Item Matth. 4. & Lucæ 4. ubi diabolus Dominum tentauit. Et secundum Aug. assumpsit diabolus formam humanam, quod permisit Dominus, ut tentatio nobis certior fieret. 1. ad Cor. 7. Reuertimini ad id ipsum ne tentet uos sathanas. Matth. 27. Vigilate, ne intretis in tentationem. ad Ephes. 6. Nò est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinè, &c. Act. 5. Cur tentauit sathanas cor uestrũ? Et de beato Martino legitur, quòd multoties diabolus ei apparuerit in forma humana. Similiter

de beato Antonio, cui apparuit in forma pueri nigri, & in forma etiam animalium diuersorũ generum. Simile legitur de multis alijs sanctis. Augu. in sermonibus: Præmonitos uos esse uolo, neminè super terrã absq; tentione uicturũ, ut cui fortè tollitur aliquis, aliã securus expedit.

¶ De utilitate tentationum.

CIRCA secundum notandum quòd tentione ad multa utilis est. Primò erudit. Eccl. 34. Qui non est tentatus quid sciet alteri? Qui non est tentatus, qualia sciet? Et iterum: Qui non est tentatus, pauca recognoscit. Iudic. 3. Hæ sunt gentes quas reliquit Dominus ut his erudiret Israël. Secundo humiliat. Greg. Dum uita nos tentant, proficentes in nobis uirtutes humiliantur. Rie Iehnsæum Israël tolerat, ut humana mens de se humilia sentiat, dũ minima nò superat. Tertio, negligentiam repellit. Glos. super illud: Proba me Deus, & tenta me. Ideo dicit tenta: quia nisi tentaret, negligentes essemus. Quarto, uirtuti addit. Seneca: Multum adicit sibi uirtuti laesita. In Vitis patrũ dixit quidam abbas: Cruda tegula si mittatur in flumen, statim dissoluitur, cocta non. Ita est homo habens sapietiam carnalem, qui nò est tentationum igne decoctus. Quintò seruat. Greg. Nisi Psal. mita per tribulationes se melius seruari nosset, non diceret, Proba me Domine, & tenta me.

Idem

Idem in Moralibus. Cũ per tentionem humilitas proficit, prospera est ipsa aduersitas quæ mentem ab electione custodit. Idem: Cũ tentamur uirtutis, diuina dispensatione nobiscum agitur, ne uirtutibus quibus proficimus extollamur. 2. ad Corinth. 12. Ne magnitudo reuelationum extollar me, &c. Gregor. in Moralibus: Tunc interius bene custodimur, cum per dispensationem Dei tolerabiliter tentamur exterius, aliquando uirtutis, aliquando pressuris. Nec tentatio exterior culpas perficit, quia interior intentio sursum trahit. Nec sursum interior intentio in superbiam eleuat, quia tentatio exterior humiliat. Sic magno ordine cognoscimus in interiore profectu quid accedimus, in exteriori defectu quod sumus. Sextò, uirtutem hominis notificat. Deuteronom. 13. Tentat uos Deus uester ut palam sciat utrum diligatis eum, an non. Septimò, Deum glorificat. Psalm. Etiam te, & glorificabis me. Octauò, populum ædificat. Tob. 2. hanc tentationem ideo permisit euenire illi, ut posteris daretur exemplum patientie illius. Nondò, ei qui tentatur in presenti, honorem acquirit. Vnde legitur de beato Antonio, quòd cum quadam nocte à demonibus esset laceratus, subito radius quidam lucis & demones & tenebras effugauit, statimq; sanatus Christus presentem intelligens, di-

xit: Vbi eras Iesu bone, ubi eras? quare principio non affuisti, ut curares uulnera mea? Et uox ad eum ait: Antoni hic eram: sed expectabã uidere certamen tuum. Nunc autem quia uiriliter dimicasti, in toto orbe te faciam nominari. Decimò, in futuro coronat. 2. ad Timoth. 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Et Iac. 1. dicitur de sufferente tentationem, quòd cũ probatus fuerit, accipiet coronã uitæ. Tob. 3. Hoc autem pro certo habet omnis qui colit te; quia uita eius si in probatione fuerit, coronabitur.

¶ De modo impugnandi, quem debet tentator.

SEQUITVR de modo impugnandi, quem habet tentator. Notandum ergo quòd modi impugnandi quos habet quasi infirmi sunt. Vnde Paulinus episcopus Augustino: Hostis noster cui mille nocedi artes, tam uariis expugnandus est tibi, quam impugnat infidiis, tamen nos causa breuitatis de paucis dicemus. Bernar. quatuor species impugnationis eius distinguit loquens de illo uerbo Psal. Scuto circumdabit te ueritas eius: non timebis à timore nocturno, &c. His uerbis significata sunt quatuor tentationes quibus undiq; circumdati necesse habemus scuto Domini circumdari antè & retro, à dextris & à sinistris. Timor afflictionis nocturnus est & planè tenebrosus, quia abscondit ab oculis, quòd nò sunt

sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriâ quæ reuelabitur in nobis. Sed facile hunc radius ueritatis exulat. Ingerit enim oculis cordis peccata quæ fecimus, nunc æterna supplicia, nunc æterna præmia, nunc ea quæ pro nobis pertulit Christus. Ergo ad lucem tam multiplicitatis ueritatis nox recessit. Sed time sagittam quæ in die leuiter uolat, sed non leue uulnus infligit. Hæc sagitta uana est gloria, quam oportet cauere feruētiores, ne deserant scutum ueritatis. Quid enim tam contrarium uanitati? Deinde subdit: Primo à sinistris pulsat diabolus pusillanimitate. Deinde à dextris humanis laudibus. Si tunc non proficit, dicit: Viribus decipere hequeo, sed fortè decipere possum alicuius ingenio proditoris. Negotium perambulans in tenebris est ambitio subtilis malum, secretum nigrius, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, uitiorum origo, criminum fomes, uirtutum arugo, tinea sanctitatis. Contempnit, ait, uanam gloriâ, quoniam uana est fortè solidius aliquid amectaret, fortè honores, fortè diuitias. Quid si ueritas inuestigat hoc proditorem, & negotium arguit tenebrarum? Non restat callido inimico contra eos quos uidet omnibus modis diligere iustitiâ & odisse iniquitatem, nisi ubi iniquitatem palliet uirtutum imagine. Quos enim perfectos bo-

ni nouit amatores, malū eis sub specie boni non medioeris, sed perfecti suadere conatur, ut facile qui currit incurrat. 2. ad Corinth. 11. Ipse sathanas transfiguratur se in angelum lucis. Sola autem est ueritas, quæ palliatā detegit falsitatem: iuxta uerbum Bernardi. Item Greg. Quatuor, inquit, has tentationes in generali statu ecclesiæ haud difficile diligens considerator inueniet. Timor nocturnus nouellam adhuc exercebat ecclesiā, quando omnis qui occidebat seruos Dei, arbitrabatur obsequium se præstare Deo. Deinde perfectione cessante, & die reddita, turbauit eam grauius: & afflixit sagitta uolans: quoniam extierunt aliqui de ecclesia inflati spiritu carnis suæ inanis & uolantis gloriae cupidi, & uolentes sibi face, re nomen linguas suas magnificando, diuersa & puerila dogmata prædicauerunt. At quidē nunc pax à paganis, pax ab hæreticis, sed non pax à filiis falsis. Omnes Christiani ferè quæ sua sunt querunt, non quæ Iesu Christi. Ipsa quoque ecclesiastica dignitas officia, in turpē questū & tenebrarum negotia transferre: nec in his animarum salus, sed luxur queritur diuitiarum. Superest ut iam reueletur homo peccati, filius perditionis antichristus, demonium non modo diurnum, sed etiam meridianum, quod non solum transfiguratur se in angelum lucis, sed extollitur supra

omnes

omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Nimirū insidiatur acris calcaneo matris ecclesiæ, à qua caput suum dolet esse cõrritum. Sed ab hoc quoque incurrit ecclesiā electorum ueritas liberabit, propter eos breuians dies, & demonium meridianum destruens illustratione aduētus sui. Item notandum quod secundum Gregor. in Moral. quatuor modis peccatum perpetratur in corde, quatuor consummat in opere. In corde nanque suggestionē, delectationē, consensu, & defensionis audacia perpetratur. Fit enim suggestio per aduersarium, delectatio per carnē, consensus per spiritū, defensionis audacia per elationē. Vnde & illam primi hominis rexitur dinem antiquus hostis his quatuor idibus fregit. Nam serpens suauis, Heua delectata est, Adam cõsensit, qui etiā requisitus confiteri culpam, per audaciam noluit. Quatuor etiam modis peccatum consummat in opere. Prius nanque latens culpa agit, postmodum uerò ante oculos hominū sine cõfusione reatus aperitur, dehinc in consuetudinem ducitur ad extremū, quifque uel falsæ spei seductionibus, uel oblatione miseræ desperationis enutritur. Notandum quod diabolus tanquā præsumptuosus libenter suadet id quod temeritatis est & præsumptionis. Vnde mulierē incitauit ad hoc ut iudicaret de factō superioris,

& de intentione præcipientis, dicens: Cur præcepit uobis Dominus, &c. Genesis 3. Quorum utrumque temerariū est. Item in impugnationibus suis multum mendacio utitur. Vnde mulierī post eius responsonem mentitus est, dicens: Nequaquam moriemini. Et Matth. 4. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Iob 8. Ipse mendax est & pater eius. Quum ipse uult aliquē decipere in peccatum, ipse promittit ei quod citò resurget. Esa. 51. Dixerunt animæ tuæ, Incuruare, ut transeamus. Bernar. Noli acquiescere dicenti, Incuruare, ut transeamus. non est enim transiturus, sed te grauius oppressurus. His uerò qui sunt in peccato, longam uitam repro-mittit, quæ repromissio nequissima multos perdidit. Ecclesiast. 19. ¶ Et notandum quod diabolus quinque modis decipit hominem qui est in statu penitentia, suadēdo ei ut onus illud abiciat. ¶ Primo, mentiendo exonerationem, quod non est exonerationem, sed leuis oneris in grauisimum commutatio: ut festuca in trabē uel montē. Vnde qui tentatur debet dicere sic tentanti, Si onus cõposuero, nunquid sine onere ero? Cui questionī si plenè respondere uoluerit tentator, dicet, Imò ponetur super te mons: scilicet infernalis poena, quæ poena grauior est monte. Apocal. 6. Dicent montibus, Cadite super nos, &c. Bonum est ergo leue onus

onus poenitentiae ferre, ut tantū onus possit uitari. Apocal. 2. Nō mittam super uos aliud pondus, tamen id quod habetis tenete. ¶ Secundo decipit, ea quae diuifim portanda sunt simul ostendendo, dicens, Quomodo posses hoc portare tot annis: Cui dicendū est, Hodie cum adiutorio Dei portabo hoc & cras, tandem cum adiutorio Dei portabo leuius propter assuetudinem. Sic ubi fallit compositio, soluit diuifio. Matt. 6. Sufficit diei malitia tua. ¶ Tertiō decipit, uirtutem hominis à Dei uirtute diuidendo dices, Tu debilis es, nullo modo posses hoc portare. Cui dicendū est: si intelligis mea uirtute sola, uerum dices, quae dicitur Io. 15. Sine me nihil potestis facere. Si uerō intelligis quod nō possim Dei uirtute adiutus, mentiris, ad Philip. 1. Confidimus in domino Iesu, quoniam qui cepit in uobis opus bonum, perficiet. Eiusdem 4. Omnia possum in eo qui me confortat. ¶ Quarto decipit, spoliatiōem mendiendo exoneratiōem. Sicut latro quandoque simplicē scholarem expnerat à cappa sua. Aurū nel lapides pretiosos debes reputare poenitentiam quam tibi uult diabolus auferre. Vnde debes cauere eum tanquam spoliatorem rei pretiosissimā. Apocalyp. 3. Suadeo tibi emere aurum, &c. Aurū emere, est fructum poenitentiae prae-
parare. ¶ Quinto, querēdo pondus diminuerē, ad quod gaudiū

caeleste tibi tradendum est. 2. ad Corinthios 4. Id quod in praesenti est momentaneum & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in uobis. ¶ Itē diabolus supra pectus suū graditur sicut serpens, qui solebat erectus incedere, nunc supra pectus graditur. A Deo enim auersus est diabolus, qui ad Deū conuerti debuit, & in eis proficit qui à Deo auertuntur, qui scilicet oculos suos statuerunt declinare in terram. Daniel. 12. dicitur de iniquis iudicibus, quod declinauerunt oculos suos, ne uiderent caelum, neque recordarentur iudiciorū iustorum. ¶ Item diabolus terram comedit: ut dicitur de serpente. Gene. 3. Amatores enim terrenorum deuorat. Esa. 65. Serpenti puluis panis eius. Iob 18. Abscondita est in terra pedica eius. Esa. 24. Laqueus super te qui habitator es terrae. Econtrario dicitur Proterbio. 1. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Idem calcaneo insidiatur. Genesis 3. Calcaneus est pars extrema & infima in corpore. Est etiam à posteriori, uiderà ab oculis uidetur. Et quia retro est, & quia ab oculis longe est diabolus, calcaneo, id est, extremae parti ecclesiae maximē insidiatur: in fine enim mundi, scilicet tempore antichristi, maxima erit tribulatio ipsius. Vnde tunc implebitur illud Iob 40. Stringet caudā suā quasi cedrū

quod

quod dicitur de Behemoth, cū cauda stringitur eleuatur. Cauda ergo Behemoth stringetur, cū in fine mundi antichristus eleuabitur. Calcaneo etiam diabolus insidiatur: quia in fine uniusculiusq; maximē conatur hominem uincere: sciens quia si tunc hominem non uicerit, nūquam postea ab eo uincetur. Gregor. Sciendum quod plerunq; eis quos ceperit, tunc grauiores culpas ingerit, quū praesentis uitae termino illos propinquare cognoscit. Fini etiam actionis insidiatur diabolus. Grego. Diabolus aliquādo nec intentionē uitiat, nec in itinere supplantat: sed ope bonū in fine actionis illaqueat. ¶ Itē diabolus calcaneo, id est, infimae parti insidiatur, carni scilicet, Iob 40. Fortitudo eius in lumbis eius, & uirtus eius in umbilico uentris eius. Et in eodem: Foenum quasi bos comedit. Foenum uocat homines carnales. Omnis enim caro foenum. Esa. 40. Habac. 1. Inoperata est pars eius. Diabolus pars sensu insidiatur. 1. Iudic. 9. Appropinquas Abimelech ostio, igne supponere nitentur. Item, diabolus ex illa parte ex qua homo sibi minus cauet impugnat: & sic calcaneo insidiatur. Ipse circuit, si fortē inueniat quē deuorare possit. Iob 1. Circuiti ter ram, & perambulauit eā. 1. Per. 5. Tanquā leo rugiens circuit &c. Diabolus otiosus & securos percutit. Ezech. 38. Ascendā ad terrā

sine muro, ueniam ad quiescentes habitantesq; securē. Iob 40. dicitur de Behemoth: Circundant eum falices torrentis. Salices torrentis sunt homines infructuosi in aquis deliciarū plātati, qui circa diabolū sunt, & diabolus quasi spatiatur cum eis. Iudic. 18. Nullus erit labor, intrabimus ad securos. Item diabolus femina bonorum rapit, sciēs illud Bernardi, Modica sementis detractio, non modicū est melius detrimentum. Matt. 13. Quaedam ceciderunt secus uia, & uenerunt uolucres caeli, & comederunt illa. Ipse in negligentibus zizania seminatur. Matth. 13. Quōdā tēte homines, uenit inimicus eius, & superfeminauit zizania in medio tritici. In uitis patrū dicebat quidā senex quod tres sunt uirtutes sathanā quae praecedunt uniuersa peccata. Prima obliuionis, secunda negligentiae, tertia concupiscentiae. Prima generat secundam, secunda tertiā, & sic extēdit homo. ¶ Itē diabolus uniuersas dispergit, & sic uincit. Matth. 12. Qui nō coligit metem, dispergit. Item torose incedit, & ideo ualde difficile est praecognoscere quod tēdit. Psal. 30. Tria sunt mihi iusticia, & quartum penitus ignoro. Et unum illorum trium est uia colubri super petram. Gloss. Viam colubri uocat uenēnati hostis astutiam, quae insidari non desinit quos pertra fundatos esse cōspicit. Item

D diab

diabolus quod delectabile est preponit, quod molestū supponit: primo quasi ungit, & postea pungit. Eccl. 9. Sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aves laqueo, sic homines capiuntur tempore malo, scilicet tempore tentationis. Pisces capiuntur esca hamo superposita. Item circa impugnationem diaboli, attendenda est impugnatiō varietas, impugnandi continuas, impugnatiōnis inuersiones. Diabolus uariis impugnatiōibus impugnat, ut quem non superat una, superet alia: ut patet Matth. 4. in tentationibus domini. Continuē etiā impugnat, ut quasi rudio uiscus homo succubus. Gre. Diabolus afsi duatētatiōne tentat, ut saltem rudio succubus. Dan. 3. Non cessabat ministri regis succendere fornacē. Vniuersalis etiā eius impugnatio. Impugnat enim & diuites & pauperes, & iuuenes & senes: unde dicitur uti sagena, quæ est repleta totā aquam occupans. Habac. 1. Totū in hamo subleuauit, & traxit illud in sagena sua. Item in eodē: Expandit sagenam suam, & semper interficere gentes nō cessat. Et licet omnes impugnet, magis tamen eos qui ad Deum conuertuntur. Augu. in sermonibus: Quotidianis discimus experimentis eos qui conuerti deliberant, tentari acius a concupiscentia carnis, & urgeri grauius in operibus luti & lateris, qui Aegyptum egredi, Pharaonem

effugere moliantur. Ideo accedenti ad seruitutem Dei dicitur Eccles. 2. Prepara animam tuam ad tentationem. Job 19. Obsederunt in gyro tabernaculum meum. In Psal. Circumdederunt me sicut apes. Eccl. 9. Extruxit munitiones per gyrū. Greg. de diabolo: illos pulsare negligit, quos iure quieto possidere se sentit. Hier. Appropinquante salute appropinquat & tētatio. Greg. in Mora. Lucem multitudinis umbra sequitur tentationis. Idem in eod. Post lucē aestus sequitur, quia post illuminatiōne diuini numinis, tētatiō certamē augetur. In Psal. Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? Sicut aliquis dū est captus in carcere unicū habet custodē uel duos, si uerō euaserit, omnes eū insequuntur: sic dum quis captus est a diabolo, nō tūtm eū demones persequuntur quam quum euasit. Vnde quidam eremita uidit unum solū diabolū sedentē in porta ciuitatis, & uidit abbatīā in qua unicuique monacho asisitebat diabolus. Qui uero quaereret ab angelo dīctore quare hoc esset. Respōdit: quia in ciuitate illa omnes faciūt uoluntatem diaboli, sufficit ibi unus diabolus: sed quū in hac abbatia omnes sint boni, necesse est ut unicuique unus absistat. Item magis impugnat diabolus eos qui præsumunt, quam ceteros. 1. Reg. 31. Totum pondus prælī uersum est in Saul. Item impu

impugnat etiā hominē secundum cōplexionem, uel mores, uel statum ipsius. Vnde in Psal. Iuxta iter scandalum posuerunt michi. Diabolus eos qui sunt in deserto paupertatis incitat ad iram uel impatientiā. Vnde tentatio eius talibus est uetus urēs. Deut. 8. dicitur de solitudine in qua fuerunt filii Israhel, & in ea erat serpens flutu adures, & scorpio, & dipsas, & nulla omnino aqua. Jer. 3. Ventus urens in uis que sunt in deserto. Exo. 10. Uetus urēs lenauit locustas. Et subditur: Et nihil omnino urens relictum est in terra. Locustæ sunt motus superbix, qui postquā in homine religioso inualerint, nihil uiride in eo remanet. Ezechie. 17. Nōne quū tetigerit est uentus urens siccabitur? Ionæ 4. Præcepit dominus uento calido & urenti, & percussit sol. super caput Ionæ, & aestuabat. His uerō qui sunt in prosperitate, suadet diabolus pigritiā. Et talibus est tentatio diaboli ut uetus aquilo. Eccl. 43. Frigidus uetus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. Quādoque uero diabolus Deo permittente hoc ad probationem & profectū amittitur, suscitatur, quasi uentum uehementē, ut uideatur omninō cocutere. Job 1. Ventus uehemens irruit a regione deserti & concussit quatuor angulos domus. Et Ionæ 1. Misit dominus uentum magnum in mare, & facta est tempestas magna. Et

Matth. 8. Motus magnus factus est in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus. Item diabolus quandoque impugnat aggerem comportando, ut quum bonorum pauperū procurat ditationem, ut sic mali efficiantur. Habac. 1. Ipse super omnem munitionem ridebit, comportabit aggerem, & capiet eam. Ipse de potentibus triumphat aditus potentia eorū contra ipso, dum ea absuntur, contra animas suas ea utentes. Habac. 1. Ipse de regibus triumphabit, & tyrāni ridiculi eius erunt. Tyranni sunt simia diaboli, dum in subditos sibi defauit, sicut & diabolus feruetes: sibi torquetur. Item diabolus immisericorditer impugnat, ut patet in Job, cui abstulit sua & suos, affixitque ipsum in propria persona. Et si in aliquo uidetur parcere, in eo intendit impugrare: ut patet in uxore Job, quam ei reliquit, per quam postea eū impugnavit. Vnde dixit illi uxor sua, quum ipse amississet & sua & suos, & percussus esset hulcere pessimo, Adhuc tu permans in simplicitate tua benedic Deo, & morebere. Job 2. Irrisio est uel est, si perferueris in benedictiōe tua, morieris. Eccl. 7. Iustus perit in iustitia sua. Malach. 3. Vanus est qui seruit Deo. Grego. Duobus modis diabolus impugnat homines, tribulatione ut frangat, persuasiōe ut molliat. Vicius ergo de tribulatione recurrit ad

artem qua Adam uicit. Prou. 7. Multos uulneratos deiecit. Dicitur de muliere. ¶ Item diabolus illos quos uidet feruētes ad bonum, incitat ad hoc quod excedat ut de alto possit eos precipitare, quod ualde periculosum est. Bernar. super Cant. Nō habet callidus hostis machinamentū efficacius ad tollendum de corde dilectionē, quā si efficere possit in ea incaute & non cum ratione ambuletur. Ephes. 5. Videte fratres quomodo caute ambulētis. 1. Pet. 4. Nolite peregrinari in seruire qui ad tentationem nobis sit.

¶ De modo repugnandi diabolo.

SEQUIITVR de modo repugnandi diabolo. ¶ Et notandum quod modus cōuenientissimus repugnandi serpenti infernali, est cōtritio capitis eius, quem modum docet dominus Gen. 3. loquens ad serpentē de muliere, quæ figurā tenet ecclesie. Ipsa cōteret caput tuū. Serpens caput præ cæteris mēbris custodit. Et nō est caput nequius super caput colubri. Eccl. 15. Ideo conari debet homo ad eius cōtritioem. Caput uerō eius potest intelligi superbia, uel principii tētionis, uel peccatum cordis antequam extrā exierit. Contritio capitis, scilicet superbiæ, multum ualet ad repugnandū ei. Et hanc facit humilitas, quæ multum ualet ad triumphandum de diabolo. Humilitas enim ad modum astuti luctatoris dū uide-

tur se deicere, hostē facit corruere. Ipsa est quæ euadit laqueos diaboli. Inde beatus Antonius reuult se uidisse omnes laqueos diaboli super terrā extētos. Et quū suspirans dixisset, Quis hos poterit transire? audiuit uocē dicentē, Humilitas sola, o Antoni, petransit. Humilitas gloriam uictoriæ totā Deo attribuit, & propter hoc totum pondus prælii eidem imponit. Curus enim est uictoriæ gloria eiusdē est pugna. Humiles Deus iuuat, sicut e contrario superbis resistit. Iaco. 3. & 1. Pet. 5. Ideo nō est mirum si ipsi triumphēt. Humilitas Deum quodāmodo uincit. Gregor. in Moralib. Quotidie tela tentationum eius accipimus: sed & nos contra illum iacula mittimus, si confessi tribulationibus humilia respondemus. Prouerbi. 15. Responso mollis frangit iram. ¶ Caput etiam serpentis est conterendū, quia in principio tētionis est resistendū. Quid. Principiis obsta, sero medicina paratur. Cum mala per longas cōualuere moras. Gregor. in Moralibus: Si tentationi in corde nascētū festinē non resistitur, hac eadē qua nutritur mora roboratur. In Psalm. Beatus q̄ tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Diabolus quasi paruulus est in principio tentationis, unde tunc facilius potest occidi. In morte primogenitorum liberati sunt filii Israel de seruitute Pharaonis.

Exo,

Exo. 11. Primogenita Pharaonis infernalis sunt principia tentationum: quibus si uiriliter resistatur, liberatur homo cito à diabolo. Item caput serpentis conterendum est, quū in corde est, antequam extrā per locutionē uel operationem processerit. Si cogitatio mala cor intret, tum cito pugnandum est contra eā, & specialiter orando. Grego. in homi. Quanto gratiori tumultu cogitationum carnaliū premimur: tātō orationi debemus insistere ardentius. Non simus eradicatores cogitationum, sed luctatores cōtra eas: ut dixit quidam senex de antiquis patribus, ut legitur in Vitis patrū. In eodē: Dixit quidam abbas, Si cogitationem nō habes, spem nō habes: quoniam si cogitationes habes, opera habes. In eodē: Interrogatus abbas Pastor de immundis cogitationibus, respondit, Nūquid gloriabitur securis sine eo qui incidit in ipsa? Tu ergo non eis porrigas manus, & otiose erunt. Idem euidam abbas: Sicut capsa plena uestibus si dimissa fuerit longo tēpore, putrefiunt uestes in ea: ita sunt & cogitationes in cordibus nostris, si non fecerimus eas corporaliter tempore longo, exterminantur & putrefiunt. Idem ad abbatē Ioseph: Sicut si quis claudat serpentem uel scorpionem in uase & obturet illud, procedente tempore serpens moritur:

ita malignæ cogitationes quæ studio dæmonum pullulant, patientia eius cui immittitur paulatim desiciunt. In eodē: Quidā frater dixit abbati suo: Quare nō recedunt à me tētionis? & dixit ei senex, Quia uasa earūdem passio nū intra te sunt. Hæc uasa intelligi possunt ipsæ concupiscentiæ, secundum quas cogitationes in corde oriuntur: ubi enim amor ubi oratus. Quidam frater interrogauit senē quendam, Quid faciam quia multæ cogitationes sollicitat me, & nescio quomodo repugnem eis? Qui respondit, non repugnes cōtra omnes, sed cōtra unam quæ caput est aliarum. Contra immundas cogitationes ualet confessio, quæ eas sanctis patribus manifestat. Vnde quidā seniorū cuidam impugnato à spiritu fornicationis, dixit: Fili, ne abscondas cogitationes tuas, ita enim confitens immundus spiritus discedit te. Nihil enim ita confundit, & allidit uirtutē dæmonū, quomodo si quis secreta immundarum cogitationū reuelauerit sanctis ac beatissimis patribus. Specialiter expedit ne cogitationes iracundiæ ad uerba procedant. Vnde quidam frater requisit abbatē Isaac, quare dæmones eum ita timerent: qui respondit, Ideo me timent dæmones, quia ex quo factus sum monachus statui apud me ne iracundia mea extra guttur meum procederet. ¶ Item notandū quod

ad repugnandum diabolo multum ualet sapientia, cū ipse astutia maximē impugnet. Vnde dominus diabolum tentantem cū paucis uerbis sacræ scripturæ cōsulum repulit. Matt. & Luc. 4. Sapient. 5. Melior est sapientia quā uires. Eiusdem 3. Sapientiam non uincit malitia. Ecclesia. 9. Melior est sapientia, quā arma bellica. Esa. 11. Non occident, & nō nocent in uipuer so mōte sancto meo: quia repleta est terra scientia domini. Error principium est tērationum difficultum: ideo multum necessaria est sapientia militi Christi, ut ab errore caueat. 1. Io. 4. Noli te omni spiritui credere: sed probate spiritus si ex Deo sint. Ad repugnandum diabolo multum ualet fides. Ephe. ult. In omnibus sumentes scutum fidei. Et 1. Petr. 5. Cui resistite fortes in fide. Fides ostēdit militibus Christi sanguinem eius. Sic in praelio exacuuntur & uincunt. 1. Machab. 6. Elephantis uiderunt sanguinē uix & morsu acuedum eos in praelium. Apoc. 12. Ipsi uicerunt eum propter sanguinē agni. Fides etiā eis ostēdit pœnam paratam si uicti fuerint. Greg. in Mora. Solerter inuigilandū est, ut cum culpa blandiri inchoat, ad quantum interitum mens trahatur agnoscat. Item ostēdit eis coronam paratam si uicerint. Apocal. 2. Vincenti dabo edere de ligno uitæ. In eodē: Vincenti dabo man-

na absconditum. ¶ Item ad triumphandum de diabolo multū ualet fiducia de Deo. Exod. 14. Dominus pugnabit pro uobis, & uos tacebitis. Nume. 14. Dominus nobiscum est, nolite timere. 2. Paralip. 20. Non est uestra pugna, sed Dei. In eodem: Tantummodo confidenter state, & uidebitis auxiliū domini super uos. Esa. 41. Ne timeas, quia ego tecum sum. Et 43. simile Iere. 20. Dominus mecum est tanquam bellator fortis: idcirco qui persequuntur me cadent, & infirmi erunt. Rom. 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Ad repugnandū etiam diabolo multum ualet oratio. Matthæ. 27. Vigilate & orate, ne intretis in tentationē. Ad idem etiam multum ualet misericordia. 2. Pet. 2. Non uis Deus pios de tēratione eripere. Et super illud Psal. Misericordia mea & refugium meum, dicit Gl. De nulla re ita uincitur inimicus diaboli, sicut de misericordia. Eccl. 29. dicitur de eleemosynis. Super scutum & super lanceā potentis pugnabit pro te aduersus inimicū tuū. Homines etiā incōpatientes & indignantes peccatoribus permittit Deus corruiere in peccatū. ¶ Item ad superandum diabolum, multum ualet timor domini. Eccl. 32. In tentatione Deus timentē se feruabit, & liberabit a malis. In Vitis patrū abbas Amon dixit cuidā fratri interroganti ab eo aliquid sermonē: Vade, & fac talem

lem cogitationem tuam, quam lem faciunt iniqui qui sunt in carcere. Illi enim interrogant homines, ubi est iudex, & quando ueniet, & in ipsa expectatione pœnarum suarum plorat. Sic & monachus debet animā suam oburgare, dicens: Vē mihi, quo modo astare habeo ante tribunal Christi, & actū meorū reddere rationē? Si sic semper meditatus fueris, poteris saluus esse. Timor Dei negligentiā expellit, quæ multos facit corruiere. Eccl. 7. Qui timet Deū, nihil negligit. Timor Dei etiā sollicitum hominem reddit, & quasi paratum ad praeliū. 1. Mach. 12. Precepit Ionathas suis uigilare & esse in armis paratos ad pugnam. Item timor Dei offensam cauet: quod multum ualet ad hoc, quod Deus hominē iuuet, & sic de hoste triumphet. Deut. 23. Quando egressus fueris aduersus hostes tuos ad pugnam, custodies te ab omni re mala. 1. Cor. 9. Omnis qui in agone cōtendit, ab omnibus se abstinere. Item timor occasiones peccandi cauet, ut est familiaritas eorū, qui mala suggerūt, qui sunt quasi halitus diaboli. Iob 41. Halitus eius prunas ardere facit. Item occasio mali est aspectus rei delectabilis. Gen. 3. Vidit mulier lignū, quod esset bonū, & ad uescendum suauē &c. ¶ Amor etiam mūdi occasio est, ut quis a diabolo superetur. Non est mirum, si a diabolo capitur qui uoluntariē pedes suos in re-

te eius mittit. Retia diaboli sunt temporalia ista. Iob 28. Immittit in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. Sapi. 14. Creaturæ Dei factæ sunt in odiū, & in tentationem animæ hominū, & mulier scipulam pedibus insipientium. Item ad superandū diabolum multum ualet cōstantia. Ephe. 3. Nolite locū dare diabolo. Iac. 4. Resistite diabolo, & fugiet a uobis. Item ad hoc ualet spiritualis letitia. 1. Mach. 3. Praeliaturus Istraēl praeliū eum letitia. Antonius: Unica ratio uincēdi inimicū, est letitia spiritualis. 1. Reg. 4. dicunt Philistini figurā tenentes dæmonum, Væ uobis, nō enim fuit tanta exultatio heri & nūdiuersitius. Et notandū, quod quandoque diabolus nos impugnat molestiis, quandoque deliciis. Cū impugnat molestiis, non est fugiendum. Bonæ enim sunt & utiles, & fugientes magis grauant. Iosue. 7. Mi domine Deus, quid dicam uidens Istraēlem hostibus suis uicta uertentē? Sen. Quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus: sic omne fortuitum incōmodū magis insiat cedere & aduerso. Sallustius: Fugientes sapius uideas capi aut occidi. Fortissimū quēq; tutissimū. Ber. in epistolis: Sola causa qua perdere possis uictoriā, fuga est. Fugiendo poteris illam amittere, moriendo non potes: & beatus si pugnādo moriaris, quia mortuus mox coronaberis. Væ autem tibi, si declinando,

pugnam perdis & uictoriam simul & coronam. Idem in epistolis: O uere tuta pro Christo & cum Christo pugna, in qua nec vulneratus, nec prostratus, nec conculcatus, nec millies si fieri possit occisus fraudaberis à uictoria, tantum ne fugias. Idem: Libētus insequitur aduersarius fugientem, quā̄m sustineat repugnātem. ¶ Impugnatio uerò, quæ fit delictis, uincitur fugiendo. 1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Impugnatio per molestias uincitur patiēdo. Illa quæ fit per delicta, percutiendo uirga disciplinæ. Pro. 23. Si percussis eum uirga, nō morietur. Sene. in epistolis: Vir bonis quicquid ei acciderit, æquo animo sustinebit. Sciet enim hoc accidisse lege diuina, ex qua uniuersa procedunt. Idem: Voluptates inter res uilissimas præcipuè extirpa, quæ satrapum more in hoc nos amplectuntur ut stranguent. ¶ Et notandū, quod quum habeamus bellum contra astutiores & fortiores nobis, necessarium est nobis adiutorium. Et enumerantur octo adiutoria. Primum est, cælestis doctrina. In Psal. Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium. Pro. 24. Vir doctus robustus & ualidus. Sap. 8. Per sapientiam in multitudine bonus uidebor, & in bello fortis. Secundum est, diuina cōfortatio, quæ multum ualet ad fortitudinem, & ad hoc, quod al. quis uincat: sicut di-

scōnfortatio multum facit ad hoc, quod aliquis uincatur. Daniel. 10. Cōroborare, & confortare. Iosua. 1. Cōfortare, & esto robustus. Tertium est, refranatio hostium, ne tantum nos impugnent quantum uellent: ut patet in Iob, quem sathan nō poterat ad uoluntatem suam impugnare donec à Deo fuit ei hoc concessum. 1. Corin. 10. Fidelis est Deus qui nō permittet uos tentari supra id quod potestis. Quartum est, mira Dei protectio, quæ promittitur Esaia. 53. Quæ transieris per aquam, tecum ero, & flumina nō operiet te. Sic protecti sunt tres pueri in fornace Babylonica, Dan. 3. Quintum est, mira hostium impugnatio. Exo. 14. Fugiamus Israël: Deus enim pugnat pro eis contra nos. Sextum est, miræ uirtutis collatio, ut Moyse, Exod. 34. & Eliæ 4. Reg. 19. data est uirtus ieiunadi 40. diebus: sicut mira uirtus corporalis data fuit Sapsōni. Septimum est, armatura mirabilis, quæ habenti nihil nocere possit. Qualis armatura est patientia, quæ data fuit beato Vincentio & Laurentio. Octauum est, angelorum custodia, quæ uocat dominus sepem. Esa. 5. Aufertam sepem eius, & erit in direptione. Angeli sancti dæmones compescunt. Tob. 8. Raphael reliquit dæmonium in deserto. & 4. Reg. 6. dixit Eliseus ad ministrum suum: Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quā̄m cum illis.

De

De alijs diuisionibus Patientie.

CAPVT VI.

Consequenter ponendæ sunt calic diuisiones pertinentes ad patientiam. Et sumitur diuisio prima secundum ea à quibus patimur. Quædam enim patimur ab extraneis: quædam uerò à nostris, tamē inimicis. Quædam uerò ab amicis, quæ molestius sustinemus. Psal. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique. Alia sumitur secundum ea quæ patimur, quæ sunt contumelias uerborum, molestiæ corporum, & damna rerum. Contumelias uerborum patienter tolerandæ sunt. Sunt enim uelut aurum & argentum quibus ditamur, ad Heb. 11. Maiores diuitias aestimans thesauro Aegyptiorum improprium Christi. Ad contumelias debet homo se habere ut surdus. In Psal. Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus &c. Debet etiā homo immobilis permanere. 2. Reg. 14. Sicut angelus Dei, sic est dominus meus rex, ut nec benedictione uel maledictione moueatur. Ille qui maledicit, reputandus est ut nuntius à Deo missus, ut scilicet abstergat maculas eius cui maledicit. Greg. Idcirco dominus linguas detractorū in electos laxat, ut si quid in eis elationis surrexerit, lingua detractoris tradat. Multum uilipendit Deus malos, quando de lingua eorum facit absteratorium sordium bonis. Pro. 11.

Qui stultus est, seruiet sapienti. 2. Reg. 15. dixit Dauid quum Semer ei malediceret: Dimittite eum ut maledicat iuxta præceptum domini, si forte respiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. Et dicit glossa. Greg. Qui uerborum contumeliis pressus uirtutē patientiæ seruare non sufficit, factum Dauid ad memoriam reuocet, quæ quum Semer eum uerbis urgeret, & arma proceres uicibus contenderent, ait: Quid mihi & uobis fili Saruie &c. dimittite eum ut maledicat &c. Quibus uerbis indicat, pro peccato Bersabee insurgentem contra se filium fugiens, reduxit ad animum malum quod fecit: & contumeliosa uerba, non tam conuicta quā̄m adiutoria esse credidit, quibus se purgari sibi quæ misereri posse iudicauit. Tunc enim illata conuicta bene toleramus, quū̄ in secreto mentis ad mala perpetrata recurrimus. Uerū̄ quippe uidebitur, quod in iuria percussimur, dum cōspiciamus, quod peius meruimus: sicut fit ut contumeliis gratia magis quā̄m ira debeat, quarum interuentu Deo iudice pœna grauior declinatur. Dicēti uerba contumeliæ cōpati debemus quasi insano uerba extranea loquenti. Sene. Dicis, male de te loquentur: moueret si hoc iudicio facerent, nunc morbo faciunt. Hieron. Apud Christianos non est miser qui pati-

D s tur

tur contumeliam, sed qui facit: beatum debet se reputare cui mali maledicunt. *Math. 5. Beati eritis quum maledixerint uobis homines. 1. Pe. 4. Si exprobrami ni in nomine Christi, beati eritis. Exemplum huius patientiæ habemus in Christo, Esa. 53. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & sicut agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. *Math. 27. Quum accusaretur a principibus sacerdotum, nihil respondit. De patientia ad molestiam corporum habetur *Mat. 5. Si quis percusserit te in dexteram maxillam tuam, prebe ei & alteram. De patientia ad damnâ rerum, habetur ibidē: Qui uult contentere tecum in iudicio, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & palliū. De hac patientia commendat quosdam Apostolus ad Hebræos 10. Rapinam bonorum uestreum cum gaudio suscepistis, cognoscetes uos habere meliorem & manentem substantiam. *Alia diuisio sumitur secundum causas propter quas patimur. Quandoque enim quis patitur ex culpa sua. In quo casu magis patienter sustinet. Quandoque uero sine culpa sua: & tunc magis molestè sustinet, dicens: Si meruissē, non sustinerem molestè: nunc uero non est mirum, si molestè sustineam, quum hoc non meruerim. Cui dicendum est, quod ipse secundum hoc potius uult esse similis latronibus quam sanctis. Latrones****

enim propter culpam suam patiuntur ea quæ sustinent: sancti uero sine culpa. *1. Pet. 2. Hæc est gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens inuisitè. In eodem: Quæ est gratia, si peccates & colaphizati suffertis? Sed si benefacientes patienter suffertis, hæc gratia est apud Deum. Eiusdem 3. Si quid patimini propter iustitiam, beati. In eodem: Melius est benefacientes, si uelitis uoluntas Dei, quam malefacientes. Eiusdem 4. Nemo uestrum patiat, quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem ut Christianus, non erubescat. *Alia diuisio patientiæ est talis. Est patientia culpæ, & est patientia naturæ & consuetudinis longæ & gratiæ. Prima triplex est. Quædam est remissionis: ut quum quis sustinet non sustinenda, ut scilicet se redigi in seruitutē diaboli. *2. ad Cor. 11. Sustinetis si quis uos in seruitutem redigit, *Prou. 12. Manus quæ remissa est, tribus seruiet. Hæc patientia est quasi asinina. Asinus non discernit quod sibi imponatur, utrum aurum uel lutum. Alia est seruilis timoris: ut quum aliquis timore disciplinæ, uel quia erubescit exire de claustris, sustinet asperitatem religionis, & non amoret Dei. Et talis patientia solet esse cum murmure propter defectum unctionis gratiæ, sicut rota murmurat si uncta non fuerit. *Ecc. 33. Præcordia fatui quasi ro*****

ta currus. *Tertia est patientia hypocritarum, figurata in patientia latronis mali, qui cum Domino passus est. Patientia uero naturæ est quæ habet aliquis ex strenuitate naturali, ut sunt multi milites, quæ licet non habeant charitatem, tamen prius sustineret mortem, quam si de negaret patientia naturali. Patientia laboris inuenit Alexander exercitum suum quum eum probaret, dicens illum sub torrida zona per diertam sine potu, usque ad fluum quendam. De patientia consuetudinis longe dixit quidam: Quod male fers, assuesce, feres. Tullius: Optima forma eligenda est unctio, quam incunctam reddet assuetudo. *Patientia uero gratiæ triplex est: Quædam est incipientium: quædam proficientium: & quædam perfectorum. Incipientium est sustinere mala quæ eis inferuntur patienter. Proficientium uero est sustinere ea non solum patienter, sed etiam libenter. Perfectorum uero non solum libenter, sed etiam lætante. Hos tres gradus patientiæ possumus agnoscere in Paulo. Primus habetur *2. ad Cor. 4. Tribulationem patimur, sed non angustiamur, scilicet per impatientiam. Secundus eiusdem 11. Ego libentissimè impendam, & superimpedam ego ipse pro animabus uestris. Tertius ad Gal. ult. Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Et notandum quod qui habet perfectam patientiam, cum***

mala ei inferuntur, lætatur: inferenti compatitur, & beneficium largitur, & Deo regratiatur. De primo habes *Act. 5. ibat apostoli gaudentes. & c. 1. Pet. 3. Communicantes Christi passionibus gaudete. De secundo *2. Pet. 1. In patientia pietatis. Gregor. in homil. Patientia uera est, quæ & ipsum amat quem portat. Nam tollerare & odire, non est uirtus maiestudinis, sed uelamen furoris. De tertio *1. ut 5. Benedicite maledicentibus. & c. 1. ad Cor. 4. Maledicimur & benedicimus, blasphemamur & obsecramus. De quarto exemplum habemus in *Tobia, cap. 2. quod immobilis in Dei timore permansit: gratias agens Deo omnibus diebus uite suæ. Et beatus Laurentius: Gratias ago tibi Domine Iesu, quia hostia tua efficit merui. Qui ad ignem tribulationis Deo gratias agunt, similes sunt altilibus, quæ cum ad ignem assantur, pinguedine sua se perfundunt. Et sicut pinguedo assata grauioris est saporis quam elixa: sic gratiarum ab eo gratior est Deo quam personat in his quæ sunt in tribulatione, quæ si personat in his quæ sunt in prosperitate. *De Constantia. PARS VII. **C**onstantia est stabilitas animi firma, & in proposito perseverans. Et notandum quod est constantia generalis, quæ attenditur in perseverantia proposito, quæ omnem uirtutem circūdat: & est constantia specialis, quæ attenditur circa res terribiles, & ad sustin*****

sustinendum difficiles, quæ lædunt naturam. Et hæc constantia pertinet ad fortitudinē. ¶ Item notandum, quod constantia est seruire medium inter mutabilitatem seu leuitatem & pertinaciam, quod displicet. 2. ad Cor. 1. Nunquid leuitate usus sum? Numer. 19. legitur de filiis Israël, quod ad imperiū domini proficiscerentur, & ad iter eorum eius figebat tabernaculum. Sic a proposito recedendum est, quæ dicitur Deo displicere, & in eo perseverandum est, quum creditur ei placere. ¶ Item notandum, quod sex videntur pertinere ad constantiam. ¶ Primum est, stabilitas intellectus quæ uariatur secundum diuersas species cogitationum. Quædam enim stabilitas est in his quæ sunt fidei. Ad quam mouetur. ad Cor. vlti. Vigilate, & state in fide. ad Eph. 4. Non simus partuuli fluctuantes, & circumferamus omni uento doctrinæ. Tobia. Vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab illo. ¶ Secundum est, grauitas seu equanimitas in utraq; fortuna. Tullius: Præclara est æqualitas in omni uita, idemq; semper uultus, eademq; frons, ut de Socrate accepimus. Eccontrario cor stultorum dissimile erit. Prover. 15. ¶ Tertium est, stabilitas circa ea quæ desiderantur. Sen. in epist. Ante omnia hæc cura, ut constes tibi.

Quoties experiri uoles an aliquid actum sit, obserua an eadē uelis quæ heri. Mutatio uoluntatis indicat animum nutare atq; alibi apparere prout tulit uetus. Non uagatur quod fixum atque fundatum est. Quidā adeo sunt incōstantes, ut cōstantia eorum hæc esse dicatur, scilicet esse instabiles. Poëta: Quod petiit, spernit; repetit quod nuper omisit. Item: Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. ¶ Quartum est, stabilitas loci, quæ multum facit ad stabilitatem animi. Bernard. ad fratres de monte Der: Impofibile est, hominē fideliter hēgere in uno animum suū, qui non prius alicui loco perseveranter affixerit corpus suum. Nam qui ægritudine animi migrando de loco ad locum effugere nititur, sic est sicut qui fugit umbrā corporis sui, seipsum fugit, seipsum circumfert, locū mutat non animū, quā dū ubiq; se inuenit: nisi quod deteriorē ipsa facit mobilitas, sicut lædere solet ægrū qui circumferendo cōcutit. Sen. in epistolis: Animū debes mutare, non cælum. Quid miraris, nihil tibi peregrinationes prodesse, cum te circumferas? Premitte eadem causā quæ expulit. Omnis animi tui deponendū est. Nō autē ullus tibi placebit locus. Vadis huc atq; illuc, ut excutias infidens pondus, quod ipsa iactatione incōmodius sit, sicut in naui omnia immota minus urgent, inæqualiter conuoluta citius

eam

eam partem in qua incubuerūt demergūt. Motu ipso nocet tibi. Aegrum enim concutis. At cum istud exemeris malum, tūc omnis mutatio loci iucūda est. Magis quis uenerit, quā quod interest. Idem: Primū argumentum compositæ mētis existimo, posse cōsistere, & secum morari: lapis quadratus stabillis est: sic homo bene ordinatus est stabillis. Et econtrario male ordinatus, instabilis: Poëta: Romæ Tybur amo, uentosus Tybure Romā, In culpa est animus qui se non effugit unquam. Cælum non animum mutant qui trans mare currunt. Seneca: Non cōualecit planta quæ sæpe transfertur. Ad loci stabilitatē multū monet scriptura. Eccl. 10. Si spiritus potestatem habentis super te ascēderit, locum tuum ne dimiseris. Eccl. 11. Confide in Deo, & mane in loco tuo. Facile enim est in oculis Dei subito honestare pauperā. Luca. 9. In quacūque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeat. Eiusdem 10. Nolite transire de domo in domū. 1. ad Cor. 15. Fratres stabiles estote & immobiles. 1. ad Thessa. 4. Rogamus uos fratres ut operā detis ut quieti sitis. 2. ad Thess. 3. Scitis quæ admodū oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter uos. Instabilitatem reprehēdit Paulus in quibusdā mulieribus. 1. ad Tim. 5. Otiosæ, inquit, discūt circūire domos &c. Insta-

bilitas quantum ad locum, Deo displicet: homini uerò est damnosa & periculosa. Iere. 14. Dillexit mouere pedes suos, & nō quieuit, & Domino nō placuit. Proverbio. 27. Sicut auis transmigrans de nido suo: sic uir qui relinquit locum suū. Sicut auis transmigrās de nido suo damnificatur in pullis suis, & homo locū suum relinquēs in bonis suis. Dina egressa ut uideret mulieres regionis illius, corrupta fuit. Gen. 3. Et Semei egrediens de Ierusalem fuit occisus. 3. Reg. 2. ¶ Quintum est, firmitas contra uentos tērationum. De qua cōmendatur Ioannes Matthei 11. & Luca 7. Quid existis in desertum uidere? Arundinem uento agitatum? In Psalm. Non sic impij, non sic: sed tanquam puluis &c. Ecclesia. 5. Non uentiles te in omnem uentum. ¶ Sextum est, stabilitas in occupatione seu operatione. Sen. Melius est ut proposita custodias, quā ut honesta proponas. ¶ Item notandum quod constantia seu stabilitas est ualde admirabilis in statu presentis uitæ, quæ ita instabilis est. Iob. 14. Nunquam in eodē statu permanet. Difficile est foliū arboris stabile esse, dū flatu uenti percutitur. Gregor. in Moralib. Humana anima quot tentatiōes patitur, quasi tot flatibus mouetur. Idem in eodem: Qui amor fuit in cōditiōe, foliū a semetipso factus est in tentatiōe: sed post stipula apparebit

bit in deiectione. Stabilitas etiā quædam imago est æternitatis. Ipsa ponit hominē quasi in statu angelico. 2. Regum 14. Sic est Dominus meus rex sicut angelus Dei, ut nec benedictiōe nec maledictiōe moueatur. Itē notandum quod sex uidetur facere ad instabilitatem. ¶ Primum est stultitia. Ecclesiast. 17. Stultus ut luna mutatur. Seneca in epist. Quid est sapientia? Semper idē uelle atq; nolle. Nō potest cuiquam semper idē placere, nisi rectum. Nesciūt hominēs quid uelint, uariatur quotidie iudiciū, ac plerisque agitur uita per lusum. Idē: Quid colluctatur animo nostro, nec permittit nos quicquā uelle? Nihil liberē uolumus, nihil semp. Stultitia est, cui nihil cōstat, nihil diu placet. ¶ Secundum est peccatum. Genes. 4. dictum est Cain post homicidiū: Vagabundus & profugus eris super terrā. In eodē: Ecce eiicis me hodie à facie tua & ero uagus & profugus in terra. Esa. 57. Cor impii quasi mare feruens, quod quiescere nō pōt. Thren. 1. Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. Iob 11. Si iniquitatē quæ est in manu tua abstuleris à te, tunc laudare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis. In Psalm. Non dabis in æternum fluctuationem iusto. ¶ Tertium est impatientia. Boët. in lib. Consolationum: Quis est ille tam felix, quæ cum dederit impatientiæ ma-

nus, statū suū mutare nō optet. Quartum defectus timoris. Timor animum stabilē reddit, sicut lapides suppositi asseribus eos custodiunt ne à uento moueantur, uel sicut anchora nauē stare facit. Eccle. 15. Timor Domini super omnia fe superposuit. Greg. Anchora mentis pōndus timoris. ¶ Quintum est defectus dilectiōis boni. Amor boni animū stabilē reddit, sicut radix profunda arborem. Ecclesi. 34. Qui implantatus est, abundabit nequitia. Senec. Non uagatur quod fixū atque fundatū est. ¶ Sextum est duplicitas animi. Iac. 1. Vir duplex animo, instas est in omnibus uis suis. Vir duplex est animo, qui uult hic gaudere cum mūdo, & in futuro cum Domino. Hierony. De ceptus es charissime, si & hic uis gaudere cum seculo, & postea regnare cū Christo. Et notandum, quod homo instabilis, quasi lunaticus est. Matth. 17. Domine, miserere filio meo, quæ lunaticus est. Et est similis homini erranti, qui quādoque uadit huc, quādoque illuc. Cano. 1. Iudæ: Sydera errantia quibus caligo tenebrarū reservata est in æternum. Secundum glo. Sydera errantia, sunt apollata.

De Perseuerantia. PARS VIII.

Re uiter hic agetur de Perseuerantia, quia aliqua de ea dicentur in tractatu de Acedia capit. de uitio Imperseuerantis, & rectē post Constātiā. Est enim

Peri

Perseuerantia, permanentia, sicut & constantia: unde communicat cum constantia. Tamen in hoc differt: quæ constantia est permanentia in proposito: perseuerantia uerō permanentia in bono, siue continuatio boni. Constantia cauet leuem transitum à proposito uno in aliud: perseuerantia uerō cauet discōtinuationem uel imperfectionem seu defectum debiti finis. Et describitur sic perseuerantia magistratibus: Perseuerantia est permanentia in bono, diuturna uel finalis. Tull. uerō in 1. Rhetoric. sic eam describit: Perseuerantia est in ratione bene considerata, stabilis & perpetua permansio. Et notā, quod quædam est perseuerantia generalis & specialis. Generalis attenditur in continuatione boni, & circuit omnem uirtutem. Specialis uerō attenditur circa terribilia & difficilia, ad sustinendū quæ lædūt naturam, quæ pertinent ad fortitudinem, ad quam mouemur. Hebræorū 12. In disciplina uero, inquit, perseuerate. Item notandum, quod quædam est perseuerantia finalis, quædam est nō finalis. Nō finalis est, quādo aliquis longo tempore perseuerat in bono, tamen postea cadit per mortale. Finalis uerō perseuerantia dupliciter dicitur. Vel finalis proposito, uel finalis actu. Finalis uerō proposito fit in bono. De perseuerantia finalis actu, dicit Augustinus quod

multi eam habere possunt, nullus amittere: incipit enim esse finalis actu in termino uite. Et notandum quod perseuerantia regulariter datur homini p bona merita. Vnde gloss. super illud Psalm. Retribuet mihi secundū iustitiam meā. dicit, Pro fide, & spe, & aliis bonis operibus reddet Deus perseuerantiam. Ideo autem dictū est regulariter: quia autem dicitur est regulariter: quia uirtutes cōmunitur primo dantur in aliqua quantitate, secundo per bona opera merent augeri, tunc pernici: tamen aliqui, ut Chrysostomus, datur sunt uirtutes in statu perfectionis, quæ neque augeri nec intenduntur. ¶ Ad cōmendationē perseuerantie, Primo ualere potest frequens admonitio quæ scriptura facit ad perseuerandum. Iud. 8. Nolite negligere, nolite collare. 1. Cor. 7. Vnusquisque sicut percipit Deum, ita ambulet. Item dicit: Unusquisque in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. Eiusdem 9. Sic currite ut comprehendatis. Gal. 5. Stetite & nolite iugo iterū seruitutis contineri. 1. Io. 2. Uisionem quæ accepistis à Deo, maneat in uobis. Apocal. 2. Id quod habetis, tenete donec ueniam. ¶ Secūdo promissio quæ fit perseuerantibus. Apocal. 2. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Rom. 11. Vide in te bonitatē Dei, si perseueraueris in bonitate. Matth. 10. & 24. Qui perseuerauerit usque in finem, saluus erit.

Bern.

Bern. in epistolis : Scias diabolus soli semper perseverantia insidiari, quam solum uirtutum nouit coronari. Idem in eodē: Studet perseverantia, quae sola coronatur. ¶ Tertia comminatio quae fit non perseverantibus, scilicet ablatio coronae. Apocalyp. 3. Tene quod habes, & nemo accipiat coronam tuam. ¶ Quarto exempla. Primo exempla Dei. Gen. 2. Compleuit Deus die septimo opus suum quod fecerat. Deuter. 32. Dei perfecta sunt opera. Secundum exemplum Christi hominis. Ioan. 8. Opus consummaui, quod deditur ut faciam. Tertio exempla doctorum. Job 27. Iustificationem meam quam cepi tenere, non deseram. 2. Timoth. 4. Bonum certamen certavi, cursum consummaui. Actuum 20. Non facio animam meam pretiosam quam me, dummodo consummem cursum meum. ¶ Quinto commendabilis est perseverantia a suo effectu multiplici. Primus est, quod a Deo impetrat quod uult. Lucā 11. Si perseverauerit pulsans, etiam non dabit ei eo quod amicus eius sit: propter improbitatem tamen eius surget, & dabit ei quotquot habet necessarios. Eiusdem 17. de iudice iniquo, qui licet Deum non timeat, nec homines reueretur: tamen fecit quod uicinia uoluit, propter eius improbitatem. Matth. 16. Misereor turbae, quae iam triduo perseverat mecum. Grego.

Quaerit Maria Magdalena prius, & minime inuenit: perseveravit ut quaereret, unde contigit ut inueniret. Idē: Sic quippe quod poposcerat obtinere Anna meruit, quae se post lacrymas in eodē mentis rigore seruavit. Tobie 3. Sara in oratione persistens, & cum lacrymis Deum deprecans, exaudita est. Et Apostoli perseverantes in oratione, Spiritum sanctum acceperunt. Act. 1. Hi omnes erant unanimes in oratione perseverantes &c. ¶ Secundus est, quod perseverantia bona acquisita custodit, sicut im perseverantia destruit. Proverbio. 19. Qui mollis est & dissolutus, frater est operum suorum dissipantis. August. Perseverantia magnum donum Dei est, quod dona caetera conferuntur. ¶ Tertius est, quod difficilia & aspera, facilia & suavia facit. Bernar. in epistolis: Subito procedenti de umbra ad solē, de otio ad laborem, grave cernitur omne quod incipit: sed postquam ab his distuere, & ad illa se paulisper assuescere coeperit, usus tollit difficultatem, inuenitque facile esse quod impossibile ante putavit. ¶ Quartus est, quod nihil imperfectum relinquit. Senec. Non despero in durato: nihil est quod non impugnet pertinax opera ei intenta ac diligens cura. Videmus debiles mulieres senilis aetatis, perseverando peregrinationes longas perficere. Item uidemus naturam continentem

oper

operando, ex modica nuce ad ditione imperceptibili magnam arborem efficere: & aquam quae adeo mollis est, lapidem adeo durum perseveranti percussione excavae. ¶ Quintus est, quod perseverantia uirtutem operanti ministrat. Sen. Perseuerandum est, & assiduo labore robur addendum est. ¶ Sextus, quod meretur apprehendere praemium. 1. ad Corin. 9. Unus accipit praemium, scilicet perseverans. Bern. Perseuerantia est singularis filia summi regis, uirtutum finis & consummatio. Chrysost. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratias, nec laudem fortitudo. Denique: non qui inceperit, sed qui perseverauerit, saluus erit. Idem: Incipere multorum est, finire paucorum: semper in principio delectatio est, in fine probatio. Idē: Assueverunt multi in initio feruere, in fine remitti & dissolui: quae utilitas est seminum florentium, & postea tabescentium? Greg. in Moral. In cassum bonum agitur: si ante terminum uitae deseratur: quia etiam frustra uelociter currit qui priusquam ad metas ueniat deficit, & super illud Matt. 10. Qui perseverauerit &c. dicit gloria. Non coepisse uel fecisse, uirtus est: sed perficere. Unde cauda hostiae iubetur offerri Leu. 3. Ornatus uirtutum, est uestis usque ad talos, si perseverantia fuerit. Sine ea uestis est inhoneste delectata. Vltimus dies perseverantiae

plus uidetur ei ualere, quam quicumque praecesserunt. Si enim illa die defecisset, praecedentia perdidisset.

De Magnanimitate. PARS IX. Magnanimitas quadoque sumitur pro fortitudine. Et attenditur non solum in aggrediendo terribilia, sed etiam in sustinendo. Et pertinet ad eam non solum aggressio arduorum, sed etiam processus & consummatio eorum. Seneca in libro de quatuor uirtutibus: Magnanimitas, quae & fortitudo dicitur, si in animo suo, cum magna fiducia uideat. Quandoque magnanimitas dicitur terribilium spontanea & rationalis aggressio: sic accipitur a Macrobio. ¶ Item notandum quod homo magnanimitas terribilia seu difficilia aggreditur propter communem utilitatem, uel propter honestatem, non propter cupiditatem uel gloriae uanitatem: non enim deest ut cupiditate uincatur, qui metu non fragitur. Tullius: Nihil est angusti animi est, tamquam parui, quam amare diuitias. Macrobius: Virtutis fructum sapiens in conscientia ponit, minus perfectus in gloria. Item ad magnanimum pertinet cauere non solum timiditatem, sed etiam remeritatem. Non enim debet homo absque causa offerre se periculis. In adeundis periculis imitari debemus medicorum consuetudinem. Illi enim leuiter agrotantes leuiter curant: grauioribus autem morbis ancipites

E cur

curaciones adhibere coguntur. In tranquillo tempestate optare dementis est: tempestate autem cum euenerit subuenire, sapiens. Poeta: Vis consilii expertis. Senec. in libr. de quatuor Virtutibus: Eris magna nimus, si pericula non appetas ut temerarius, nec formides ut timidus. Tullius: Turpis fuga mortis, omni morte peior. Ad magnanimitatem pertinet, ardua opera appetere, & magnitudinem boni uel mali transitori si perare. Primum inquit Tullius: Te, inquit, animo excellenti natura creauit. Audita de magnanimitate tibi statim in sedis oratio: id est, intus sedis uel placuit. Magnitudo boni transitorii superatur contemnendo: magnitudo uero mali transitorii non timendo. Senec. in epistolis: Animus nunquam maior est, quam ubi aliena seposuit & fecit sibi pacem nihil timendo, fecit sibi diuitias nihil concupiscendo. Idem in epistolis: Magni animi est magna contemnere ac mediocritate malle, quam nimia. Illa enim utilia uentura sunt, hae eo quo superfluu nocent. Sic segetem nimia sternit ubertas, sic rami onere franguntur. Sic ad maturitatem non peruenit nimia fecunditas. Idem animis quoque; euenit, quos immoderata felicitas rumpit, qua non tantum in aliorum iniuriam, sed etiam in suam utuntur. Idem in eodem: Magnus ille est qui humilibus utitur, quemadmo-

dum argento. Nec minor est quidem qui sic argenteo utitur, quemadmodum humilibus. Idem in eodem: Scitote tam bene homines culmo, quam auro tegi: contemnite omnia quae superuacuis labor uelut ornamentum aut decus posuit: memetote praeter animi nihil esse mirabile, cui magno nihil est magnum. Idem in lib. de Naturalibus. quaestioibus: Magna ista, quia parui sumus, credimus multis rebus: non ex sua natura, sed ex humilitate nostra magnitudo est. Idem in lib. de Clementia: Magni animi est, iniurias in summa patientia pati. Ad magnanimitatem pertinet iniurias receptas uel lipedere, & inimico cum est in potestate hominis parcere, & fraudes & dolos uitare. Senec. in lib. de quatuor Virt. Si magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi iniuria fieri. De inimico dices, Non nocuit mihi, sed animi nocendi habuit. Cum illi in potestate tua uideris, uindicta putabis uindicare potuisse. Scito enim magnum & honestum uindictae esse genus, ignoscere. Palam agredere, non gerere consistit nisi indixeris. Nam fraudes & doli imbecillum decet. Magnanimitas uidetur posse distinguere in tres partes: scilicet in cordis altitudinem, latitudinem & longitudinem. Cor altum est, quod in aduersis non deicitur, sed eleuatur. Cuius exemplum habes in gallis, quorum cristae eleuantur, cum ira eos ad pugnam accendit. Senec. in epistolis

Non

Non est mirum in tranquillitate non concurit: illud mirare, ibi extollit aliquem, ubi omnes deprimuntur: ibi stare, ubi omnes iacent. Vel cor altum est, cor honoris transitorios despiciens. Cor uero latum, est cor despiciens magnitudine diuitiarum. Senec. in epistola. Ille ingentis animi est, qui diuitias circumfusas sibi multum ditius miratusque ad se uenerint, ridet: suasque magis audit esse, quam sentit. Cordis longitudo est per quam uincitur tedium longae expectationis, uel longitudo molestiae & laboris. Quidam sunt breues animo statim uolentes quod fieri desiderat, statimque uolentes transire quod molestum sustinent: similes agricolis qui intractato semine, statim metere uellent.

De Fiducia & Magnificencia, de descriptione utriusque, & de officij magnificencia tam in pace quam in bello. PARS X.

Sequitur de Fiducia & Magnificencia. Fiducia est certa spes animi producendi ad finem rem inchoatam. De fiducia bona uel mala, require in tractatu de Spe. Magnificencia uero quandoque dicitur negotiorum difficultium & praclarorum consummatio. Et sic sumitur a Macrobio. Quaedam uero sic sumitur magnificencia, quod ad ea pertinet, non solum consummatio praclarorum negotiorum, sed etiam inchoatio eorundem. Et sic sumitur a Tullio in 1. Rhet. Vnde sic describit eam: Magnificencia est re-

rum magnarum & excellentium cum animi ampla quadam & splendidissima propositione, cognitio atque administratio. Nec loquitur de magnanimitate, imo sub magnificencia comprehendit eam.

¶ *De Officijs Magnificencia.*

DISTINGVNTVR uero officia magnificenciae tam in pace quam in bello. In pace, secundum Platonem tria ad eam pertinent quantum ad praelatos. Primum est, ut simplicitatem ciuium tueantur, ut quaecumque agunt, ad eam referantur: eorum suorum obliuiscantur. Secundum est, totum corpus ciuitatis curent, ne dum parum aliquam tueantur, reliquam deserant. Ut enim tutela, sic procuratio reipublicae ad utilitatem eorum qui commisi sunt, non eorum quibus commissa est, gerenda est. Haec duo documeta Platonis recitat Tullius in 1. de Officijs. Qui pariter urbis consulunt, parte deserunt, pernicitatem maximam seditione in ciuitate inducunt. Tertiū est, ut contestatione caueat. Dicit enim Plato similiter facere eos qui inter se contendunt quinam potius ciuitatem administraret, ut si nauarum certarent tempore tempestatis, quis eorum potissimum gubernaret. ¶ Officia uero magnificenciae in bello, nouem assignantur. Primum est, ea intentione suscipere bella, ut sine iniuria in pace uiuatur. Aug. in lib. de Ciuitate Dei: Constat pacem belli esse optabilem finem. Idem ad Bonifacium: Pacem debet habere non

E 2 lun

luntas, bellū necessitas. Idem ad eundem: Bellum geritur ut pax acquiratur. Esto ergo in bello pacificus, ut eos quos expungas ad pacis utilitatē uincēdo perducas. Secundū est, ante aggressiōe bellī diligentē adhibere pręparationē in clientulis, municipiis, sumptu & armis. Senec. Longa belli pręparatio celerē affert uictoriā. Omnia aut prius experiri, quā armis certare sapientem decet, iuxta uerbū Philosophi. Tullius in lib. de Officiis: Cum sint duo genera decertandi unū per disceptationē, alterum per uim: illud propriū hominibus, hoc belluarū; confugiendum est ad posterius, si superare uenti nō licet. Tertium est, ne temerē desperes propter ignauiam, aut propter cupiditatē nimis confidas: in periculū enim ducit immoderatus amor habēdi. Quartum est, plus turpitudinē quā mortē horrere: plus honestatē quā ad salutē temporālē & aliā cōmoda spectare. Quintum est, copias suas crebris laboribus exercere, Poëta: Variam semper dant otia mentē. Sextū est, postquam ad bellandū uentum est, horrando bonā indolem erigere, modō laudibus animos afficere, modō admonitiōibus desidia discutare, Machab. ult. Exhortati inde sermonibus bonis ualde, de quibus extollī posset impetus, & animi iuuenum confortati statuerunt dimicare & configere fortiter. Septimū

est, in concursu ad primos impetus concurrere, inclinatis opem ferre, labentes fulcire. Octauū est, habita uictoria seruare eos qui nō crudeles fuerūt. Nonum est, fœdera & promissā hostibus seruare: exemplo Reguli, qui captus pręstato iuramento quod rediret, missus est Romā pro captiuis cōmutandis: qui ut uenit, uides captiuos nō esse reddēdos, cum retineretur ab amicis, ad supplicium redire maluit, quā ad fidē hosti datā fallere, ut narrat Tullius in lib. de Offic.

TERTIAE partis principis de quatuor uirtutibus cardinalibus. Tractatus V. De Iustitia.

De ordine dicendorum in hoc tractatu. Et de diuersis acceptationibus huius nominis Iustitia.



PRIMO ponitur diuersę acceptiōnes huius nominis Iustitia. Secundū, diuersę eius descriptiones. Tertio, eius commendationes. Quarto, ipsius diuisiones. Quinto, tangetur de opposito ipsius. ¶ Circa primū notandum quod Iustitia quandoque ualde largē sumitur, scilicet pro bonitate: secundū hoc dicit Aug. duas partes esse iustitię, scilicet declinare à malo, & facere bonum. Et super illud Heb. 1. Dilexisti iustitiā. dicit Gl. Omne bonū. Sic sumitur Mat. 6.

Quæ

Quærite primum regnum Dei, & iustitia eius. Glo. Iustitia regni est omnia quæ Christus docuit obseruare. Eiusdem 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Sic etiam sumitur quom dicitur impiū iustificari. Quandoque etiam sumitur nomen iustitię minus largē, scilicet pro uirtute reddente unicuique quod suū est, & sic sub iustitia pietas uidetur cōtineri. Quandoque autem sumitur strictius, prout attenditur in inflictione pœnarū. Sic uidetur iustitia esse opposita pietati uel misericordię. Sic sumitur hoc nomen iustitię Ber. dicens: Nullum nomen Dei est quod non sonet aut iustitiam aut pietatē. Et notandum quod iustitia etiam prout est uirtus cardinalis, quodāmodo generalis est, sicut & prudentia generalis est quo ad directionē, tangit enim opera ceterarū uirtutum. Iustitia uerō generalis est quo ad imperiū. Potest enim imperare opera ceterarū uirtutum: non sufficit tamen ad exequendum ea uel ad eligendum sine ceteris uirtutibus.

De descriptionibus Iustitię.

PARS II.

Circa secundum notandum, quod Tullius in 1. Rhetor. sic describit Iustitiā: Iustitia est habitus animi communi utilitati seruata, suam unicuique tribuens dignitatem. Iustitia multum attendit cōmunem utilitatem. Unde quādoque punit hominem

plurquam meruit propter publicam utilitatē. Tullius: Primum fundamentum iustitię est, ne cui noceatur, deinde ut cōmuni utilitati seruiatur. Ambr. in lib. de paradiso: Iustitia magis aliis quā sibi prodest, & utilitates suas negligit, cōmunia emolumenta pręponēs. Iustitia etiā cuique suā dignitatē tribuit, quæ unicuique tribuit, quæ dignū ei est tribui, siue quod ei debetur. Illud autem debitū quandoque est fœdere naturali, quandoque etiā ratione offendi pręlationis, ut obsequium debetur prælatis: quod non uero ratione meriti, ut pena tribuitur prælatis: quod meruerunt. Macrobius dicit, quod iustitia est, unicuique seruare quod suum est. Aug. uerō in lib. de lib. arbi. dicit: Iustitiā quid dicā esse, nisi uirtutem quæ sua cuique tribuitur? Et iterum illud Mat. 5. Beati qui caritatem & sinit iustitiā, dicit Glo. Iustitia est, sua cuique tribuere, sibi & proximo & Deo. Senec. in lib. de 4. Virtutib. dicit: Quid est iustitia, nisi naturę tacita conuentio in adiutorium multorum inuenta? Idē in eodē: Iustitia diuina lex est, & uinculum societatē humanę. Isidor. sic describit eam: Iustitia est ordo & æquitas, qua homo cum unaquaque re bene ordinatur. ordo dicitur conueniens rei collocatio, uel secundum Anselmum sic describitur: Iustitia est recitudo uoluntatis propter se

E 3 serua

seruata. Voluntas dicitur, quia lapis quum descendit, rectè agit facièdo quod debet: tamen nõ dicitur iustus esse, quia hoc nõ facit uoluntariè. Rectitudo uerò quæ est iustitia, nõ est cuiuscunque appetitus, sed appetitus rationalis qui est cum discretionè. Si enim aliquis impediatur ab ingressu domus aliquem uolentem intrare, ut innocentem ibi occidat, ignorans tamè quid ille ibi æturus sit, nõ reputatur ipse in hoc iustus. Non dicitur etiã aliquis iustus, propter rectitudinem intentionis, sed propter reuerentiam, si desit rectitudo uoluntatis. Item si aliquis coactus dedit pecuniam quã abstulit, uel causa inanis gloriæ non est propter hoc iustus, sed si amore iustitiæ hoc faciat. Ideo ergo bene dictum est, quod iustitia est rectitudo uoluntatis propter se seruata. ¶ Et notandum quod quum rectus sit in quo medium nõ exit ab extremis, ubi est rectitudo iustitiæ, aliquid est ut medium, & aliqua ut extrema. In iudicio uerò hoc manifestum est, ubi iudex medius est inter partes, qui nõ debet declinare ad dexterã uel ad sinistram. Generaliter uero tria considerari possunt ubi est iustitia, scilicet quod redditur, cui redditur, & per quod redditur. Per quod redditur est ut medium, alia duo sunt ut extrema. ¶ Describitur etiã iustitia sic: Iustitia est uirtus cõseruatrix humanæ societatis, & uitæ com-

munitatis. Societas, id est, cohabitacionem hominum sic seruat iustitia, dum homines cohabitant: obtinet unus agros uel alias possessiones quibus eget alius, ideo concitaretur inuidia & seditio, nisi iustitia adesset, quæ uicuique ius suum redderet. Vitæ autem communitatem custodit, dum eundem modum uiuendi plures sectantur: ut mercatura, uel militiam, quæstus unius minuit alterius lucrum, quæ res liuorem moueret, nisi iustitia adesset. Item iustitia sic describitur ab Augu. in lib. de moribus ecclesiæ: iustitia est amor sollicito seruus, & propterea rectè dominans. Item in lib. de Ciuitate Dei: Qui fundum auferit eam, quod emptus est, & tradit ei qui nihil habet in eo iuris, iniustus est, & qui semetipsum auferit de iure dediti Deo à quo factus est, & seruus malignis spiritibus, iniustus est. Bernard. in libro de diligenti Deo: Infidelem ratio arguit & iustitia naturalis, totum se tradere illi à quo totum se habet. ¶ Et notandum quod secundum Aug. 4. lib. de doct. Christ. Sicut ratio rotunditatis eadem est in magno disco & in cumulo exiguo, ut à puncto medio omnes linee pares in extrema ducantur: ita ubi aliquis parua iustitiam gerit, nõ minuitur iustitiæ magnitudo.

De commendatione iustitiæ.

PARS III.

NOtandum ergo quod iustitiã cõmendat natura, com-

men-

mendat & scriptura. ¶ Natura tripliciter. Primo, quia reuertendo quam dedit corpori humano monet ad reuertendum iustitiæ. Eccl. 7. Hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum. Ber. super Can. Rectus dominus Deus noster, & nõ est iniquitas in eo. Rectus itaque dominus hominem rectum fecit. Idem: Statutam dedit Deus homini rectam, forsitan ut ista corporea reuertitudo exterioris uilioris quibus signum est, hominem illum interiore qui ad imaginem Dei factus est spiritualis, suæ seruandæ reuertitudo admoneret, decor limi deformitatem argueret animi. Quid enim indecentius quam curuum recto corpore gerere animam? ¶ Secundo, quia ea quæ sunt iustitiæ magna parte naturaliter in corde hominis scripta sunt. Aug. in lib. Confes. Furtum certe punit lex tua domine, & lex scripta in corde hominum, quæ nec ipsa quidem delet iniquitas, quis enim fur æquo animo furem patitur? Tullius in 1. Rhetor. Iustitiæ institutum est à natura profectum, deinde quædam in consuetudinem ex utilitatis ratione uenerunt, postea res & à natura profectas, & à consuetudine probatas legum mentus & religio sanxit. Naturæ ius est, quod nõ opinio genuit, sed quædam innata uis inseruit: ut religionem, pietatem, gratiam, uindicationem, obseruantiam, ueritatem. Seneca in epistolis: Hæc societas diligenter & san-

ctè nobis obseruanda est, quæ nos omnes omnibus miscet, & iudicat aliquod esse commune ius generis humani. ¶ Tertio, quia natura docet etiam brutis animalia multa eorum quæ ad iustitiam pertinent, ut innocentiam, concordiam, pietatem ad animalia sui generis. ¶ Scriptura etiam multis modis iustitiã nobis cõmendat. Primo, multum ad eam monendo. In Psal. Sacrificate sacrificium iustitiæ. Sap. 1. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Eccl. 3. Vltimè ad mortem certa pro iustitia. Eccl. 3. Ante obitum operare iustitiam. Idem 18. Ante iudicium para iustitiam. Ezech. 44. Rapinas intermittere, & iustitiã facite. 1. Tim. 6. Homo dei sectari iustitiam. ¶ Secundo ostendendo eos esse beatos qui iustitiã esuriunt & sitiunt iustitiã. ¶ Tertio, beatos ostendendo qui aliquid pro iustitia patiuntur. Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiã &c. Etr. Pe. 3. Si quid patimini, propter iustitiã, beati. ¶ Item ad cõmendationem iustitiæ hoc facit, quod hæc uirtus multum Deo est grata, & homini multum necessaria. Primum in multis locis ostendit scriptura. In Psal. Iustus dominus, & iustitias dilexit. Itè acceptabis sacrificium iustitiæ. Prou. 15. Qui sequitur iustitiã, diligetur à domino. Eiusdem 15. Initium uitæ bonæ facere iustitiam: accepta au-

tem apud Deum magis quam immolare hostias. Act. 10. In omni gente qui timet Deum & operatur iustitiam, acceptus est illi. Econtrario iniustitia multum displicet ei, unde Deute. 25. post illud, Non habebis in sacco diuersa pōdera &c. subditur, Abominatur eum dominus qui facit hæc, & aduersatur omnem iniustitiam. Iustitia expresse nominatur inter illa quatuor, quibus utilis nihil est in uita hominibus. Sap. 8. Ipsa adeo necessaria est, ut nec etiã latrones omnino ea carere possint. Tullius in li. de offi. Tanta est uis iustitiæ, ut nec illi quidem, qui maleficio & scelere pascuntur, sine ulla iustitiæ particula uiuere possint. Iustitia adeo utilis est, ut nihil utile reputetur, quo ipsa amittitur. Vnde super illud Psal. Rapinas nolite cōcupiscere, dicit Gl. O lucra damnoſa, inuenis pecuniã, perdis iustitiã. Iustitia adeo utilis est, ut eũ ea utilia sint quæ maximè noxia uidentur, ut mors. Num. 23. Moriatur anima mea morte iustorum. Iustitia non solum est homini necessaria in uita, sed etiam in morte: nec solum in præſenti, sed etiam in futuro. Iustitia in præſenti, uita à malo pœnæ custodit. Dan. 6. Cōclusera leonũ, & non nocuerunt mihi: quia corã eo iustitia inuenta est in me. Temporalia bona tribuit. Prou. 13. Iustitia eleuat agerem. Eccl. 20. Qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur. Econ-

trario dicitur in Psal. de quibusdam, Propter iustitias enim suas humiliati sunt. Et Ecc. 10. Regnũ à gente transfertur in gentem propter iniustitias &c. Ite à malo culpæ defendit, propter quod lorica dicitur. ad Eph. 6. State, inquit, induti lorica iustitiæ. Item appetitũ boni transitorii restringit, ideo uocatur zona. Eccl. 45. Circūcinxit Aaron zona iustitiæ. Et Esa. 11. Et erit iustitia cingulum lumborũ eius. Item iustitia homini pacẽ dat: & sic Deo in homine locum præparat. In pace enim factus est locus eius. In Psal. Iustitia & pax osculate sunt. Esa. 32. Erit opus iustitiæ pax. In Psal. Iustitia ante eum ambulabit. Item: Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Iustitia necessaria est in morte: quia uirum iniustum mala capient in interitu, ut dicitur in Psal. Econtrario uero sperat iustus in morte sua. Prou. 14. Iustitia in futuro necessaria est, & maximè in illo districto iudicio in quo iustitia Dei iudicabit, quæ iustitiã condemnare non poterit. Gen. 30. Respondet mihi cras iustitia mea. Prouer. 10. Nihil produrunt thesauri impietatis: iustitia uero liberabit à morte. Difficile erit homini haberi iustitiam, imò intolerabile, apparere tunc coram Dei iustitia. Psal. Ego in iustitia apparebo in conspectu tuo. Idem: Non permanebunt iniusti ante oculos tuos. Item: Iniusti punientur. Item: Iniusti autem

autem disperibunt. ¶ Ad commendationem iustitiæ etiam ualere potest præminentia, quam ipsa habet respectu aliarum cardinalium uirtutum. In ipsa, ut ait Tullius, maximus est splendor honestatis. Et Plato dicit de ea, quod si ipsa conspiceretur, miraretur amores. Iustitia finis uidetur esse aliarum cardinaliũ uirtutum. Vnde propinquior uidetur esse mercedi, saluti, & coronæ quæ specialiter ei in scriptura sacra attribuuntur. In Psal. Retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam. Item: Tu benedices iusto. Prou. 10. Benedictio domini super caput iusti. Eiusdẽ 11. Seminanti iustitiam merces fidelis. Item 12. In semina iustitiæ uita. Sapi. 7. Iustitia perpetua est & immortalis: iniustitia autem mortis acquisitio. Eccl. 30. Salus animæ in sanctitate iustitiæ. 1. ad Timo. 4. Reposita est mihi æquona iustitiæ.

De diuisionibus Iustitiæ.

PARS IIII.

NOtandum, quod secundum quosdam iustitia diuiditur in seueritatem & liberalitatem. Seueritas uirtus est debito superfluo coercens iniuriam. Liberalitas uero est uirtus beneficio erogatrix, quam pro affectu benignitatem, & pro effectu beneficentiam uocant. Et consistit hæc uirtus tota tribuendo & retribuendo. Benignitatem uero diuidunt in septem par-

tes: scilicet religionem, pietatem, innocentiam, amicitiam, reuerentiam, concordiam, misericordiam. Secundum Macrobiũ ad iustitiam pertinent innocentia, amicitia, concordia, pietas, religio, affectus, humanitas. Secundum Tullium uero in 1. Rhetorici. ad iustitiam pertinent religio, pietas, gratia, uindictatio, obseruatiã, ueritas. Quidam uero iustitiam diuidunt in quinque partes, scilicet in obedientiam quæ est respectu superioris, & disciplinã quæ est respectu inferioris, & æquitatem quæ est respectu partis, & ueritatẽ & fidem quæ pertinent ad omnes. Gl. uero super illud Luc. 6. Si diligitis eos qui uos diligunt &c. alia inueniunt ad iustitiã iustitiã: dicens Philosophi in tres partes diuidunt iustitiã. Vnam in Deũ, quæ pietas dicitur. Alteram in parentes uel reliquum humanum genus. Tertiam in mortuos, ut his exequiarum iura soluantur. Sed dominus legis oraculum & Philosophiæ fastigiũ supergressus, in eos quos qui leserint pietatis porrexit officium. Secundũ Senecæ uero in lib. de quatuor uirtutibus, duo pertinent ad iustitiam, scilicet uelle omnibus prodesse, & nulli nocere. Amabis, inquit, Deum, si in hoc illũ imitaberis, ut uelis omnibus prodesse, & nulli nocere: tunc te uirum iustum appellabit omnes. Et hæc duo uidentur concordare duobus præceptis iuris natura

turalis, quorum alterum habes Tob. 4. Quod ab alio oderis tibi fieri, uide ne tu aliquando alteri facias. Reliquum Math. 7. Omnia quęcumque uultis ut faciant uobis homines, & uos eadem facite illis. Sed quia nulla prædictarum divisionum perfecte tangere uidetur ea quę ad iustitiam pertinent, generatior uidetur ponenda esse diuisione iustitię. Et quia uirtute iustitię reddimus unicuique, quod debemus, diuidetur iustitia secundum ea quę debemus & quibus debemus. ¶ Notandum ergo, quod quędam debemus omnibus, ut dilectionem, ueritatē, & fidem: quędam uero non omnibus, & inter ea aliquid debemus superiori, aliquid inferiori, aliquid pari. Item aliquid speciale debemus nobis specialiter cōiunctis, ut parentibus, & patrię, beneuolis, quod debemus soluit pietas, prout Macrobius & Tullius de ea loquuntur. Item debemus aliquid his qui beneficia conferunt: scilicet gratiā, de qua loquitur Tullius. Et aliquid his qui mala inferunt: scilicet uindictionē, de qua idē loquitur. Et aliquid etiam his qui mala ferunt uel sustinent, scilicet misericordiam.

De Latria & religione, prout Tullius religionē sumit, & de utriusque descriptione, & latria commendatione, & diuisione, de partibus eius, ac quadruplici officio religionis.

PARS V.

Inter ea uero quę superiori debentur, aliquid est quod soli Deo debetur, & aliquid quod non soli Deo. Solum Deo debetur Latria. Vnde gl. sup. illud Mat. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruiēs: Gręcē latria dicitur, seruitus Latine. Seruitus cōmunis Deo & homini & cuiusque, Gręcē dicitur dulia. Illa uero quę soli Deo debetur, latria dicitur: unde idololatria, qui quod soli Deo debet, id idolat. ¶ Primo inter partes iustitię de latria preloquimur. Quod autem latria Gręcē dicitur, uidetur à Tullio religio uocari. Quam ipse sic describit: Religio est, quę superioris cuiusdam naturę, quam diuinam uocant, curam ceremoniamque affert. In hoc, quod dicitur curam, innuit cultum interiorē. In hoc, quod dicitur ceremoniam, exteriorē cultum, qui signum est interioris. Istud, 8. lib. etymol. dicit, quod religio appellata est, quia per eam unum Deo religamus animas nostras ad cultum diuinum uinculo seruienti. Hęc religio fit in principio uniuersalisque religionis: ut in baptismo, ubi inuitatur Christiana religio: uel in specialibus religionibus, cum quis obligat se ad ea quę religionis sunt. Secundum Augustinum uero 10. lib. de Ciuit. Dei: Religio dicta perhibetur ad religendum Deum, quę amiseramus negligentes. Et secundum hoc religio respicere uidetur statum peccati, & non statum innocentie.

Deu

Deut. 26. Dominum elegisti hodie ut sit tibi Deus. Latria uero sic describitur: Latria est cultus Deo debitus & exhibitus. Vel sic: Latria est uoluntas pendendi Deo cultum debitum. Adorationem latrię commendat nobis multiplex exhortatio quam scriptura sacra facit de ea. In Psal. Venite adoremus, & proci damus ante Deum. Item, Adorate dominum in atrio sancto eius. Item: Adorate dominum omnes angeli eius. Mat. 4. Dominum Deum tuum adorabis. Ad idem ualent exempla sanctorum, ut exemplū Christi, de quo Luc. 22. Postis genibus orabat, dicens &c. Et Mat. ulti. dicitur de Iesum adorauerunt. Apocaly. 4. legitur de uiginti quatuor senioribus, quod procidebant ante sedentem in throno, & adorabant uiuentem in secula seculorum. Itē eiusdē 17. Viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt &c. Et eiusdē 7. Omnes angeli stabant in circuitu throni &c. & adorauerunt Deum, dicentes, Amen. Benedictio & claritas. ¶ De adoratione etiam uiginti quatuor seniorum, habetur eiusdē 11. Item legitur de beato Bartholomæo, quod centes flexis genibus exorabat Deum per diem, & centies per noctem. Et de Iacobo minore, quod tantum iacebat super genua sua orans, quod genua habebat ut calcaneum,

similem duritiam habens in eis duritiei camelorum. Gloria adorationis est quam sibi Deus specialiter retinere uoluit. De hac dicitur Esaię 42. Gloriā meam alteri non dabo. Eccle. 25. Bono animo gloriam redde Deo, & non minus primitias manuum tuarum. Gloria ista significata est per thymiama de quo Exo. 30. Sanctum sanctorum uobis erit thymiama. Talem compositionem non facietis in usus uestrorum, quia sanctum domino est. Homo quicumque fecerit simile, ut odore illius percipiat, peribit de populis suis. Obsequium istud multum placet Deo. Eccl. 35. Qui adorat Deum in oblatione, suscipiatur: & deprecatio illius usque ad nubes propinquabit. Et notandum, quod licet adoratio latrię soli Deo sit exhibenda: tamen dicitur exhiberi illi homini qui est filius in usum, sed quasi per accidens. Non enim exhibetur ei in quantum est homo, sed in quantum est filius Dei: sicut dicitur de homine illo, quod creauit stellas, quas tamen non creauit in quantum homo, sed in quantum Deus. ¶ Et notandum quod triplex est cultus Deo debitus. Primus est, cordis. Secundus est, oris. Tertius, operis. Cultus cordis specialiter uocat Gl. cultum, super illud Exod. 20. Non adorabis, neque coles. Aliud est, inquit, colere, aliud est adorare. Potest quise inuitus adorare, uel adulando regibus

idolo

idololatriis, uel tormētis uictus, quum sciat quia idōlū nihil est. Colere uerō est toto his affectu & studio mācipari. De cultu interiori dicit Iſid. 8. lib. Etymol. Tria sunt quę in religiōis cultu ad colēdum Deum in hominibus perquirūtur: fides, spes, charitas. August. in Enchirid. Fide, spe, & charitate colimus Deum. Item August. loquens de theosebia siue pietate, quę est cultus Dei, dicit quōd consistit in cognitione Dei & dilectione, quū debita subiectōne. Et super illud 1. Corinth. 12. Alii per spiritum datur sermo sapientię, alii sermo scientię, dicit glo. loquēs de illo uerbo Iob secundum unā literā 28. Ecce pietas est sapientia, ubi litera nostra habet. Timor Domini ipse est sapientia. Pietatē, inquit, hęc loco posuit Dei cultum, quā Gręcę dicitur theosebia: & quis cultus est, nisi amor & cognitio eius: Cultus interior Deo debitus in duobus uidetur cōsistere, scilicet in cognitione & affectiōe. Cognitio uerō ad cultū Dei pertinens est, ut credulitas, qua creditur Deo sicut Deo credendum est, scilicet propter se & sup omnia: sicut enim primę ueritati credēdum est. Item credulitas qua credimus de Deo digna Deo: ut summam potentiam, summā sapientiam, summam bonitatem, & consequētia ad hac, ut quōd ipse est omnium bonorū creator & conseruator, mundi gu-

bernator, hominis recreator, feruentium sibi liberalissimus retributor: eorū uerō qui pertinaciter rebelles ei sunt zelatissimus ultor. Inter affectiōes uerō pertinentes ad cultum Dei, Prima uidetur esse timor, & nō qualiscunque timor, sed talis timor quali timendus est ille, cuius potentię nullus potest resistere, cum sit summa: cuius sapientię nihil pōt abscōdi, cum sit summa: & cuius bonitas cū summa sit, summē odit malitiā, & si ne sine puniet eā in eis quos pertinaces in ea inuenerit: Timendus est ergo super omnia. ¶ Secunda est spes nō qualiscunque, sed talis qualis ponenda est in eo cuius potētiā facillimum est liberare ab omni miseria, cuius sapientię notissima est miseria nostra. Abyssus enim miserię nō inuocat abyssum miserię, nisi agnoscat, & cuius bonitati propriū est misereri semper & parcere, quę etiam propter liberalitatē suam fecit quacūque fecit, quia omnia fecit ad dandū in ipso: ergo super omnia sperandum est. ¶ Tertia amor, & nō qualiscunque amor, sed talis quali amandus est qui optimus est in se, & ideo amore dignissimus, qui etiam sōns est omnīū bonorum, a quo suscepimus omnia bona quę habemus uel habuimus, & a quo suscepiuros nos speramus quicquid boni suscepturi sumus. De timore & amore dicit Seneca in li-

de

de quatuor Virtutibus: Quisq; institutum sectari desideras, time Deum prius, & ama, ut ameris a Deo. De spe dicitur in Psal. Sperant in te omnes qui nouerunt nomen tuum. Nomen Domini agnoscut qui serui eius esse uolunt, a quibus spes specialiter requiritur. ¶ Cultus oris est uocalis profelsio maiestatis diuine, quam fideles faciunt frequēter Deum orando, laudādo, benedicendo, gratias ei agendo. Cultus operis est, ut quū aliquis opere recognoscat singulare dominium Dei, quod ecclesia ore recognoscat, Christo dicēs: Tu solus Dominus. Dominiū istud quantū ad personas nostras recognosimus Deo, genuflexione, & prostratione. Esa. 45. Mihi curuabitur omne genu. Mich. 6. Curuabo genu Deo excelso. Quantum ad nostra uerō, oblatione alicuius partis bonorū illorum quę ab eo accepimus Deute. 26. Profiteor hodie corā Domino &c. tradidit nobis terram lacte & melle manātem, & idcirco offero nunc tibi primitias frugum terrę, quam Dominus dedit mihi. Ad cultum operis pertinebāt sacrificia ueteris legis, quę fiebāt de animalibus. Quorum immolatione sacrificantes ostendebāt plenissimē Deo se esse subiectos, etiam ad occidendum. Morte enim animalīū ostendebāt Deum eos occidere posse, & eos mortē meruisse, & sperabant misericordia Dei

mortem propriam quā meruerant in mortem animalium cōmutare. Et notandum quōd sacrificium soli Deo debetur. unde Aug. 10. lib. de Ciuit. Dei: Sacrificiū certe nullus hominū est qui audeat dicere deberi, nisi Deo. Multa deniq; de cultu diuino usurpata sunt, quę honoribus deferūtur humanis, siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera: ita tamē, ut quibus ea deferuntur, homines habentur, qui dicuntur colēdi & uenerandi: si autem eis multū additur, & adorādi. Quis uerō sacrificādum cēluit nisi ei, quem Deum aut sciuit, aut putauit, aut finxit. Et subdit: Sacrificiū uisibile sacrificiū inuisibilis sacrum signū est. ¶ Et tangit sex species sacrificiū spirituales. Primū sacrificiū est cordis commotio. In Psal. Si uoluisse sacrificium dedissem: utique holocaustis nō delectaberis sacrificium Deo, spiritus &c. Aug. Intueamur quē admodum ubi Deū dixit nolle sacrificium, ibi Deū ostendit uelle sacrificium. Non uult ergo sacrificiū trucidati pecoris, sed uult sacrificium cōtriti cordis. ¶ Secundū sacrificiū est cordis igne diuini amoris inflammati. De quo August. Deo suauissimū incēsum adolemus, quum in eius conspectu pio sanctōque amore flagramus. Tertium sacrificium corporis propter Deum mortificati. Ro. 12. Obsecro uos per misericordiam Dei, ut exhibeatis

beatīs corpora uestra hostiam uiuētē &c. ¶ Quartum est, sacrificiū corporis pro Deo proprio sanguine cruentati. Augu. Deo cruetas uictimas cedimus, quādo usque ad sanguinem pro eius ueritate cedamus. ¶ Quintū est, sacrificiū laudis: de quo in Psal. Nūquid māducabo carnes taurorū, aut sanguinē hircorum potabo? Immola Deo sacrificiū laudis. ¶ Sextū est, sacrificiū misericordiā, quo miserāe proximi uolumus subuenire. Hebr. 6. Beneficētia & cōmunis nōlite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. Itē Aug. eodē lib. dicit, quōd sacrificiū ros diuina est. Et uidetur uelle q. uerū sacrificiū opus sit misericordiā. Verū sacrificiū est opus quod fit propter Deū, ut homo à miseria releuetur, & Deo adherēdo beatus efficiatur. Vnde dicit. Verū sacrificiū est, omne opus quo agitur ut sancta societate inhaerēmus Deo, relatiū ad illū finē quo ueraciter beati esse possumus. Et subdit: Vera sacrificia opera sunt misericordiā: siue in nos ipsos, siue in proximos, quæ referuntur ad Deum. Opera uerō misericordiā nō ob aliud fiunt, nisi ut à miseria liberemur, ac pro hoc ut beati simus: quod non fit nisi bono illo, de quo dictū est, Mihi adherere Deo bonū est. Idē in eodem, Ipsa misericordia qua homini subuenitur, si non propter Deū fit, non est sacrificium. Ad cultū etiā operis per-

tinet thurificatio, quæ ostendit affectū nostrū integre in Deum esse dirigēdum, quasi in omnē bonum, sicut totus fumus thuris tēdit sursum. Exod. 33. Ego ostēdā omne bonū tibi. Et notandū quōd religionis, quam Tullius ponit partem iustitiā, quæ idē uidetur esse quod latia, secūda quosdā, quadruplex est officiū. ¶ Primū est perpetrati sceleris pœnitere. Hoc uidetur esse primū sacrificiū Deo acceptū post mortale peccatū. In Psal. Sacrificiū Deo spiritus &c. ¶ Secundū est tēporaliū mutabilitatem paripēdere. Postquā enim anima Deo aeterno se reliquit religionē fidei, spei, & dilectionis, spē aeternorum despicit trāstoria. Senec. Nemo dignus Deo quod opes non contemplerit. ¶ Tertium est uitam nostrā deo cōmittere. Qui enim agnoscat per fidē se habere uitā suā à Deo, uult illam ei offerre, & oratione, & obsequiis impetrat eā à Deo dirigi. Tob. 4. Omni tēpore benedic Dominum, & pte ab eo ut uias tuas dirigat, & oīa cōsilia tua in ipso pmanēat. ¶ Quartū est, ueritatē dicere de his quæ ad religionē pertinent. Fidelis primo debet habere pœnitentiā de his quæ agnoscat se fecisse cōtra Deum & contra se. Secūdo, despiciere ea quæ agnoscat esse infra se. Tertio, Deo cōmittere se. Quarto, his quæ sunt iuxta se ueritatem dicere, quam accepit de religionē sua,

De Du

De Dulia, PARS VI. Quæ habet tria capitula.

De ordine dicendorum de Dulia, & nominis dulia distinctione ac descriptione. C A P. I.

Dulio de cultu Latrāe qui soli Deo debetur, dicendum est de his quæ aliis superioribus debentur. Et inter ea aliqd est quod soli debetur creaturæ, ut est reuerentia seu honor dulia. Aliquid uerō quod debetur & creatori & creaturæ, ut obedientia. Et primo dicitur de honore seu reuerētia dulie. De qua hoc ordine agetur. Primo ostenditur quid sit reuerētia seu honor dulia. Secūdo tages de diuersis speciebus dulie. Tertio de errore illorū qui ecclesiā dicit idololatrare, adorādo diuersos sanctos & imagines sanctorum. ¶ Circa primū uerō est notādū quod hoc nomē dulia quādoque cōmuniter sumitur pro seruitute quæ exhibetur Deo uel creaturæ. Vnde dulia Græcē, seruitus Latine dicitur: & dulos dicitur seruus. Gl. super illud Matth. 4. Dominum Deū tuū adorabis, & illi soli seruias. Seruitus cōmunis Deo & homini & cuiusque, Græcē dicitur dulia. Quādoque autē nomē dulie restringitur ad honorē creaturæ debitū: & secūda hoc sic describit, Dulia est cultus uel honor creature debitus & exhibitus. Dulia uidet esse idem uel in toto uel in parte cū reuerētia, prout sumit in prima diuisione iustitię prius posita,

quæ sic describit: Reuerētia est uirtus sponis grauibus uel aliqua prelatiōe sublimatis, debite honorificatiōis cultam exhibēs. ¶ Et notādū q. reuereri tripliciter accipitur. Uno modo dicit motū q. est fugiēdo seu resiliēdo ab altitudine alicuius rei in propria paruitatē. Et uocatur iste motus, timor reuerētiā. Et huic motui interiori respōdet exterioris elōgatio uel fuga qua humili personæ elōgat se ab his qui sunt in dignitate positi, nō audēs eis appropinquare. Quādoque uerō reuereri dicit honorē quē aliq. exhibet alii gratia dignitatis ad ostēdendū q. ei subiectus sit & paratus uoluntatē eius sequi, & genuflexio. Quādoque cōprehendit motū timoris reuerentia, & honorē. Et sic sumitur super illud Hebr. 11. Patres carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerēbamur eos. Glo. Reuereri est cū timore honorem impēdere. Tullius in secunda diuisione prius posita, in parte honorē dulia cōprehēdit sub illa parte iustitiā quæ dicitur obseruatiā, quā sic describit: Obseruantiā est, p. quā homines aliqua dignitate antecedentes cultū & honorē dignantur. ¶ Itē notādum q. hoc nomē Honor, multipliciter sumitur. Quādoque pro dignitate. Hebræ. 4. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui uocatur à Deo tanquam

quam Aaron. Quandoque uero honor dicitur quod exhibetur alicui gratia superioritatis, ad ostensionem subiectionis, uel propter prioritatem, uel nature dignitatem, uel excellentiam in aliqua gratia propter superioritatem, ut Roma. 13. Cui honorem, honorem. 1. Pet. 2. Regē honorificate. Propter prioritatem temporis: ut Leuit. 19. Corā cano capite conserge, & honora personam senis. Propter dignitatem nature: ut Exod. 20. Honora patrem tuam & matrem tuā. & Malach. 1. Si ergo pater, ubi honor meus? Propter excellentiam in aliqua gratia honor exhibendus est omnibus, quia debemus credere quod omnes nos excedant in aliqua gratia. 1. Pet. 2. Omnes honorate. Roma. 12. Honore inuicem præuenientes. Glossa. Aliter non est fraternus amor, nisi in mutuis se præueniant. obsequiis. Eph. 5. Subiecti inuicē in timore Christi. Phil. 2. In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Gl. Aug. Non hoc ita debemus arbitrari, ut nos æstimare fingamus: sed uere æstimemus posse esse aliquid occultum in alio, quo nobis superior sit, etiam si bonū nostrū quo illo uidemur superiores esse, non sit occultū.

De speciebus Dulix. CAP. II.

Sequitur de speciebus dulix. Notandū ergo quod dignissima species dulix est honor quod debetur humanæ naturæ, quam

filius Dei assumpsit. Specialiter uero honoranda est humana natura in Christo propter inhumirationē quam in cruce sustinuit: secundū illud Phil. 2. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortē: mortē autē crucis. Propter quod & Deus exaltauit illū &c. Propter hoc ex institutione ecclesie fit adoratio crucis, in qua id cui exhibetur honor ille est, Christus passus: ignominia uero est causa illius honorationis. De adoratione humanæ naturæ à filio Dei assumptę, dicit gl. Aug. super illud Psal. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctū est. Sciendum quia in Christo terra est, id est, caro quæ sine impietate adoratur. Hæc species dulix, hypdulix uocat, quæ soli humanitati Christi exhibetur. Vnde gl. sup. illud Psal. Adorate scabellū pedū eius &c. Dulix adoratio est, quæ etiā creaturæ exhibetur. Quæ duas species habet: unam quæ indifferenter omnibus, alteram quæ soli humanitati Christi exhibetur. Post naturā humanā à filio Dei assumptam, exhibendus est honor beatæ Virgini, in qua & ex qua filius Dei carnē assumpsit. Damascen. Dei genitricis imaginis non materiam, sed figurā adoramus. Figurā hinc intellige figuratū sine significatū per imaginē. Et subdit Damascen. Honor enim qui est ad ipsam, ad eū qui ex ipsa incarnatus est reducitur. Hoc ideo dicit, quia propter

pter filiū adoratur mater. Tertio exhibendus est honor beatis angelis, & sanctis qui sunt in statu gloriæ, ab his qui sunt in statu miseriæ. Status enim miseriæ inferior est statu gloriæ. Math. 11. Inter natos mulierū non surrexit maior Ioāne Baptista: qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo. Quarto exhibendus est honor his qui præfunt in ecclesia militante: qui scilicet sunt in gradu superiori, ab his qui sunt in gradu inferiori. Qui enim præfunt, loco Dei sunt: & ideo honor uel cultus eis exhibendus est. Vnde & Dii uocantur. Exod. 23. Diis non detrahes: & principi populi tui non maledices. Præcipue uero honor exhibendus est his qui præfunt ad spiritualia. 1. Timot. 5. Qui bene præfunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime hi qui laborant in uerbo & doctrina. Quinto exhibendus est honor amicis Dei, etiam in statu uitæ qui sunt notæ sanctitatis. Vnde qui se reputat peccatores, cum genuflexione suffragia solent petere à talibus. Status enim eorū secundum suam reputationē inferior est statu aliorū: sicuti status serui à statu filii uel domini, Filius domini à seruis domini solet uocari. Mat. 15. Non est bonū sumere panē filiorū, & dare canibus. Canes uocat peccatores: filios iustos. Et subditur: Eū domine: nam & catelli edūt de micis quæ cadunt de mensa

dominorū suorū. Intellige illos dominos qui prius uocati sunt filii. De hoc honore dicitur Esa. 49. ad ecclesiam: Vultu in terra demisso adorabunt te. Item notandū quod honor quādoque exhibetur creaturæ absolute: quandoque Deo absolute: quādoque uero honor respicit relationem seu comparisonē creaturæ ad Deum. Et de illo honore sciendum est, quod potest exhiberi Deo in creatura: ut in imagine eius, uel in ministro eius, uel in templo materiali, uel spirituali, uel in altari, uel in aliis rebus quæ ad cultum Dei pertinent: & est honor patriæ. Et Deus est, id cui proprie exhibetur honor ille: creatura uero in mediū, uel occasio aliquid mediū de Deo, & afficiēdi in eum, & signo exteriori indicandi affectū illū. Si uero honor ille exhibetur creaturæ comparisonē Dei: honor dulix est, & Deus est, ut causa illius honoris: creatura enim siue consideretur absolute, siue in quantum imago Dei, uel ministras ei, uel associata ei in una persona, non fuit sic ab æterno, sed incœpit esse: unde non uidetur ei exhibēda reuerentia patriæ. Et notandum quod reuerētia quæ debetur rebus Deo dedicatis, uel loco sacro, scilicet templo uel cœmiterio, uel his quæ pertinent ad ornatum templi, uel sacro temporis, uidetur esse quidam timor, quo timemus intrare templū illorū, uel nō sanctificati, uel appropinqua-

re altari, uel aliis rebus sacris, uel contrectare res sacras, uel inquinare nos in loco, uel tempore sacro, uel uolentiam inferre sacro loco, uel communia opera ibi exercere: de hoc timore legitur Gene. 28. *Quam terribilis est locus iste? non est hic aliud, nisi domus Dei, &c. Malach. 2. Leui à facie nominis mei pauebat. Cum dominus sanctus sit, in sanctitate uult appropinquari ad eius ministeriū. Exod. 28. Aaron sanctificatus minister mihi. Qui uero Deum non ostendit sanctū ad ministeriū eius in sanctitate appropinquando ipse ostēder eum non sanctū pro immunditia sua à Deo poenam recipiēdo. 10. Arreptis Nadab, & A Aaron thuribus impo ignē, & incensum defuerunt. rētes corā domino ignē alienum, quod eis præceptū erat: egressusque ignis à domino, deuorauit eos. Dixitque Moyses: Hoc est, quod locutus est dominus, Sanctificabor in his qui appropinquant mihi. Non legitur Christū in Euangelio in uita ista tantā iram per zelum ostēdisse, quantā ostendit eum uidit, quod templo non exhibebatur debita reuerentia. Ioan. 2. & Matth. 22. Tunc impletum est illud, Zelus domus tuæ comedit me. Marci 10. legitur, quod non sinebat, ut quisquā transferret uas per templū. 1. Corint. 3. Si quis templū Dei uiolauerit, disperdet illum Deus. Traditur de Pōpeio, quod*

postquam illi qui cum eo erant prophanauerūt templum & stabulauerūt equos in porticu templi, nūquam pōt pugnauit quin uinceretur, qui hæstenu fuerat fortunatissimus, & Heliodorus uolens templū spoliare, diuinitus flagellatus est. 1. Machab. 3. *De errore illorum qui dicunt ecclesiā idololatrare circa Sanctos, & imagines Sanctorū. CAP. III.* Sequitur de errore illorū qui dicunt ecclesiam idololatrare, quia ponit in ecclesiis idololatras, & adorat diuersos sanctos. Qui error occasione potuit habere ex illo uerbo Exo. 20. Non facies tibi sculptile, neque omnē similitudinem, &c. Non adorabis ea, neque coles. Item in Psal. Confundantur omnes qui adorant sculptilia. Esther 3. legitur de Mardochoo, quod solus non flectebat genua, nec adorabat Aman, cum omnes serui regis, qui in foribus palatii morabantur hoc facerēt: sic enim eis præceperat imperator. & Daniel. 3. Tres pueri noluerunt adorare statuam Nabuchodonosor. Item Apocalypf. ultimo dixit angelus Ioanni cum cecidisset ad pedes eius, ut eum adoraret, Vide ne feceris: conseruus tuus sum, & confratrum tuorum. ¶ Sed contrarium manifestē ostenditur et hoc, quod dominus imagines Cherubin præcepit fieri, Exodi. 25. Esaias etiam uidit dominum sedentem super solium excelsum. Esaiæ 6. Seraphin stabant super illud,

illud. & Ezechiel uidit imagines quatuor animalium. Ezech. 1. & Ioannes Apoca. 4. *Quas figuras sicut sancti minutis literis scripserūt, quantum ad illos qui legem sciunt: sic picturis, uel sculpturis quasi grossis literis scribi potuit, quantum ad laicos qui legem nesciūt. Sicut enim scripturæ literæ sunt clericorum: ita picturæ uel sculpturæ literæ laicorum. Licet ergo ecclesiæ habere imagines: nec est hæc reuocatio idololatriæ, sed potius reuocatio ab idololatria. Et sicut dominus uoluit sibi sacrificia fieri, ut filios Israel reuocaret à sacrificiis, quæ idōlis fiebant: ita imagines solebant fieri diis, qui colebantur, uolens ecclesia homines ab hoc reuocare, uoluit imagines fieri in ecclesia, ad rememorandum facta memoria digna. Damas. Quia non omnes noscunt literas nec lectionē uacant, patres excogitauerunt uelut quosdam triumphos imaginibus scribere. Prohibuit autem Moyses fieri sculptile, uel similitudinem falsorum deorum, ad adorandum uel colendum. Vnde subdidit: Non adorabis ea, neque coles. Nec fuit intentio sua prohibere omnino, ut nulla similitudo fieret, uel nullum sculptile, cum ipsemet cōtrarium fecerit, ut in Cherubin. Exodi 15. Adoratio uerō quam Moyses prohibuit fieri creaturæ, adoratio latræ fuit, non adoratio dulciæ. Ad illud uerō, quod dixit Angelus*

Ioanni, Vide ne feceris. Dicendum est, quod hoc dixit, ut daret exemplū humilitatis, exemplum scilicet refugiēdi honorē huius, cum alicui exhibēt: uel ad ostendendū sublimitatē humanæ naturæ in Christo sublimitatē. Greg. Timet angelus adorari ab humana natura, quæ uidet in Deo sublimitatē. Vel quia periculosa est talis adoratio propter facilem declinationem in idololatriam. Vnde August. loquens de angelis uenientibus ad Abrahā: Duplici, inquit, de causa aliquis est arcēdus à bono: uel propter maius bonum aggrediēdum, ut Deus reuocauit uolentem sepele patri stum. Mart. 8. Vel propter facilem declinationem in malum. Et notandum quod spirituales substantiæ, licet corporeæ non sint, tamē figurari possunt corporeis imaginibus illarum rerum, in quibus quādoque leguntur apparuisse: ut angeli qui apparuerunt Loth & Abraham, assumptis corporibus humanis in figura humana depinguntur. Item notandum quod propter hoc quia angelus sathanæ transfiguratur se in angelum lucis, uel in speciem Christi, si appareat aliquis alicui in specie angeli uel Christi, & non confiteri ei cui apparet, an sit angelus uel Christus, adorare potest Christum simpliciter, ubicunq; ipse sit recognoscēdo eum filiū Dei æternum, omnipotentem: non tamen debet adorare eum in eo

qui ei apparet, nisi sub conditione, scilicet si ipse est Christus. Matth. 24. Si quis dixerit uobis, Ecce hic est Christus uel illic, nolite credere. Itē exhibere potest debitā reuerentiā omnibus beatis angelis Dei ubicūque sint: illi uerō qui apparet nō simpliciter, sed sub conditione, scilicet si est de beatis angelis Dei.

De oratione. PARS VII. quæ habet decem capitula.

De ordine dicendorū de oratione.

Et de diuersis acceptionibus huius nominis Oratio. CAP. I.

Post latriā & dulciā tractabitur de oratione. Ab eo enim cui cultum latriæ, uel dulciæ impendimus oratione beneficium impetramus. Et honor latriæ uel dulciæ efficacem reddit orationem: secundum illud Eccles. 3. Qui adorat Deum in oblatione, suscipietur: & deprecatio illius usque ad nubes appropinquabit. Præterea oratione quodammodo Dei maiestatem profitemur: dum pro defectibus nostris supplendis, ad eum quasi ad fontem bonitatis orando recurrimus. Item cum ab eo postulamus ea quæ soli potentia diuinæ possibilia sunt, & soli liberalitati diuinæ cōgruūt, ut est collatio regni cælestis. ¶ De oratione uerō hoc modo tractabitur. & primo ponentur diuersæ acceptiones huius nominis oratio. Secūdo, eius descriptiones. Tertio, cōmendationes. Quarto, agetur de preparatione ora-

tionis. Quinto, de impedimentis eius. Sexto, ostendetur quādo sit orandum. Septimo, ubi orandū. Octauo, quomodo orandū. Nonno, quid orandū. Decimo, agitur de speciebus orationis. ¶ Circa primum notandum, quōd oratio quādoque dicitur esse opus bonum. Vnde super illud 1. Thess. ult. Sine intermissione orate, dicit Gloss. Semper orat, qui semper bene agit. Quandoque uerō dicitur iustitia seu bonitas hominis, quæ apparet Deo in filiis eius quasi quædam imago Dei, habet quasi uim orationis apud Deum: sicut & apparitio filii Dei coram patre suo, est quasi oratio pro nobis. Hebr. 9. Iesus inuolit in cælū, ut appareat nunc uultui Dei pro nobis. Sic sumitur, Orate, in Gloss. super illud 1. Thess. ult. Sine intermissione orate, &c. Iustus nunquam desinit orare, nisi desinat iustus esse. Bernardus ad fratres de monte Dei, specialiter dicit de charitate Dei, à qua maxime est bonitas in anima, quōd ipsa est oratio nunquam deficientis. Charitas, inquit, quæ nunquam deficit, ipsa est sine intermissione oratio. Et subdit: Est enim quædam iugis bonitas mentis, & bene cōpositi animi, & ad patrem Deum in filiis Dei bonitatis quædam similitudo. Quandoq; oratio dicitur petitio boni, siue dirigatur ad Deum, siue ad angelos, siue ad Sanctos: sic litania oratio est, uel orationes. Quandoq; uerō stric-

tius

tius sumitur, ut dicatur oratio petitio boni, quæ ad Deum dirigitur: & sic maxime à magistris sumitur, ut inferius patebit. Quandoque uerō amplius restringitur, scilicet ad petitionem quæ est pro adipiscendis bonis. Vnde Gl. super illud Psal. Exaudiuit Dominus deprecationem meā, dominus orationē, &c. Deprecatio est pro remouēdis malis, oratio pro adipiscēdis bonis.

De descriptionibus Orationis.

CAP. I.

Circa secundum notandum, quōd oratio sic describitur à Ioāne Damasc. Oratio est ascensus intellectus ad Deum. Intellectum uerō hic accipias prout comprehendit duas uires, quæ sunt propriæ animæ rationalis, quarum una est apprehensiuā, altera motiuā. Apprehensiuā dicitur intellectus speculatiuus: motiuā intellectus practicus. Ad Deum ascendit, cum hac consideratione humanorū defectuū, ad considerationem boni sufficientissimi, & potentissimi suppleri defectus illos transit. Et inuitur in hoc modus quo debet procedere qui uult orare. Primo enim debet defectus suos considerare, deinde ascendere ad eius liberalitatē, qui hoc potest suppleri. Vnde 3. Reg. 8. Dixit Salomon templo ædificato: Si quis cognouerit plagā cordis sui, & extenderit manus suas in domo hac: tu exaudies in cælo, &c. Intellectus practicus ad Deū ascen-

dit desiderio & spe, à liberalitate eius sperādo impleri desiderium suum. Item oratio describitur sic à Ioanne Damasc. Oratio est petitio decentium à Deo. Non decet Dei filios omnia indifferenter petere. Nec Deū decet omnia indifferenter dare. Non sunt petenda à Deo, nisi honesta. Sen. in epistolis: Quanta, inquit, dementia est hominū? turpissima uota Deo insusturrat: ita ut si quis aurem admoerit, conticescāt, & quod scire hominem nolunt, Deo narrāt. Sic uideat: sic loquere cum Deo, tanquam homines uideāt. Non decet filios Dei petere uilia: ut sensibilia ista, quæ sunt transitoria, & corruptibilia. Seneca in epistolis: Maior sum, & ad maiorā natus, quānā ut mancipium sim sensuum meorum. Item non decet uiros uirtutis petere puerilia. 1. Corint. 13. Quando factus sum uir, euacuaui quæ erant paruuli. Item oratio sic describitur: Oratio est pius mētis affectus in Deū directus. Iste affectus desiderium est. Vnde super illud 1. Thess. ult. Sine intermissione orate, dicit Gl. Ipsum desiderium boni, oratio est: & si continuū est desiderium, continua est oratio. Pietas, à qua pius est affectus quæ est oratio, est theosebica, siue cultus Deo debitus, qui cōprehendit fidem, spem, & charitatem. Vnde Aug. de orando Deo, ad Probam: Ipsa fide, spe, & charitate continua-

to desiderio semper oramus. Idem in eodem: Ora in spe, ora fideliter & amāter. Affectus qui est in Deū dicitur dirigi ad modum nuntii. Est enim uelut nuntius ab homine ad Deum missus. Vnde super illud Psalm. Intret oratio mea in conspectu tuo. dicit Gl. Virtus magna puræ orationis hic notatur, qui quasi persona quardam ad Deum intrat, & mandatum peragit, quod caro peruenire nequit. Item in lib. de Spiritu & anima, sic describitur: Oratio est mentis conuersio in Deum per pium, & humilē affectum. Grego. uero in sexta parte Moral. dicit, q̄ ueraciter orare est amarus compunctionis gemitus, & non composita uerba resonare. Item oratio magistratē sic describitur: Oratio est offētio uolūtatis nostræ ei a quo impetrare speramus, id quod desideramus.

De commendatione Orationis.

C A P. III.

AD commendationē Orationis, Primò ualere potest frequens admonitio, quam sacra scriptura facit ad orandum. Eccles. 18. Non impediaris orare semper. Ierem. 33. Clama ad me, & exaudiā te. 1. Mach. 7. Et nunc clamemus in cælum. Luc. 11. Petite & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Auguſt. Non tamen hortaretur ut peteremus, nisi dare uellet. Erubescat humana pigritia: plus uult ille dare, quam nos

accipere: plus uult ille misereri, quam nos à miseria liberari. Itē Lucæ 22. & Matt. 26. Vigilate & orate ne intretis in tentationē, ad Rom. 12. Orationi instantes. Idem ad Coloss. 4. 1. ad Theſſal. ultim. Sine intermissione orate, lac. 1. Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, &c. Eiusdem 1. Tristatur aliquis uestrum, &c. 1. Pet. 4. Vigilate in orationibus. ¶ Secundo exempla, & inter ea est efficacissimū exemplū Christi, qui licet oratione non indigeret, cum per se omnia posset: tamē ut daret nobis exemplum orandi, toties orabat. De eius oratione habes Matt. 14. Dimissa turba ascendit in montē solus orare. Item eiusdem 26. Sedete hic, donec uadam illuc, & orem; progressus puillum prociudit in faciē suam, orās & dicens: Pater mi, &c. Et pauld post: Iterum secūdō abiit, & orauit, dicens: Pater mi, &c. Et subditur: Et orauit tertio eundem sermonem dicens, Idē Marci 1. Diluculo ualde surgens, egressus abiit in desertum locū, ibique orabat. Item Luc. 4. Iesu baptizato & orante, apertū est cælum. Et eiusdem 6. Factum est in diebus illis, exiit in montē orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Item eiusdem 9. Facta est species eius altera dum oraret. Item 11. Factum est cum esset in loco quodam orans, ut cessauit, dixit unus ex discipulis eius ad eum: Domine doce nos orare. Item eiusdem 22. Et factus in

agonia

agōniā prolixius orabat. Eiusdem 23. Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Ioannes 12. Pater, saluifica me ex hac hora. Item eiusdem 17. habes multum de oratione eius. ¶ Ad commendationem etiam orationis ualere possunt exempla alia, & causa breuitatis pauca de illis tangamus. Legitur Lucæ 2. de Anna, quod non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruans die ac nocte. Et Act. 1. Erant omnes preuenerantes in oratione unanimiter cum mulieribus, & Maria matre Iesu & fratribus eius. Et eiusdem 10. Ascendit Petrus in superiora domus ut oraret. Et de beato Martino legitur, quod etiam moriens inuitum ab oratione spiritum non relaxabat. Et de Paulo primo eremita legitur, quod mortuus quasi orabat: unde habuit signū orationis, ore & manibus in cælū erectis, cum inueniretur sanctum cauer eius appodiatum arbori à beato Antonio, qui de eo ait: Patet quā alsi dūē, quantūq; oraret Deum uiuus, qui non desinit orare mortuus. Et Iacobus Alphæi ex utero matris sanctificatus, ex asiduitate orandi contraxerat in genubus suis duritiē camelorum. Et Bartholomæus centies in die & centies in nocte ante Deū genua fleſtebat. ¶ Tertio, quod filius Dei a deo diligenter nos uoluit instruere ad orandum. Vix enim est aliquod opus ad quod ita diligenter instruxe-

rit. Ipse enim docuit quid orandum, & ubi, & quando, & quomodo orandum, & quo fine, & qua necessitate, ut in sequentibus patere poterit. Noluī nos negligenter addicere, quod a deo uoluit diligenter docere. Verecundum est discipulis Christi ignorare quod magister eorum diligentissimē docuit. Item uerecundum est eis raro facere, quod magister eorum tantum frequētauit. ¶ Quarto, dignitas angelorum orationes nostras Deo offerentium. Tob. 12. dixit angelus Tobie: Quando orabas cum lacrymis, & sepe liebas motuos: ego obtuli orationem tuā Domino. Non debet homini esse onerosum xeniū illud Deo mittere, quod angelus non dedignatur ei deferre: imō quod plus est, ipse Christus qui in quantum homo est, summus sacerdos, illud offert Deo patri. Quod figuratur in hoc, q̄ diaconus thuribulum tradit sacerdoti, & sacerdos thurificat Deo. Sic Christus orationes ecclesie Deo patri presentat, quæ presentatio multum facit eas ualere. Quomodo enim à Deo contemneretur quod à tanto mediatore ei presentatur? ¶ Quinto, præcimentia quam oratio habet respectu aliorum operum. Oratio præmium respectu lectionis. Iſidorus: Orationibus mundamur, lectionibus instrumur, utrunque bonum est, si liceat: si non liceat, melius est orare quā legere. Item præcimentia

nentia quam uidetur habere respectu ieiunii & eleemosynæ. Primo in hoc, quod oratio est respectu eius quod supra nos est, scilicet respectu Dei: eleemosyna uero & ieiunium respectu eius quod iuxta nos uel infra nos. Vnde quum oratio ad digniorem ordinem, in hoc uidetur esse dignior. Præterea ieiunium & eleemosyna uidentur seruire orationi. Sunt enim uelut duæ alæ de quibus dicit Isidorus: Qui uult orationem suam uolare ad Deum, faciat illi duas alas, ieiunium & eleemosynam. Tob. 12. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Oratio columba est, auis scilicet Spiritus sancti quæ ramum oliuæ apporiat, dum pacem hominibus impetrat. Ideo dicimus esse auem Spiritus sancti: quia deuota oratio à Spiritu sancto est. Roman. 8. Spiritus sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Bernard. Tepida est omnis oratio, nisi eam præcedat inspiratio. ¶ Sexto, facilitas huius operis. Si dicatur alicui, quod det eleemosynam, potest excusare se, quum non semper habeat homo argentum in bursa. Si dicatur ei quod ieiunet, potest excusare se, quum multi propter debilitatem capitis ieiunare non possint. Sed ab oratione nullus potest excusare se. Quilibet enim potest habere orationem saltem mentalem, etiã si sit mutus. Vnde Psal. Apud me oratio. Et super illud, Iustus au-

tem miseretur, &c. dicit Gloss. Semper est aliquid in isto, quod saltem orationem. Chrysol. Solam orationem quasi spirituale tributum anima offert de suis uisceribus. ¶ Septimo, quod opus hoc est honorabile. Multa sunt officia, quæ aliquibus cederent ad dedecus: sicut arare, uel fodere: sed orare Deum, nulli quantumcunque nobili cedit ad dedecus: quia quum oramus, ipsi cum Domino loquimur, quod sine dubio magnus honor est. Isidor. Qui uult cum Deo esse, frequenter oret & legat: nam quum oramus, ipsi cum Deo loquimur: quum uero legimus, Deus nobiscum loquitur. ¶ Octauo, quod officium istud ualde lucrosum est. Quod primo potest ostendi ex hoc, quod nihil est ad quod oratio ualere non possit. Vnde 2. Paralip. 20. Quum ignoramus quid agere debeamus, hoc solium habemus residui, ut oculos ad te dirigamus, hoc est officium quo potest homo lucrari omni tempore, in hyeme, & in æstate, in sereno & in pluuiali tempore, de die & de nocte, festiuis diebus & ferialibus, in infirmitate & sanitate, in iuuentute & senectute, stando & eundo, in domo & extra domum. Quandoque una hora plus lucratur homo orando, quam ualeat cõparari: quia modica oratione deuota acquirit homo regnum celorum. ¶ Nono, orandi necessitas, quam in presenti habemus. Tri-

solent

solent esse occasio clamandi hominibus: signis aqua, hostes. Bernardus, Hæc tria quasi singulis diebus incitare debent nos, ut ad Deum in oratione clamemus. Vix enim est dies in quo domus conscientiæ nostræ non succendantur igne infernali: scilicet igne concupiscentiæ prauæ. Vnde de necesse habemus clamare ad aquam diuinæ gratiæ, & ad aquam lacrymarum recurrere. Ignis iste aliquando ex una parte extinguitur, & ex alia parte accenditur. Ex ipsa enim aqua lacrymarum unde debuit extingui, quandoque uires sumit: ut quum aliquis uanè gloriatur de hoc quod peccata sua plorat. Item uix est dies in quo homo non sentiat fluctus malarum cogitationum super caput cordis sui, ut necesse habeamus frequenter clamare illud Matthæi 8. Domine, salua nos, perimus. Item uix est dies in quo hostes suos non uideat ad portas castri sui: ut quum uerba mala in ore habet, uel fatuam mulierem aspicit. Oratio multum competit loco in quo sumus. Sumus enim in ualle misericordiæ: ideo necesse habemus ad dei misericordiam frequenter orando clamare. Pugnam habemus cum eo de quo scriptum est Iob 41. Non est potestas in terra quæ ei ualeat cõparari. Ideo necessario habemus frequenter auxilium Dei inuocare. In futuro cessabit hæc pugna: ideo non erit tibi oratio necessaria. Augu-

stinus de orando Deo: In uita æterna non erit ulla tentatio, itaque nec oratio: non enim erit tibi boni promissi expectatio, sed redditi contemplatio. ¶ Decimo, commendabilis est oratio à multiplici suo effectu. Notandum ergo quod oratio infirmitatem corporis sanat. Ecclesia. 38. Fili in tua infirmitate ne despecies te ipsum: sed ora ad Dominum, & curabit te. Iacob. ultim. Oratio fidei sanabit infirmum. Item uitam prolongat. Esaiæ 38. Audiui orationem tuam, & uidi lacrymas tuas: ecce ego abiciam super dies tuos quinquaginta annos. Item ab opprobrio liberat, ut Saram filiam Ragueelis. Tobie 3. Liberat etiam à mortis periculo, ut Sufaniam. Danielis 12. Item à principe iniquo. Baruch 4. Clamate ad Dominum, & eripiet uos de manu principum inimicorum. Actuum 12. Liberatur Petrus de carcere, ecclesia sine intermissione orante pro eo. Item Ionas orans, de uentre ceti liberatus est. Ionæ 2. Item oratio sanat morbos spirituales. Iacob. ultim. Infirmatur quis in uobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent, &c. & si in peccatis sit, dimittentur ei. Hieronym. Ieiunio sanantur pestes corporis, oratione pestes mentis. Item oratio etiam in bello corporali triumphat. Exod. 17. Quum leuaret manus Moyses, uincebat Israel. Iudic. 4. Memores estote Moyfi serui Dei, qui Amalech

F s non

(non ferro pugnando, sed precibus sanctis) deiecit. Gloss. super Numer. Plus ualet unus sanctus orando, quam innumeri peccatores praediando. Oratio sancti caelum penetrat: quomodo hostes in terris non uincat? Plus uetula una acquirit de caelo una hora orando, quam mille milites armati acquirunt de terra longo tempore praediando. Item de hostibus spiritualibus Iſidorus: Hoc est remedium eius qui uitiorum tentamentis aestuat, ut quoties quolibet tangitur uitio, toties se ad orationem subdat: quia frequens oratio uitiorum impugnationem extinguit. Dicebat magnus cantor Parisiensis: Qui moleſtatur luxuria, uel huiusmodi, certum numerum genuflectionum cum litanis sibi conſtituat. Item oratio demones fugat. Matthæi 17. & Marc. 9. Hoc genus dæmoniorum non eicitur, nisi per ieiunium, & orationem. Item dæmones cruciat. Vnde clamabat quidam dæmonio plenus, Bartholomæe apostole Dei, incendunt me orationes tuæ. Item oratio hominem illuminat. Vnde super illud Actuum 10. Erat Petrus in Ioppe orans, dicit Augustin. Oratione melius soluentur dubia, quam inquisitione alia. Item ad amorem Dei inflammat. Vnde 4. Reg. 1. Descendit ignis de caelo ad orationem Eliæ. Item mundat. Iſidorus: Orationibus munda-

mur. Item confortat. Ltic. 22. Positis genibus orabat dicens, Pater &c. Et subditur: Apparuit autem illi angelus de caelo, confortans eum. Bernard. ad fratres de mōte Dei: Amorem Dei oratio illuminat & confortat. Maxime consolationes ab amicis Dei in orationem recipiuntur. Eccl. 15. Qui adorat Deum in obsecratione, suscipietur. Luc. 9. Ascendit Iesus in montem, ut oraret: & facta est, dum oraret, species uultus eius altera, & uestitus illius albus refulgens. Item oratio etiam ad tranquillitatem ualet. 1. Timot. 1. Obscuro primum omnium fieri obsecrationes, &c. ut quietem & tranquillam uitam agamus. Iob 8. Si diluculo surrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus, statim euigilabit ad te, & paratum reddet habitaculum tuum. Nec solum oratio operatur in terra, sed etiam in caelo. Augustin. Magna uirtus orationis, quæ effusa in terra operatur in caelo. Ipsa etiam caelum claudit, ut patet in oratione Eliæ, 3. Reg. 18. lac. ulti. Multum ualet deprecatio iusti assidua. Elias, homo erat similitis uobis, passibilis, & oratione orauit &c. Oratio etiam Dei mitigat. Vnde super illud Tob. 3. ubi ducitur, quod tribus diebus & tribus noctibus non manducauit neque bibit: sed in oratione persistens cum lacrymis depre-

deprecatur Deum, dicit Gloss. Oratio Deum lenit, lacryma cogit: hæc ungit, illa pungit. Oratio uelut quoddam scutum ab ira Dei protegit. Vnde Sapientia capiti. 18. Propterans homo sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ scutum orationis, & per incensum deprecationis allegans, restitit iræ. Oratio quodammodo tenet Deum, & habet in potestate sua. Exod. 32. Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos. Gregorius: Quid est dicere seruo, Dimitte me: nisi deprecandi ausum præbere? quasi diceret, Penſa quantum ad me ualeas, & cognosce quia obtinere poteris quicquid pro populo oras. Esaiæ 44. Non est qui inuocet nomen tuum, qui cõsurgat & teneat te. Ieremias 7. Noli orare pro populo hoc, & ne assumes pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas mihi. Item oratio celeſtẽ curiam quasi quadam redolentia delectat. Apoc. 5. Habebant phylas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Oratione sancti impetrat apud Deum quod uolunt, secundum promissiones à Christo factas. Matt. 18. Si duo ex uobis conſenſerint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo. Eiusdem 21. Omnia quaecumque petieritis in oratione credentes, accipietis. Et Luc. 11. Petite, & dabitur uobis, &c. Item Io. 16. Petite, & accipietis.

De preparatione Orationis.
CAP. IIII.

AD preparationem orationis monemur Ecclesiæ. 18. Ante orationem prepara animam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum. Orans tunc Deum tentare uidetur, quum illud pro quo orat, nec impetrare desiderat, nec se accepturum sperat. Preparatio multum ualet ad hoc ut oratio exaudiatur. Psal. Preparationem cordis eorum adiuuat a uis tua. Huius preparationis figura est, preparatio quam facit sacerdos celebraturus induendo se sacris uestibus. Item hanc preparationem nobis commendat templi edificatio, & ornatus ipsius. Prius ædificauit Salomon templum, deinde ad Deum orauit. 3. Reg. 8. ¶ Et notandum quod duplex est preparatio ad orandum: quædam propinqua, quædam remota. Ad remotam preparationem pertinet, primo quod homo bene uiuat. Gregorius super Iob: Sunt nonnulli intra ecclesiam, qui prolixas ad Deum preces habent, sed uitam deprecantium non habent. Item in Dia logo: Quid mirum si postulantes tardè à Domino exaudimur, qui præcipientem Dominum tardè aut etiam nullo modo audimus? Idem in Moralibus: Clamorem angustia tempore Dominus non audit, quia tranquillitatis tempore in præceptis suis ipse clamantem dominum non audiuit. Iſid. Non potest habere precum certam fiducia, qui adhuc in præceptis Dei

Dei pigritat, & quem peccandi recordatio delectat. Quia preceptis Dei aueritur, quod in oratione postulat non meretur: nec impetrat ab illo bonū quod poscit, cuius legi non obedit. Idem: Si id quod Deus præcepit facimus, id quod petimus sine dubio obtinemus. 1. Io. 3. Si cor nostrum nõ reprehenderit nos, fiduciã habemus ad Deũ, quicquid petierimus accipiemus ab eo, quoniã mãdata eius custodimus. Aug. in lib. de opere monach. Citius exauditur una obedientis oratio, quã decem millia contẽptoris. Psal. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorũ. secundũ Isido. necessarium est ut oratione operatio, & opere succiatur oratio. Moysès oratione pugnans cõtra Amalech, manus habebat ad Deum leuatas. Exod. 17. Thren. 3. Leuemus corda nostra cũ manibus ad Dominũ. Isidor. Cor tuũ manibus leuat, qui orationẽ cum opere subleuat. In Psal. Eleuatio manuum mearum sacrificiũ uestertinũ. Quod sacrificium erat dignius. 1. Timothei 2. Volo uiros orare in omni loco, leuantes puras manus. Item ad præparationẽ remotam specialiter uidetur pertinere ieiunium & eleemosyna, quæ specialiter iuuat orationẽ. Vnde cũ thure, in quo significatur orationis deuotio, offerunt Magi aurum, in quo significatur eleemosyna: & myrrham, in qua significatur carnis maceratio, quæ

est per ieiunium. Matthæi 2. Hæ sunt duæ animæ orationis, de quibus loquitur Isidor. Tob. 12. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Qui ieiunio corpus suum macerat, dum miseriam assumit, Dei misericordiã prouocat, & sic orationem iuuat. Daniel. 9. Postui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare & deprecari in ieiunio, sacco & cinere. Qui uerò eleemosynam dat, dum misericordiam proximo exiit, Deum sibi misericordem inuitat. Matt. 5. Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiã consequentur. Esa. 58. Frange esurienti panem tuum, &c. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet clamabam, & dicit. Ecce adsum, quia misericors sum Dominus Deus tuus. Qui uult aliquid ab aliquo impetrare, præmittit misericordiam ut facilius impetret. Ecclesiast. 39. Cõclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc exorabit pro te. ¶ Item ad præparationẽ remotam uidetur pertinere confessio homini facta. Iaco. ultim. Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate, &c. Et sacerdos celebraturus missam facit generalem confessionem. ¶ Ad propinquam uerò præparationẽ, Primò uidetur pertinere reuocatio cordis ab exterioribus ad interiora cõ retentione eius. Matt. 6. Tu autem quum oraueris, intra in cubiculũ tuũ, & clauso ostio ora Patrem tuum, &c. Ingressus in cubiculum, est cor-

dis

dis reuocatio. Clausio ostii, est cordis retentio. Fatuũ est Deum inuocare ut ad se ueniat, & gratia eleemosynam conferat, si homo eum non expectat. Bernard. Omnes nobis plangimus deesse gratiam: sed iustius ipsa gratia cõqueritur nonnullos deesse finibus. Idem: Sic pauperes cum multis clamoribus inuocatus fuerit distributor eleemosynarũ, diuerse uicula captant. Isido. Purgandus est primũ animus, atq; a temporaliũ rerum cogitationibus segregandus, ut pura acies cordis ad Deũ uerè & simpliciter dirigatur. Idem: Pura est oratio quã in suo tempore seculi nõ interueniunt curæ. Longe autẽ a Deo est animus qui in oratione cogitationibus seculi fuerit occupatus. ¶ Secundò, pertinet ad propinquam præparationẽ consideratio sui ipsius. Bernar. ad fratres de monte Dei: Debemus nosmetipsos corã Deo cõstituere, quasi facie ad faciẽ, & in lumine eius prospicere tribulationem de nobis nobis uenientem. Isidor. Quum Deo assistimus, gemere & flere debemus, reminiscentes quã graua sunt quæ commissimus, quã dura inferni supplicia quæ timeamus. Dicebat quidã, quod latrones & tyranni docuerant eum orare. Latro attẽdens quid fecit, & quod tormentũ sibi preparatum sit, inter hæc duo cum multis lachrymis misericordiam petit. Tyranni uerò ea quæ sunt miserabilia in eis impro-

bissimè ostendunt, & quæ sana sunt abscondunt, ut magnitudò misericordiæ ad misericordiam excitet. 3. Reg. 8. Si quis cognouerit plagam cordis sui, & extenderit manus suas in domo hæc, tu exaudies in celo. Ex cõsideratione peccatorũ prouenit luctus, qui multum ualet in oratione, ut inferius ostendetur. Isido. Peccatorũ recordatio merorẽ gignit: luctus uerò mitem puriorẽ reddit; quod sic ualet ad hoc ut oratio exaudiatur. Aug. Mũda tantum cubiculum cordis, intus est qui exaudiet. Et super illud Psal. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus, dicit gl. Puritas orationis auditur. Libanus Hebræa lingua candor interpretatur. Lingua uerò Græca thus. Cãdor enim puritatis, & deuotio orationis quæ in thure designatur, cõgruè sibi iungunt. Item ex cõsideratione peccatorũ humilitas prouenit, quæ multũ iuuat orationẽ. Eccle. 35. Oratio humiliãtis se, nubes penetrabit. Item consideratio status periculosi multum ualet ad augmentum desiderii. Magnitudo uerò desiderii multum iuuat orationẽ ad hoc ut exaudiatur: ut inferius patebit. ¶ Tertio, pertinet ad præparationem propinquã, ut attendatur ad eum cui sacrificiũ orationis offert. In Psal. Vacate & uidete, quoniam ego sum Deus. Multũ deberet nos reddere attentos in oratione hoc, quod cũ Domino maiestatis loquimur.

Gen.

Gen. 18. dicit Abraham: Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis. Bern. loquens de proficiente: Admonendus est, inquit quanta potest puritate cordis intendere in eum, cui sacrificium orationis offert, seipsum intendere qui offert, intelligere quid offert. Quantum enim uidet uel intelligit illi cui offert, tantum est ei in affectum. Sicut secundum ligna syluæ exardescit ignis. Eccle. 2. 8. Sic secundum diuersas meditationes de Deo, sequuntur diuersæ affectiones. Meditatione insistenti diuinæ sequitur affectio timoris: meditationem misericordiarum, affectio spei: meditatio ueritatis pietatis omnium uidentis, affectio erubescens: meditationem bonitatis uel beneficentiae, affectio gratitudinis uel amoris: meditatione suauitatis diuinæ, affectio quæ potest dici sancta esurietas. Secundum uero affectum mentis sequitur affectus orationis. Augustinus de oratio Deo, ad Probam: Dignior, inquit, sequetur effectus quæ seruetior præcedit affectus. Affectio spei specialiter ualeat ad impetrandum. Bern. Quatenus in bonis Domini pedem inducias porrexeris, eatenus possidebis. Idem: Nihil omnipotentiam uerbi clariorem reddit, quam quod omnipotentes facit omnes qui in se sperant. Denique omnia possibilia sunt credenti. Voluit Christus orantes specialiter attendere, quod Deus pater, Deus deorum est, ut fiduciam haberent

impetrandi quod peterent. Naturale enim dinoscitur esse patris, filii utilia prouidere. Unde cum dixissent discipuli ei: Domine, doce nos orare: Respondit, Cum oratis, dicite: Pater noster. Lu. 11. Et in eodem: Si uos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis uestris: quanto magis Pater uester celestis, dabit spiritum bonum petentibus se: Et Iob 16. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis.

De impedimentis Orationis.

C A P. V.

Dixit abbas Euagrius: Magnū est quidē sine impedimento orare, manus etiā est psallere sine impedimento. Dicebat abbas Agathon: Nulli labore tantum esse in religione, quantum orare Deū; Diabolus enim nulli opus tantum conatur interrumpere, quantum orationem deuotā. Aliud enim opus quousque perficiatur habet aliquam requiem, oratio autem nullam. Et possunt enumerari duodecim impedimenta orationis. ¶ Primum est, peccati orantis. Esa. 1. Quum multiplicaueritis orationes uestras, non exaudiam: manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. In Psal. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. Esa. 59. Peccata uestra absconderunt faciem eius ad uobis ne exaudiret. Ierem. 5. Peccata uestra prohibuerunt bonum ad uobis. Thren. 3. Nos iniquæ egimus, & ad iracundiam prouocauimus: idcirco in exorab-

bulis

bulis es. In eodem: Opposisti tibi nubem, ne transiret oratio. Io. 9. Scimus quia Deus peccatores non audit, &c. ¶ Secundum est orantis dubietas. Iac. 1. Postulet de hesitanti: Non aestimet homo ille, quod accipiat aliquid a Domino. Bernard. Indignus celesti benedictione esse conuincitur, qui Deum dubio querit affectu. ¶ Tertium est, quod non petitur quod petendum est: quia scilicet uile est quod petitur uel non expediens petenti. Io. 16. Uique modo non petistis quicquam in nomine meo. Gio. quod aliquid sit comparatione rei permanentis. Matt. 10. Nescitis quid petentibus honorem. Et Paulo petenti amotionem stimuli quæ sibi non expediebat, dictum est: Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficitur. Ideo frequenter ecclesia non exaudietur petendo amotionem tribulationum. Esa. 26. Misereamur impio, & non discet facere iustitiam. Iac. 4. Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis. Isidor. Multi orantes non exaudietur: prouidet enim Deus illis meliorem quam petunt. Sicut contingere solet paruulis, qui ne in scholis uapulent, Deum exorant: sed non datur illis postulationis effectus, quia impedit talis exauditio ad profectum. ¶ Quartum est, indignitas eius pro quo oratur. Ierem. 7. & 11. Noli orare pro populo

isto, neque assumes pro eis laudem & orationem: quia non exaudiam. Eiusdem 15. Si itererint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. ¶ In Vitis patrum quidam frater perturbatione molestiam a spiritu fornicationis, & abiit sepe ad seniorē ut pro se oraret. Cūque frequēs oratio senioris eum non iunaret, Dominus nocte seniori ostendit negligentiam fratris esse in causa quare non exaudiretur. Vidit enim senior monachum sedentem, & spiritum fornicationis in diuersis formis mulierum ludentem apud ipsum, & ipsum cum eis delectari. Vidit etiam angelum Domini astantem & indignantem grauiter contra eundem fratrem, quia non surgebat nec prosternebat se in orationibus ante Deum, sed magis delectabatur in cogitationibus suis: cognouit ergo senior culpam fratris esse quod ipse non exaudiebatur pro eo, & dixit fratri: Impossibile est discedere a te spiritu fornicationis, alius pro te orantibus, nisi tu ipse laborem assumes in ieiuniis & orationibus, & uigiliis, rogās Dominum cum gemitu. Audies frater uerba senioris, compunctus est corde, & per afflictionem corporis meruit misericordiam. ¶ Quintum est, cogitationum malarum multitudo. Eccle. 10. Multæ morientes perdunt suauitatem unguenti. Genes. 15. Abiebat Abraham uolucres a sacrificio. 1. Machab. 2. Templum eius sicut

sicut homo ignobilis, Templum spirituale est ut homo ignobilis, cum immundis cogitationibus occupatur. ¶ Sextum est, contempus diuinæ legis. Prouerb. 28. Qui declinat aurem suam ne audiatur legem, eius oratio erit execrabilis. Prou. 1. Inuocabunt me, & non exaudiam, &c. eo quod exsam habuerunt disciplinam. ¶ Septimum est, durities. Quæ duplex est: quædam in pauperes, de qua Prouerb. 21. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit ipse, & non exaudietur. Alia est ad eos qui offenderunt, quum aliquis non uult eis remittere. Eccles. 28. Relinque proximo tuo nocentem: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. In eodem: Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam. Marc. 11. Cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, & Pater uester qui in celis est, dimittet uobis peccata uestra. Quod si non dimiseritis, nec Pater uester celestis dimittet uobis peccata uestra. ¶ Octauum est, peccati additio, Ecclesia. 34. Vnus oratis, & unus maledicens: cuius uocem exaudiet Dominus? Opus malum orationi additum est quasi quædam maledictio uel mali imprecatio, quæ orationi aduersatur. Qui peccatum addidit, quasi elongat se à Deo: & ideo difficilius à Deo exauditur. Psal. Qui elongant se à Deo, peribunt. Item: Prolongauerunt iniquitatem suam. Ecl. 55. Inuocate eum

dum prope est. Jacob 4. Appropinquate Domino, & appropinquabit uobis. Deo appropinquat, qui à malo opere cessat. De hoc impedimento & præcedenti, tangit Isidorus, dicens: Duobus modis oratio impeditur ne impetrare quicquam ualeat postulata: hoc est, si aut quisque adhuc mala committit, aut si delinquenti sibi debita non dimittit. Idem: Sicut nulli proficit in uulnere medicamentum: si adhuc ferum in eo sit: ita nihil proficit oratio illius, cuius adhuc dolor in mente uel odii manet in peccatore. ¶ Nonum est, diaboli suggestio, quæ multos ab oratione retrahit. Vnde Greg. in dialogo. In quadam abbatiâ Pompeiani abbatibus, quidam monachus non poterat stare in oratorio in oratione, sed semper exiit, qui sepe correptus noluit se emendare. Sed cum quadam die beatus Benedictus uenisset ad eum corripientem, uidit quendam nigrum puerulum tenentem eum per simbram uestimenti. Cumque orassent perbiduum Benedictus, Pöpeianus & Maurus, illi tres uiderunt puerulum illum, & beatus Benedictus monachum uerberare corripuit, & dæmon recessit, ac si ipse esset uerberatus. ¶ Decimum est, prauitas desiderii. August. Seruatihi Deus quod non uult tibi condare, ut discas magna magnè desiderare. Greg. in Moralibus: Aeternam uitam si ore petimus, nec tamen corde desideramus cla-

mantur

mantes tacemus. Psal. Tacui dum clamare tota die. ¶ Undecimum est, petentis impatientia. 1. Reg. 28. Consultuit Saul dominum, qui non respondit ei. Ex sequitur: Dirixitque Saul: Quærite mulierem habentem pythone. Iudith 9. Humili & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. ¶ Duodecimum est defectus perseverantiæ in orando. Luc. 11. Si perseverauerit pulsans, &c. Psal. Benedictus Deus, qui non amouit, &c. Aug. Si non est amota oratio, securus esto, quæ nec misericordia.

Quando sit orandum. CAP. VI.

TEmpus orandi Dominus determinat. Luc. 18. dicens: Oportet semper orare, & non deficere. Et eiusdem 21. Vigilate, inquit, omni tempore, &c. Non debet miles Christi scutum orationis mouere dum bellum durat. Bellum autem durat, quum durat uita præsens: militia enim est uita hominis super terram. Iob. 7. Sap. 18. Homo sine querela proferens suam seruitutis scutum orationem, resistit iræ. 1. Thess. 5. Sine intermissione orate. Pericula nunquam desunt, ideo continue indigemus Dei adiutorio. Nunquam desit miseria, ideo continue indigemus Dei misericordia. Ideo si fieri posset, semper esset orandum. Sed quia alia negotia hoc non permittunt, præmittenda est oratio operibus nostris, & etiam intermiscenda. Hieronymus ad Paulam: In principio cuiuslibet operis præmitte

dominicum orationem, & signum crucis in fronte. Idem: Sicut militem sine armis ad bellum exire non conuenit: ita homini Christiano procedere non licet quolibet sine oratione. Bernar. Hauriendus est, saepe lectionis serie affectus, & formata oratio quæ lectionem interrumpat. Hieron. Orationi lectio, lectioni succedat oratio. Breue uidebitur tempus, quod tantis operum uarietatibus occupatur. Oratio & gratiarum actio deberet magnam partem uitæ nostræ occupare. Oratio opera nostra deberet præcedere, gratiarum actio sequi. Cum uidemus mala uel in nobis, uel in aliis, orandum esset. Cum uidemus bona in nobis, uel in aliis gratiarum actio esset instandum. 1. Thess. 5. Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Bern. ad fratres de monte Dei: Caritas tot modis in oratione, uel gratiarum actione in Deum se iugiter refundit, quot in suis, uel necessitatibus, uel consolationibus, in proximi etiam, uel compassionibus, uel congratulationibus causales in hoc materias inuenit pius affectus. Orationi uero præcipue intendendum est, uel cum maior est necessitas, uel maior temporis opportunitas. Maior necessitas orandi est, ut cum aliquam gratiam à Deo recepimus. Tunc enim instandum est apud eum, qui dedit eam, ut nobis cõseruet: quia ut ait Greg. citò bonum amittitur, nisi à largiente

G gente

Matth. 22. Dicit Gloss. Ingressus urbem primò templū adit, dans formam religionis, ut quocunq; imus, domū orationis, si ibi est, primum adeamus, & per orationes Deo commendati ad agenda negotia secedamus. Item locus idoneus ad orādum est templum spirituale, scilicet cor mundum & purum. Cor carnale uel malignū, stabulum, uel spelunca latronū potius esse uidetur, quàm templū. 1. ad Cor. 3. Templum Dei sanctum est, quod estis uos. Psal. Domum tuā decet sanctitudo. 3. Regū 6. Nihil erat in templo quod non auro tegeretur. 1. ad Corint. 3. Nescitis quia templū Dei estis, & Spiritus Dei habitat in uobis. Ioan. 4. Spiritus est Deus: & eos qui adorāt eū, in spiritu, & ueritate oportet adorare. 1. ad Corint. 14. Orabo spiritu, orabo & mente.

Quo modo sit orandum.

CAP. VIII.

A Tente orādum est. Vnde super illud 1. Pet. ulti. Vigilate in orationibus. dicit Gloss. Nō animus cogitet aliquid præter id solum quod precatur. In discretè orare uidetur, qui Deū precatur, ut ei intendat: ipse uerò nec sibi, nec Deo intendit, sed quod deterius est, immunda in corde uersando factorem horribilem aspectu Dei ingerit. Reuocare debet cor suum, qui uult orare. 1. Reg. 7. ait Dauid: Inuenit seruus tuus cor suū, ut oraret te. Potius orādū est corde, quàm

ore. 1. Regū 1. Anna loquebatur in corde suo, & uox illius penitus nō audiebatur. Mat. 6. Orantes autem nolite multum loqui, Aug. Diu orare cū uacat, nō est improbū neque inutile: neque enim hoc est orare in multiloquio, si diutius oratur: aliud est sermo multus, aliud diurnus affectus. Nam & de ipso domino scriptum est, quod pernoctauerit in oratione. Luc. 6. Absit ab oratione multa locutio, sed non desit multa precatio, si seruens perseverat intentio. Nam multū loqui in orādo, est rem necessariā superfluis agere uerbis. Multum autē precari est ad Deū quē precamur diuturna, & pia cordis excitatione pulsare: q̄ plerūque plus gemitibus, quàm sermonibus agitur. Item orandū est cum magnitudine desiderii. Deut. 4. Cū quaesieris dominum Deum tuum, inuenies eum: si tamē toto corde quaesieris. Ierem. 19. Cū quaesieritis me in toto corde uestro, inueniar à uobis. Magnitudo desiderii clamor est quem Deus exaudit. De quo clamore, Exo. 14. Quid clamas ad me: dicit dominus ad Moysen. Et Daniel. 13. Exclamauit uoce magna Susanna. Dilatio desiderii est quasi preparatio cordis, ut sit ea pax eius quod petitur. Aug. Cur petere, quaerere, pulsare nos compellit, qui nouit quid nobis sit necessariū priusquam petamus: nisi quia uoluit exerceri nostrū desiderium in orationibus, quo possim

possimus capere, quod præparat dare: Item Aug. Si aliquando dominus tardius dat, cōmendat dona, non negat. Diu desiderata dulcius obtinentur: cito autem data uilesunt. Seruat tibi Deus, quod nō uult citò dare, ut tu discas magna magnè desiderare. Item orandū est cum gemitu, & lacrymis. Exod. 2. Audiuit gemitum eorum. 1. Reg. 1. Cū esset Anna amaro animo, orauit ad dominum flens largiter. In Psal. Auribus percipe lacrymas meas. Gl. Quæ lacrymæ uiolentæ sunt in precibus. Eccl. 35. Non despicies preces pupilli, nec uiduam si effundat loquelam gemitus. Et eodem subditur de lacrymis uiduæ: A maxilla usque ad cælum ascendit. Esa. 37. Audiui orationem tuam, & uidi lacrymas tuas. Osee 12. dicitur de Iacob luctante cum angelo: Fleuit & rogauit eum. Et Iudith 8. Indulgentiā illius fuis lacrymis postulemus. Heb. 1. Preces supplicationesque cum clamore ualido, & lacrymis offerēs, exauditus est pro sua reuerentia. ¶ Item orandū est humiliter. Psal. Respexit in orationem humiliū, & nō spreuit preces eorū. Eccl. 35. Oratio humiliū se, nubes penetrabit. Iudith 9. Humiliū & mansuetorū semper tibi placuit deprecatio. Humilitate obtinuit Chananaea à Christo quod uoluit, catello se comparas, cū Christus eam cani comparasset. Mat. 15. & Marc. 7. habetur quòd Christus ei dixit

rit, Propter hunc sermonē uade, exiit dæmoniū de filia tua. Mat. 8. Post illud uerbū humile Ceterionis, Domine, nō sum dignus, ut intres sub tectū meū: dictū est ei à Christo, Sicut credidisti, fiat tibi. Et Luc. 15. Postquā filius prodigus dixit, Non sum dignus uocari filius tuus: pater accurrēs cecidit super collū eius. ¶ Itē orandum est confidenter sicut orabat Dauid: Miserere, inquit, mei, quoniā in te cōfidit anima mea. Item orandū est perseveranter: ut ostēdit dominus Luc. 11. exemplo amici qui panes necessarios accommodauit, improbitate amici deprecāti deuictus. Et exemplo iudicis iniqui Deū nō timentis, & homines nō reuerētis, qui improbitate uiduæ uictus, uindictā fecit ei de aduersario ipsius. Lucā 8. Apostoli perseverando in oratione, Spiritum sanctum accipere meruerunt. Act. 1.

Quid in oratione sit petendum.

CAP. IX.

IN oratione petēda sunt, gloria & gratia: siue regnū & iustitia regni. Mat. 5. Primū quaerite regnū Dei, & iustitiā eius, & hæc omnia adicientur uobis. Non monet dominus, ut temporalia quaerātur. ¶ Primò, quia nō sunt digna peti. Bona infima sunt, & incuruantur, qui amant, & quaerūt ea. Quæ incuruatio demonibus placet. Esa. 51. Incuruare, ut transeamus. Bern. Noli acquiescere dicēti, Incuruare, ut transeamus: nō enim est transirus,

sedte graniter oppressurus. In Psal. Miser factus sum, & curuatus sum usq; in finem. ad Coloss. 3. Quæ sursum sunt querite, non quæ super terrâ. ¶ Secundo quia temporalia debentur his qui habent iustitiam regni. Iustitia enim regni filios facit. Filiis uerò debetur prouiso. Vnde super illud, Et hæc omnia adiicienter uobis, dicit gloss. Quia omnia sunt filiorum, & ideo hæc omnia adiicienter etiam non querentibus, quibus si subtrahuntur, ad probationem est, si dantur ad gratiarum actionem. ¶ Tertio, quia nescit homo utrum sibi expediat temporalia habere, cum ut frequentius possessioribus suis noceant. Pro uerbiorum 1. Usquequo stulti ea quæ sunt noxia cupiunt. Et super illud 2. ad Corin. 13. Virtus in infirmitate perficitur. Dicit gl. Aug. Cum ea quæ Deus laudat & promittit petitis, ab illo securi petite: illa enim propitio Deo conceduntur. Quando autem petitis temporalia, cum modo petite, & cum timore illi committite: ut si profint, det: si scit obesse, nõ det. Quid enim obfit uel profit medicus nouit, non egrotus. Item notandum, quod super illud Matt. 26. Et orauit tertio eundem sermonem dicens. tangit glo. tria à nobis petenda. Tribus uicibus, inquit, orauit, ut & nos à præteritis peccatis ueniam, à præsentibus malis tutelam, & à futuris periculis cautelam oremus. De prima Ecclesia. 38. Fili, in infirmitate

te tua ne despicias teipsum: sed ora dominum, & ipse curabitte. De secundo, Matthæi 26. Vigilate & orate ut non intretis in tentationem. De tertio, Lucæ 3. Vigilate in omni tempore, orantes ut digni habeamini fugere quæ uentura sunt. Item notandū quod in oratione petere possumus ut Deus custodiat nos ab occasione peccandi. Exemplo Salomonis dicens Pro uerb. 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, sed tribue tantum uicium meo necessaria, ne fortè illiciar ad negandum, & dicam, Quis est dominus? aut egestate cõpulsus fuerer, & periurem nomen domini mei. Item possumus in oratione petere id quod dat nobis occasionem salutis: ut eos qui nos rectè instruant, secundum admonitionem Christi. Matth. 9. Rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

De speciebus Orationis. CAP. X.
Ratio potest diuidi in orationem fructuosam & infructuosam. Fructuosa oratio multas habet species. Quædam enim fit nerecundo, & humili affectu. Qualis fuit oratio publicani, qui non audebat oculos suos in cælum leuare. Lucæ 18. Item talis fuit oratio filii prodigi, qui ait ad patrem suum: Pater peccavi in cælum & coram te, iam non sum dignus uocari filius tuus. Luc. 15. Verecundia multum placet Deo in poenitente, sicut impudentia displicet ei in peccatore. Ber.

Quan

Quantum displicet Deo impudentia peccatoris, tantum placet euerubescencia poenitentis. Similiter humilitas orantis multum placet ei. Bernard. Citius placas Deum, si mensuram tuam seruaueris, & altiora te ne quaerieris. Quædam oratio fit in puro affectu. sic orauit Susanna. Dan. 13. dicens: Domine Deus, tu scis quia hæcisti malitiosè composuerunt aduersum me. ¶ Alia species orationis fit lato affectu. Sic orauit Moyses Exod. 32. dicens: Aut mitte eishanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Alia oratio fit grato affectu. Si monet Apostolus orare ad Col. 4. Orationi instantes, uigilantes in ea gratiarum actione. Oratio infructuosa similiter multas habet species. Quædam enim est simiatica, quæ solis labiis fit. De qua Matt. 15. Populus hic me labiis honorat: cor autè eorum longe est à me. Esa. 29. sic habetur: Appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me: cor autem eius longè est à me. Aug. Sicut uox sine modulatione quasi uox picarum: sic oratio sine deuotione quasi mugitus bouum. Idem Aug. Quid prodest strepitus labiorum, si mutum est cor? Qualis differentia inter paleam & granum, & inter simulam & fursur, & inter pellem animalis & ipsum animal: talis est differentia inter sonum uocalis orationis, & deuotionem cordis. Præui pastores pro animali so-

lam pellem reddunt: quibus similes sunt qui malè orant, tantum exteriorem sonum uocalis orationis habentes. ¶ Et notandum quod deuotio sic describitur: De uotio est teneritudo cordis, qua quis de facili in lacrymas resoluatur. Vel sic, Deuotio est feruor bonæ uoluntatis, quem mens cohibere non ualens certis manifestat indiciiis. Deuotio est medulla holocaustorum. Sine ipsa holocausta sunt arida. Psal. Holocausta medullata offeram tibi. ¶ Alia species infructuosæ orationis est oratio præter operam: qualis fuit oratio Eliæ, cum petiuit animæ suæ ut moreretur. 3. Reg. 19. ¶ Tertia species est salutis contraria. Qualis fuit oratio Pauli petentis à se stinulū amoueri. 2. ad Corin. 12. ¶ Quarta species est oratio præsumptuosa. Qualis fuit oratio filiorum Zebedæi, qui uolebant peruenire ad regnū, non per calicis potū: quibus dictū est, Nescitis quid petatis. Matt. 20. ¶ Quinta species est oratio ridiculosa. Qualis est oratio hypocritarū, qui elati de multitudi ne operū suorū, Deū quasi irridēt, dū manibus plenis elemosynā gratiæ ab eo petunt. Talis fuit oratio superbi Pharisæi, dicentis: Ieiuno bis in sabbato, de cimas do omnium quæ possideo. Luc. 18. Vacuas oportet esse manus hominis per humilitatē, ad hoc ut elemosyna gratiæ ei à Deo detur. Itē oratio hypocritarū ridiculosa est, qui manus ten-

G 4 dunt

dunt ad terram, cum elemofynam petūt ab eo qui est in cælis, terrenam enim mercedem querunt in operibus suis. ¶ Item potest diuidi oratio in postulationem & obsecrationem, & orationem strictè sumptam. Et sumitur hæc diuisio ex illo verbo. ad Timo. 2. Obsecro ergo primum orationes, postulationes, gratiarum actiones. Membra uerò ista notificat Bern. in epistola ad fratres de mōte Dei, his uerbis: Postulatio, inquit, est circa obtinenda tēporalia & necessaria uitæ huius, in qua Deus postulantis quidem approbans bonam uoluntatem, facit tamen quod ipse melius iudicat & dat libenter sequi postulantē. Ad postulationē pertinet petere tranquillitatem pacis, sanitatem corporis, tēperiem aëris. Obsecratio est in exercitiis spiritualibus anxia ad Deum instantia. Oratio est hominis Deo adhærentis affectio, & familiaris quædam & pia allocutio. Gratia rum actio est in intellectu & cognitione gratiæ Dei bonæ uoluntatis indehēns & interflexa intentio. In postulationibus, piè ac fideliter est orandum, sed non est illis pertinaciter inhærendum, quia nos nescimus, sed Pater noster qui est in cælis, quid in tēporalibus istis necesse est nobis. Obsecrationibus insistendū est, sed in omni humilitate & patientia, quia nō afferunt fructū nisi in patientia. Nonnunquam enim cum

celerius gratia non subuenit, fit obsecrātū cælum æneum, & terra sua ferrea. Et cum relicta sibi humanicordis duritia, ad uotū exaudiri nō meretur: anxietas desiderantis negari sibi existimat quicquid differtur. Cūq; sicut Chanaanæ illa præteriri se aut despicere gemiscit, quasi in immunditia carnis præterita sibi peccata imputari uel impropèriari imaginatur. Nonnūquā uerò sine labore petens accipit, quærens inuenit, & pulsanti aperitur, & consolationes ac suauitates orationis inuenire tandē meretur labor obsecrationis. Nonnūquam etiam puræ orationis affectus & bona illa affectionis suauitas non inuenitur, sed quasi inuenit eū nō petentem, & quasi nescientem gratia præuenit, & tanquā genus feruorum suscipitur in mensa filiorū, & rudis adhuc & insipiens animus in eum orandi assumit affectum, qui pro merito sanctitatis reddi solet meritis perfectorum. Quod cum fit, agitur ut uel in iudiciū suum negligendū, non liceat nescire quid negligat: uel ut prouocatio charitatis amorē in eo ultro se proferentis accēdat. In quo, proh dolor, multi falluntur: quia cum pane pascuntur filiorum, iam se filios esse arbitrantur: & deficientes unde proficere debebant, ex uisitante gratia euanescent à conscientia sua, se esse aliquid arbitantes, cum nihil sint. ¶ Item oratio sic potest diuidi. Est oratio quam aliquis

aliquis pro se ad Deum dirigit: & est oratio qua aliquis pro alio intercedit, quæ suffragium dicitur, quod suffragium humiliter petendum est, & maximè à sanctis qui iam beati sunt. Iob. 5. Ad aliquem sanctorum conuètere. Populus etiam humiliter debet suffragium petere à ministris ecclesiæ. Leuiti. 3. Rogante pro eis sacerdote, propitius erit eis Dominus. Item habetur eiusdem 5. & Num. 16. Deprecatus est Aaron pro populo, & plaga cessauit. Ministri etiam ecclesiæ suffragiū humiliter debent petere à populo, exēplo Pauli ad Rom. 15. Obsecro, inquit, uos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem Sancti spiritus, ut adiuuetis me in orationibus uestris pro me ad Deum. ¶ Item petendum est suffragiū ab his qui creduntur esse speciales Dei amici. Iob 42. Iob seruos meus orabit pro uobis: faciem eius suscipiam. Illi uerò qui in Christo decedit, dicendum est illud Genes. 40. Memento mei cum bene tibi fuerit. Libenter debet orare unus pro alio. Iac 5. Orate pro inuicem, ut saluemini. Et. I. Io. 5. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei &c. Multum etiam sperandū est de suffragiis sanctorum. ad Philip. 1. Scio quòd hoc mihi proueniet ad salutem per uestram orationem. Idem ad Philemonem: Spero per orationes uestras donari

me uobis. De commendatione, & expositione Dominicæ orationis, require in sermone illo epistolarum: Omnes unanimes in oratione estote. Isidor. de summo bono: Fidei solum & dominica oratio pro tota lege paruulis ecclesiæ ad cælorum regna sufficit capeffenda, omnis enim latitudo scripturarum, in eadem oratione Dominica & Symboli breuitate concluditur. De laude Dei, & de necessarijs intendenti laudi diuina.

P A R S. V I I I.

NVnc tangendum est de laude Dei & gratiarum actione, quæ orationibus suis consueuit ecclesiā admiscere. Et primò de laude Dei. Ad quam multum incitat nos Sacra scriptura. Dauid: Immola Deo sacrificium laudis. Idem: Psallite Deo nostro, psallite &c. Ecclesi. 39. In omni corde & ore collaudate & benedicite nomen Domini. Hebr. 13. Offeramus hostiā laudis semper Deo. Apoc. 19. Laudē dicite Deo nostro omnes sancti eius, & qui timetis Deū pusilli & magni. Ad laudandum Deum maximè incitat scriptura Psalmorum in tertia quinquagena, quæ in laude terminatur: Omnis spiritus laudet dominum: & in qua sunt tot psalmi incipientes uel à uerbo laudandū, uel confitendū uel cantandū. ¶ Item ad laudandum Deū incitat omnis creatura. Gregor. Mirum est, quod homo semper Deū non laudat: quia quælibet crea-

tura ad eum laudandum semper inuitat. Opera laudabilia artificem laudabilem ostēdunt. Eccl. 9. In manu artificum opera laudabuntur. Proverb. vlti. Laudent eam in portis opera eius. Aug. 4. lib. Confes. Si placent opera domini, ex his lauda: & in artificem eorum retorque amorē, ne in his quę tibi placent, tu displiceas. Idem intellige de aliis operibus Dei. Laudatio Dei est ualde nobilis operatio, cūm angeli & animę iam beatę huic operatio ni intendat. In Psal. Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Aug. in lib. de Ciuit. Dei: Vacabimus & uidebimus, uidebimus & amabimus, amabimus & laudabimus. Laudationem pōnit ultimā operationē: ideo pallio cōparatur. Esa. 61. Palliū laudis pro spiritu mceroris. Palliū superponitur aliis uestibus. Bern. loquēs de cęlesti ciuitate, dicit qđ eius operatio est assidua Dei laudatio. multum gaudere deberet, qui in terris admittitur ad hanc cęlestem operationem exercendam. Augustin. in lib. de doctrin. Christ. Deus cūm de illo nihil digni dici possit, admittit tamen humanę uocis obsequium, & uerbis nostris in laude sua nos gaudere uoluit. Bernar. super Cant. Nihil ita propriē in terris repręsentat quendam cęlestis habitationis statum, sicut alacritas laudantium Deum. Qui beati sunt perfectē Deum laudant: sed qui

sunt in pręsenti uita, imperfectē. Vnde iubilant. Iob 38. Cūm me laudarent simul astra matutina, & iubilaret omnes filii Dei. Gregor. Iubilatio dicitur, cūm cordis lætitia oris efficacia non impletur. Laudant angeli, qui tā tante claritatis latitudinem in sublimibus uident. Iubilant uerō homines, qui adhuc in inferioribus oris sui angustias sustinent. Bern. Semiuius in terra relicus semi laudare possum: ubi totus uiuero, ibo totus in laudem. ¶ Loquela homini data est ad laudandū Deum: & qui Deum non laudat, quasi mutus reputāus est. Aug. in libro Conf. Vā tacentibus de te, quoniam loquaces muti sunt. Felix esset qui semper posset laudi diuinę insistere. Hierony. Felix lingua quę non nouit nisi de diuinis texere sermonē. In Psal. Semper laus eius in ore meo. Eccl. vlt. Laudabo nomētuum asidue. Esa. 62. Tota die & tota nocte nō tacebunt, operatio ista ualde est Deo gloriosa. In Psal. Sacrificiū laudis honorificabit me. Tob. 12. Opera Dei reuelare & confiteri honorificū est: Itē operatio ista homini ualde est utilis. Ipsa malignum spiritum fugat. Reg. 16. Ecce spiritus domini malus exagitat te. Iubeat Dominus noster rex, & serui tui qui coram te sunt quærant hominem scientem psallere in cithara: ut quādo arripuerit te spiritus domini, malus, psallat manu sua, & leuius feras. Et subditur in hoc capitu.

Dauid

Dauid tollebat citharam, &c. & leuius habebat Saul: recedebat enim ab eo spiritus malus. In Psal. Laudās in uocabo dominū, & ab inimicis meis saluus ero. Item Spiritus sancto uiam pręparat. Greg. super Ezech. Cūm uox psalmodię per intentionem cordis agitur, omnipotēti Deo iter ad cor paratur. 4. Reg. 1. Cūm caneret psaltes, facta est super Eli-seum manus domini. Item hominem lætificat. In Psal. Exultabunt labia mea cūm cantauero tibi. Iacob. 7. Tristatur quis in uobis: ore tuo aquo animo, & psallat. Gloss. Crebra psalmodię dulcedine nociuā tristitię pestē de corde expellat. Item ad Deū cor eleuat. Bernard. Cūm à corde foris missa fuerit omnis immunditia, oculos cordis attollunt mediatio admirabilis essentię Dei, & castę ueritatis inspectio, oratio munda & ualida, iubilus laudis, & desiderium ardens in Deum. ¶ Et notandum, quod homines maxime debent instare laudi diuinę ex quo sunt redempti. Vnde nato Saluatore, facta est multitudo militię cęlestis laudantiū Deum. Luca 2. ad prouocandum homines ad Dei laudem. Dauid: Constitute tibi populi Deus, consistant tibi populi omnes. Et subditur causa: Terra dedit fructum suum. Terra dicitur beata Virgo, quę dedit fructum sufficientem & hominibus & angelis ad eternam refectioem. Esa. 52. Gaudete, & laudate simul de-

serta Ierusalem: quia consolatus est dominus populum suum, redemit Ierusalem. Fecit Salomon duo Cherubin in lateribus arcę, habentes pedes obliquatos, & quasi ad iubilandum eleuatos, ut in tripudiis habent mulieres saltando iubilantes. Arca figurat Dominicum corpus. Duo Cherubin quasi iubilantes iuxta arcam, sunt clerici & religiosi, filiū Dei assumendo humanam naturam humiliatum laudantes & glorificantes. Item legitur Luca vlti. de discipulis, qđ post ascensionē domini reueri sunt in Ierusalē, & erant semper in tēplo laudantes & benedicētes Deum. ¶ Item notandum, qđ operatio ista discretē est exercēda. In Psal. Quoniam rex omnis terrę Deus, psallite sapienter. Item Bernardus: Psallite ei in uociferatione. Vociferatio est desiderii magnitudo. Vnde super illud Exod. 14. Quid clamas ad me? Dicit gloss. Voces apud aures Dei non faciunt uerba nostra, sed desideria. ¶ Et qui uult laudi Dei insistere, Primō prouidenda est munditia. Eccle. 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris. In Psal. Confessio & pulchritudo in conspectu eius. Confessio, in quā, laudis. Cāntico. 2. Sonet uox tua in auribus meis: uox enim tua dulcis, & facies tua decora. Deniq; sex sunt necessaria, quę tangit Bern. super Cāntico. 13. sermone, his uerbis: Immolātes hostiā laudis, & reddentes uota nostra de die in diem,

cure

curemus omni uigilantia iunge re sensum usui, affectum sensui, exultationē affectui, grauitatem exultationi, humilitatē gratuitati, libertatem humilitati, quo in terdū liberis purgatā mētis pas sibus procedamus, & excedamus per inuitatas quasdam affe ctiones, speciales lætitiās, in iubi leis amonitib⁹, in lumine Dei, in suauitate, in Spiritu sancto. Sensus iungēdus est usui: id est, psalmorū intelligētia cū atētio ne prolationi uocis. Vnde super illud Psal. Psallite sapienter, dicit glo. Nemo sapienter facit quod nō intelligit. Bern. Cibus in ore, psalmus in corde, non negligat anima illū terere dentibus intel ligētia suā: ne si fortē integrum glutiat, frustretur palatū sapore dulciori super mel & fauū. ¶ Itē iungendus est affectus sensui. Bern. Nunquam intelliges Da uid, donec ipsa experientia ipsos Psalmorū indueris affectus. Da uid intelligit in illo psalmo, Do mine ne in furore: qui affectum timoris induit, ut ad intuitum il lius furoris quem Deus exerce bit in die illa cōtremiscat. Hiero. Quoties illam diem cogito, toto corpore contremisco. Dauid intelligit in illo Psal. Deus iudiciū tuum regi da: qui districtio nem extremi iudiciū timeret, & ad Christum timorem habet. Dupli ci enim affectu incitabatur Psal mista, quum illud peteret. Item exultatio iungenda est affectui. Vnde Hierony. Malo psalmum

unum cum hilaritate mentis de cantare, quā totum psalterium cum torpore, fastidio, & accidia. Item quia leuitas solet comitari exultationem, iungenda est gra uitas exultationi. Dauid: In popu lo graui laudabo te. Item: Exul tate ei cum tremore, & quia ho mines graues solent contemne re homines leues, uel fauorē ua næ gloriæ de grauitate sua que rere, ideo humilitas iungenda est grauitati. Bernar. Magna uir tus humilitas, sine cuius obtentu uirtus non solum uirtus non fit, sed etiam in superbiā erum pit. Item quia humilitatem quan doque sequitur pusillanimitas, iungenda est etiam humilitati li bertas, quæ est quum cor dilatu est abundantia gratiæ, ut merē uoluntariē faciat quod pro Deo facit. 2. ad Cor. 3. Vbi Spiritus do mini, tibi libertas. Tullius: Liber tas est potestas uiuendi ut uelis. ¶ Item notandum quod non solum laudandus est Deus sermo ne, sed etiam bene uiuēdo. Laus enim bonæ uitæ magis continua est. Aug. Qui Deum lingua lau dat, non semper laudare potest: qui Deum moribus laudat, semper potest. 1. ad Cor. 10. Siue man ducatis, siue bibitis, uel aliud quod facitis, omnia in gloriam Dei fa cite. Aug. Si quod māducas & bi bis, ad refectio nem corporis su mis reparationemq; membro rū, gratias agens ei qui tibi præ buit mortali ac fragili ista sup plementorum solatia, cibus tuus & pot

& potus laudat Deū. ¶ Item no tandū quod gratior est Deo laus quæ exhibetur in aduersitate, quā quæ in prosperitate. Greg. in Moral. Despecta uox confes sionis est quam format incun ditas prosperitatis. Et intelligas hoc de cōfessione laudis. Idem: Sola confessio habet meritū ma gni pōderis, quā à ueritate re ctitudinis non separat uis dolo ris. In Psal. Rectos decet collau datio. Glo. Recti sunt qui dirigit cor suum secundum uolūtatem Dei, quæ est regula, & proponit uoluntatem melioris suæ uolun tati: id est, uoluntatem omnipo tentis uoluntati infirmi. Curuus laudat Deū, quādo sibi bene est: blasphematur, quādo male: re ctus uerō semper, id est, in pro speris & in aduersis: ut dicit glo. ibidem.

De his quæ possunt hominē inci tare ad gratiarū actionem. Et de beneficijs pro quibus homo regratiari debet Deo.

P A R S I X.

Octo sunt quæ possunt ho minem incitare ad gratia rum actionem. ¶ Primū est, ad monitio sanctorum scripturarū. Bernard. Disce in referendo gra tiam non esse tardus aut legnis. Disce ad singula dona gratias agere: diligenter considera quæ tibi apponuntur, ut nulla Dei do na debita gratiarum actione fru strentur. Tob. 3. Omni tempore benedic Deum. ad Col. 3. Omne quodcunq; facitis in uerbo aut

in opere, omnia in nomine do mini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo & patri. Eiusdem 4. Orationi inflātes uigilantes in ea in gratiarū actio ne. Ad Ephes. 5. Gratias agentes semper. 1. ad Thessal. 5. In omni bus gratias agite. ¶ Secundū est, admonitio creaturarum quæ incessanter nos inuitat ad gratia rum actionem. Beneficium enim datum alicui inuitat eum ut dati gratias agat. Ergo quum omnia quæ uidemus homini data fue rint, secundū illud Gen. 1. Facia mus hominē ad imaginē & simi litudinē nostram, & præsit pisci bus maris & uolatilibus cæli & bestiis terræ, uniuersaq; crea turæ: omnia quæ uidemus ad gra tiarū actionē nos inuitat. ¶ Ter tium est, ipsum tēpus in quo sumus, scilicet tempus gratiæ: cui nulla operatio magis cōgruere uidetur quā gratiarum actio. Ideo ualde bonū uidetur gratia rum actioni instare. Prou. 15. Ser mo opportunus optimus est. Au gu. ad sanctū Aureliū: Quid mel ius animo geramus, & ore probamus, & calamo exprimamus, quā Deo gratias? Hoc enim nec dici breuius, nec audiri læ tius, nec intelligi grādus, nec agi fructuosius potest. ¶ Quartū est, quod gratiarū actio operatio est quæ exercet in paradiso. in Psal. Misericordias domini in ceternū cātabo. Hoc canticū erit gratia rū actio, de hoc quod fuerimus misericorditer à periculis libe rati.

rati. Esa. 51. Gaudium & letitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & uox laudis. Vnde bonum est affuere huic operationi, quam in futuro exercebimus. Bonum est ad discere officium quod tadium facere oportebit. ¶ Quintum est, utilitas multiplex quae ex hoc opere sequitur. Prima est, quod ipsa hominem in tribulatione custodit, Deum ei adesse faciens, quod figuratum est. Dan. 3. in pueris qui in fornace positi gratias agentes Deo, ab igne laesi non fuerunt, & quartus apparuit ei similis filio Dei. Secunda est, quod diuinam largitatem prouocat ad dandum. Prou. 11. Anima quae benedicit, impinguabitur. Ad locum unde exeunt flumina gratiarum, reuertitur, ut iterum fluat. Eccl. 42. Benedicentes dominum, exaltate illum quantum potestis: exaltantes autem replebimini uirtute. ¶ Sextum est, quod haec operatio multum placet Deo. Gratiarum actio ad eum est spiritualis, de quo Leuit. 3. Omnis ad eum dominus erit iure perpetuo. Item unguentum est quo caput ecclesiae ungitur. Matth. 26. & Marc. 14. Bern. Bonum est unguentum contritionis quod peccatorum recordatione conficitur: melius deuotionis, quod fit de recordatione beneficiorum Dei. ¶ Septimum, quod ingratitudo, quae gratiarum actioni contraria est, rusticitas est magna. Si magna est rusticitas ei cui mititur uasculum uini gratias non agere: quanta rusticitas est ei gratias non agere, qui incessanter

nobis tribuit bona sua? Greg. Dignum est semper gratias agere, quia Deus nunquam cessat bene facere. ¶ Vltimum est, multiplex malum, quod prouenit ex ingratitudine. ¶ Primum est, quod bonam a Deo acceptam, auferri facit. Vnde super illud ad Rom. 1. Qui quum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, dicit August. Quod Deus dederat gratis, tulit ingratis. Secundum est, quod impedit ab his quae darentur homini, nisi fuisset ingratus. Greg. Non est dignus dandis qui non agit grates de datis. Bern. Ingratitudo est uetus urens, sicca sibi fontem pietatis, rorem misericordiae, fluentem gratiae. Tertium est, quod non solum priuat hominem bonis, imò etiam poenam addit. Vnde Ezechias punitus est de ingratitude. Cum enim Dominus dedisset ei triumphum incredibilem, & percussisset C L X X X V. milia in castris Sennacherib: licet secundum Iosephum cum populo hostias Deo immolasset, non tamen digne gratias egit, & canticum non cantauit sicut in huiusmodi patres consueuerant facere, & ideo aegrotauit ad mortem. Esa. 38. ¶ Item notandum quod gratias agere debemus Deo, & de beneficiis generalibus, & de specialibus, & de singularibus. Generalia agunt Bernard. dicens: Agamus fratres gratias factori nostro, benefactori nostro, redemptori nostro, remuneratori nostro. Primum, quod

nobis

nobis praestitit quod nos ipsi sumus. Adiecit etiam unde subsisteres qui iam eras: Faciamus, inquit, hominem, &c. Quid uero postea? Et praestitit piscibus, &c. Iam tertium opus tuae redemptionis attende. Idem: Fecit te Deus tuus: fecit tam multa propter te, factus est ipse tecum caro una, te quoque faciet secundum spiritum unum. Beneficia specialia sunt tria. Primum est, beneficium expectationis quod Deus peccatores patienter expectat ad poenitentiam. Secundum est, iustificationis quando diu expectatos conuertit, infundendo gratiam suam. Tertium conseruationis, quando conuersos in statu bono conseruat. ¶ Et notandum, quod circa unum quodque horum beneficiorum quinque attendenda sunt, ut agnoscamus magnitudinem eorum. Circa primum debet homo cogitare quoties meruerit ut tempus poenitentiae sibi auferretur. Quoties enim mortaliter peccauit, hoc meruit. Peccator enim indignus est uita, quia ingratus est auctori uitae. Iob 30. Qui ipsa uita putabatur indigni. Secundo debet cogitare quam proximus fuerit quoadque amissioni misericordiae. Tanto enim misericordia gratiores est, quanto poena proximior est a qua parciatur. Ut si aliquis suspendendus iam laqueum haberet in collo, uel si mutilandus membro, iam membrum haberet supra lignum ubi mutilari deberet, maius beneficium reputaret, si tunc libera-

retur. Vnde debet homo cogitare si quandoque fuit in periculo mortis dum in statu erat damnationis, & quod uiuisset si in illo statu decessisset, & quid promeruerit apud Deum, ut tunc Deus ei pepercit. Tertio debet cogitare quam pretiosam rem Deus ei contulerit, quando tempus poenitentiae ei dedit. ¶ Pretiositas temporis ex duobus perpeditur. Primum ex hoc, quod in momento temporis potest homo lucrari regnum aeternum. Secundum ex hoc, quod illis qui sunt in inferno plus ualeret momentum temporis, in quo poenitentiam agerent, quam tanta massa auri, quanta est totus mundus. Bern. Nihil pretiosius tempore. Sed heu hodie nihil uilius reputatur. Valde ingratus est peccator qui non uult conuerti, quum qualibet hora temporis quam dat dominus ei, plus ualeat, quam centum mares auri. Quarto debet cogitare, quam male meruisset ut res tam pretiosa ei conferretur, qui magnum tempus sibi prius datum in contumeliam Dei expendat. Quinto debet cogitare qualiter sciebat Deus eum esse usurum tanto beneficio. In hoc enim est cumulus diuinæ misericordiae, quod licet Deus sciuerit eum usurum tanto beneficio pro magna parte in contumeliam sui: tamen non dimisit propter hoc dare illi. ¶ Circa secundum beneficium debet homo cogitare primum a quibus uinculis Deus liberauerit eum. Tot uinculis

culis est peccator ligatus quot peccatis irretit⁹: iuxta illud Prover. 5. Iniquitates suæ capiūt impiū, & funibus peccatorū suorū quifq; cōstringitur. Et sunt ideo fortia uincula ista, quōd nec etiā per mortē quandoq; solvuntur. Vnde nō parum debet esse gratus Deo, quē Deus ab his uinculis liberavit. Secūdo, debet cogitare quot & quāta ei Deus dimisit: pro quolibet enim mortali ei dimisso, reus erat mortis æternæ. Si quis esset reus mortis temporalis quæ momentanea est, pro dimissione illius paratus esset illi feruire tota uita sua. Quid ergo faciendum est pro dimissione mortis æternæ, quæ etiā uni soli mortali debetur? Aug. Cui dictū est, Nauiga, ne moriaris, & distulit: cui dictum est, Labora, ne moriaris, & piger fuit. Leuia iubet Deus, ut in æternum uiuamus, & obedire negligimus. Tertio, debet cogitare ad quantā dignitatē Deus eū elegit quādo eum iustifi cavit. Elegit enim eum ad regnū æternū. Quarto, debet cogitare in quali statu Deus eum elegerit. Hostis enim Dei erat, & indignus etiā pane quo uescibatur. Peccator enim secundū August. indignus est pane quo uescitur. Quinto, debet cogitare quod Deus reliquit quibus tale beneficiū non præstitit, imō in peccatis suis eos perire permisit. ¶ Circa beneficium uerō cōseruationis, Primo attendenda est difficultas standi, quæ apparet specialiter

in trib⁹ psonis, scilicet in Lucifero, qui cū esset maxima arbor paradisi, ad modicū uentū sine flatū superbiæ cecidit. Et in Adam, qui cū esset sine corruptione naturaliu: tamen propter cohabitationē unius mulieris paradisi amiserit. Hier. Memēto semper qd paradisi colonū de possessione sua mulier eiecerit. Si potuit mulier eiicere eū qui iam erat in paradiso, nō est mirū, si iam eos impediat qui nō dum in paradisiū peruenerūt. Difficultas etiā stadi patet in Iuda, qui cū esset sub tanto pastore & inter tales fratres, tamē occasione modicæ administrationis cecidit, & nō adiecit ut resurgeret. Secūdo, debet attendere pugnae continuitatē in qua sumus. Diabolus enim nos impugnare non cessat ut saltē tedio uincat. Mirantur aliqui cū audiunt aliquem bonum cecidisse: sed non est mirū, si quandoq; cadat qui continuē est in pugna, imō potius mirū est si aliquando nō cadat. Legitur in Vitis patrū, quōd quidam uenit ad abbatem Theodorum, dicēs ei: Ecce quidam frater reuersus est ad seculum. Respondit abbas Theodorus: In hoc non admireris: sed si audieris quōd præualuit quis es, fugere de ore inimici, hoc admirare. Tertio, debet attendere propriā infirmitatē: tantæ enim infirmitatis est homo, ut ad sibi lū unius uerbi deiiciatur. Quarto, hostis impugnantis potestatem cum astutia & crudelitate.

De

De potestate, Iob 42. Nō est potestas super terram quæ ei. com paratur. De astutia, Gene. 3. Serpens erat callidior cunctis animalibus terræ. De crudelitate, Gregorius: Nihil se fecisse æstimat, quom animas non fauciat. Incessanter sicut diabolus sanguinem nostrū. Vnde sanguisuga uocatur. Prouer. 30. Sanguisugæ duæ sunt filię, dicentes, Affer, affer. Quinto debet attendere periculorū uarietatē. Tot enim sunt pericula, qd quādo aliquis uult cauere ab uno, incidit in aliud. Vnde Esa. 24. Et erit quæ si foueam: & qui se explicuerit de fouea, tenebitur laqueo. Formido est peccatū auaritię quod homines formidare facit. Vnde de auaro legitur Iob 15. Sonitus terroris semper in auribus eius: & quū sit pax, ille semper infidias suspicatur. Fouea est peccatū luxurię: fouea enim profunda est meretrix, ut legitur Prouer. 23. Laqueus uerō peccatū superbiæ, quo uolatilia huius mundi, scilicet nobiles capiuntur. Singularia beneficia sunt quæ unicuique singulariter sunt exhibitā. Pro quibus etiā Deo gratiæ agendæ sunt, secundum illud Bernard. prius positū, Disce ad finalia dona gratias agere.

De Obedientia. P A R S X. quæ habet septem capitula.

De ordinē discendorum de Obedientia, & de descriptione eiusdem. G A P. I.

Obedientia debetur & creatori, & creaturæ. De qua hoc modo dicitur. Primo ponentur descriptiones ipsius. Secundo eius commendationes. Tertio tangetur de his que possunt inuare obedientiam. Quarto de gradibus obedientiæ. Quinto, de partibus ipsius. Sexto, de his quæ obedientiæ aduersantur. Septimo, tangetur de errore illorum qui dicunt soli Deo obediendum esse, & non homini. ¶ Obedientia sic describitur: Obedientia est uoluntas faciendū præceptum uel mandatū superioris. Et intelligas mandatū quōd sit. mediate per nuntium uel literas: Præceptū uerō quod sit. immediate. Vel mandatū intelligas uoluntatem indicandi, quæ est sine coactione imperii: Præceptū uerō quando est imperii coactio. Item sic potest describi: Obedientia est obtemperatio secundum regulam sacre scripture maioribus quibuscūq; debita. Et intellige sacram scripturam largē, etiam pro statutis canonicis & legalibus, in quibus agitur de iurisdictione superiorū, sic sic describitur obedientia: Obedientia est spontaneum & rationale propriæ uoluntatis sacrificiū. Vel sic: Obedientia est pio studio propriæ uoluntatis abnegatio. Et notandum quōd propria uoluntas dupliciter accipitur. Vno enim modo dicitur propria uolūtas quæ nō est Deo subiecta: & secundū

H hoc

hoc abnegatio propriæ uoluntatis fit, quæ uoluntas nostra diuinæ uoluntati subicitur. Alio uero modo dicitur propria uoluntas, uoluntas quæ non est subiecta homini. Et secundum hoc propria uoluntas abnegatur in eo qui uoto se obligans homini uoluntate suam subdit uoluntati humanæ. Et sic abnegatio propriæ uoluntatis specialiter uidetur pertinere ad religiosos. Pro studio dicitur, ad differentia illorum qui uoluntate suam humanæ uoluntati subdunt timore seruilis, uel pro lucro terribili. Et intellige hic primum studium uoluntatis, ad cultum Dei, ut primum hic dicitur ad pietatem, quæ dicitur theologia. ¶ Et notandum quod aliam uirtutem est quod obedientia prout est uirtus specialis, attendetur respectu eorum quæ sunt indifferenter. Et ad confirmandum hoc, usus est illo uerbo Augustini in libro de uera religione: Peccatum est non solum malum, sed etiã ueritatem facere: inferens a simili, quod opus uirtutis est non solum bonum, sed etiam præceptum facere. Ad quod uidetur facere quod dominus obedientiam Adæ experiri uoluit in eo quod secundum se erat indifferens, scilicet in comestione fructus Ligni scientiæ boni & mali. Aliam etiã uirtutem est quod obedientia secundum quod est specialis uirtus, attendatur non respectu cuiuslibet superioris, sed solum respectu hominis, cui aliquis se spõ-

re obligauit. Et subdit: Sed potest aliter dici, quod sicut prudentia uirtus est quodammodo generalis, scilicet quo ad directionem. Dirigit enim opera ceterarum uirtutum. Et de iustitia dictum est quod est generalis quantum ad imperium. Imperare enim potest opera ceterarum uirtutum, etsi non sufficiat ad exequendum ea sine ceteris uirtutibus. Sic obedientia quodammodo generalis est. mouere enim potest ad opera omnium uirtutum. Omne enim opus uirtutis suberi potest a superiore, uel Deo, uel homine. Vnde si aliquis uult exire in opus uirtutis, quia iustum est a superiore, uoluntas illa erit obedientia. Vnde uoluntas faciendi iustum superioris quod iustum est, specialis ad est obedientia. Itē notandum quod cum subdere se alteri sit humilitatis & obedientie, differunt tamē hæ subiectiones. Subdere enim se alii cui secundum reputationem humilitatis est. Hoc enim proprium electorum esse solet, ut de se sentiant infra quam sint, iuxta uerbum Gregorii. Itē cum superbia sit appetitus propriæ excellentiæ, humilitas est contemptus propriæ excellentiæ: iuxta Bernardum in epistola. Ad humilitatem etiã pertinet amor inferioritatis uel utilitatis, secundum illud Bernardi super Cant. Verus, inquit, humilis, uilis uult reputari. Et Luc. 13. Cum inuitatus fueris: uade & recube in nouissimo loco. Item subiectio aliqua ad obedientiam pertinet: sed hæc sub-

iectio

iectio est uoluntatis respectu alienæ uoluntatis. Subiectio humilitatis respicit personam secundum se, subiectio uero obedientiæ respicit eam personam cui aliquis subditur in quantum est præcipiens, & personam quæ subditur in quantum est agens. Exemplum hanc duarum subiectionum inuenire possumus, ut uidetur in Christo & Ioanne, Mattheus. 4. Subiectione obedientiæ subiecit se Ioannes Christo, quando consensus ut baptizaret Christum prout Christus uolebat. Vnde dicit ibi Gl. Vera est humilitas quæ non deserit tibi comes obedientia. Christus uero subdidit se Ioanni subiectione humilitatis uolens a Ioanne baptizari. Superioris enim est baptizare, & inferioris baptizari. Act. 20. Beatius est dare, quam accipere.

De commendatione Obedientiæ.

CAP. II.

Ad commendationem obedientiæ primo ualere possunt admonitiones quæ sunt in scriptura sacra ad obedientiam. Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Eph. 6. Filii obedite parentibus uestris in domino. Col. 3. Filii obedite parentibus uestris per omnia. Heb. 13. Obedite præpositis uestris, & subiacete eis: ipsi enim peruigilat quasi rationem pro animabus uestris reddituri. ¶ Secundo, admonitio quæ nobis facit etiam creatura insensibilis quæ obediens est uniuersaliter creatori suo. in Psalm. Præceptum posuit, &

non præteribit. Et Baruch 3. Stellæ uocatae sunt, & dixerunt, Assumimus. Itē in Psalm. Terminum posuisti quem non transgredientur. Et Mat. 3. Quis est hic, quia & ueni & mare obediunt ei. Ambr. in Hexameron: Non mediocris pudor est, imperio Dei insensibilia elementa parere, & homines non obedire, quibus sensus ab ipso tributus est. authore. ¶ Tertio, exempla quæ in sacra scriptura inueniuntur. Et interea specialiter notabilia sunt, exemplum Abrahamæ, & exemplum Christi. Cum homo per obedientiam a Deo recessisset, Deus uolens formare sibi populum acceptum, secundum illud Esa. 43. Populum istum formavi mihi, latidem meam narrabit. Abraham, ex quo populum sibi formauit, uoluit probare per obedientiam, & per illam placuit ei Abraham. Triplici autem præcepto probauit obedientiam eius. Primum fuit de patriæ desertione. Gen. 12. Egredere de terra &c. Secundum fuit de circumcisione. Eiusdē 17. Tertium de filii immolatione. Eiusdē 27. Primo præcepto uoluit separare Abraham a his a quibus ipse ortum duxerat. Ultimo uero ab eo quod duxerat originem ab ipso. Medio uero præcepto uoluit eum separare a seipso quantum ad carnalia desideria: circumcisio enim facta in carne, monebat ad resecutionem superfluatorum desideriorum carnalium: ideo fiebat in membro illo quo maxime concupiscentia sauebat. ¶ Circa tertium

H 3 tium

eum uero preceptum quod fuit de immolatione filii attendere possumus x i i i . pertinentia ad difficultatē illius operis, in quo Abraham uoluit obedire Deo precipienti. ¶ Primum est quod Abraham uoluit ad preceptum domini re sibi charissima carere. ¶ Secundum est, quod ipse uoluit amicissimum occidi. Possent esse quod aliquid ad preceptum Dei uellet filio suo carere, ita ut nunquam eum de cetero uideret, qui tamē nollet eum occidi. ¶ Tertium est, quod uoluit eum occidi coram se, imo ipsemet manu propria uoluit hanc facere. Multi enim sustinerent, quod filii eorum occiderentur: tamen non possunt hanc aspiciere uel propria manu facere. ¶ Quartum est, quod filius ille erat unigenitus. Non enim habebat alium filium ex libera uxore. ¶ Quintum est, quod miraculose habuerat eum, quia cum uxore uetula & sterili, quum ipse iam esset senex. ¶ Sextum est, quod magna promissio facta erat Abraham de ipso. ¶ Septimum est, quod ipse erat solatiū matri sue: quod notatur ibi. cum dicitur, Isaac: quod interpretatur risus. Dixit enim mater sua eo sibi dato: & risum fecit mihi Deus, quicumque audierit, corridebit mihi. Ge. 21. Quid dixisset mater Isaac, si Abraham reuertens de eius immolatione, dixisset ei, Immolauit filium tuum? ¶ Octauum est, quod uoluit eum non solum occidi, sed etiam incēdi. Vnde dicitur

ibi, Offer eum in holocaustum: quod interpretatur totum incēsum. Noluisti ei parcere nec uiuo nec mortuo. ¶ Nonum est, quod uoluit eum ducere per triduum ad locum immolationis. Gl. Nō est iustus Abraham statim occidere filium, sed per triduum ducere ad immolationis locum, ut longitudine temporis tentatio augetur, & crescentibus curis paterna uiscera cruciaretur. ¶ Decimum est, quod non apparebat aliquid qua precepti utilitas. Quia enim utilitas innocentem occideret: damnum uero manifestum erat. ¶ Undecimum est, quod non excusasset eum auctoritas precipientis, cum nullus testis affuisset, nec crederetur ei, si diceret dominum hoc ei precepisse. ¶ Duodecimum est, quod hoc erat rationi contrarium. ¶ Tertiumdecimum est, quia non precesserat in sanctis patribus huiusmodi obedientie exemplū. ¶ Quartumdecimum est, quod omnium ad quorum notitiam hoc peruenisset, imminēbat scidalum. Abraham uero accepto precepto tam difficili non se excusauit, causam precepti non interrogauit, sicut faciunt quidam imitatores diaboli, qui ait Ge. 3. Cur precepit uobis Deus, ut non comederetis &c. Item non procraftinauit mandatum exequi, nulli consilium communicauit. Si aliquid horum fecisset, fortitan meritum amisisset, quia dominus dixisset ei, Nolebas quod taeceres hoc, sed ad probandum te

hoc

hoc dixi. Itē attendendum est quod utile sit, promptum esse ad obedientiam Abraham enim filium non immolauit, & tamē tantum meritum habuit obedientia eius. Gen. 22. Quia non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semē tuum. In eodē: In semine tuo benedicentur omnes gētes: quia obedisti uoci meae. Homo qui promptam habet uoluntatem ad obediendum Deo, in omnibus placet Deo pro infinitis rebus quas unquam facturum est. Greg. Nō est manus uacua a munere, si arca cordis plena fuerit bona uoluntate. Itē uoluit Deus probare Christum per obedientiam, in quo uolebat sibi formare populum nouum. Christus non terram sicut Abraham, sed cælum deseruit. Ipse matrem suam dilectissimam reliquit, quando gladius transitorius erat animam eius. Luc. 2. Ipse domum reliquit, quia nullam habere uoluit. Mat. 8. Vulpes foueas habet & uolucres cæli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Ipse formam spiritualis circūcisionis dedit, quando uoluntatem patris uoluntati suae preposuit. Matth. 26. Non sicut ego uolo, sed sicut tu. Et Marc. 14. Non quod ego uolo, sed quod tu uis. Et Luc. 22. Non mea uoluntas, sed tua fiat. Ipse mandato patris in holocaustum seipsum obtulit. Ioan. 14. Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. ¶ Quarto ualere potest ad commendationem obedientie, quod legitur de Chri-

sto. Heb. 7. Et quidem cum esset filius Dei, didicit ex his quae passus est obedientiam. Didicit, inquam, per experientiam. Item didicit in corpore per ea quae passus est in capite. Ipse fuit & discipulus & doctor obedientie. Si filius Dei obedientiam didicit tot laboribus & angustiis, non debet homini esse onerosum addiscere eam, & maxime his qui sunt in scholis ipsius, scilicet in claustro. Valde uerecundum erit illis qui diu fuerunt in scholis his, si obedientie ignari inueni fuerint. Adam inuentus est male se habuisse in obedientia, in qua Deus eum probare uoluit. Et quam graue disciplinam Deus ei dederit, omnes nouimus. Filii etiam Israel similiter in obedientia probati sunt & durissime flagellati, cum in ea male se habuerunt. Sic durissime flagellabuntur, qui inobedientes inueni fuerint. In obedientia hominem de paradiso eiecit. Gen. 3. Obedientia uero eum in paradysum introducit. Luc. ulti. Eduxit eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret eis, recessit ab illis, & ferebatur in cælum. Felix quem dominus eduxit in Bethaniam, scilicet in domum obedientie. Sperare potest quod sit ascensus in cælum. 1. Pet. 1. Sperate in eam quae uobis offertur gratiam in reuelatione Iesu Christi, quasi filii obedientie. ¶ Obedientiam uoluit Christus docere & in

mundum istum ueniens, & de mundo transiens, & in mundo maneris, Primū ostenditur Iob 6. Descendens, inquit, de celo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Secundum Marth. 26. Non sicut ego uolo, sed sicut tu. Io. 4. Sicut mādatum: dedit mihi Pater, sic facio. Bern. Memento frater Christi, ne perderet obedientiam; uoluit perdere uitam in signum, q̄ obediendo mandato Patris, mortem sustinebat, inclinato capite emisit spiritū. Io. 19. Tertium Io. 4. Meus, inquit, cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me. Eiusdē 5. Non quero uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me: Obedientia est imago celsis hominis, sicut inobedientia est imago terrestris hominis. 1. Cor. 15. Sicut portauimus imaginem terreni, ita & portemus imaginē celestis. Eph. 4. In dūte nouum hominem qui secundū Deum creatus est: id est, opere diuino conceptus, non opere humano more aliorū hominū. ¶ Quinto cōmendabilis est obedientia à suo multiplici effectu. Notandū ergo, q̄ obedientia Dei seruū efficit, quod nō est modicum quid. Si enim seruus regis terreni dicitur esse par comiti, quantum est esse seruū regis aeterni? Obedientia in hoc q̄ efficit hominem Dei seruū, efficit etiam Deum hominis dominum. Non uerē re-

putat inobediens Deum dominum suum: est ore uocet eum dominum. Lucā 6. Quid uocatis me domine, domine, & non facitis quæ dico. Inobedientes ostendet dominus non fuisse seruos suos, cūm regni cælorum ianuam eis elauderet. Mat. 7. Non omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnū cælorum; sed qui facit uoluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Magna securitas est habere dominum omnipotētem. Amb. Mori non timeo, quia bonū dominū habeo. Beatus est, qui habet hunc dominum. In Psal. Beatus populus, cuius dominus Deus eius. Item: Beata gens cuius est dominus Deus eius. Item obedientia hominē Christi fratrem efficit, imō quasi omni genere atinentiæ attinentē. Eccle. 33. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima, quasi fratrem sic tracta illum. Mat. 12. Qui uicq̄ fecerit uoluntatē Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Simile Marc. 3. Item obedientia Deo præstat obsequium acceptissimū. 1. Reg. 11. Nunquid uult dominus holocausta & uicimas, & nō potius ut obediatur uoci domini? Melior est obedientia quam uictima. Ecclesi. 4. Multo melior est obedientia, quam stultorū uictima. Licet Deus nos non exaudiat quando que ad uoluntatem, ut exaudiat nos ad utilita-

tem:

tem: cō q̄ ipse scit quid nobis expediat, nos uerō hoc nescimus, ipse tamen uult ut seruamus ei ad eius uoluntatem, non ad suam utilitatē, cum ipse bonorum nostrorū non egeat, ut quorum uolūtas eius semper reuera sit. Ecc. 35. Salutare sacrificiū est, attendere mādas, Deut. 12. Quæ præcipio tibi, hoc tantūm facias: nō addas quicquam, nec minus. ¶ Item obediētia in homine habitaculū Deo quasi exiit, expellēdo à corde hominis sensum propriū & propriam uoluntatem. Vnde dominus in domo Simonis leprosi discubuit. Luc. 7. sed nō in domo Simonis Cyrenæi, qui crucē dominifert in angaria, ubi uictio deest Spiritus sancti, & ideo murmur est ibi. Eccle. 33. Præcordia fatui, quasi rota carri. Rota carri si uncta nō fuerit, murmurat. Bethanix, qd̄ interpretatur domus obediētix, Christus ungitur. Ioā. 12. Ipse illos diligit qui ibi habitant. Io. 11. Diligebat Iesus Marthā, & sororem eius & Lazarū. Cūm deest ei hospitiū, uenit Bethaniam ut ibi hospitetur. Marc. 11. Circumspectis omnibus, quum iam uespera esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim. Gl. Vt quod in urbe non inueniebat, in agro paruulo apud Lazarū & sorores eius habere hospitiū. Tunc in hospitiū ueri uirginalis filius Dei receptus est, quū Maria uerbo angeli obediuit. Luc. 1. Fiat, in-

quit, mihi secundum uerbum tuum. Item obediētia hominē super se leuat. Thren. 3. Leuauit se super se. Nisi corpus esset sociatum spiritui ut sensui eius & imperiō regeretur, nō ascenderet ad hoc ut remuneratiōem æternam mereretur. Sic uir simplex per obediētia ascendit ad sapientiam, & mores maiorū à quibus regitur, imō quodāmodo usq̄ ad Deū ascendit dū se ipsum exiit, & Deū quodāmodo induit. ad Gal. 2. Vniu ego: ego iam non ego, uiuit uerō in me Christus. Sic quodāmodo deificatur homo, secundū illud: Ego dixi, Dii estis. Et nō solum deificatur quo ad sensum & uoluntatē Dei quæ assumitur, sed quodāmodo quo ad potestatē. Facit enim diuina & mira: ut patet in Petro, qui obediēti Christo iuuenti, ambulauit super aquas. Mat. 14. Et Greg. refert in dialo, q̄ cū placidus puer in flumine post uas suū demersus esset, cū uellet aquā haurire, beatus Benedictus in cella existens & hoc intelligens, dixit Mauro, Frater Maure, curre, ga puer ille in lacū cecidit, & eū iam lōgius trahit uada. Maurus autē existimās se currere super terrā, &eductū per capillum extraxit. Qui postea reuersus ad se attribuit hoc sanctitati Benedicti. Sed beatus Benedictus attribuit hoc bono obediētix: ¶ Obedientia ponit hominem in excellentissimo statu, &

in presenti & in futuro. Primum ostenditur. Deut. 27. Si audieris uocem domini Dei tui, faciet te dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus. Secundum ostensum est. curdam patrum in extasi posito, qui uidit quatuor ordines ante Deum. Primus erat hominum infirmantium & gratias Deo agentium; Secundus, eorum qui fuerant hospitales. Tertius, eorum qui solitudinem sectantur, & non uident homines. Quartus, eorum qui propter Deum & obedientiam solliciti sunt subiecti patribus. Erat autem hic ordo superior illis tribus, & maiorem gloriam præ ceteris habebat, utens torque aurea. Et quum quaereret senex, quare hoc? Respondit est ei, Quonia omnes alii habent requiem adimplendo proprias uoluntates, quauis in bonis operibus: hic autem omnes uoluntates suas relinquens, totus pendens in uoluntate patris iubentis. Merito qui hic nullam habent requiem, in futuro summam habebunt. ad Phil. 3. dicit de Christo, Factus obediens usque ad mortem & c. Propter, quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Item obedientia Dei glorificat. Esa. 58. Si glorificaueris eum dum non facis uias tuas, & non inuenitur uoluntas tua, ut loquaris sermonem, tunc delectaberis super domino: sustollam te super altitudinem terræ & c. Multum glorificat Deum uere obediens qui facit beneplacitum Dei, cum Deus etiam hoc

madat ei per uilem personam, & tanto maior est Dei gloria, quanto persona uilior. Ideo uere obediens merito à Deo glorificatur. 1. Re. 2. Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum. Ecc. 10. Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum: semen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandatum domini. Item obedientia, quod uult à Deo imperat. Greg. Si obediens fuerimus præpositis nostris, obediens Deus orationibus nostris. Aug. in lib. de opere monachorum: Citius exaudit una oratio obediens, quam decem millia contemptoris. 1. Io. 3. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, quod quicquid petierimus ab eo, accipiemus, quia mandata eius custodimus. Et post illud ad Hebr. 5. Exauditus est pro sua reuerentia, subditur tanquam causa illius exauditio: Et quidem cum esset filius Dei, didicit ex his quæ passus est, obedientiam. Obedientia est quæ dicit illud Can. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Deus enim facit ac si esset totaliter cum obedientia: quia obedientia est totaliter cum illo. Vere obediens dicit illud ad Ro. 14. Nemo nostrum sibi uiuit. Item obedientia à periculoso mari huius mundi liberat. Obediens nauem pertrahit huius mundi. Sap. 14. Exiguo ligno credunt homines animas suas, & transeunt mare per

16711

tem liberati sunt. Exiguum lignum est humilis obedientia. Facta est quasi nauis infutoris. Prou. ult. Qui in nauis est, etiam quiescens & comedens uel bibens procedit, quia alieno motu mouetur. Sic obediens qui in religione est, etiam quiescens, comedens & bibens meretur. Item obedientia hominem dicit. Nec mirum, cum de suo nihil extēdat, quia nihil suum reputat: & cum in cunctis quæ agit uoluntatem alterius facere intendat, ideo pro omnibus quæ agit merito remunerationem expectat. Multa filie cōgregauerunt diuitias. Prou. ult. Obedientia uero supergressa est uiniferas. Quis est qui quandoque non faciet multa specialiter pro se, de quibus non expectat remunerationem, nisi ille qui sub obedientia uiuit? Item obedientia quasi equus in paradysum uadit, alieno sensui & alienæ uoluntati quasi pedibus alienis inueniendo. Ideo uelocius uadit, quia pedes quibus innititur uelociores sunt propriis. Multi in religione ualde surgunt mane, & frequenter ieiunant, qui si essent in seculo minus secum agerent. Propter eandem causam obedientia non maculatur. Prou. 3. Uix eius uix pulchra. Propter eandem causam legitur. Siquidem enim culpæ uel periculi est in eo quod ei iniungitur, superioris est qui portat, cuius sensui & uoluntati ipse innititur, nisi manifestum peccatum sit illud quod

ei iubetur. De ea uidetur scriptum esse illud Psal. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Item obedientia hominem expedit & exonerat reddit, cum obediens à seipso alleuiatus sit. Alii enim incubit sollicitudo pro ipso & temporaliter & spiritualiter. Ideo non solum potest currere, sed etiam uolare. Si tamē obedientia habeat duas alas sibi cōiunctas, scilicet uoluntariam paupertatem & castitatem. Apoc. 12. Datur sunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ ut uolaret in desertum. Ber. Magna penna paupertas, qua tam cito uolatur in cælum. Nam in aliis uirtutibus quæ sequuntur, promissio futuro tempore iudicatur: paupertati uero non tam promittitur, quam datur. Castitas etiam magna penna est quæ hominem expedit ab illa delectatione qua difficillimum est hominem bene uti, & fortissima occasione peccandi, scilicet à muliere per quam diabolus Adam deiecit. Gen. 3. Et quam Iob reliquit, ut per eam eum deiceret. Iob. 2. dixit illi uxor sua. Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Item obedientia facit hominem triumphare. Prou. 21. Testis mendax peribit: uir obediens loquetur ueritatem. Testis mendax est qui professus est obedientiam, & eam non seruat: qui in presenti perit, cum in bello spirituali succubit: & in futuro peribit, quia eternaliter damnabitur. Exemplum habemus de hoc in populo Iudaico qui promisit

H 1 mist

misit se seruaturum legem. Exo. 19. Omnia quæ locutus est dominus, faciemus. Itē Iosue 1. Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus. Cū uerò transgrediebatur legem, uincetur. Iosue 7. Anathema in medio tui Israël est, nō poteris stare corā hostibus tuis. Adam similiter factus inobediens suo superiori, habuit repugnans suū inferius. Gene. 3. Qui comedit, & aperti sunt oculi eius. Glo. Aug. Anima rationalis motus bestiales in carne sua erubuit. Et subditur: Motus iste de transgressione ueniebat. Et 3. Reg. 11. legit de Salomone: Fecit Salomon, qđ non placuerat corā domino. Et subditur: Et suscitauit dominus aduersariū Salomoni. Sic accidit ei qui in religione est, qui obediētia non seruat ei cui pmissit, qđ dominus permittit eū impugnari & uinci: & sic perit qui propriā uoluntatē in religione uult sequi, tanquam filius perditionis. Iob 17. Nemo perit ex eis, nisi fili⁹ perditionis. Verē filius perditionis est qui uolūtariē laqueū sibi iniicit quo peritur⁹ erat. Prou. 6. Illaqueatus ex uerbis oris tui. Verē filius perditionis est qui de loco salutis facit sibi locū dānationis: & quū esset liberatus de mari huius mūdi, & iā ingressus nauem religionis, ibi etiā periclitatur. Act. 28. Vtiq; homicida est, qui cū euasit de mari, ultio diuina non permittit eū uiuere. Vir obediēs potest loqui uictoriam, quia habet nobilissimum

genus triūphi: sicut antiqui patres habita uictoria solebat cantare canticū laudis & gratiarū actiōes. Nobilissimū genus triūphi est seipsum uincere: qđ facit uir obediēs. Vnde super Iulud, Melior est obediētia &c. Dicit gl. Greg. Vir obediēs loquitur uictorias. Dū enim alienæ uoci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus. Prou. 17. Melior est qui dominat animo suo, expugnatore urbium. Multi urbes & regna sibi subiugauerunt, qui tamē ad hūc triūphum nobile nō peruenerūt. Hic triūphus proprius est hominis. Vincit leo uel aliud animal cætera animalia, sed seipsum uincere nō pōt. Sene. Qui seipsum uincit, cōtra omnia fortis est. Obediens Deo subiectus est: & ideo merito cætera ei sunt subiecta, & nihil ei repugnat. Deus in obediētia pugnat, ideo nō est mirū, si ipse triūphat. Leui. 26. Si in præceptis meis ambulaueritis &c. persequemini inimicos uestros, & corruent coram uobis. ¶ Itē obediētia animā ornat. Vnde de inauris est aurea quā cælestis spūs dat animę. Prou. 25. Inauris aurea, & margaritū fulgens, qui arguit sapientē & aurē obediētē. Margaritū fulgēs in auri aureæ decenter iungitur, & doctrina mentem illuminans auri obediētis utiliter proponitur. Dat Eliezet Rebecca in aures aureas. Genes. 24. Et amici Iob dant

dant ei in aurem & ouem. Iob 11. Item obediētia ecclēsiā laudat. Eccl. 3. Qui obedit patri, refrigerabit matrem. Hominē glorificat. ad Roma. ulti. Vestra obediētia in omnē locū diulgata est. Itē hominē castificat a libidine propriæ uoluntatis. 1. Pet. 1. Animas uestras castificantes in obediētia charitatis. Item obediētia cōseruat animā. Pro. 19. Qui custodit mandatū, custodit animā suā. Obediētē mentē custodit Deus tanquam suū. Pro. 29. Verbū custodiēs filius, extra perditionē erit. Eccl. 8. Qui custodit præceptum, non experietur quicquā mali. In Vitis patrum cuidam seni cū deesset necessaria uitæ, præcepit discipulo suo, ut iret in uicū ad ministrum qui solebat ei necessaria deferre. Et ille licet timeret ire propter scandalum: tamē dixit se iturum propter bonum obediētia. Cui senex: Vade, cōfide in Domino, & proteget te ab omni tentatione. Cū autē uenisset frater ad ostium ministri senis, aperto ostio inuenit ibi filiā ministri solā, quæ amplexata eum cepit eum allicere ad cōmissionē carnis, amplexans eū. Et cū urgeret eum cogitationes, clamauit ad Dominum, dicens: Domine, propter orationem eius qui me misit salua me ex hac hora: & statim inuentus est ad sumē iuxta monasterium suum, & reuersus est ad patrem sine macula. Itē obediētia obe-

diunt omnia, & creator & creaturę. De creatore, habetur Iosue 10. Non fuit postea tam longa dies, obediēte Domino uoci hominis. De creaturis uerò multa habes exempla in Vitis patrū. Quidam de senioribus misit discipulum suum ad hauriendam aquam, & erat puteus remotus à cella. Discipulus uerò oblitus suam uenit ad puteū, & præ longitudine uitæ non audēs reuerti pro fure, ne fortē contristaret seniorē, prostravit se in oratione, & surgens de oratione, clamauit, O putee putee, misit me seruus Iesu Christi abbas meus ut hauriam aquā, & statim ascendit aqua ad os putei, & impleuit frater lagenam, glorificans potentiam Saluatoris. Aqua autem putei reuersa est ad locum suū. Item in Vitis patrū Abbas Paulus præcepit discipulo suo Ioāni ut afferret ei fimum bouū, qui erat ei necessarius ad utensilia. At ille ait: In loco ubi fimus est habitat leena. Cui abbas, Si uenerit super te, alliga eā, & duces eā tecum. Iuit Ioānes & inuenit leenam irruentem super eum, qui uoluit eam tenere, sed ipsa aufugit. Ioannes uerò sequebatur eā, dicens, Abbas meus præcepit ut alligatam ducam te ad eum: & statim bestia substitit, & tenens eā reuertebatur ad monasterium. Quod cū uidisset Abbas, ne fortē discipulus inde extolleretur, dixit ei: Sicut tu insensibilis es, ita insensibilem bestiam

bestiam adduxisti: solve, & dimitte eam ut pergat ad locum suum. Item obedientia homini pacem dat. Proverb. 12. Qui timet precepta, in pace uersabitur. 1. Machab. 14. Siluit terra Iuda omnibus diebus Simonis. Siluit: id est, quieuit, uel pacem habuit. Esa. 48. Utinam attendisses ad mandata mea, fuisset quasi flumen pax tua. Item obedientia hominem benedicere facit. Deut. 11. Propono uobis benedictionem, si obedieritis mandatis Domini. Eiusdem 28. Venient super te omnes benedictiones istae, & apprehendet te, si tamen precepta eius audieris. Benedictus tu in quietate &c. Item facit hominem beatum. Matt. 16. Beatus es Simo. &c. Prou. 19. Qui custodit legem, beatus est. Obedientia in presentem hominem dignum praelatione efficit. Vnde Simonem praefecit Dominus ceteris apostolis. Matth. 16. 1. Machab. 2. Simo frater uester scio quod uir consilii est: ipsum audite semper: & ipse erit uobis pater. In uita beati Philiberti dicitur: Praefesse non audeat, qui subesse non didicerit. Nec obedientiam a subiectis imploret, qui eam praelatis exhibere non nouit. Obedientia etiam ad regnum introducit. Matth. 18. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Inobedientia clauem paradisi amittit, sed obedientia eam recuperant. Vnde Simoni Petro dictum est Matth. 16. Tibi dabo clauem regni caelorum. Obe-

diencia uita hominis feliciter consummat. Iob. 36. Si audierint & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria. Si autem non audierint, transibunt per gladium. ¶ Sexto ualere possunt ad commendationem obedientiae uerba sanctorum quae uidentur ostendere praeminentiam huius uirtutis ad alias uirtutes. Simonem praefecit Dominus ceteris apostolis. Matth. 16. Tibi dabo clauem regni caelorum. Et obedientia secundum uerba sanctorum praeminere uidetur ceteris uirtutibus. Greg. in Moralibus. Sola obedientia uirtus est, quae ceteras uirtutes merito inferat, inferatque custodit. Solent inferri arbori agrestis duo ramunculi alicuius nobilis arboris, deinde arbor quae prius erat agrestis, producit flores, fructus, & folia secundum naturam arboris nobilis a qua ramunculi sunt assumpti. Sic obedientia alienum sensum & alienam uoluntatem assumit, & cordi eius qui promittit obedientiam inserunt, & iam cor illud secundum sensum & uoluntatem sui superioris operatur. Item dicit Grego, quod obedientia non tam est uirtus, quam mater uirtutum. Quod ideo potest intelligi esse dictum, quia obedientia producere potest motus omnium uirtutum. Omnes enim possunt iuberi: & si aliquis producat motus illos, quae uoluntas est, obedientiae sunt. Item per illud Gen. 2. Lignumque sci-

ue

entiae boni & mali. dicit gl. Augu. Obedientia sola uerissima est uirtus, creaturae rationali sub Dei potestate degenti. Quod potest intelligi dictum esse, Primo, quia obedientia perficit hominem ex parte illa qua habet comparationem ad Deum sub quo est, & respectu ad quem qui est nobilissimus tanquam finis hominis. Finis enim optimus in unoquoque. Hic actus est obseruatio mandati diuini. Eccle. ult. Desitit, & mandata eius obserua: hoc est ois homo. Hoc innuit Augu. in hoc quod post illud, Obedientia sola est uerissima uirtus. subdit: rationali creaturae sub Dei potestate degenti. Secundo potest hoc intelligi dictum propter meritum, ad quod ualeat multum obedientia. Vnde super illud Gen. 2. Lignumque scientiae, dicit Aug. Operaretur ut homo sub dominio positus ab aliquo prohiberetur, ut esset ei uirtus merendi obedientia. Dum aliquis intendit facere uoluntatem propriam, non uidet mereri apud semetipsum. Ab illo enim merces expectatur cui seruitur, uel cuius uoluntas fit. Non meretur ergo apud alium, nisi qui uult facere eius propriam uoluntatem, quod est obedientia. Grego. Sola est obedientia quae meritum fidei possidet. Tertia, propter maiorem difficultatem. Virtus enim est circa difficile, iuxta Sapientem: & nomen uirtutis a ui uidetur esse dictum. Difficillimum autem uidetur esse agere contra se, quod facit obedientia, quod sonat nomen obedientiae.

Obedire est contra audire, scilicet contra proprium sensum & propriam uoluntatem. Greg. super 1. Regum 15. Melior est obedientia quam uictoria, quia per uictimas aliena caro, per obedientiam uero propria caro maceratur. Obedientia quasi quoddam martyrium est. Greg. Tanto Deum quisque citius placat, quanto repressa arbitrii sui superbia gladio praeccepti se immolat. Obedies quasi proprium caput sibi amputat pro Christo, & caput sibi Christum sustinet, uel eius loco eius est. Qui martyrium pro Christo sustinet, unam uoluntatem sibi amputat: scilicet uoluntatem uiuendi, sed iste omne uoluntatem. Obedientia maxime uoluntati propriae detrahit, & ideo uirtuti maxime addit. Sapientis: Hoc solum uirtuti adiciet, quod propriae uoluntati detraxeris. Poeta: Est uirtus, placitis abstinuisse bonis. Propterea quae dicta sunt, amanda est obedientia a fidelibus tanquam mater. cor. 1. Pet. 1. Sperate in eam quae offertur uobis gratia, in reuelatione Iesu Christi, quasi filii obedientiae. De his quae possunt inuare Obedientiam. CAP. III.

SEquitur de his quae possunt inuare obedientiam. ¶ Et notandum quod quinque sunt quae ualere solent ad hoc quod aliquid sit magis tractabile uel flexibile, & similia his possunt ualere ad hoc quod cor alicuius sit inobediens. ¶ Primum est exilitas. Ut patet in uirga quae prop-

sibi quasi de obedientia bladiatur. Nec enim in ea re ipse prelati, sed magis ei prelati obedunt. Paratum ad Domini uoluntatem se ostendit Paulus dicens Act. 9. Domine, quid me uis facere? Bern. in sermionibus: Nec dubium est quin ampliore gratia mereatur, qui paratum se exhibet ante mandatum, quam qui obedire satagit post mandatum. requirit Dominus oblationes uoluntarias. Exod. 35. Iste est sermo quem precepit Deus, Omnibus uoluntarius prono animo offerat primitias Domino. David: Voluntarie sacrificabo tibi. Coacta sacrificia Deo non placet. Sed quidam sunt similes rusticis; qui dominis suis nullum seruitium uolunt facere nisi coacti. Et notandum quod libenter obedire precipue laudabile est, cum grauius iniunguntur. Vnde super illud 1. Reg. 15. Melior est obedientia &c. dicit gl. Greg. Sciendum quod obedientia aliquando si de suo aliquid habet nulla est: aliquando minima est, si suum aliquid non habet. Cum enim locus superior imperatur, obedientie uirtutem euacuat sibi, qui ad hunc proprio desiderio anhelat. Cum uero probra & contumelie imperant, nisi hoc ex semetipso animus appetat, obedientie sibi meritum minuit, qui ad hanc inuitus descendit. Hinc Moyses principatum populi humiliter recusauit. Paulus autem audacter dicit, Ego non solum ligari in Ierusalē, sed & mori paratus sum. Et no-

lunt quod obedientia in difficultioribus gratior est, quam in obedientia grauior. In obedientia uero in facilioribus multum Deo displicet. Bern. de precepto & dispensatione: In obedientia ratione hanc generalis regula teneatur, ut in difficultioribus quibuslibet; agendis obedientia gratior quam preuaricatio grauior iudicet, & in facilioribus minusque onerosis conceptus danabilior, quam actus laudabilior estimetur. Aug. 14. lib. de Ciuit. Dei: In paradiso tanto maior inobediencia fuit, quanto illud quod preceptum est nullius difficultatis fuit. Vbi enim magna est inobediencie poena proposita, & res a creatore facilis imperata, quoniam satis explicet quantum malum sit non obedire in refecti, & tantae potestatis imperio & tanto terresti supplicio? Secundus gradus est obedere simpliciter. Multos enim uidemus secundum uerbum Bern. post precipientis imperium multas facere quaestiones, quare sapienter ingeminare, unde hoc uenerit, quod hoc inuenit consilium, in de murmuratione, excusatio, simulatio, impossibilitates, aduocatio amicorum. In Psal. In auditu auris obedimur tibi, ut ostenderet uos eodem momento processisse & imperatis imperium, & obsequium obsequentis. Ad simplicitatem obedientiae pertinet, non iudicare quid uel quare precipiatur. Bern. in lib. de consideratione: Omnibus nobis in consuetudinis initio nul-

la magis uirtus est necessaria, quam simplicitas humilis, & grauitas uerecunda. Bern. ad fratres de morte Dei: Perfecta obedientia maxime in incipiente est indifferetia: hoc est, non discernere quid uel quare precipiatur: sed ad hoc tantum niti, ut fideliter & humiliter fiat quod a maiore precipitur. Idem loquens de nouitio: Stultus fiat, ut sit sapiens: & hoc omnis eius sit discretio, ut in hoc nulla ei sit discretio: hanc omnium eius sapientia sit, ut in hac parte nulla sit ei. Idem in sermone: Rara avis in terris discretio: ideo discretiois locum fratres in uobis suppleat uirtus obedientie, ut nihil plus, nihil minus, nihil aliter quam imperatum sit faciat. Deut. 12. Quae precipio tibi, haec tantum facias: nec addas quicquam, nec minuas. Cum Iulius Caesar in perdomandis hostibus quinq; annorum spatium sibi permissum transisset, licet gloriosum triumphasset, honor tamen debitus sibi denegatus est: nec urbem ingredi permissus est, eo quod ultra terminum sibi praefixum moram contraxisset. Deut. 12. Non facies tibi quod nos hic facimus: hodie, singulis quod sibi restum uideatur. Bern. super Cant. Qui uelut curam semel nobis credidistis, quod rursus de uobis uos inueneritis: Perfeste obedes debet se habere ut iumentum David: Ut iumentum factus sum apud te. Item: Deduxisti sicut oues populum tuum. Et iterum: Qui deducis

uelut ouem Ioseph. Simplicitate obedientiae multum amabant antiqui patres in discipulis suis: ideo in principio non precipiebant eis recta. Vnde in uitis patrum, dixit quidam abbatum Pastori: Patres seniores non loquuntur ab initio fratribus recta, sed magis distorta: & si uiderint quia ea quae tortu sunt faciunt, iam eis non loquuntur nisi quod expedit, cognoscentes quoniam in omnibus obedientes sunt. Debent inferiores audire mandata superiorum, quasi a Deo dicerentur. Matth. 10. Qui uos audit, me audit. Vnde scitum non discerneret, si aliquid a Deo eis preciperetur, sed humiliter illud impleant: sic non debet discipulare de mandatis prelati. Bern. Non te moueat magister imperitus, indiscreta potestas: sed memento, quia non est potestas nisi a Deo: & qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit. Ad Coloss. 3. Serui obedite per omnia dominis &c. Et subditur: Quodcumque facitis, ex animo operamini sicut domino, & non hominibus. Tertius gradus est hilariter obedire. Hilaris enim datorem diligit Deus, 2. Cor. 9. secundum uerbum Bern. Serenitas in uultu, dulcedo in sermone multum colorant obedientiam obsequeris. Nubilo fa corporis compositio & facies tenetris tristitia obfusa deuotionem ab animo recessisse significat. Quis enim libenter imperat homini tristitiam efflanti. Ad I Eph.

Eph. 6. Omnia facite sine mur-
 uurationibus. Eccl. 35. In omni
 dato hilarem fac uultu tuum. Qui
 cum murmure obediunt, cum praua
 fallā Deū pacē: e uolūt. In Psal.
 Dederunt in escā meā fel. Obe-
 dientia talis est quasi obediētia
 dæmonū. Ad præceptum enim
 Christi exibant dæmonia à mul-
 tis, clamantia. Qui sic obediūt,
 nō uerē sunt obediētes, etsi di-
 cantur esse. Math. 27. Inuenerūt
 hominē Cyrenęum, nomine Si-
 monē. Tales sunt ut magni lapi-
 des qui moueri nō possunt sine
 afflictōe mouētis. Eccl. 10. Qui
 trāsfert lapides, affligetur in eis.
 Tales sunt ut rotæ carri nō so-
 lū in hoc quod præ defectu un-
 ctionis murmurant, sed q̄a unus
 alterum præcedere nō uult: nō
 faciām hoc dicit unus, nisi ille
 idē fecerit. Eccl. 33. Præcordia fa-
 tui quasi rota carri. Tales sunt
 sicut imagines in ædificiis quæ
 sustinent columnas quæ in facie
 tristitiam ostēdunt. Prælati cu-
 ius subditi cum tristitia & mur-
 mure obediūt, similis est illi qui
 habet omnia mēbra infirma,
 quæ necesse haberet mouere, &
 nullū mouere posset sine dolo-
 re, qui esset in magna miseria.
 Prælati talis imperat isti, & il-
 le affligitur, & contristatur, &
 ipse cum eo. Similiter imperat
 alii, & ille contristatur, & ipse
 cum eo, & sic qui obsequi de-
 buerunt, offendunt. ad Heb. 13.
 Obedite præpositis uestris, &
 subiaccete eis: ipsi enim peruigi-

lant quasi rationē pro animabus
 uestris redditori, ut hoc faciant
 cum gaudio, & nō gementes: hoc
 enim nō expedit uobis. Sen. in
 lib. de beneficiis. Ita à natura cō-
 paratū est: ut altius iniurię quam
 merita descendant: illa cito de-
 fluat, has tenax memoria custo-
 diat. Quid expectat qui offen-
 dit dum obligat? Satis aduersus
 eū gratus est, qui beneficium eius
 ignoscit. A simili possumus di-
 cere, q̄a satisfacit Deus pro obe-
 dientia aliquorū, si affectionem
 quam ipsi faciunt superioribus
 suis eis ignoscit. ¶ Quartus gra-
 dus est, uelociter obedire. Luc.
 19. dicitur est Zachæo, Festinans
 descende. Et subditur remuneratio:
 Hodie, inquit, salus huic do-
 mui facta est. Matt. 4. dicitur de
 Petro & Andrea à domino uo-
 cati: Et illi cōtinuū reliētis reti-
 bus secuti sunt eum. Et similiter
 subditur de Iacobo & Ioāne: Illi
 statim reliētis retibus & patre
 secuti sunt eum. Hiero. Perfēcta
 obediētia est sua imperfecta re-
 linquere. Cantic. 5. Manus eius
 tornatiles. In Vitis patrū, Abbas
 Syluanus habebat duodecim di-
 scipulos, uni eorū nomē Mar-
 cus, quē præ cæteris diligebat
 propter bonū obediētia, quod
 erat in eo. Cūmq; quidā dicerēt
 ei, q̄a alii discipuli cōtristatētur
 ex hoc, ipse pulsauit ad ostium
 uniuscuiusq; uocans eū, & nul-
 lus exire uoluit. Tandē uocauit
 Marcū ad eius ostiū, qui statim
 exiuit, & Syluanus in quaterno
 quem

quem ille scribebat tēpore uo-
 cationis, literā ultimā imperfe-
 ctam inuenit, quam post uoca-
 tionē propter bonū obediētia
 implere noluit. Tunc illi iudica-
 uerunt eum magis esse diligen-
 dum, eō q̄ Deus magis dilige-
 ret eum propter bonū obediē-
 tia. Item quidam Abbas seniori-
 suo abbati debuit præparare pi-
 scem, & apposuit cultellū & in-
 cidebat eum, & uocatus ab ab-
 bate suo reliquit piscem semi-
 scissum propter bonū obediē-
 tia. Valde gratū solet esse prin-
 cipibus quum præcepta eorū ue-
 lociter adimplentur. Prouer. 22.
 Vidisti hominem uelocē in ope-
 re suo, corā regibus stabit, nec
 erit ante ignobiles. ¶ Quintus
 gradus est, uiriliter adimplere
 mandatum. Bern. Manum tuam
 insiste ad fortia, agendū est in-
 stanter, & constanter obediē-
 dum. Nec inter asperitatē uer-
 berū tam regalis est semita re-
 linquenda. Et loquitur de semi-
 ta obediētia. Christus hanc se-
 mitam etiā pro morte ignomi-
 niosissima relinquere noluit. Ad
 Phil. 2. Factus obediens usq; ad
 mortem: mortem autem crucis.
 Bern. Mementote fratres, Chri-
 stus ne perderet obediētia,
 perdidit uitam. Idē: Putas obe-
 diētia fructū, quū subditus au-
 dit obediētia quā multis ex-
 petierat uotis, quum ei præcipi-
 tur quod redoleat dignitatem?
 Econtrario meritū assigna illi
 obediētia quæ terret animum

audientis, grauis ad audiendū,
 grauior ad implendū, grauissi-
 ma ad tenendum. ¶ Sextus gra-
 dus est, humiliter obedire. Et
 subdit Bern. Magna uirtus hu-
 militatis, sine cuius obtētu uir-
 tus fortitudinis non solum uir-
 tus non sit, sed etiam in super-
 biam erūpit. Luc. 17. Quū fece-
 ritis omnia quæ præcepta sunt,
 dicite, serui inuitiles sumus: q̄a
 facere debuimus, fecimus. ¶ Se-
 ptimus gradus est, indefinenter
 obedire. Et subdit Bern. Per-
 seuerātia singularis est filia sum-
 mi regis. Idē: Quid currere pro-
 dest, & ante cursus metam desi-
 cere? Sic currite ut comprehen-
 datis. 1. ad Corint. 11. Hi sunt se-
 ptem gradus scālæ quam uidit
 Iacob. Gen. 28. Hanc uisionē ui-
 dit Iacob dormiens in itinere,
 lapide supposito capiti. Gloss.
 Caput ponit in lapide qui Chri-
 sto inhæret mente. Et secundum
 August. in itinere dormire, est
 in uia huius seculi ab impedimē-
 to secularium actiōnum quiesce-
 re. Beatus Benedictus & Aug. &
 alii sancti qui religiones initi-
 tuerunt, quū Christo corde ad-
 hæssissent, & à curis huius seculi
 quiescerēt, spiritaliter uiderūt
 uisionē illā. Scala ista obediētia
 est, cuius duo latera possunt in-
 telligi, paupertas uoluntaria &
 continentia, uel abrenuntiatio
 proprii sensus & propriæ uolū-
 tatis. ¶ Atquē dēda uerō sunt qua-
 tuor quæ de hac scālā dicuntur.
 ¶ Primum est, q̄a erat stās super

terram. In quo notatur rectitudo interioris quæ debet esse in his qui uiam obedientiæ aggrediuntur. Et excluditur per hoc macula intentionis terrenæ eorum qui habent terrenam intentionem in religione. Scala eorū non stat, sed potius iacet super terram: uel potius directā est ad infernum. Ecclesi. 4. Custodi pedem tuum ingrediens domum domini. Pedem, inquam, intentionis. ¶ Secundum est, quod cecumen eius tangebatur cælū. In quo figurata est, quod conuersatio religiosorum in cælis debet esse, uel quod immediatus transitus est in mortē à uia perfectæ obedientiæ in cælum. Parum enim uel nihil moratur perfectē obediētes in purgatorio. Et quia magni lucri est obedientia, ut prius ostensum est, & ideo sufficit hic soluere debita. Et quia in uero obediēte Christus uiuit & operatur, ad Gal. 2. Viuo autem iam non egouiuui uerō in me Christus. Nec est uerisimile, quod Deus sit in futuro eorum ultor, quorum hic est actor. ¶ Tertium est, quod Iacob uidit angelos ascendentes & descendentes per scalam illam. In quo insinuat, quod uia obediētiæ uita angelica est. Siue enim descendant uerē obediētes fratribus suis ministrando, siue ascendant Deo assistendo in oratione, lectione, meditatione, ad modum angelorum uoluntatem Dei peragunt. Unde quantum ad illos impletur

oratiōis dominicæ petitio, Fiat uoluntas tua sicut in cælo & in terra. Matt. 6. ¶ Quartum est, quod dominus erat innixus scalæ. In quo insinuat, quod perfectæ obedientia se habet immediate ad Deum. Nullum enim interuallum uel modicum est inter mortem uerē obediētis & diuinam uisionē. In Psal. Tenuisti manum dexteram meam, & in uoluntate mea deduxisti me, & in cū gloria suscepisti me. Esa. 58. Si auerteris à sabbato pedem tuum & c. sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo te hereditate Iacob patris tui. Multū deberent incitare eos qui sunt in scala obediētiæ ad ascendendum uiriliter, spes & desiderium uidendi dominum innixum scalæ. Sicut quum acclamatum est in obsidione alicuius castris, illud habiturum centum libras qui primō intrauerit: spes & desiderium tanti lucri facit aliquos per scalam ascendere, tenentes clypeos supra se, licet lapidibus desuper percutiantur. Sic spes & desiderium, de quibus iam diximus, deberent facere ut homines per scalam obediētiæ ascenderent: omnes aduersitates quæ occurrunt superando. Math. 11. Regnum cælorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Item insinuat in hoc quod dominus erat innixus scalæ, quod ipse paratus est iuare & conseruare eos, qui uiam obediētiæ aggrediuntur, quasi suos. Perfectē obediens

obediens est proximo sequitur dominum. Unde dominus quasi fidelis socius ubi deuentum est ad locum difficile ad transeundum porrigit ei manum iuuans eum. In Psal. Adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua. Attendendum etiam est quod sequitur: Verē dominus est in loco isto, dicit Iacob. Deus dominum se exhibet uerē obediēti, eum iuuando, conseruando, & ei prouidendo: & meritō, eum ille se exhibeat seruū Dei, uoluntatem eius adimplendo. Item attendendum est quod Iacob postea dixit, Quam terribilis est locus iste? Terribilis est locus sanctus, scilicet locus religionis, propter domini præsentiam. Solicitudinem enim debet se habere qui sunt in religione, propter hoc quod dominus præsens est. Hoc est unum illorum quæ Deus requirit ab homine: scilicet sollicitē ambulare cum Deo suo. Michæ 6. Terrorem incutere deberet his qui peccant in locis sanctis, pœna illorū qui in locis sanctis peccauerunt: ut pœna Luciferi & Adam. Sequitur: Non est hic aliud, nisi domus Dei & porta cæli. Domus Dei, dicitur religio: quia in uerē obediētibz Deus habet dominiū. Porta uerō cæli est propter propinquitatem quā habet perfectæ obediētia ad Dei uisionem. Ve illis qui de porta cæli faciūt portā inferni: & de domo Dei, speluncam latronum: ut qui timo-

niacē intrant religionē aliquā, uel proprietarii sunt ibi. Math. 21. Domus mea domus orationis uocabitur: uos autē fecistis eam speluncam latronum. Item: Væ illis religiosiis qui de scala regni cælestis scalam faciūt confusionis, quorum peccata tanto amplius fortēt hominibus, quanto ipsi sunt in gradu altiori.

De partibus Obediētiæ. CAP. V.
Est obediētia reprehensibilis, & est obediētia commendabilis. ¶ Obediētia reprehensibilis est triplex. ¶ Prima est quā aliquis obedit creaturæ inferiori homine: ut pecuniæ. Eccle. 10. Pecuniæ obediunt omnia. ¶ Secūda est, cum ex remissione superioris & ceruicofitate inferioris accidit quod ille obedit qui debet imperare, & ille imperat qui debet obedire: cum scilicet ille est supra qui deberet esse infra, & membrum super uerticem se extollit. Prouer. 30. Per tria mouetur terra, & quartū quod nō potest sustinere, per seruū cum regnauerit &c. ¶ Tertia est, cū aliquis suo superiori in malo obedit. Grego. in Moral. Nunquā per obediētiā malū fieri. Aliquādo autē debet bonū, quod agitur, per obediētiā intermiti. Bern. in epistolis: Facere magis quolibet etiā iubēte domino, constat nō esse obediētiā, sed potius inobediētiā. Greg. Caneat subditi ne plus quā expedit sint subiecti, ne dū plus quā expedit student subiecti,

superiorū cōpellantur uitia uenerari. Aug. Sic modus obediētiæ tenēdus est, ut bonis in malo nō consentias, nec malis in bono nō contradicas. ¶ Obediētia uerō cōmendabilis quædā est necessaria, quædā abundans uel perfecta. Necessaria est, ut quum aliquis obedit in his in quibus tenetur obedire. Abundans uerō est, quū obedit etiam in his in quibus nō tenetur obedire. Bern. Subiectus huiusmodi, obediētiā quæ finibus cohibetur nouerit imperfectam: nam perfecta obediētia legem nescit, terminis nō arctatur, neq; contenta angustiis professionis, largiori uoluntate fertur in latitudinem charitatis. Item ad perfectionem obediētiæ pertinet nō solum facere quod iubetur, sed etiam sicut iubetur. Bern. Illum optimū dixerim obediētiæ gradum, cum eo animo opus iniunctum recipit quo & præcipitur. Gen. 17. dicitur de Abraham. Et circumcidit carnē præputii eorū statim ipsa die, sicut præcepit ei Deus. Matth. 1. Exurgens Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus. Io. 14. Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. ¶ Itē notandum, quod est obediētia quæ debetur ex natura: ut illa quæ debetur Deo. Act. 5. Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Et illa quæ debetur parentibus carnalibus. Ad Ephe. 6. Filii obedite parentibus uestris in domino, hoc enim iustum. Item

ad Colof. 3. Filii, obedite parentibus uestris, per omnia: hoc enim beneplacitū est domino. Itē est obediētia quæ nō debetur ex natura, sed habuit uoluntatem principium sui, uel uoluntatem liberam, uel non liberam. Voluntatem nō liberam sui principii habuit obediētia, quam debet seruus domino. ad Colof. 3. Serui, obedite per omnia dominis uestris. Voluntatē uerō liberam sui principium habuit obediētia quam uxor debet uiro, uel quā debet subditus prælato. ad Ephe. 5. Mulieres subditæ sint uiris suis in omnibus. Gen. 3. mulieri dicitur: Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. ad Heb. 13. Obedite præpositis uestris, & subiaccete eis.

De his que aduersantur obediētiæ. Et de duodecim malis que propria uoluntas homini facit. CAP. VI.

Obediētiæ primo aduersatur proprius sensus, deinde propria uolūtas. Sicut equus uidēs nō est idoneus circūire ad molā: sic qui habet propriū sensum, non est aptus uolubilitati obediētiæ. Deut. 12. Non facietis ibi quod nos facimus huc hodie. Iudic. 17. In diebus illis non erat rex in Israël: sed unusquisque quod rectū sibi uidebatur, hoc faciebat. Exemplū relinquendū proprium sensum, dedit Christus à matre sua in templo inuentus. Luc. 2. Descendit cum eis, & uenit

uenit Nazareth, & erat subditus illis. Ber. Quis nō erubescat obstinatus esse in cōsilio suo, quādo suum sapiētia ipsa deseruit? Proprius sensus, oculus est ueteris hominis qui inimicus est Deo, & ideo eruendus est. ¶ De propria uolūtatē, notādum est, quod ipsa Deo multū displicet, diabolo multū placet, homini multum nocet. Nec mirum si Deo multum displicet. Ipsa enim est, quæ Deo primo iniuriatur. Ipsa sola Deo aufert dominū suum, & dat illud diabolo. Sicut enim obediētia efficit hominē seruū Dei: sic propria uoluntas efficit eum seruū diaboli: ideo multum placet diabolo. Ecc. 18. Post cōcupiscentias tuas nō eas, & à uoluntate tua auertere. Si præstes animæ tuæ cōcupiscentias eius, faciet te in gaudiū inimicis tuis. ¶ Propria uolūtas homini multipliciter nocet. ¶ Primo aufert ei Deum. Bern. super Cant. Non dabit in obediētiā copiam sui tantus obediētiæ amator, ut mori quàm non obedire maluerit. ¶ Secundo beneficia Dei homini subtrahit. Greg. Dignum est, ut ab eius beneficiis sit quilibet extraneus, qui eius nimitū iustionibus nō uult esse subiectus. ¶ Tertio, meritū euacuat. Esaiæ 58. Quare ieiunauimus, & nō aspexitis? Et subditur: Ecce in die ieiunii uestri inuenitur uoluntas uestra. Ber. super Cantic. Grande malum propria uolūtas, qua fit ut bona tua tibi

bona non sint. ¶ Quarto, hominem excommunicat. 2. ad Thez. 3. Si quis non obedit uerbo nostro per epistolā, hunc notate, & ne commisceamini eum illo. ¶ Quinto, hominē furem efficit. Ille enim qui in religio est propriæ uoluntatis, contractat rem alienā, scilicet seipsum domino inuito. Matth. 16. Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum. Luc. 14. Omnis ex uobis qui nō renunciauerit omnibus, quæ possidet, nō potest meus esse discipulus. ¶ Sexto, reddit hominem maledictū. Deute. 28. Si audire nolueris uocē domini Dei tui, ut custodias & facias omnia madata eius, ueniet super te omnes maledictiones istæ, & apprehēdet te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreū tuum, & maledictæ reliquie tuæ, maledictus fructus uētris tui, & fructus terræ tuæ. ¶ Septimo, idololatram efficit. 1. Reg. 15. Quasi peccatū ariolādi est, repugnare, & quasi scelus idololatrici nolle acquiescere. Gl. Sola est obediētia, quæ fidei meritum possidet, sine qua infidelis quisque cōuincitur. Inobediens negat Deū in quantum Deus est. Greg. in Moralib. Contra conditorē superbire, est præcepta eius peccādo transgredere: quia quasi à se iugū dominationis eius excutit, cui per inobediētiā subesse contemnit. ¶ Octauo, hominē à dignitate detrahit: ut patet in Saul, cui dicit

uerò opera eorum nolite face-
re. 1. Petri 2. Serui, subditi estote
in omni timore dominis, non
tantum bonis & modestis, sed et-
iam discoloris. Præterea si tatum
bonis esset obediendum, iuris-
dictio ecclesie nihil haberet cer-
titudinis: nescitur enim quis sit
bonus uel malus. Eccl. 9. Sunt iu-
sti atque sapientes, & opera eor-
um in manu Dei, & tamen ne-
scit homo utrū amore an odio
dignus sit: sed omnia in futurū
seruantur incerta. Item iurisdi-
ctio ecclesie nihil haberet stabi-
litatis. Ille enim qui est bonus
in momento, potest fieri malus,
& iam non ei est obediendum.
Præterea sicut pictor fœdus de-
pingit statuam pulchram, nec ui-
tium pictoris statuam deturpat:
sic & prælatus malus potest face-
re præceptū bonum: nec est pe-
riculum his qui subiecti sunt, si
obediant prælato malo in eis in
quibus obediēt prælato bono.
Ex quo prælatus malus habet po-
testatem. Omnis enim potestas
à Deo est: & qui potestati resi-
stunt, ordinationi Dei resistunt. ad
Roma. 13. Si uero prælatus ma-
lus præcipiat malum: tunc planè
non est obediendum ei. Augu.
super illud ad Roma. 13. Qui re-
sistunt, ipsi sibi damnationē ac-
quirunt. Si ille iubeat quod nō
debes facere, hic sanè contem-
ne potestatem timendo potesta-
tem matorem. Ipsos humana-
rum rerum gradus aduerte. Si
quid iusserit curator, nunquid

tibi faciendum est, si cōtra pro-
consulem iubeat: Rursus si quid
proconsul iubeat, & aliud Impe-
rator, nunquid dubitatur con-
tempo illo illi esse seruiedum?
Ergo si aliud Imperator & aliud
Deus iubeat, contempso illo
obtemperandum est Deo.

De Disciplina. P A R S XI. *Quæ
habet septem Capitula.*

De ordine dicendorum de Disci-
plina. Et de diuersis acceptio-
nibus huius nominis Disci-
plina.

C A P V T I.

D Icto de Obediētia qua red-
ditur quod debetur supe-
riori, dicendum est de Discipi-
na, qua redditur quod debetur
inferiori. de qua hoc modo dic-
tetur. ¶ Primo ponentur diuer-
sæ acceptiones huius nominis
Disciplina. ¶ Secūdo, tangetur
de his quæ possunt incitare ad
faciendum correptionē. ¶ Ter-
tio, de his quæ possunt eam im-
pedire. ¶ Quarto de modo cor-
ripiendi, uel corrigēdi. ¶ Quin-
to, de his quæ incitare possunt
ad libētē recipiendū correptionē.
¶ Sexto, de diuersis partibus
disciplina. ¶ Septimo, de errori-
bus circa disciplinam. ¶ Circa
primum notandū, qd disciplina
quandoq; dicitur desideriuū cor-
rigēdi inferiores, & sic uidetur
esse pars iustitiæ. Quandoq; autē
dicitur disciplina id qd adhi-
betur ad correptionē aliquorū.
Sic sumit ad Heb. 12. Filii mei, nolite
negligere disciplinā. In eodem:
In disciplina perseuerate. Item:

Si

Si extra disciplinam estis &c.
Quandoque autem disciplina
dicitur effectus disciplinae sum-
ptæ secundo modo. Et sic uide-
tur eā describere Cyprianus, di-
cens: Disciplina est morum or-
dinata correptio, & maiorū præ-
cedentium patrum regularum
obseruatio. Item magister Hu-
go de sancto Victore: Disciplina,
inquit, est conuersatio bona
& honesta, cui parū est non ma-
lū facere, sed studet in his quæ
bene agit per cuncta irreprehē-
sibilis apparere. Bern. in episto-
lis: Disciplina cœuicē submit-
tit, ponit supercilia, componit
uultum, ligat oculos, cachinnos
cohibet, mo deratur linguā, gulā
frenat, iram sedat, format inces-
sum. Itē magister Hugo de san-
cto Victore, Disciplina est mē-
brorū omniū morus ordinatus
& dispositio decēs in omni ha-
bitu & actiōe. Disciplina sum-
pta primo modo poterit uideri
alicui idem esse quod zelus. Ad
zelum primo uidetur pertinere
dolor de Dei cōtumelia, qui est
quasi quædam scissura cordis,
quam interdum indicat uestiū
scissura. Secūdo tabescētia, quæ
est quū dolor uehementior aut
diuturnior fuerit. David: Super
inimicos tuos tabescebat. Tercio
ira per zelum, quæ est appetitus
ulciscēdi Dei offensam: quæ ira
si inueterata fuerit, efficit odiū.
De quo in P'sal. Nōne qui ode-
rant te Domine oderam? Idem:
Perfecto odio oderā illos. Per-

fectum odium ex quo inimicos
Dei usque ad dilectionem uel
perfectionem persequimur, nō
habentes pacem cum eis quan-
diu sunt Dei inimici. Vel perfe-
ctum odium dicitur odium ui-
rorum perfectorū, & maiorū præ-
cedentium patrum regularum
obseruatio. Item magister Hu-
go de sancto Victore: Disciplina,
inquit, est conuersatio bona
& honesta, cui parū est non ma-
lū facere, sed studet in his quæ
bene agit per cuncta irreprehē-
sibilis apparere. Bern. in episto-
lis: Disciplina cœuicē submit-
tit, ponit supercilia, componit
uultum, ligat oculos, cachinnos
cohibet, mo deratur linguā, gulā
frenat, iram sedat, format inces-
sum. Itē magister Hugo de san-
cto Victore, Disciplina est mē-
brorū omniū morus ordinatus
& dispositio decēs in omni ha-
bitu & actiōe. Disciplina sum-
pta primo modo poterit uideri
alicui idem esse quod zelus. Ad
zelum primo uidetur pertinere
dolor de Dei cōtumelia, qui est
quasi quædam scissura cordis,
quam interdum indicat uestiū
scissura. Secūdo tabescētia, quæ
est quū dolor uehementior aut
diuturnior fuerit. David: Super
inimicos tuos tabescebat. Tercio
ira per zelum, quæ est appetitus
ulciscēdi Dei offensam: quæ ira
si inueterata fuerit, efficit odiū.
De quo in P'sal. Nōne qui ode-
rant te Domine oderam? Idem:
Perfecto odio oderā illos. Per-
fectum odium ex quo inimicos
Dei usque ad dilectionem uel
perfectionem persequimur, nō
habentes pacem cum eis quan-
diu sunt Dei inimici. Vel perfe-
ctum odium dicitur odium ui-
rorum perfectorū, & maiorū præ-
cedentium patrum regularum
obseruatio. Item magister Hu-
go de sancto Victore: Disciplina,
inquit, est conuersatio bona
& honesta, cui parū est non ma-
lū facere, sed studet in his quæ
bene agit per cuncta irreprehē-
sibilis apparere. Bern. in episto-
lis: Disciplina cœuicē submit-
tit, ponit supercilia, componit
uultum, ligat oculos, cachinnos
cohibet, mo deratur linguā, gulā
frenat, iram sedat, format inces-
sum. Itē magister Hugo de san-
cto Victore, Disciplina est mē-
brorū omniū morus ordinatus
& dispositio decēs in omni ha-
bitu & actiōe. Disciplina sum-
pta primo modo poterit uideri
alicui idem esse quod zelus. Ad
zelum primo uidetur pertinere
dolor de Dei cōtumelia, qui est
quasi quædam scissura cordis,
quam interdum indicat uestiū
scissura. Secūdo tabescētia, quæ
est quū dolor uehementior aut
diuturnior fuerit. David: Super
inimicos tuos tabescebat. Tercio
ira per zelum, quæ est appetitus
ulciscēdi Dei offensam: quæ ira
si inueterata fuerit, efficit odiū.
De quo in P'sal. Nōne qui ode-
rant te Domine oderam? Idem:
Perfecto odio oderā illos. Per-
fectum odium ex quo inimicos
Dei usque ad dilectionem uel
perfectionem persequimur, nō
habentes pacem cum eis quan-
diu sunt Dei inimici. Vel perfe-
ctum odium dicitur odium ui-
rorum perfectorū, & maiorū præ-
cedentium patrum regularum
obseruatio. Item magister Hu-
go de sancto Victore: Disciplina,
inquit, est conuersatio bona
& honesta, cui parū est non ma-
lū facere, sed studet in his quæ
bene agit per cuncta irreprehē-
sibilis apparere. Bern. in episto-
lis: Disciplina cœuicē submit-
tit, ponit supercilia, componit
uultum, ligat oculos, cachinnos
cohibet, mo deratur linguā, gulā
frenat, iram sedat, format inces-
sum. Itē magister Hugo de san-
cto Victore, Disciplina est mē-
brorū omniū morus ordinatus
& dispositio decēs in omni ha-
bitu & actiōe. Disciplina sum-
pta primo modo poterit uideri
alicui idem esse quod zelus. Ad
zelum primo uidetur pertinere
dolor de Dei cōtumelia, qui est
quasi quædam scissura cordis,
quam interdum indicat uestiū
scissura. Secūdo tabescētia, quæ
est quū dolor uehementior aut
diuturnior fuerit. David: Super
inimicos tuos tabescebat. Tercio
ira per zelum, quæ est appetitus
ulciscēdi Dei offensam: quæ ira
si inueterata fuerit, efficit odiū.
De quo in P'sal. Nōne qui ode-
rant te Domine oderam? Idem:
Perfecto odio oderā illos. Per-
fectum odium ex quo inimicos
Dei usque ad dilectionem uel
perfectionem persequimur, nō
habentes pacem cum eis quan-
diu sunt Dei inimici. Vel perfe-
ctum odium dicitur odium ui-
rorum perfectorū, & maiorū præ-
cedentium patrum regularum
obseruatio. Item magister Hu-
go de sancto Victore: Disciplina,
inquit, est conuersatio bona
& honesta, cui parū est non ma-
lū facere, sed studet in his quæ
bene agit per cuncta irreprehē-
sibilis apparere. Bern. in episto-
lis: Disciplina cœuicē submit-
tit, ponit supercilia, componit
uultum, ligat oculos, cachinnos
cohibet, mo deratur linguā, gulā
frenat, iram sedat, format inces-
sum. Itē magister Hugo de san-
cto Victore, Disciplina est mē-
brorū omniū morus ordinatus
& dispositio decēs in omni ha-
bitu & actiōe. Disciplina sum-
pta primo modo poterit uideri
alicui idem esse quod zelus. Ad
zelum primo uidetur pertinere
dolor de Dei cōtumelia, qui est
quasi quædam scissura cordis,
quam interdum indicat uestiū
scissura. Secūdo tabescētia, quæ
est quū dolor uehementior aut
diuturnior fuerit. David: Super
inimicos tuos tabescebat. Tercio
ira per zelum, quæ est appetitus
ulciscēdi Dei offensam: quæ ira
si inueterata fuerit, efficit odiū.
De quo in P'sal. Nōne qui ode-
rant te Domine oderam? Idem:
Perfecto odio oderā illos. Per-

iracun

iracundia dicit Gregor. Est ira per zelū, qua irasci sicut nostris proximorum erroribus debemus. De hac ira etiam dicit gl. super illud Ecclesiast. 7. Melior est ira risu. Hæc est ira qua uitis irascimur. Item notandum, quod super illud Ezech. 4. Sume tibi sartagine ferream, dicit gl. Gregor. Nullum maius sacrificium Deo est, quam zelus annuarum. Zelus dei gloriam in hoc mundo defendit: zelus carbo est quem de Seraphin accepit de altari caelesti, & tetigit labia Esaiæ. Esa. 6. Nam nō sunt digna prædicare uerbum Dei labia illa quæ hic carbo non tetigerit. In Psalm. Mors in labiis eorum, ubi litera communis habet, Gladius in labiis eorum. In labiis quorundam uerbum Dei quod deberet esse spiritus & uita, mors est. Propter enim defectum zeli, uerbum Dei ita frigidè annuntiant aliqui, quod auditores eorū inde potius frigescent quam accendantur. Propter ignem istum dictum est de Elia, Ecc. 48. Surrexit Elias propheta, quasi ignis. Zach. 2. Ponom duces Iuda sicut caninum ignis in lignis.

De his quæ possunt incitare ad faciendam correptionem.

CAP. II.

AD correptionem faciendā, notandum, quod ad hoc primo incitare potest frequens admonitio sacræ scripturæ. Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus,

corripe eum inter te & ipsum solum. ad Gal. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spiritales estis, instruite huiusmodi. 1. ad Thes. 4. Rogamus uos fratres, corripite inquietos. Prou. 24. Noli subtrahere à puero disciplinā. Eccl. 7. Filii tibi sunt: erudi illos, & curua illos à pueritia illorum. Eiusdem 30. Tūde latera eius dum infans est, ne fortè induret & non credat tibi. In eodē: Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudine illius offendas, ad Ephes. 6. Educate filios uestros in disciplina & correptione domini. ¶ Secūdo exempla, & maxime exemplum Christi, De cuius zelo habes Math. 23. & Ioan. 2. Et in Psalm. Zelus domus tuæ comedit me. Esaia 59. Opertus est dominus pallio zeli. Et Can. 2. En ipse stat post parietem: ad modū scilicet zelantis & auscultantis. Exemplū zeli habes Exo. 32. in Moyse & Leuitis vindictam summentibus de idololatria Iudaici populi. Item Nume. 25. in Phinees, qui interfecit uirum Israëlitem coëntem cum Madianitide: de quo dominus ait ad Moysen, Phinees filius Eleazari auertit iram à filiis Israë: quia zelo meo commotus est contra eos. Itē 3. Reg. 10. in Iesu qui interfecit prophetas Baal. Item 1. Mach. 2. in Mathia qui trucidauit Iudæum sacrificantē idolis. ¶ Tertio utilitas ex correptione proueniens

uirga

uirga correptionis fructifera est. Unde significata est per uirgam illa quæ protulit flores & amygdala. Nume. 17. Utilitatem correptionis in multis locis insinuat sacra scriptura. Prouerb. 17. Melior est manifesta correptio, quæ amor absconditus. Et in eodem: Meliora sunt uulnera diligētis, quam fraudulenta odiētis oscula. Eiusdem 28. Qui corripit hominem, gratiā postea inueniet apud eum, magis quæ qui per linguæ blandimenta decipit. Eiusdem 29. Virga atque correptio tribuit sapientiam. Ecclesiastic. 7. Melius est à sapiente corripī, quam stultorum adulatione decipi. Eiusdem 30. Qui diligit filium, assiduatur illi flagella, ut lætetur in nouissimo suo. Item in eodem: Qui docet filium suum, laudabitur in eo. Aug. ad Vincentium: Non omnis qui parcat amicus est, nec omnis qui uerberat inimicus. Melius est cum seueritate diligere, quam cū lenitate decipere: Vtilius esuriētī panis tollitur, si de cibo iustitiæ securus negligebat, quæ esuriētī panis frāgitur, ut iniustitiæ seductus accēscat. Et qui phreneticū ligat, & qui lethargicū excitat, ambobus molestus ambos amat. Quis nos potest amplius amare quam Deus? & tamē nos nō solum docere suauiter, uerum etiā salubriter terrere non cessat. ¶ Quarto, malum proueniens ex defectu correptionis. Quod in multis locis sacræ scripturæ

nobis insinuat. 1. Regū 3. Suscitabo aduersus Heli omnia quæ locutus sum super donum eius, eod quod nouerat indignè agere filios suos, & non corripuit eos. Et 3. Regū 1. Adonias eleuabatur, dicens: Ego regnabo. Et infra: Nec corripuit eam pater suus aliquando, quem occasione regni postea Salomon fecit occidi. Prouerbior. 13. Qui parcat uirgæ, odit filium suum: qui autem diligit, instanter erudit. Eiusdem 29. Puer qui dimittitur uolūtati suæ, cōfundit matrem suam. Ecclesiastic. 22. Confusio patris est de filio indisciplinato. Eiusdem 41. De patre impio queruntur filii, quoniā propter eum sunt in opprobriū uel tormentum. Esa. 14. Præparate eius filios occisioni in iniquitate patrum eorum.

De impedimentis correptionis.

CAP. III.

OCto sunt quæ solent impedire ne correptio debito modo fiat. Primū est, indiscreta humilitas. Aug. loquēs prælatis: Cū necessitas disciplinæ in moribus coërgendis dicere uos dura uerba cōpellit, si etiā ipsi modum uos excessisse sentitis, non à uobis exigitur, ut à uobis subditis ueniam postuletis, ne apud eos quos oportet esse subiectos, dum nimium seruat humilitas, regendi frāgatur auctoritas. Ecc. 13. Noli esse humilis in sapientia tua. ad Tit. 2. Hæc loquere & exhortare, & argue

cum

cum omni imperio. ¶ Secundū est, timor scandalī. Veritas uitæ, doctrinæ uel iudiciū, ppter scādalum dimittēda nō est. ad Gal. 2. dicit Paulus: Quum uenisset Petrus Antiochiā, in facie restiti ei: quia reprehensibilis erat. Matt. 15. quū diceretur Christo, Scis quia Pharisei audito hoc uerbo scandalizati sunt? Ille respōdēs ait: Omnis plātatio quā nō plantauerit Pater meus, eradicabitur. Sinite eos, cæci sunt, & duces cæcorū. ¶ Tertium est, timor mundanus uel humanus. Cōtra quod legitur de Elia Ecclesi. 48. Non pertimuit principē, nec superauit eū uerbū aliquod. Et 3. Regū 18. Dixit Elias ad Achab: Non conturbo ego Israēl, sed tu & domus patris tui. ¶ Quartū est, remissio. De qua exēplū habet in Heli. 1. Reg. 1. q remissē arguebat filios suos, dicens: Quare facitis res huiusmodi quas ego audio? ¶ Quintū & sextū sunt austeritas & indiscretio. Cōtra quæ duo fuerūt in arca testamēti, uirga, manna, & tabulæ testamēti. In uirga intelligitur correptio. In tabulis, discretio. In manna, mansuetudo. Contra austeritatem dicitur ad Gal. 6. Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Contra indiscretionē dicitur Proverb. 14. In ore stulti uirga superbiæ. ¶ Septimū, est ira uel odiū. Prou. 19. Spiritū ad irascendū facit quis poterit sustinere? Eccle. 19. Est correptio

mēdax in ira contumeliosus. Videtur esse correptio, quod potius est corruptio uel conuultio. ¶ Octauum est, amor terrenū. Unde Gene. 4. dixit Cain: Nunquid custos fratris mei sum ego? Cain interpretatur possessio. Amator possessionum custodiam fratrum negligit, non attendens illud Eccle. 29. Perde pecuniam propter fratrem.

De modo faciendī correptionem.

C A P . IIII.

Correptio procedere debet ex amore. Apoc. 4. Ego quos amo arguo & castigo. Sed sunt aliqui qui illos maxime uolunt corrigere quos uidentur non amare, quorum correptio ab eis quibus adhibetur, non reputatur correptio, sed hostilis persecutio. Esai. 11. Egrediet uirga de radice Iesse. Iesse interpretatur incendium. De incendio amoris egredi debet uirga correptionis. 2. ad Thes. ultim. Nolite quasi inimicum existimare illi, sed corripite ut fratrem. ¶ Item correptio debet fieri cū cōpāssione. Greg. Nequaquam iactem erigit, nisi qui status sui rectitudinem per cōpāssionem flectit. Augusti. Duo sunt nomina, homo, peccator: quia peccator est, corripere: quia homo est, miserere. In Psal. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, sicut dicit glos. super illud Matth. 5. Beati quæ est in iustitia. Iustitiæ lumen est misericordia. Iustitia sine misericordia

recor-

ricordia, cæcus furor est. Zelus absque misericordia, est ut cæcus sagittarius qui intendēs occidere feram, occidit hominē: sicut Lamech qui intendens sagittare ferā, sagittauit Cain, & occidit eum iuxta traditionem Hebræorum. Ignis zeli ardere debet in oleo misericordiæ. Grego. super Ezech. Zeli sancti districtio, de uirtute misericordiæ necesse est ut ardeat. Ideo necesse est eū qui habet alios corrigere, iugiter meditari propriā infirmitatem, ut in seipso discat quæ alii portare possint. In Psal. Sciāt gentes quoniam homines sunt. Ad Gal. 6. Cōsiderās temerisum ne & tu tenteris. Eccl. 31. Intellige quæ sunt proximi ex teipso. Greg. Omnipotēs Deus idcirco principē Apostolorū permisit cadere, ut in culpa sua disceret qualiter aliis misereri deberet. Et de Christo legitur Esai. 53. Virū dolorū & sciētē infirmitatem. Qui nō didicit pati disciplinā, nescit eā in alios exercere. Quidā religiosi habētes abbatē tortorē crudelissimū, in expertū disciplinæ quā in alios noluit exercere, coegerūt eū sedere per mēsem inter fratres, & agere se tāquam simplicem fratrem: quē quotidie proclamantes, & egregiē uerberantes, tandem restituerunt eum sedi suæ, dicentes, Ecce per mensem fuisi in scholis disciplinæ: & non solum audisti doctrinam disciplinæ, sed etiam sensisti: nō erat

mirū si nesciebas quod non didiceras: sis memor eorum quæ didicisti, alioquin tibi rememorationem faciemus ipsorū. Qui didicit ex his quæ passus est disciplinam. Sunt multi qui alios durē uolunt corrigere, sed tamē nolentes corrigi, quorum morbus est Noli me tangere, solo Deo curabilis, cū omnē tactū humanum fugiat. Itē correptio fieri debet in mansuetudine. In Psal. Superuenit mansuetudo, & corripemur. Sen. Virtia animi sicut uitia corporis leniter sunt tractanda. Amb. super Lucā: Plus proficit amica correptio, quam accusatio turbulenta. Illa pudorem incutit, hæc indignationem mouet. ad Galat. 6. Vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Zelus sedet quasi in fornace uel iuxta fornacem, scilicet uim irascibilium: unde de facili emicat scintilla iræ quibus turbatur oculus mētis. Cato: Impedit ira animū, ne possit cernere uerum. Et super illud Iob 5. Virum stultū interficit iracundia. dicit Gregor. Ira per zelum turbat. Ipse namq; zelus rectitudinis, dum aciem mentis agit, turbat. Ideo uiri sancti irā sentientes super sedere uolunt correptioni, donec ira cessauerit & tranquillitas in mente facta sit, imitari uolētes illum cui dicitur Sapient. 12. Tu dominator uirtutis cum tranquillitate iudicas. Iaco. 1. Ira uiri, iustitiam Dei non operatur. Diogenes

nes cum esset iratus seruo suo, ait: lam te, nisi iratus essem, uerberibus enecassem. In hominibus iracundis non exilit scintilla de fornace uis irascibilis, sed flamma totum uorans: & quod zelo sancto ceperant, furore consummant. In eis opus sanctum quod zelus sanctus tenebat, ira rapit & sibi uendicat. Scintilla uero ira etsi aliquid turbationis oculo mentis ingerat, non tamen opus sancto zelo inceptum sibi uendicat. Simile inuenitur in uiro qui ex iustitia uult reddere debitum uxori, cuius operi dupliciter potest se ingerere uoluptas: uel sic ut opus iustitiae non auferatur: uel ita ut id totum sibi rapiat: ut scilicet solo uoluptatis amore consummetur. ad Galat. 3. Sic stulti estis, ut cum Spiritu ceperitis, nunc carne consummemini? Simile etiam accidit in illo qui ex charitate incipit dare eleemosynam, cui uana gloria duplex potest se ingerere. Simile etiam accidit in eo qui ex deuotione inchoat iter Ierosolymitanum, & intrat in cor eius cogitatio de negotiatione ibi exercenda, quae cogitatio dupliciter potest se ingerere ut prius. Item correptio secreto faciēda est, si culpa sit occulta. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripie eum inter te & ipsum solum. Si uero culpa sit manifesta, manifeste faciēda est. 1. ad Timot. 5. Peccantes coram omnibus

argue, ut & caeteri timorem habeat. Id. Manifesta peccata non sunt occulta purgatione purganda: palam enim arguendi sunt, quae palam nocent, ut dum aperta obiuigatione sanantur, hi qui eos imitando deliquerunt, corrigantur. Dum unus corripitur, plurimi emendantur, necesse est ut pro multorum saluatione unus cōdemnetur, quam per unius licentiam multi periclitentur. Ita erga delinquentem sermo est proferendus, sicut eius qui corripitur exoptulat salus. Itē in correptione attendendus est status personarum quae corriguntur, quia non sanat oculum quod sanat calcaneum. Cū ueterano parcius agendum est: ut ait Sen. 1. ad Tim. 5. Seniorē ne increpaueris, sed obsecra ut patre. In correptione etiam seruanda est modestia. Tenendum est enim medium inter remissionem & indiscretum zelum. 2. ad Tim. 2. Seruum Domini oportet esse patientem, cum modestia corripientem: qui non possunt cum benignitate corrigi, terrore sunt corrigendi. Aug. ad Bonifacium: Quidam dixit, pudore & libertate liberos retinere satius esse credo, quam metu. Et subdit Aug. Hoc quidem uerum est. Sed sicut ueliores sunt quos dirigit amor: ita plures sunt quos corrigit timor. Id. Qui blando uerbo castigat, & non corrigitur, acrius necesse est ut arguatur. Cū dolore enim abscindenda sunt, quae leniter sanari non

possunt

possunt. Qualis debeat esse zelus, ostendit Bern. super Cantic. Zelum, inquit, tuum inflammet charitas, informet scientia, firmet constantia, sit feruidus, sit inuictus, sit circumspectus. Idem: Quo zelus feruidior, uehementior spiritus, prouisiorque charitas, eodiuigilantiori opus est scientia, quae zelum supprimat, spiritum temperet, ordinet charitatem. Sunt qui zelum habent non secundum scientiam, ad Rom. 10. qui uulgariter uocantur homines sine capite, belluina rabie saeuientes in peccatores, conuitiis eos dehonestantes, non medicos, sed hostes se exhibentes, quantum in eis est iudicium Dei enacuantes, dum omnia hic uindicare uolunt. Si enim hic omnia uindicaretur, ut ait Aug. locum diuina iudicia non haberent. Ipsi officium demonum, quod est torquere, diligenter facerēt, si potestatem haberent. In ore eorum personant haec uoces diabolicæ, cruciungantur, confundantur, deponantur, & eiciantur. Potestas eorum est, ut gladius in manu furibundi: uix ab ore eorum auditur, corrigantur. Ipsi solum urere norunt, & ferrum adhibere uolunt, ignorantes quod omnium medicamentorum saluberrimum est sapientia. Sap. 9. Per sapientiam sanati sunt, quicumque placuerunt tibi ab initio. Eiusdem 16. Nec herba, nec malagma sanauit eos: sed sermo tuus Domine, qui sanat omnia.

Peccatores (ut ait Dionysius) tanquam caeci manuducendi sunt. Tullius: Vndique fulciendi sunt qui ruunt, erigendi sunt, qui ceciderunt, & sanandi qui uulnerati sunt, non nouo uulnere transigendi. Qui zelum indiscretum habent, similes sunt illis, qui reficiunt ueteres patellas, qui foramen unum uolentes obstruere, uno ictu mallei multa faciunt, uel illud augēt, uel patellam omnino confringunt. Videntur tales credere, quod omnia uasa malleabilia, cum tamen fictilia, uel uitrea malleatione potius confringantur. Correptio est uasorum spiritualium contractorum refectio. Eccl. 21. Cor fatui quasi uas contractam. 2. ad Timo. 2. In domo magna sunt uasa, non solum aurea & argentea, sed etiam lignea & fictilia. Hi correptionem hominum facile desperant, ad male sentiendum de hominibus faciles, ad bene sentiendum difficiles. Hi peruersum ianitorē cordibus suis praefecerunt, qui mala fratrum tam facile permittit intrare, bona uero uix uel raro. Opinionem malam semel de aliquo conceptam uix aut raro depouunt, contra multas, uel pulices gladio magno impugnare uolunt, similes cuidam, qui dum musculam, quam uidebat super caput alterius uolitantem securi intē: areret percutere, excerebrauit eum. Multoties dum tales ligna peccatorum intendunt cedere, fugit securis manū eorum,

K ferrum

ferrumque lapsum de manubrio proximum occidit. Deuter. 19. Glossa: Spiritualiter ligna succidimus cum delinquentium uitia pia intentione refecimus. Securam manum fugit, cum increpatio in asperitate sese pertrahit: ferrum de manubrio profilit, cum de correptione sermo durior exit. Tales zelatores pro medicina uenenum propinant, Iob 20. Pannis eius in utero eius uertetur in fel aspidum. Tales similes sunt cuidam facuo qui rectissime uolens procedere sine ruina domorum, non poterat per ciuitatem incedere. Tales spiritualiter multos corruere faciunt. In tempestate & turbine sunt uia eorum. Naum 1. Prou. 10. Quasi tempestas transiens non erit impius. Ipsi similes sunt pugilibus qui incedentes per medium pressuræ, alios impellunt, alios conculcant, alios impediunt à gressu, & maledictionem multitudinis post se relinquunt. Sic in quacunq; congregatione tales conuersati fuerint post recessum, uel decessum, querelas uel maledictiones relinquunt. Hi periculosè ambulant inter uentres prægnantium. Quis enim abortus enarret factorem propositorum quos faciunt, & suffocatio-nes tenerorum partuum? Tales in principe demoniorum eiciunt daemonia, & in fatana fatanam expellunt: si tamen expellunt, & non potius introducunt. Interdum enim credentes se expel-

lere spiritum luxuriæ, non expellunt eum, sed latere cogunt, introducunt eum cum eo spiritum mendacii, & simulationis, & iræ, & odii. Vnde opportunitate inuenta exeunt uitia, ut bestia de cauernis cum multitudine nouorum uitiorum. Et est error nouissimus peior priore. Et procurantur quandoque depositiones habentium zelum indiscretum, uel etiam mors eorum multum attendenda esset, in correctionibus infirmitates corrigendorum, & potestas correptoris, & an stragem multorum operetur correptio, uel salutem paucorum. Erubescenda est medicis spiritualibus timoratio medicorum corporalium, qui adeo sollicitè cauent, ne medicina eorum alicui sit mortis occasio. Deridenda est quorundam iustitia, qui ne auittant de iure suo ualens denarium, parati sunt centum marcas expendere. Timendum est, ne zelum aliquorum inanis gloria concitet, ut accidit cuidam, qui ut iustus iudex appareret, proprium filium pro leui delicto decollauit: mercator infamissimus, qui morte filii sui uanam laudem iustitiæ comparauit. Zelus iste indiscretus procedere solet ex inexperientia disciplinæ in seipsis, & ex ignorantia propriæ infirmitatis & alienæ, & amore inanis gloriæ. Talibus non est danda potestas esse enim, ut gladius in manibus furibundi. Ipsi ad instar demonum

num quocunq; introeunt, incendiū post se dimittunt. Qui uerò habet zelum discretum, medicos corporum imitantur morbos spirituales persequentes, factum uerò ægrorum querentes. Non irascuntur medici corporum patientibus, imò consolantur eos, & ad tollendum horrorem medicinæ prius eam degustant. Item dicit Augustinus de Salvatore: Calicem, inquit, passionis bibit medicus prius, ne illum abhorreret ægrotus. Non puniunt qui habent zelum discretum homines, secundum meritum, hoc Deo relinquunt: sufficit eis, ut faciant eos penitere: puniunt ut emendent, ut qui peccauerunt humiliter, misericorditer totaliter se tradant. Tales officium tortoris diabolo & angelis eius relinquunt: tales sic secant putrida, ut sana illa sique relinquunt. Sic herbas pestiferas enellunt, ut salutare non lædant. Sic zizaniam extirpant, ut tritico lesionem non inferant. Quidam habentes zelum, non secundum scientiam, sic hortos abbatiarum suarum nobilium purgauerunt ab arboribus infructiferis, ut ferè ibi nullam relinquerent. ¶ Et notandum, quòd cum parere & punire sint contraria, & contrariorum eadem sit disciplina, qui nescit parcere, nescit punire. ¶ Et notandum quòd fictus zelus indiscretus reprehensibilis est, ita & remissio est reprehensibilis. Bernard. in episto-

lis: Non irasci ubi irascendum est, nolle emendare peccatū est. Plus uerò irasci, quam irascendum est, peccatū peccato addere est. Remissio ipsa est, ut somnolentia in rectoris nauis. Prouerb. 23. Eris sicut dormiens in medio maris, & quasi sopitus gubernator amisso clauo. Isidorus prælatum negligentem dormienti assimilat, de cuius manu baculus cadit pastoralis. Et pastores pingunt ipsum accumbentem in cathedra super cubitum, somno grauatum, & cadentem de manu eius baculum pastorale. Item remissio pigritiæ in agricola assimilatur. Prouerbiorum 24. Per agrum hominis pigri transiit, & per uineam uiri stulti, & ecce totum repleuerat urtica, operuerant superficiem eius spinæ. Remissio est uelut defectus latratus in cane gregem seruare. Esa. 56. Canes muni non ualentes latrare. Item defectus gladii in custode. Esa. 62. Super muros tuos Ierusalē constitui custodes. Cantico 3. Inuenerunt me custodes ciuitatis. Item est defectus uicinæ in speculatore. Ezech. 33. Si speculator uiderit gladium uenientem, & non insonuerit uicinæ, & populus non custodierit se, ueneritque gladius, & tulerit de his animas: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Sunt qui remissionem misericordiam reputant, cum tamen potius sit cru-

dabile. ¶ Primo exemplis. Specia-
liter exemplo Moyſi qui ieiuna-
uit XL. diebus, & XL. noctibus.
Exod. 34. Item exemplo Elie, qui
ſimiliter ieiunauit XL. diebus, &
XL. noctibus. 3. Reg. 19. Itē exem-
plo Chriſtu, de quo Matth. 4. Et
cum ieiunaſſet XL. diebus, &
XL. noctibus, poſtea eſurii. ¶ Se-
cundo ob hoc quod dicitur eſſe
fundamentum uirtutum. Hiero-
nym. Ieiunium non eſt perfecta
uirtus, ſed eſt cæterarum uirtutū
fundamentum. ¶ Tertio, à multi-
plici ſuo effectu. Ieiunium rectè
factum Dei miſericordiam impe-
trat. Vnde Ionæ 3. Facto ieiunio
miſertus eſt Dominus Niniuitis.
Item gratiam Dei cõſeruat. Eſa.
30. Dabit tibi Dominus panem
artum, & aquam breuem: & non
faciet à te uolare doctorem tuū.
Item ad intelligentiam & ſapien-
tiam inuat. Daniel. 1. Tollbat
Maſar cibaria, & uinum potus
eorum, dabatque eis legumina.
Pueris autē his dedit Deus ſcien-
tiam & diſciplinam in omni li-
bro & ſapientia, Daniēl autē in-
telligentiam omnium ſomniorū
& uisionū. Exod. 34. Moyſes XL.
diebus ieiunans, legem ſuſcepit.
Et Dan. 10. poſt ieiunium audiuit
ab angelo, Tu ergo anima uer-
te uisionem ſermonis, & intelli-
ge. Eſaie 28. Quē docebit ſcien-
tiam, & quem intelligere faciet
auditum? Ablactatos à lacte: à lac-
te ſcilicet temporalis conſolatio-
nis. Item ieiunium conſolatio-
nem Dei & angelorū meretur.

Vnde poſt ieiunium Domini, de-
ceſſerunt angeli, & miniſtrabant
ei. Matth. 4. Cornelio ieiunanti,
& oranti apparuit angelus. Act.
10. Et 3. Reg. 19. legitur de Elia,
quod ieiunauit XL. diebus &
XL. noctibus, & uenit ad mon-
tem Dei Horeb, ubi Deus cū eo
locutus eſt. Item meretur quan-
doq; materialem reſeſtionem à
Deo. Sicut enim teſtatur Hier.
Paulus primus eremita ſemper
ieiunauit, quonſq; ſibi panis de
cælo mitteretur, qui duplicatus
eſt cum ad eū ueniſſet Antonius.
Cui ille: Eia frater comedamus,
duplicata eſt nobis annona. Item
ieiuniū carnem uincit, que eſt ho-
ſtis familiaris. Hier. ſuper Marcū:
ieiunio paſſiones corporis, ora-
tione ſanāde ſunt peſtes mentis.
Marc. 9. Hoc genus dæmonū in
nullo poteſt eici & exire, niſi in
oratione & ieiunio. Sicut ait qui
dā diabolus: Plus conſidit in ad-
iutorio carnis, quā in alio: quia
plus nocet domeſticus hoſtis.
Ipſe baculo noſtro nos cedit, &
manus proprio cingulo ligat, ut
caro quæ data eſt nobis in adiu-
torium, ſit nobis in iniuriam & in-
ſcandalum. Bern. Grauis luſta eſt
& grande periculū aduerſus do-
meſticum hoſtem pugnare, maxi-
mè quum nos aduenæ ſumus, &
ille ciuis. Hoſtem iſtum fugere
nō poſſumus, nec fugare: circū-
ferre neceſſe eſt, quoniam alliga-
tus eſt mihi: perimere non licet,
ſuſtentare cogor hoſtem meum,
aduerſus me nutritio. Et nota-
dur

dum eſt dignos irriſione illos
eſſe qui dicunt ſe carnem non
poſſe uincere, quum homo poſ-
ſet ei ieiunando uincula ſubtra-
here. Nō eſt caſtrum adeo forte
quod nō poſſit expugnari, ſi poſ-
ſint ei uictualia ſubtrahi. Nec eſt
pugil adeo fortis qui etiam à de-
bili uinci non poſſit, ſi fortis ne-
ceſſe habet tenere dietam quam
debilis uoluerit: nec eſt ignis a-
deo magnus, quod non deficiat
ſi ligna ſubtracta fuerint. Prover-
bium 26. Quum defecerint li-
gna, extinguetur ignis. Ille qui
per impatientiam ſe excuſat de
hoc, quod à carne ſua uincitur,
poteſt Dominus dicere illud,
quod dixit Abraham Saræ con-
querenti de ancilla ſua, Genef.
16. Ecce, inquit, ancilla tua in ma-
nu tua eſt: utere ea ut libet. Item
ieiunium diabolum ab homine
expellit, ſicut fames cogit lupum
exire à nemore. Ieiunium ponit
diabolum in arido, ubi requiem
non habet. Matth. 12. Cum im-
mundus ſpiritus exierit ab homi-
ne, ambulat per loca arida, qua-
rens requiem, & nō inuenit. Dia-
bolus ad modum piſcis habitat
in locis humentibus. Iob 40. Iſid.
Immundi ſpiritus ibi ſe magis
immittunt, ubi plus uiderint e-
ſcam & potum. Sed per ieiunium
diabolus poni debet in loco ſic-
co, ut ibi interficiatur: ſecundum
conſilium Raphaelis, Tob. 6. di-
centis ad Tobiam minorelem de
piſce magno, qui ſtabat ad deuo-
randum eum, ut extraheret eum

de aqua: quo facto, cepit palpi-
re ante pedes eius, & qui prius
ſtabat ad deuoandū, tunc de ſa-
cili eſt occiſus. Sic diabolus de ſa-
cili occiditur in hominibus per
ieiuniū. Ambroſius: Vides quan-
ta eſt uis ieiunii, ut ieiunus ho-
mo ſputo ſuo terrenū ſerpentē
interficiat: multo fortius ergo ſpi-
ritualem ſerpentem. Iudith 13.
Poſt ieiunium amputauit caput
Holofernis. Et filii Iſraēl poſt ie-
iunium & ſietum uicerunt illos
de tribu Benjamin. Iudic. 12. Item
ieiunium de corpore noſtro ſa-
crificium Deo facit in odorem
ſuauiſſimæ. Rom. 12. Obſecro uos
per miſericordiam Dei, ut exhibe-
atis corpora ueſtra hoſtiā ui-
uentem, ſanctam &c. Eccleſi. 24.
Quaſi myrrha electa dedi ſuaui-
tatem odoris. Suauis odor myr-
rhæ eſt ieiunii placetia. Valet etiā
ieiunium ad corporis ſanitatē.
Vnde dicitur in medicina, q̄ ab
ſtinentia eſt ſumma medicina.
Eccleſi. 37. Qui abſtinens eſt, adii-
ciet ad uitam. Item ualet contra
aduerſitates. 1. Eſdræ 8. Ieiunauit
mus, & rogauimus Domium,
& euenit nobis proſperè. Quan-
tum ieiunium placeat Deo, ſigu-
ratum eſt Genef. 22. Vbi Abrahā
fecit grande conuiuium in abla-
ctatione Iſaac. Ieiunium menſa
Chriſti hominem dignum effi-
cit. Bernardus in ſermonibus:
Nō eſt magnum ſi ieiunet in
Chriſto, qui ſeſſurus eſt ad men-
ſam patris cum eo. Lucæ 6. Beati-
ſimus qui nunc eſuritis, quoniam ſa-
tura

turabimini. ¶ Sequitur de speciebus ieiunii. Notandum est ergo quod triplex est ieiunium, scilicet ieiunium à peccato, ieiunium à cibo, & à temporali gaudio. De primo dicit Hieronymus. Tunc præclara est apud Deum abstinencia corporis, quum animus ieiunat à vitis. Quid enim prodest tenuari corpus abstinencia, cuius animus intumescit superbia? Isidorus: Qui à cibis abstinent & prauè agunt, dæmones imitantur, quibus esca non est, & nequitia semper est. Esa. 58. Quare ieiunauimus, & non aspexisti? Et subditur responsio, Ecce in diebus ieiunii uestri inuenitur uoluntas uestra, &c. ecce ad lites & contentiones ieiunatis. Glo. Homo interior uescitur carnibus draconis, qui datur esca populis Aethiopum. Et post: Nunquid tale est ieiunium quod elegi? Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis. ¶ Ieiunium à cibo triplex est. Aliud enim est detestabile, aliud laudabile, aliud indifferens. Ieiunium indifferens est, quando homo ieiunat causa infirmitatis uel indigentie solum. Detestabile est, ut hypocritis, uel auaritis, qui ieiunant ut parcat bursa: uel gulosis, qui ieiunant ut postea melius comedant. De ieiunio hypocritarum, dicitur Matth. 6. Quum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrite tristes. Chrys. Si quis ieiunat, & tristem se faciat, hypocrita est: quanto iniquior est qui

non ieiunat, sed in facie sua argumentis quibusdam pingit uenalem pallorem. Qui ieiunant propter laudem humanam, multum sunt fatui. De hoc enim quod uni hosti subtrahunt, scilicet carni, duos hostes pascunt, mundum scilicet, & diabolum. Ieiunant enim ut pascant oculos hominum. Puluere etiam uanæ gloriæ pascunt diabolum. Esa. 55. Serpenti puluis panis eius. Auari etiam fatui sunt, qui proprio ori subtrahunt, quod in ore diaboli ponunt. Os diaboli est bursa auari. Hierony. Sit ieiunium non marisui lucrum, sed fatietas animarum. ¶ Tertio, ieiunio ieiunant illi quorum Deus uenter est, ad Philip. 3. qui imminente solemnitate Dei sui, scilicet uentris, faciunt ieiunium uigilia. Greg. in Pastoral. Non Deo, sed sibi ieiunat, si ea quæ ad tempus uentri subtrahit, non inopibus tribuit, sed uentri postmodum offerenda custodit. ¶ Ieiunium laudabile describit Hieronymus, dicens: Sint pura, casta, simplicia, & non superstitiosa ieiunia. Pura, ut homo sit absque mortali. Ad Rom. 12. Oblsecro uos per misericordiam Dei; ut exhibeatis corpora uestra hostia uiuentè, sancta, &c. Qui in mortali ieiunat, corpus suum uel ut cadaver mortuum Deo offert. Casta, ut bona intentione fiant. Simplicia, ut non querat homo delicias. Hierony. Qui Christum desiderat, non curat quam pretiosis cibis sterco efficiat. Isido. Spernitur

tur ieiunium, quod in uespere delicias cõpensatur. Sunt quidam qui delicatiora uolunt habere quum ieiunant, etiam plus comedunt una uice, quam comederet duabus, si non ieiunarent. Qui talem gratiam uidentur facere Deo, qualem facit ille qui dat alicui duos obolos pro denario. Tales uidentur uelle parum grauare suum hospitem, scilicet carnem, qui soluenda carni duobus terminis, soluunt termino uno tempore medio. Non debent etiam ieiunia esse superstitiosa. Hier. Quid prodest oleo non uesci, & molestias quasdam difficultatesque aliorum querere? ¶ Ieiunium laudabile tres habet species, scilicet ieiunium bonum, melius & optimum. Ieiunium bonum est, quando cum charitate est, ad satisfaciendum Deo pro peccatis. Ambrosius: Qui charitatem non habet, omne bonum amittit quod habet. 1. ad Corint. 13. Si tradidero corpus meum ita, ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Ieiunium melius est quando aliquis ieiunat ad Dei honorem, & proximi utilitatem, ut scilicet Dei contumeliam in suo corpore uindictet, ut pauperibus tribuat quod sibi subtrahit. Ad tale ieiunium monet Dominus Matt. 6. dicens: Tu autem quum ieiunas, unge caput tuum, &c. Glossa interlinearis: Deo ieiunat, qui pro eius amore se maccrat, & quod sibi subtrahit, alteri largitur. Optimum ieiunium est

quando homo ex una parte abstinet, & ex altera parte bona agere non cessat. Isidorus: Hoc est perfectum & rationale ieiunium, quando noster homo exterior ieiunat, & interior orat. Sunt aliqui qui nihil boni possunt facere quum ieiunant, sed ludunt ne sint otiosi. Bernardus: Prouitado otio otiosa sectari, ridiculum est. Ieiunant à gaudio temporali uiri contemplatui. Sic ieiunabat qui dicebat, Renuit consolari anima mea. Tob. 3. dicebat Sara: Mundam seruauit animam meam ab omni concupiscentia: nunquam cum ludentibus me miscui, neque cum his qui in leuitate ambulat participem me præbui. ¶ Sequitur de his quæ concomitari debent ieiunium, quæ sunt tria, Oratio, eleemosyna, & spiritualis lætitia. De primo, Tob. 12. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna, magis quam thesauros auri recondere. De eleemosyna dicit August. in quodam sermone: Tale est ieiunium sine eleemosyna, qualis sine oleo lucerna. Homo primum debet exicari ab aquis deliciarum per ieiunium. Secundo, necessarium est oleum pietatis quod pertinet ad eleemosynam. Tertio, debet applicari Deo à quo debet illuminari, quod fit in oratione. In his tribus est iustitia hominis, ut dicit Glossa super illud Psalm. Apud me oratio Deo uitæ meæ. De lætitia dicit glossa super illud, Tu autem quum ieiunas, unge, &c. Caput, inquit, ungit, qui

spirituali lætitia intus pingue-
scit. 2. ad Corinth. 9. Hilarem da-
torem diligit Deus.

De erroribus circa disciplinam.

*Et primò de errore illorum
qui dicunt nullum esse excom-
municandum. Et de errore illo-
rum qui dicunt maleficos
non esse puniendos. C A P. VII.*

Primo tangitur de errore il-
lorum qui dicunt nullum esse
excommunicandum. Secun-
do de errore illorum qui dicunt
maleficos non esse puniendos
pœna temporali. ¶ Primus er-
ror uidetur posse inniti his testi-
moniis sacræ scripturæ. Legitur
Lucæ 6. Nolite iudicare, & non
iudicabimini. Peccant ergo sa-
cerdotes qui excommunicatio-
nis sententiam ferendo homi-
nes iudicant. Item ad Roma. 2.
Inexcusabilis es, o homo omnis
qui iudicas. In quo enim iudicas
alium, te condemnas. Item ad
Rom. 12. Benedicite & nolite ma-
ledicere. Peccant ergo sacerdo-
tes qui hominibus maledicunt.
1. ad Corin. 6. Neque maledici,
neque rapaces regnum Dei pos-
sident. Item 2. Pet. 3. Non red-
dentes malū pro malo. Ad quod
monemur exemplo Christi 1.
Pet. 2. Cū malediceretur, non
maledicebat. Item Ecclesiast. 21.
Quum maledicit impius diabo-
lum, maledicit ipse animam
suam. Si diabolus maledicendus
non est, multo fortius homines
non sunt maledicendi. ¶ Ad pri-

mo dicendum est, quod est ius-
tium iudicium, & est iudicium
iniustum. Iudicium iniustum pro-
hibitum est, iudicium uerò iustum
non est prohibitum: imò Chri-
stus monet ad illud Io. 7. Nolite,
inquit Christus Iudæis, seculum
faciem iudicare, sed iustum
iudicium iudicate. De manifestis
concessum est nobis iudicium,
de occultis non. 1. ad Cor. 4. No-
lite ante tempus iudicare quo-
ad usque ueniat Dominus, qui
illuminabit abscondita tenebra-
rum. 2. ad Timot. 5. Peccantes
coram omnibus argue, ut ceteri
timorem habeant. Quod apo-
stoli habuerint potestatem iu-
dicandi, ostendi potest ex eo
quod dictum est Petro, Matt. 16.
Quodcumq; ligaueris super ter-
rā, erit ligatū & in cælis: & quod-
cumq; solueris super terram, erit
solutum & in cælis. Item eiusdem
18. Quæcumq; alligaueritis super
terram, erunt ligata & in cælo.
Et Io. 20. Quorū remisistis pec-
cata, remittantur eis: & quorum
retinueritis, retenta sunt. 1. ad Co-
rinth. 5. ostendit Apostolus se iu-
dicasse Corinthium fornicato-
rē: Ego, inquit, absens corpore,
præfens autem spiritu, iam iudi-
caui, ut præfens, eum qui sic ope-
ratus est, in nomine Domini no-
stri Iesu Christi congregatis, ue-
bis & meo spiritu, cū uirtute Do-
mini Iesu, tradere huiusmodi ho-
minem satanæ in interitum car-
nis, ut spiritus saluus sit in die
domini

domini nostri Iesu Christi. Item
eiusdē 6. An nescitis quoniā san-
cti de hoc mundo iudicabūt? Et
si in uobis iudicabitur mundus,
indigni estis qui de minimis iu-
dicetis? Nescitis quoniā angelos
iudicabimus? Ad aliud dicēdum
est, quod ecclesia non reddit ma-
lum pro malo, nec malum optat
quum aliquem excommunicat.
Excommunicatio enim medici-
nalis est: nec est mala, nisi mali-
tia pœnæ: sicut medicina amara
dicitur mala, quum uerò bona
sit, eo quod sit morbi expulsua.
Excommunicatio est ad hoc ut
homines salubriter confundan-
tur & conuertantur. P. salmogra-
phus: Imple facies eorum igno-
minia, & querent nomen tuum
domine. August. Quicquid facit
uera & legitima mater ecclesia,
etiam si asperum amarūq; sen-
tiatur, non malum pro malo red-
dit, sed expellēdum malum ini-
quitatis, bonum disciplinæ appo-
nit, non odio nocendi, sed dile-
ctione sanandi. Item Augu. Me-
lius tumor capitis dolet quum
curatur, quoniam dum ei parci-
tur, non sanatur. Ad illud uerò
Ecclesiast. 21. Quum maledicit
impius diabolus, &c. Dicēdum
est, quod uerbū illud intelligen-
dum est quantum ad illos qui ad
sua excusationē maledicunt dia-
bolo, imputantes ei peccatum
suum. Sicut Heua peccatū suum
serpenti imputare uoluit, & per-
consequens authorem serpētis
latenter accusauit. ¶ Authorita-

tem excōmunicandi uel maledi-
cendi, habet ecclesia ex diuersis
locis scripturæ sacræ: ut ex Matt.
18. dicente domino: Si ecclesiam
non audierit, sit tibi sicut ethni-
cus & publicanus. Et eiusdem 21.
Maledixit dominus ficulnæ fru-
ctum non ferenti. Et Act. 8. dicit
Petrus Simoni Mago; Pecunia
tua tecum sit in perditionem. Et
in 2. canonica Ioan. Si quis uenit
ad uos, & hanc doctrinam non
affert, nolite hunc recipere in
domum, nec aue ei dixeritis. 1. ad
Corint. 5. Si quis frater nomina-
tur, & est inter uos fornicator,
aut adulter, aut auarus, aut ido-
lis seruiens, aut maledicus aut
ebriosus, aut rapax, cū huiusmo-
di nec cibum capere. In eodem:
Nescitis quod modicum fermen-
tum totam massam corrumpit?
Expurgate uetus fermentum. Itē:
Auferte malū ex uobis ipsīs. Eius-
dem ultim. Si quis non amat do-
minum Iesum Christum, sit ana-
thema. Item ad Galat. 1. Si quis
uobis euangelizauerit præter id
quod accepistis, anathema sit. Itē
1. ad Timothe. 1. Ex quibus est
Hymenæus & Alexander, quos
tradidi satanæ, ut discant non
blasphemare. Sicut quis morbi-
da à grege separatur, ne grex ex
ea iniiciatur: & sicut membrum
infirmum & corruptum abscin-
ditur, ne cetera membra per il-
lud corrumpantur: & sicut hu-
mores prauī à corpore educun-
tur, ne infirmitatem corpori in-
ducant: sic homines pestilentes
ab

ab ecclesia per excommunicationem separandi sunt, ne ceteros corrumpant. Aug. Mali Christiani sic sunt in corpore Christi, quomodo humores mali quando euomuntur, tunc reuelatur corpus: sic & mali quando exeunt, tunc ecclesia releuatur, & dicit, Ex me exierunt humores isti, sed non erant ex me.

¶ De errore illorum qui dicunt maleficos non esse puniendos pœna temporali.

SEQUITUR de errore illorum qui dicunt maleficos non esse puniendos pœna temporali, maxime morte. Qui error uidetur posse inniti his testimoniis scripturę sacrę. Legitur Gen. 1. Quicumque effuderit sanguinẽ humanũ, fundetur sanguis illius. Nulli ergo licet effundere sanguinẽ humanũ. Item Exod. 20. Nõ occides. quod uerbum assumit dominus Matth. 5. Deut. 32. Mea est ultio, &c. Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris. Item Matth. 10. Ego dico uobis nõ resistere malo. In eodem: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Si non licet fratri irasci: ergo non licet eum occidere. Item in eodẽ: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos. Et eiusdem 13. in parabola de zizaniis superfeminatis dicunt serui: Vis imus & colligetes eas? Et ait paterfamilias: Non, ne forte colligetes zizania, eradicetis simul & triticũ. Sinite utraque crescere usque ad messem. Item Luc. 6. Nolite con-

demnare, & non condẽnabimini. ad Rom. 12. Nõ uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum irę. Scriptum est enim, Mihi uindictam. Et 1. Ioannis 3. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet uitã æternam in se manentem. Matth. 26. Omnes qui acceperint gladiũ, gladio peribunt. Item Ioan. 8. Dimisit dominus in pace mulierem deprehensam in adulterio. ¶ Ad primũ dicendum, quod illa sententia domini Genes. 9. Quicumque fuderit sanguinẽ humanum, fundetur sanguis illius, & illud Matth. 26. Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt, potius ostendunt, si quis diligenter inspiciat, aliquem quã neminem debere occidi. Quum enim sententia domini indubitanter sit iusta: Quicumque sanguinem humanum iniuste fundet, iustũ est ut sanguis eius effundatur: & qui gladium iniuste accipit, iustum est ut gladio pereat: ergo in aliquo casu sanguis humanus iuste effunditur, & homo iuste gladio perit. Et sicut quum paterfamilias prohibet ne quis accipiat de uino alicuius dolii sui, non est intentio sua ut non accipiat cui ipse de illo derit, uel cui ipse hoc iusserit, sed ne hoc aliquis sua autoritate accipiat. Sic quum dominus dixit, Non occides, non fuit intentio sua ut non occideret in casibus illis in quibus ipse hoc præcipit

præciperet: sed ne aliquis occideret aliquẽ propria autoritate. Vnde post illud uerbũ, Non occides, dominus in eodem libro in multis casibus præcipit occidi. Illud autem Deuteronomio. Mea est ultio: uerũ est quum ultio sumitur de aliquo in presentia: autoritate enim Dei sumitur, & intentio sumentis debet esse, Dei contumeliam uel offensam uindicare. Illud autem Ezechiel. 18. Nolo mortem peccatoris, &c. de morte æterna potest poni. De morte etiam temporali, uerum est quod Deus nõ uult mortem quando que peccatoris, quẽ prænder corrigendũ esse, & misericorditer expectat ipsum ad penitentia: mors uerò illius peccatoris qui sibi nocet peccatum peccato addendo, & alios subuertendo & corrumpendo, de cuius correctione spes nõ habetur, indubitanter uidetur sibi & ecclesię Dei inutilis esse. Ad illud uerò Matth. 5. Ego dico uobis non resistere malo, & illud ad Rom. cap. 12. Nõ uosmetipsos defendentes charissimi. Dicendum est quod loco & tempore potest aliquis & debet non resistere malo, & non defendere se, ut fiebat in primitiua ecclesia quando per miracula & passiones sanctorum ecclesia nouella plantanda erat. Loco etiã & tempore potest homo resistere malo, & se defendere: aliter enim nisi ecclesia defenderet se ab infidelibus, posset ab eis occidi: &

sic periret honor & cultus diuinus. Luc. 22. ait dominus: Qui nõ habet, uendat tunicam suam & emat gladium. At illi dixerunt domine, ecce duo gladii hic, quibus dominus, Satis est. Si non habet ecclesia gladiũ materialẽ, sed solum spiritualem, dicendum fuit, Nimis est: & non fuit dicendum, Satis est. Præterea Paulus uoluit ut malo resisteretur, quũ ipse uoluit milites armatos se perducere ad Felicem præsidẽ. Act. 23. Luc. uerò 5. ubi dicitur, Nolite condemnare: prohibetur condẽnatio inordinata: ut cum incerta est culpa eius qui condẽnatur. Ad illud uerò 1. Ioan. 7. Omnis homicida nõ habet uitã, &c. Dicendum est quod non reputatur homicida qui præcepto Dei hominem occidit: sed qui odio uel desiderio uindicandi se hominem uult occidere. Vnde Matth. 15. De corde exeunt cogitationes malę, homicidia, &c. Tunc ergo homicidiũ iudicandum est, quando ex corde & uoluntate propria procedit. Ad illud uerò Matth. 13. Non: ne forte colligetes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, dicendum quod dominus non dixit hoc nisi ut parceretur tritico: ergo noluit parci zizaniis in tritici detrimentum: ergo quando non potest eis parci sine tritici detrimento, noluit eis parci: ubi ergo crescunt zizania & suffocant triticũ, noluit zizaniis parci.

ci. Et hoc etiam obseruant rustici in agris propriis. Vbi enim uident zizaniā uel alias herbas noxias quas possunt eradicare sine tritici damno, crescere in agris suis, & credunt nisi fuerint eradicatæ triticum suffocari, diligenter faciunt eas eradicari. In agro uero domini pertinaciter contendunt eradicationē in con simili casu nullo modo debere fieri. Nec mirum, cū ipsi zizaniæ sint, & sententiam mortis timeant. Si quis uero dicat quod hi qui sunt zizania possunt fieri triticum, hoc uerum est: sed hoc est certū, an futuri sint triticum: sed certum est quod triticū suffocant, quia simplices subuertit. Raram uidemus hæreticorū conuersionem: sed frequentem bonorum subuersionem. Ideo bonorum conuersionis rarum & ualde incertum & ualde difficile, non debet proponi damno magno & frequenter accidenti: ne dū uana spe paucis parcityr, irreparabilis multitudo per eos perdat. Hoc enim esset ac si paucis lupis in medio gregis extantibus, gregem lacerantibus, parceretur, quia fortē Deus illos oues aut agnos faceret. Et paucos leprosos dimitteremus in medio populi corrupētes eū, quia forsitan Deus illos sanabit. Facilius rabies lupina seuit in gregem, quam māstudo ouis transeat in lupos, & contagium lepræ facilius à leprosis deriuatur ad sanos, quam à sanis sani-

tas ad leprosos. Quod autem sit licitum in aliquibus casibus hominem occidere, manifestē potest ostendi his testimoniis sacre scripturæ quæ sequuntur. Lucæ 19. Inimicos meos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Matt. 22. Misit exercitibus perdidit homicidas illos. Romano. 14. de illo qui habet potestatem, Dei minister est, uindex in iram ei qui malum facit. Luc. 13. de scilicet sterili terram occupante: Succide, inquit, illam: ut quid etiam terram occupat? Matt. 18. Si manus tua uel pes tuus scandalizat te, abscinde eū & proiice abs te. Ergo ecclesia abscindere debet membrū, quod corrūpit cætera mēbra. Tullius: Si cut quædam mēbra amputantur si languere & tanquā spiritu carere cœperint, noceantque relictis partibus corporis: sic ista in figura hominis feritas & immunitas belluæ à communi humanitate segreganda est. Iac. 2. Abraham pater uester nōne ex operibus iustificatus est, offerēs Isaac filium suum super altare? Ergo Abraham placuit Deo, quia ad præceptum eius uoluit occidere filium suum, ergo qui præcepto domini hominem occidit, non peccat. Item 1. ad Timot. 2. Obsecro primū omnium fieri obsecrationes, orationes postulationes, gratiarū actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate consti-

tuti

tuati sunt, ut quietē & tranquillam uitā agamus. Volebat ergo Paulus quod oraretur pro principibus qui gladiū habēt materiale, quo defendunt ecclesiam, & seruant pacē in ea. Ergo nō est malum quod ipsi utantur gladio materiali. ad Rom. 13. Non est potestas nisi à Deo. Et paulo post: Dei minister est tibi in bonū. Si enim malum feceris, time: non enim sine causa gladiū portat. Lucæ 3. Interrogabant milites Ioannem Baptistam, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminē cōcutiatis, neque calumniā faciatis, & cōtenti estote stipendiis uestris. Non dixit, Militiā relinquite, stipēdia eorum refutate. Ipse docuisset eos decipere duces, si stipēdia eorū reciperēt, & cū necessitas esset bellum non facerent: non enim debet stipēdia recipere qui non uult militare. Unde beatus Martinus imperatori rescripsit: Donatium tuū, inquit, militaturus accipiat. Item Petrus occidit Ananiam & Saphiram. Act. 5. ergo licitum est occidere. Si quis dicat quod occidit uerbo, & non gladio, quæ uis est in hoc quomodoque eos occiderit, ex quo occidit? ¶ Rationibus etiam multipliciter potest ostendi quod liceat in casu hominem occidere. Primo sic. Aut paruuli sunt erudiendi & corripiendi saltem leuibus flagellis, aut non. Si non, ergo dimittendi sunt omnibus uitis, & minus curādum est de eis quam

de equis & asinis. Si uero paruuli corripiendi sunt, multo magis adulti, cum malitia eorum magis sit noxia. Item constat quod bruta de puteis uel cisternis extrahuntur si in illa ceciderint, secundum illud Luc. 14. Cuius uestrum astutus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? Multo fortius ergo homines etiam inuiti à periculis corporalibus extrahendi sunt. Si sic raro occurritur morti corporali: quanto magis occurrēdum est morti spirituali? Item si furiosi sunt recludendi uel ligandi, ne sibi uel aliis corporaliter noceant: multo fortius mente insani cohibendi sunt, ne se spiritualiter occidant. Si uero homines pro leuibus culpis leuiter sunt puniendi, si culpa augetur, augeri debet & pœna: ergo cum culpa augeri possit usque ad homicidium, pœna etiā potest usque ad homicidium augeri: ut scilicet pro iniusto homicidio quod aliquis commisit iuste occidatur. Item aut mors corporis est pœna omni culpa maior, aut non. Si sic ergo Deus male inflixit eā pro comestione pomi uetiti. Si non: ergo aliqua culpa punienda est morte corporali. Item si homicidium iniustum est puniendum, aut erit puniendum morte temporali, aut pœna minore. Si morte temporali, ergo licet aliquem occidere. Si pœna minore, aut in infinitū minore, aut non. Si sic ergo nullus

lius comparationis erit id quod patietur qui peccanitas id quod intulit. Vnde talis erit iustitia, ut si quis damnificasset aliū in mille millibus librarum, & puniretur amissione unius festucæ. Si uero pœna minori, sed non in infinitum, tale est acsi damnificasset proximum in tribus marcis, & puniretur in una. Item qui Deū impugnat beneficio ab eo recepto, meretur illud beneficium amittere: ergo qui uita sua à Deo accepta Deum impugnat, meretur uitam æternā amittere. Item si mors æterna est infligēda pro aliqua culpa, quanto magis temporalis? Præterea nōne contra Dei inimicos est pugnandū quādiu rebellant, uel saltem repugnandū quādiu impugnant? ergo si impugnet usq; ad mortē corporis, repugnādum erit eis usq; ad mortem. Vel si non est repugnandum, fugere debet tota ecclesia, uel permittendū est quod tota occidatur, & quod cultus Dei destruat ut corporibus impiorū parcat. Patet ergo quod hæretici sub specie pietatis honorē Dei & religionē uolūt destruere. Ipsi sunt pii in lupos, & crudelēs ouibus & agnis. Matth. 7. Attēditē à falsis prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis ouī, intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Ipsi pii sunt in fures & alios maleficos, crudelēs uerō in innocentes. Item si uerbo cōtra dicendū est hæreticis, non est ratio aliqua quare manus potius

debeat esse exempta, quā lin-gua quin pro Deo pugnet. Item si bestia, ut lupi, leones & serpentes exterminandæ sunt pro salute corporū: quanto fortius spirituales bestia pro salute animarum? Et est conueniens similitudo, habito respectu ad uenendū pseudopredicatorum. Tullius: Quid interest, utrum ex homine se conuertat quis in bestiam, an sub hominis figura immanitatem gerat bellua? Itē hæreticus in ecclesia est ut ouis morbida in grege: uel ut membrū cæcero sum cancro incurabili in corpore: ergo quod faciendū est de oue pro grege, & de mēbro cancro pro corpore, hoc faciendū est de hæretico pro ecclesia. ¶ Et notandū quod de illis specialiter uidetur faciendū iustitia qui negant iustitiam faciendam, tanquā de manifestis hostibus iustitiæ. Secundū eōs enim iustitia humana, est iniustitia. ¶ Si quis uerō dicat hæreticos esse occidendos à Deo, nō ab ecclesia: ergo ecclesia exponenda est, & sine defensione dimittenda. Præterea dicit dominus Luc. 6. Perfectus omnis erit, si sit sicut magister eius. Magister uerō noster Deus est, ergo si Deus hæreticos occidit, non est cōtra perfectionē bonitatis humanæ hominem occidere. Præterea quæ causa uolūt tantū hæretici parci corporibus malorum à morte? Si propter spem correctionis: ubi non est spes correctionis, ibi debet

debet cessare hæc falsa pietas: Si uerō propter pretiositatem uitæ corporis, propter maiore pretiositate animarū nō erit eis parcendū. Præterea Manichæi, qui dicūt corpora esse à diabolo, nō habēt quid respōdeat. Destruenda enim erant à filiis Dei, cum sint opera diaboli. Qui sunt huius erroris, sub specie pietatis ipsis corporibus nocēt. Reprobis enim qui amplius uiuēt amplius in futuro punientur. Addendū enim peccata peccatis, cumulant supplicia supplicis, etiā quātū ad corpus, & quælibet pars suppliciorū infernaliū maior uidetur esse supplicio mortis corporalis: Item licet cōcupiscētia rei alienæ sit prohibitā, tamē qui alienam iniuste usurpat, iuste re sua priuatur. Ergo à simili licet homicidiū sit prohibitū, tamē qui iniuste occidit, iuste occiditur: Itē cum nemo habēs mētē bene dispositam, dubitet in rebus cætenis ab homine corruptina esse auferēda: quare hæretici in solis hominibus hoc non recipiunt? Ad quod potest dici, quod fures & alii malefici nō libenter dant sententiā cōtra seipsos, & nullus credit eis, si asserāt maleficos nō esse puniendos. Ita hæretici non libenter dicunt sententiā quam uident contra se esse: imō dicūt maleficos iniuste occidi. Sed non est fides eis in hoc adhibenda. Hierony. super Esaiam: Non est crudelis qui crudelēs iugulat, sed crudelis patiētibus esse uidetur.

Nam Iatro suspensus patibulo crudelem iudicē putat. Cū hæretici sint intrinsecus lupi rapaces. Matthæi 7. ipsi bene uellent, quod non essent canes in grege domini, qui eos à grege arcerēt. Item si nō est distingūdū circa hoc præceptū, Nō occides, quia Euāgēlium non distinguit: ergo occidere semper est mortale peccatum: ergo mortaliter peccat, qui pulicem occidit.

De aequitate, & Pietate prout
Tullius & Macrobius eam
diffiniunt. PARS XII.

De Obediētia quæ est respectu superioris, & Disciplina, quæ est respectu inferioris, dicendum est de æquitate quæ est respectu paris. Est et æquitas amor æqualitatis in his in quibus debet esse æqualitas. Aequalitas uirtus est ualde rara. Ideo potest dici semita. Prou. 4. Ducam te per semitas æquitatis. Hanc semitā tenet uera sapiētia. Prouer. 8. Meum est consiliū & æquitas. Et notādum quod æquitas multū ualet ad spiritualis ædificii firmitatē. Sicut ædificiū corporale firmū est, si habeat lapides æqualiter dispositos: si uerō sint lapides inæqualiter dispositi, minatur ruinā. Sic cōgregatio ubi æquitas seruatur, stabilis est: ubi uerō deest æquitas, stare non potest. In Psal. Mirabile templum in æquitate. Item æquitas facit ad corporis mystici decorē & sanitatē. Sicut in corpore humano inæqualitas membrorum

quæ debet esse æqualia facit deformitatem, & cum mittuntur humores inæqualiter ad membra ad quæ æqualiter debent mitti, inducunt infirmitatem: Ita in congregatione inæqualitas magnâ facit indecentiâ, & in his qui abundant ea quibus alii indigent, generat superbiâ quasi quoddam apostema, uel aliam infirmitatem. Virtus æquitatis ualde necessaria est his qui sunt in aliqua societate. Si enim hæc uirtus desit, uolūt esse domini qui debuērūt esse socii, & super alios se exaltant uolentes se præ cæteris honorari: uel se cum grauiamine aliorū dilatant, uolentes abundantanter habere ea quibus alii indigent. Sen. in lib. de Beneficiis. Quidam cum illi ob uirtutē, & rem publicam bene gestam, tantū agri sibi decerneretur, quantum arando una dies circumire possent, Non est, inquit, opus eō ciue, cui opus sit plus quam uni ciui. Et subdit: Quanto maioris uiri putas respicisse miuus, quam meruisse? Multi enim fines alii abstulerūt, sibi nemo contulit. De quibusdā congregationibus uerum est illud Eccl. 19. Æquitas non potuit ingredi. Et inuenitur in eis quod dicitur uulgariter, quod licet omnes sint fratres, tamen nō omnes sentellæ sunt sorores. Eccl. 18. de fratre nostro dicitur Hebr. 3. quod debuit per omnia a similibus fratribus, ut misericors fieret. Et notabiliter dicitur, Ut mi-

sericors fieret. Qui enim abundantanter habet, nesciunt per experientiam quid sit indigentia, nec cōpatiuntur sociis indigentibus. Itē æquitas ualde necessaria est dispensatoribus. Si enim desit hæc uirtus, dant abundantanter propinquis & familiaribus quod dandum sit indigentibus, & pauperibus. Quod dicitur de his quæ subtrahuntur necessitati pauperū. Gen. 4. secundum quandā literā: Nōne si recte offeras, non autem recte diuidas, peccasti? dispensatores etiā quando bonis dant, si propter gratiā uel consanguinitatē nō recte diuidunt, peccant. Bern. Clamāt nudi, clamāt famelici, & cōqueruntur. Et ponit uerba conquerentium: Nobis fame & frigore miserabiliter laborantibus, quid conferunt tot mutatoria in perticis extensa, uel plicata in manticis? Nostri est quod effunditis; nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expeditis. Idē loquens de ecclesia malignantiū. De sumptibus, inquit, egenorum seruit oculis diuitum: inueniunt curiosi quo delectentur, & non inueniūt miseri quo sustententur. Item necessaria est ualde uirtus æquitatis mercatoribus, ut in ponderibus & mēsuris nihil iniuriam faciant. Leuit. 18. Statera iusta, & æqua sint pondera, iustus modius æquusque sextarius. Prou. 11. Statera dolosa abominatio est apud Deum, & pondus æquū uoluntas eius. Item necessaria est ualde iudicibus, ut sine acceptio-

ptione personæ inter partes contrarias æqualitatem seruet. Deute. 24. Nequū iudiciū sit inter uos, siue peregrinus, siue ciuis peccauerit quia ego dominus uester. Sicut Deus nō est acceptor personarū. Actu. 10. ita uult quod iudices qui iudicando uices eius agūt, nō sint acceptores personarum. Iac. 1. Fratres mei, nolite in personarum acceptioe habere fidem domini nostri Iesu Christi.

¶ De Pietate.

SEQUITUR de Pietate prout Tullius & Macrobius de hac loquuntur. Est autē Pietas, ut ait Tullius, per quam sanguine coniunctis patriæque beneuolus officiū & diligens tribuitur cultus. Ad pietatem sic sumpta ipsa natura hominē incitat. De amore parentum, require in tractatu de Charitate. De honore uero parentibus exhibendo, require in tractatu de Superbiâ, capit. de peccato irreuerentiæ. Et notandum quod cum patria principiū generationis dicatur esse, secundum Philosophū quemadmodū & pater, beneuoli patriæ amici sunt, & honorandi: sic maleuoli patriæ odiosi sunt & detestandi, ut legitur 2. Mach. 5. de Iasone, qui factus est omnibus odiosus, ut refuga legum & execrabilis, ut patriæ, & ciuium hostis.

De Gratia prout Tullius de ea loquitur: & quæ sint cauenda danti uel accipienti beneficia, & de uindicatione.

PARS XIII.

GRATIA Tullius sic describit: Gratia est, in qua amicitiarum & officiorū alterius memoria, & remunerandi uoluntas continetur. Hec uirtus ualde necessaria est. Nullum enim officiū in referenda gratia magis est necessarium. In gratitudine quæ est gratiæ contraria enumerat Apostolus 2. ad Tim. 3. inter magna mala quæ erūt nouissimis temporibus, dicens: Hoc scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erūt homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus inobedientes, ingrati. ¶ Si uolueris gratis esse, primo caue ne obliuiscaris beneficii. Senec. 3. lib. de beneficiis: Ingratus est, qui beneficium se accepisse negat, quod accepit: ingratus est qui dissimulat, ingratus est qui non reddit: ingratus simus omnium, qui oblitus est. Illi enim si non soluit, tamen debet, & extat apud illos uestigiū meritorū intra conscientiam inclusorū. Et aliquando conuerti ad referendam gratiam aliqua causa possunt, si illos pudor admoerit, si facilis occasio inuitauerit. Hic nunquam fieri gratus potest, cui beneficium totum elapsus est. Apparet illum non scire de reddendo cogitasse, cui obrepit obliuio. Nunquam uoluit esse gratus qui beneficium tam longe proiecit, ut extra cōspectū suū poneret. Quicquid frequēs cogitatio exercet, aut reuocat memoria, nunquam subducitur,

quæ nihil perdit, nisi ad quod nõ sæpe respexit. Secundo caue ne ad beneficiũ impendendum per iniuriã accedas. Sen. 5. lib. de beneficiis. *Ingratis & repudiãtibus beneficia, nõ quia nolunt, sed ne debeant, similes sunt ex diuerso nimis grati, qui aliquid incommo- di precari solẽt his quibus obligati sunt, ut probent affectũ beneficiõrum memorẽ: quorum animus similis est prauo amore flagrantibus, qui amicã suã optant exiliũ, ut deserat fugientẽ inque comitẽtur: optant inopiã, ut magis desideranti donent: optant morbuẽ, ut assideant: & quicquid inimicus optaret, amãtes uouẽt. Ferẽ idẽ exitus est odii & amoris insani. Idem: Nequitia est, ut extrahas mergere, euertere ut suscite, ut emittas includere. Non est beneficiũ iniuriã finis, nec unquã id detraxisse meritũ est, quod ipse qui detraxit, intulerat. Non uulneres me malo, quã sanes. Potes inire gratiã, si quia uulneratus sum sanas, nõ si uulneres, ut sanãdus sim. ¶ Tertio, caue ne nimis festines ostendere te gratum. Sen. 5. lib. de Benefic. Ante omnia discamus beneficiã debere. Nemo libenter reddat quod inuitus debet: & quod apud se esse nõ uult, onus iudicat esse, nõ munus. Idem in eodẽ: p̄ueniet accepti beneficiũ; quẽ nondũ redditi piget. Non minoris est animi debẽre, quã dare: eodẽ q̄ operosius hoc quã illud, quo maiori diligentia cu-*

sto diũtur quã dantur accepta. Idẽ: Aequẽ delinquit qui ad referendum gratiã suo cessat tempore, quã qui alieno properat. Idem Sene. Reiciendi signũ est protinus aliud munus remittere, & munus munere expugnare. Qui nimis citò cupit soluere, inuitus debet: & qui inuitus debet, ingratus est. ¶ Quarto, caue ne clam gratiã referas. Ingratus est enim qui remotis arbitris gratias agit, ut ait Sene. 2. lib. de beneficiis. Et notandũ q̄ beneficiũ benignẽ accipiendũ est, licet etiã sit modicum. Si benignẽ accipis, retulisti gratiã, sed non solutũ te putas. Sen. Qui beneficium dat, uult excipi gratẽ: habet quod uoluit, si bene acceptũ est. Idẽ: Voluntati uoluntate satisfacimus, rem rei debemus. Beneficiũ uero rei duplex est, scilicet pecuniã & operã. Beneficiũ operã splendidius est: hoc enim ex uirtute depromitur, alterũ uerò ex arca. Cũ beneficium pecuniã datur, materia exhauritur, ut quo in plures usus sis, eo minus in multos uti possis: beneficiũ uerò operã, cõsuetudine beneficiãdũ paratioris & exercitatioris facit. Dum Macedonũ fauorẽ pecuniã largitione captaret Alexander, scripsit ad eum pater hæc uerba: Quis error in istã spem te induxit, ut eos tibi fideles putas, quos pecunia corrupis? Istã tu id agis, ut Macedones te regem, sed ministrũ, & donatorem putarent. Fit enim deterior qui accipit,

accipit, atq; ad idẽ semper expectãdũ paratior. Nõ tamẽ hoc genus benignitatis omninò repudiãdũ est: nam sæpe idoneis hominibus in digẽtibus de re familiarĩ, impartiedũ est, sed diligenter & moderatẽ. Multi enim patrimonĩa effuderunt, inconsultẽ largiendo. Nihil autẽ stultius est quã curare, ut diutius facere non possis quod libenter facias. Sequitur etiã largitores rapinã: cum enim dãdo egere cõperint alienis bonis manus inferre coguntur, & maiora odia eorũ assentuntur quibus ademerũt, quã fauores eorũ quibus dederunt.

¶ *Qua sint cauẽda danti beneficia.*
E T notandũ quod in dando beneficiũ, primo cauẽda est durities. Sene. Non quid detur, refert, aut quid fiat, sed qua mẽte. Regũ æquauit opes animo, qui exiguum tribuit, sed libetẽ, qui paupertatis suã oblitus est, dum in eam respicit, qui non iuandũ tantũ uoluntatẽ habuit, sed cupiditatẽ, qui accipere se putauit cum daret. Idem: Multo gratius uenit, quod facili, q̄ quod plena manu datur. Idem: Nemo libenter debet quod non accipit, sed quod expressit. ¶ Secundo dilatatio. Sene. in lib. de benefi. Errat si quis sperat respõsurũ sibi, quem dilatatione lassauit, expectatione torfit. Eodem animo beneficium debetur quo datur. Idem: Qui tarde fecit, diu noluit. Cũ ita à natura cõparatũ sit, ut altius iniuriã, quã merita descẽdant, &

illa citò defluant, has tenax memoria custo diat: quid expectat qui offendit dum obligat? Satis aduersus illum gratus est, si quis beneficio eius ignoscit. Idem 2. lib. Cũ homini probo ad rogandum os suffunditur rubore, qui hoc tormentũ remittit, munus suũ multiplicat. Grauisimis uiris nulla res carius constat, quã quæ precibus empta est. Molestũ uerbũ est, onerosũ, & demissũ uultu dicendum, rogo. Nihil æquẽ amarũ, quã diu in spe pendere. Aequiorẽ animo quidam ferũt præcidi spem suã, quã trahi. Idẽ: Verũ est tantum te gratiã demere, quantũ morẽ aduicis. Idẽ: Quẽadmodũ acerbissima crudelitas est quæ trahit pœnã, & misericordiã genus est citò occidere: ita maioris est muneris gratia, quo minus diu pendit. Omnis benignitas properat, & propriũ est libenter facientis citò facere. ¶ Tertio ne beneficiũ quod das ei cui datur, uel alii oblit. Ea utamur liberalitate quæ pro fit amicis, noccat nemini. Seneca 2. lib. de benefic. Quemadmodũ pulcherrimũ est opus inuitos nolentẽsq; seruare: ita rogãtibus pestifera largiri blandum & affabile odium est. Pecuniã non dabo, quã numeratã adulterã sciam, ne in societate turpis facti, aut cõsiliũ inueniar. Idẽ: Quid turpius, quã (quod euenit frequentissimẽ) ut nihil intersit inter odium & beneficium? ¶ Quarto ne beneficium

cium maius sit facultate tua. Seneca: Cum summæ amicitia sit, amicis sibi æquare, utriusque simul consulendum est. Dabo egenti, sed ut ipse non egeam. Succurrā perituro, sed ut ipse nō peream. ¶ Quinto cauēda est exprobratio. Seneca: Hæc beneficii inter duos lex est: alter statim obliuisci debet dati, alter memor esse acceperit. ¶ Sexto malitiosa astutia inficiendi. Dixit Antigonus Cynico petenti talentum, Plus esse, quā Cynicus debeat petere. Petenti uerō nummū, respondit, Minus esse, quā regem oporteat dare. Ecce malitiose negabat: nam posset dare talentū, quia ipse rex erat uel nummum, quia ille Cynicus. E contrario Alexander nihil animo nisi grande concipiēs, cuidam urbem donabat: & cum ille refugisset munus, dicēs illud non cōuenire suæ fortunæ: Non quæro, inquit, quid te accipere deceat, sed quid me dare. ¶ Septimo cauendū de ingrato querelam facere. Meliorem facies ingratum ferēdo, peiorem conquerendo. Nemo id esse quod iam uidetur timet, deprehenso pudor emittitur. Senec. Ingratus est aduersus unum beneficiū, aduersus alterum non erit, duortū oblitus est, tertium in eorū quæ exciderant memoriam reduceret. Quæ ratio est exacerbare eum in quem magna contuleris, ut ex amico fiat inimicus? Seneca: Si Deum imitaris, da etiam ingratis: nam & sceleratis sol oritur.

Idem: Ego beneficio meo, cum darē, usus sum: nec ideo pigrius dabo, sed diligentius: quod in hoc perdidit, ab aliis recipiam, sed huic ipsi beneficium dabo. Beneficio igitur tanquam bonus agricola, cura cultūque sterilitatem soli uincens. Non est magni animi beneficiū dare & perdere, sed est magni animi perdere & dare. Idem 5. lib. de Beneficiis. Propositū est optimi uiri & ingētis animi tandiu ferre ingratum, donec fecerit gratum.

¶ De uindicatione.

SE QUITVR de Vindicatione, quā sic describit Tullius: Vindictio est per quam uis, aut iniuria & omnino omne quod obfuturū est, defendendo & ulciscēdo propulsatur. Hæc uirtus maximē necessaria est habenti potestatem secularē. Rom. 13. Dei minister est, uindex in ira ei qui malū facit. 1. Pet. 3. Subiecti esto te omni humanæ creaturæ propter Deū, siue regi quasi præcipienti, siue ducibus tanquā à Deo missis ad uindictā malefactorū.

De misericordia. PARS XIII. que subdividitur in septem capitula.

De ordine dicendorum de Misericordia, & de descriptionibus eiusdem.

CAP. I.

SEQUITUR de Misericordia, de qua hoc modo dicitur. Primo ponentur eius descriptiones. Secundo, eius commendationes. Tertio quædam meditationes, quæ misericordiam iuuant.

Quarto,

Quarto, diuisiones pertinentes ad misericordiā. Quinto, dicitur de quo sit facienda eleemosyna. Septimo, quomodo facienda. ¶ Circa primū notandum, quod misericordia sic describitur: Misericordia est uirtus per quā animus super calamitate afflictorum mouetur. Damascenus uerō dicit, quod misericordia est tristitia in alienis malis. Id. 9. lib. Etymol. dicit quod misericors à compatiēdo alienæ miserie uocabulum est fortitudo: & hinc appellata est misericordia, quod miserum cor faciat dolens de aliena miseria.

De commendatione Misericordia.

CAP. I I.

Misericordiam commendat nobis & natura, & Sacra scriptura. Natura multipliciter. Primò, naturali compassione etiam habent membra unius corporis adinuicē. 1. Corinthiorum 12. Si quid patitur unum membrum, cōpatiuntur omnia membra. ¶ Secundò, naturali pietate quam suadentur habere animalia eiusdem speciei adinuicem. Dicitur enim in lib. de natura animalium, quod nō est auitum unius speciei ut se comedant. Itē quod mortua equa pullum eius relicū alia suscipit nutriendū. ¶ Tertio, pietas quæ uidetur esse animalium etiam irrationalium ad res alterius speciei. Dicitur enim leones ad uiam reducere aberrātes, & parcere hominibus prostratis coram se, & animalibus infirmis uibus quā ipsi sint, nisi necessi-

tas famis ad aliud eos cōegerit. Item multis experimentis compertū est, quod lupi uel lupo paruulos derelictos & à matribus expositos ab aliis bestiis defendunt & etiam nutriunt. ¶ Scriptura commendat nobis misericordiam multiplici admonitione. Deuter. 15. Omnino indigenis, & mendicus non erit inter uos. In eodem: Non contrahas manum, sed aperies eā pauperi. Item: Præcipio tibi ut aperias manum tuā fratri tuo egeno & pauperi. Tob. 4. Noli auertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet ut nec te auertatur facies Domini. Eccl. 9. Oleū de capite tuo nō deficiat, id est, misericordia de corde. Eccl. 29. Focnerare proximo tuo in tēpore necessitatis illius. In eodem: Propter mandatum assume pauperē. Eiusdem 7. Pauperi porrige manū tuam. In eodem: Exorare & facere eleemosynā ne despicias. Eiusdem 29. Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi, & proderit tibi magis, quā aurum. Zachar. 7. Misericordiam & miserationes facite unusquisque cū fratre suo. Matth. 19. Si uis perfectus esse &c. Lucæ 6. Estote misericordes. In eodem: Omni petēti te, tribue. Item: Date, & dabitur uobis. Eiusdem 11. Quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia sunt munda uobis. Item 12. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. In eodem: Facite uobis sacculos qui non ueterascunt, thesaurum in-

L 4 deficien

deficientem in cælis. Eiusdem 16. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, &c. 2. Corinthiorum 8. Vestra abundantia illorum inopiam suppleat. Ephes. 4. Estote inuicem benigni, misericordes. 1. Petr. 3. Estote compatiētes, fraternitatis amatores, misericordes. 2. Petr. 1. Ministrare in pietate fraternitatis amorē. Item misericordiam commēdat & creator & creatura. Creator, dum exēplo suo ad misericordiā nos monet, miserationes enim eius super omnia opera eius, ut dicitur in Psal. Item misericordia eius plena est terra. Ioël. 2. Benignus & misericors est, patiens & multa misericordiæ, & præstabilis super malitia. Eius proprium est miseri semper, & parcere. Lucæ 6. Estote misericordes sicut & Pater uester misericors est. Balaam: Maximam potestatem accipiens, datorem potestatis iuxta possibilitatem suā debet imitari, in hoc autem Deū maximē imitabitur, si nihil iudicauerit quān miseri pretiosius. Creatura commēdat nobis misericordiam, dum uiri sancti exēplo suo ad eam nos monent. Inter exempla uerō sanctorum maximē nos monet ad misericordiam exemplum Christi hominis: misericordia seu pietas crux aurea fuit quā Christus portauit, quæ uidetur fuisse acerbioris supplicii, quā crux exterior, si magnitudo amoris quo nos diligebat attendatur. Sicut enim

non fuit amor sicut amor eius, sic non uidetur fuisse dolor sicut dolor eius. Dolor inquam compassionis. Thren. 1. Videte si est dolor sicut dolor meus: misericordia filium Dei de cælo depesuit, & corpore induit, iuxta uerbum Augustin. Ipsa etiam pro redemptione pauperum eam uendidit. Augustin. Redemit uenditus, uiuificauit occisus, honorauit iniuriatus, misericordia eum usque ad pedum nostrorū ablationem humiliauit. Item eum ut clypeum nobis opposuit, ut scilicet iētū sustineret quē Deus pater humano generi minabatur. Tunc impletum est illud, Scapulis suis obumbrabit tibi. Et illud: Scutō circūdabit te ueritas eius. Item illud Sapientie 7. Dexter tua teget eos. Dexterā Dei patris, Filius est. Tunc exaudita est oratio illa, Custodi nos domine ut pupillam oculi. Pupilla oculi manus oppositione custoditur, ut manus idem suscipiat quem pupilla susceptura erat. Misericordia eum fidei ussorem pro hominibus posuit morti adiudicatis. Eccles. 29. Gratiam fidei ussoris ne obliuiscaris: animam enim suam posuit pro te. ¶ Ad commendationem etiam Misericordiæ facit, quod ipsa super omnia Deo placet, & Diabolo displicet, & homini prodest. ¶ Primū ostenditur diuersis testimonijs scripturæ. Augustinus: Non est quod ita faciat Deo amabilem, pietas. In Psal. Diligite misericordiam

cordiam & iudicium. Prouerb. 21. Facere misericordiam & iudicium magis placet Deo, quā uiuificari. Osee 6. Misericordiam uolui, & non sacrificium. Matth. 9. Discite quid est, Misericordiā uolo, & non sacrificium. Ratio quare misericordia tantum Deo placet, hæc est, quia Deo maximē assimilatur, ut prius ostensum est. Ecclesia. 13. Omne animal diligit simile sibi. Misericordia unguentum est quo ungitur Christus, & maximē quantum ad membra illa quæ maximē unctio indigent, scilicet quantum ad pedes. Quod figuratum est in hoc, quod Magdalena unxit pedes eius. Lucæ 7. Bernardus: Bonum est unguentum contritionis quod de recordatione peccatorum conficitur: melius deuotionis, quod fit de recordatione beneficiorum Dei. Porro utriusque uincit unctio pietatis. Misericordiam Christus specialiter consuluit. Matthæi 19. Si uis perfectus esse &c. Illam ultimum remedium posuit. Lucæ 11. Veruntamen quod superest, date elemosynam, &c. Reversurus etiam ab apostolis suis, misericordiam illis commēdat in pedum ablatione uoluit. Ioann. 13. Sicut enim factio illo iuxta historiam commēdauit nobis humilitatem: ita secūdam mysterium commēdauit nobis pietatem. Aqua enim in pelui est pietas in corde. Ipse etiam in die iudicii de operibus misericordiæ spe-

cialiter disceptabit. Matthæi 25. Misericordia diabolo maximē displicet, cum per eam maximē uincatur. Vnde super illud Psal. Misericordia mea & refugium meum, dicit gloss. De nullo sic uincitur inimicus diabolus, sicut de misericordia. Cum diabolus in multis respectu hominis excellat: in hoc tamen, quod misericordiā non habet, homo ei præcellit. Ipse crudelis est, & non miserebitur. Iere. 6. Misericordia homini maximē prodest. 1. Timot. 4. Exercitatio corporis ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est. Quam utilis sit pietas seu misericordia homini, manifestū fiet si multiplicem effectū eius ostendamus. ¶ Notandū ergo quod misericordia peccato obstat. Ecclesiast. 4. Ignem ardentē extinguit aqua, & elemosyna resistit peccatis. In multa peccata caderet peccator, si quibus elemosynæ quas facit eum custodiunt. Item spatium penitentia homini impetrat. Vnde dicitur promissionem habere uitæ quæ nunc est, & futuræ. 1. ad Timot. 4. ubi dicit gloss. Si quis misericordiam sequitur, si lubricū carnis patiat, uapularit quidem, sed non peribit. Quod non est intelligendum de illo propter fiduciam quam habet in elemosynis quas facit peccat. Tali enim dicitur ad Rom. 2. An ignoras, quod benignitas Dei ad penitentiam te adduxit? Tu autem secundum duritiam tuam &

cor impoenitens thesaurizas tibi iram. Item bona temporalia multiplicat. Gregor. in dialog. Terrenæ substantiæ per hoc, quod pauperibus distribuuntur, multiplicantur. Bonifacius duodecim aureos accepit de cista nepotis Canstantini presbyteri, & dedit pauperibus, quos ille acceperat de equo suo vendito: qui cum reuersus audisset cistam suam fractam, iratus est in episcopum. Et episcopus ingressus ecclesiam, rogauit ut Dominus daret ei aliquid quo mitigaret furorem presbyteri, & inuenit statim in sinu suo duodecim aureos fulgentes, quos dedit, & dixit ei: Scito quia post mortem meâ episcopus nō eris huius loci. Ille enim collegerat illos aureos pro acquirendo episcopatu post mortē eius. Idē Bonifacius cum esset puer, omne triticū matris suæ expendit in usus pauperum, quod cum mater horreum ingressa perpendisset, cœpit eū increpare, & se ipsam pugno cœdere in facie. Sed oratione facta à Bonifacio, statim horreum plenum inuentū est. Quo uiso mater cœpit eum urgere ut daret, quia ita celeriter posset quæ petisset accipere. Luc. 6. Date, & dabitur uobis. Prouerb. 11. Alii diuidunt propria, & ditiores fiunt; alii rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Eiusdem 27. Qui dat pauperi, non indegebit: qui despicit deprecationem, sustinebit penuriam. 3. Reg. 18. Illi uiduæ

quæ Eliam pauit, farina & oleum non defecerunt. Ratio huius potest esse: quia homo misericors fideliter dispensat pauca bona sibi commissa, & ideo merito super multa constituitur. Matt. 14. Item Deum placat. Prouerbiorum 21. Munus absconditum extinguit iras: & donū in sinu indignationem maximam. Gen. 32. Placabo eum muneribus quæ præcedunt, Tob. 3. dicitur de eleemosyna, quod ipsa est quæ purgat peccata. Esa. 58. Si effuderis esurienti animam tuam, & animam afflicti repleueris: orietur in tenebris lux tua. Lux, in quam, gratiæ. Misericordia à seruitute diaboli liberat. Esa. 10. Computrescet iugum à facie olei. Oleum dicitur misericordia: quia sicut oleum ceteris liquoribus supernat, sic opus misericordiæ præcellit respectu aliorum operum. Misericordia à morte spirituali suscitari facit. Sicut Dorcas plena operibus bonis & eleemosynis quas faciebat meruit corporaliter suscitari. Act. 9. Misericordia meretur à Domino uisitari. Sicut legitur de Cornelio, Actuum 10. Erat Cornelius eleemosynarum multas faciens plebi, & ait angelus ei: Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Domini. Contra peccata nihil tantum uidetur ualere, quantum misericordia. Vnde super Matt. 12. Extende manū tuam, & extendit, & restituta est sanitati. dicit gloss. Nihil plus

ualet

ualet curationi quam eleemosynarum largitas. Et subditur: Frustra pro peccatis rogaturus manus ad Deum expendit, qui has ad pauperes pro posse nō extendit. Item gratiam conseruat. Eccles. 29. Dicitur de eleemosyna: Gratiam eius quasi pupillā conseruabit. Item hostem impugnat. In eodem: Super scutum & super lanceam aduersus inimicum tuum pro te pugnabit. Item quæ petit à Deo, impetrat. Ecclesiast. 29. Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc exorabit pro te. Esa. 58. Frange esuriēti panem tuum, &c. Et subditur: Tūc inuocabis, & Dominus exaudiet: & clamabis, & dicit, Ecce adsum: quia misericors sum Dominus Deus tuus. Misericordia multum potest erga Deum. Ipsa uidetur Dei sententias reuocare, ut in Ninive. Ion. 3. Et Achab. 3. Reg. 21. Legitur etiam 10. Iudicum: Non addam, inquit Dominus, ut liberem uos. Et post legitur: Doluit Dominus super iniquitatē eorum. Hæc luatur cum Domino, ut Iacob luctatus est cum angelo. Gene. 32. Et Sap. 18. legitur de Aaron, quod resistit iræ. Greg. Iræ Dei tunc resistitur, quā do ipsemet qui irascitur opitulatur. Misericordia dicitur Deum uincere quodammodo. Vnde dicit ecclesia, Quæ te uincit clementia, ut ferres nostra crimina. Dicitur etiam peccata nostra de eius memoria delere. In Psalm. Omnes iniquitates meas dele-

Ezech. 18. Si impius egerit penitentia ab omnibus peccatis suis quæ operatus est &c. omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor. Misericordia Deo sceneratur. Prouerb. 19. Sceneratur Domino qui miseretur pauperis. Eiusdem 22. Qui accipit mutuum, seruus est scenerantis. Est ergo Deus quasi in potestate hominis perfectæ misericordis, sicuti seruus in potestate domini, & ille qui mutuum accepit in potestate scenerantis. Item misericordia non solū potest in terra, sed in cælo. Ipsa cælum inclinauit. Ista inclinatio manifesta est ex hoc, quod breuiter est nunc uia in cælum quam esse solebat. Adam per multa millia annorum uix peruenit illic, modo uerò una hora quandoq; peruenitur. Item misericordia ostium cæli: Christū scilicet, qui dicit Io. 10. Ego sum ostiū: fregit in die Paratæues, & fecit uolare quasi in duo frustra: scilicet corpus & animam: & sic pauperibus cælestem ingressum patefecit. Ipsa uiam paradisi dilatat. Prouerb. 18. Donum hominis dilatat uiam eius, & ante principes spatium ei facit. Item misericordia hominē filium Dei efficit. Ecclesiast. 4. Esto pupillis misericors ut pater, & pro uiro matri eorum: & eris tu uelut filius Altissimi, filius obediēs, & miserebitur tui magis quam mater. Misericordia Deū suum efficit. Hebræo. 13. Beneficentiæ & communionis nolite obliui

obliuisci. Talibus enim hostiis promeretur Deus. Ipsa specialiter honorat Deū, propter eū pauperibus sua tribuendo. Prou. 14. Honorat dominum qui misereatur pauperis: ideo merito in futuro à Deo honorabitur. Itē misericordia à pœna pro peccatis debita hominem absoluit. Prou. 13. Redemptio animæ uiri, diuitiæ suæ. Daniel. 4. Peccata tua elemosynis redime. 4. Reg. 4. Pauper mulier oleo sibi multiplicato soluit creditori suo. Itē misericordia amicos & adiutores sibi multiplicat. Ipsa pauperes facit stipendiarios suos. Greg. Pauperes non sunt contemnendi ut egeni, sed exorandi ut patroni. Luc. 16. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, Prou. 22. Victoriā & honorē acquireret qui dat munera. Item misericordiā hominē in bono roborat. Eccle. 3. de dante elemosynā: In tempore casus sui inueniet firmentū. Item misericordia homini benedici facit. Vnde elemosyna uocatur benedictio. 2. ad Corinth. 9. Homini misericordī benedicit Deus. Deuteron. 15. Omnino indigens & mendicus non erit, inter uos, ut benedicat tibi Deus. Benedicit etiam ei populus. Prouerb. 19. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur. Deutero. 33. Benedictus filius Aser sit placens fratribus, & tingat in oleo pedem suum. Hæc tria concomitantur se, tingere in oleo pedē affectus, esse

benedictum & placentem hominibus. Ruth 2. Sit benedictus qui misertus est tui. Misericordiā etiā benedicit pauper, qui ab eo recipit elemosynam. Iob cap. 29. Benedictio perituri super me ueniebat. Itē misericordia morientī societatem facit. Ambrosius. Non sunt bona hominis quæ secum ferre non potest. Sola misericordia comes est defunctori, Ipsa etiam animam in infernum ire non permittit. Tob. 12. dicitur de elemosyna, quod à morte liberat, & nō patitur animas ire in tenebras. Ipsa etiam in iudicio liberat & regnum accipit. Tob. 12. dicitur de elemosyna, quod facit inuenire uitam æternam. In Psalm. lucundus homo qui misereatur & commodat, disponet sermones suos in iudicio, Ibi specialiter fiet disceptatio de operibus misericordiæ. Matt. 25. Venite benedicti Patris mei, percipite, &c. Esurini enim, & dediisti mihi manducare, &c. Misericordia filium Dei in mundum fecit descendere. Eadem homines in cælum facit ascendere. Ad hoc signandū Christus à monte Oliueti in cælum ascendit. In monte enim Oliueti eminentia misericordiæ designatur. Legitur etiā 3. Reg. 6. quod in ingressu oraculi fecit Salomon duo ostiula de lignis oliuarū. Quæ duo ostiula possunt intelligi duæ partes misericordiæ. Vna est qua compatimur miseræ spirituali. Qui perfectē misericors est, iam be-

tus

reputatur certa spe tandem beatus futurus in re. Misericordes maximē de Dei misericordia sperare possunt. In Psalm. Ego sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei. In Psalm. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Prou. 14. Qui misereatur pauperi, beatus erit. Matthæi 5. Beati misericordes. Item misericordia loca in regno cælorum assignat. Ecclesiast. 16. Omnis misericordia faciet unicuique locum secundum intellectum peregrinationis illius, & secundū meritū operum illius. Misericordia est negotiatrice prudentissima. Matt. 25. Prudentes uirgines acceperunt oleum in uasis suis. Qui uerē prudens est, oleum pietatis uult habere in corde suo sine quo non habent ignis charitatis. 1. Ioan. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Iac. 3. Sapientia quæ desurfum est, plena est misericordia. Negotiationē misericordiæ specialiter confulit filius Dei, Matt. 10. Vade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Voluit Paulus ut Timotheus hanc negotiationē præciperet his quos habebat regere, 1. ad Timoth. 6. Diuitibus huius seculi præcipe facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum. ¶ Misericordia in nego-

tiatione uidetur. Deum circumuenire, dum pro luto temporaliū æternas diuitias recipit. Osee 11. Circumuenit me in negotiatione Ephraim. August. Predestatum, & accipies cælum. ¶ Misericordia calicem frigidæ aquæ proximo tribuit, & torrente uoluptatis æternæ recipit. Ipsa terram in cælum commutat, hæc est commutatio dextræ excelsi, ¶ Misericordia hominem periculose oneratum utiliter exonerat, & proximum eius iuuat. August. in lib. de Disciplina Christiana, loquens ad diuitem: Da, inquit, aliquid fratri tuo. Da aliquid proximo tuo. Da aliquid comiti tuo. Vita ista uia est simul ambulatis. Sed fortē dicis, Ego diues, ille pauper. Sarcinā tuam cōmémoras. Pondus tuū laudas. Et quod grauius est, constrinxisti ad te sarcinam tuam, iam non potes porrigere manum. Onerate, ligate, quid te iactas? quid te laudas? Solue uincula colli tui. Minue de sarcina tua. Da comiti, & illū adiunas & te releuas. ¶ Misericordiā unde dare uidetur potius accipit. Vnde August. Reminiscere, inquit, non solum quid des, sed quid accipias. Panis quē das, terra est, de terra in terram, ut fulciatur terra, ut reficiatur terra. Poterit itaque pauper dicere, Vide, ne plus tibi prestē accipiēdo quàm tu dando. Si enim non esset qui à te acciperet, non erogares terram & emerēs cælum: contemne me, si nihil pe-

tis

tis ab eo qui fecit me & te. Si enim petiturus es quia me exaudivisti, tibi præstas ut exaudiaris. Age illi gratias qui re tam pretiosam tibi pretio te facit emere. Das quod in tempore petit, accipis quod manet in æternū, unde nuncis socius angelorum, unde nunquam sitim famemque patiaris. Et subdit: Nemo dicat, quia præstet pauperi: sibi enim plus præstet, quam pauperi. ¶ Misericordia bona sua quæ dare videtur, in saluo ponit, & inde thesaurum facit. Matthæi 6. Theaurizate vobis thesauros in celo. Et beatus Laurentius: Facultates ecclesiæ quas requiritis, manus pauperum in cælestes thesauros deportauerunt. Tob. 4. dicitur, Da elemosynam. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. Augustinus: Considerate fratres, quam multi subito bona omnia perdidērūt, quæ studiosissimè recondebant, vel quum uno impetu hostili capri ducti sunt, vel quum eis discedentibus flamma successit. O quomodo tales pernitunt: quia non audierunt domini consilium, scilicet, Da pauperibus, & habebis thesaurum in celo. Audires amicum tuum cõsiliū tibi dantem de thesauro tuo, & contemnis Deum cõsiliū dantem de corde tuo. Inuasit hostis domū, nunquid inuaderet cælum? Occidit seruum custodem, nunquid occideret dominum seruatorem? Qui sunt pauperes quibus da-

mus, nisi delatores nostri? Delatori tuo das, in cælum portat quod das: an excidit tibi Gregor. Securius diuitiæ transferuntur de patria in patriam per manus plurium, quam per manus unius, secundum August. Manus pauperum sunt gazophylacium Christi. Vnde quod in manu pauperis ponitur, in gazophylacio Christi mittitur, imò quod plus est, in manu Dei ponitur, & ideo iam auferri non potest ei qui dedit, quum non sit qui de manu eius possit eruere. Misericordia bona terrena quæ possessio-ribus suis solent esse noxia, ut iter expedit. Isidor. Hoc tantum habet bonum possessio presentium rerum, si uitam reficiat miserorum. ¶ Et notandum quod uirtus misericordiæ non solum est ualde utilis, sed etiam ualde mirabilis. Ipsa de malis aliorum melioratur, de sordibus aliorum sanatur, de paupertate ditatur, de infirmitatibus aliorum sanior efficitur, ipsa portat onera aliorum implens legem Christi, ad Gala. 6. Alter alterius onera portate, &c. Et quanto plura bona portat, tãto uelocius currit, quia ad beatitudinem festinanti tendit. Ipsa onera aliena frequenter furatur hominibus nescientibus, dum ipsis negligentiibus peccata eorum assumit & portat dolendo, iudicando, orando, pro eis elemosynam faciendo, disciplinis se affligendo. Misericordia quanto plura onera

onera

onera proximi portat; tãto oneribus propriis peccatorum magis se exonerat. Misericordia de fœtore eorum qui spiritualiter sunt mortui non moritur, sed potius uiuificatur. Ipsa est quæ colligit de spinis peccatorum uuas, & de tribulis ficos. Misericordia mala aliena in bona conuertuntur. Dux uirtutes sunt quæ omnia quæ absconditur, sic acquirere uidentur, scilicet charitas & pietas. Charitas bona proximi sua facit. Gregorius: Pensent inuidi quantum bonum est charitas quæ aliena bona sine labore nostro nostra facit: pietas uero aliena mala sua facit. Vnde hæ duæ uirtutes uenientes ad iudicium de uandinis huius mundi, diuisimæ, quantum ad meritum, inueniuntur, & ideo abundantissimè remunerabuntur. Hæ duæ uirtutes alæ sunt quibus foventur proximi bona, & portantur eius onera. Vnde super illud, Sub umbra alarum tuarum protege me, dicit Glossa: Misericordia & charitas sunt alæ patris quibus nos protegit. De his alis Matthæi 23. Quoties uolui cõgregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluitis? ¶ Item misericordia de uno obsequio duplicem habet mercedem. In presenti enim remuneratur & in futuro, ut prius ostensum est. Ipsa de una seminatione duplicem messem colligit. Ipsa seminat in terra, & metet

in celo: ipsa consilio domini agros aridissimos elegit ad seminandum. Luca 14. Quum facis prandium, uoca pauperes, &c. Et hi uberius ei fructificant. ¶ Et notandum quod opus misericordiæ semini comparatur. 2. ad Corinthios 9. Qui parce seminat, parce & metet, eod quod semini in multis assimiletur. Semen absconditur, sic elemosyna occultè danda est. Ecclesiastic. 29. Conclude elemosynam in sinu pauperis. Item semen perdi uidetur, cum seminando potius renouetur: sic elemosyna quum datur, perdi uidetur, sed sic melius seruat. Ecclesiastic. 29. Perde pecuniam propter fratrem, & non abscondas illam sub lapide in perditionem. Isidorus: Terrena omnia seruando amittimus, largiendo seruamus. Diu cum rebus nostris durare non possumus, quia aut nos illas moriendo deserimus, aut illæ nos uiuentes deserunt. Et super illud Matt. 16. Qui perdit animam suam propter me, inueniet eam. dicit glossa. Quasi dicitur agricolæ: Si frumentum seruas, perdis: si seminas, renouas: solas quas dederis, semper habebis opes. Item semen cum fœnore surgit: & qui dat elemosynam, centuplum accipit. Vnde super illud Prouerb. 19. Fœneratur Domino qui miseretur pauperis. dicit interlin. Centuplum accepturus. Eccles. 35. retribuens Deus est, & septies reddet tibi. Semen pret

pretiosius in uno anno seminat-
 ur, & in alio anno metitur: semē
 uerō minus pretiosum ut hor-
 deum, in eodem anno semina-
 tur & metitur. Sic elemosyna
 pretiosa est quæ seminatur in
 anno gratiæ, cuius mensis expe-
 ctatur in anno gloriæ. Item semē
 gelu pressum & retardatū hube-
 rius fructificat: Sic elemosyna
 quæ aduersitate premitur, maio-
 rem habitura est remuneratio-
 nem: ut elemosyna cui detrahi-
 tur, magis remuneranda est quam
 quæ laudat. Itē misericordia hic
 quasi omnia tormenta sustinet.
 2. ad Cor. 12. Quis infirmatur, &
 ego non infirmor, &c. Ideo in fu-
 turo merito non ei à tormento
 parceretur. Ipsa est quæ exemplo
 Petri dicit domino: Tecum para-
 ta sum in mortē & in carcerem
 ire. Luc. 22. Ideo in futuro merito
 ē carcere infernali immunis erit.
 Item ad commendationem mi-
 sericordiæ ualere potest detesta-
 tio sui oppositi. ¶ Notādum ergo
 quod non solum immiseri-
 cordiā indigna est uenia, imō
 quod plus est, homini immiseri-
 cordi uidentur peccata iam di-
 missa reuocari. Matth. 18. Serue
 nequam, omne debitum dimisi
 tibi, quoniam rogasti me: nōne
 oportuit & te misereri, &c. Et
 iratus dominus eius, tradidit
 eum tortoribus quoad usq; red-
 deret uniuersum debitum. Mife-
 ricordia uerō literas remissio-
 nis habet in Euāgelio etiam tria
 paria. Primō, Matth. 5. Beati mi-

sericordes, quoniam ipsi miseri-
 cordiam consequentur. Cum mi-
 sericordia Dei fons sit, & miseri-
 cordiā nostra fluuius: quomo-
 do esse possit quod fluuius mi-
 sericordiæ nostræ ad proximum
 flueret, & fons diuinus miseri-
 cordiæ nobis siccus esset? Augu-
 stin. Fluit riuus, & fons siccabi-
 tur. Item quum omne animal di-
 ligat simile sibi, Eccl. 13. quomo-
 do hoc esse possit quod Dei mi-
 sericordia hominem misericor-
 dem dānaret? Secūdo, Matt. 6. Si
 dimiseritis hominibus miseri-
 cordiam, dimittet & uobis Pater
 uester cælestis delicta uestra. Ter-
 tiō, Luc. 6. Dimittite, & dimitte-
 tur uobis. Item ubi est miseri-
 cordia, est peccatorum abundantia,
 Osēe 4. Non est misericordia, &
 non est scientia Dei in terra. Et
 subditur: Maledictum & men-
 dacium & homicidium & furtū
 & adulteriū inuindauerunt. Item
 illi cui deest misericordia, fiet iu-
 dicio sine misericordia. Iaco. 2.
 Iudicium sine misericordia ei
 qui non fecerit misericordiam.
 Immisericordi aures Dei clau-
 sę sunt & in præsentī & in futu-
 ro. Prouerb. 21. Qui obturat au-
 rem suam ad clamorem pauper-
 ris, ipse clamabit, & non exau-
 dietur. Exemplum habemus de
 hoc Lucæ 16. in diuite epulone,
 qui panis micæ Lazaro negauit,
 in tormentis positus guttā aque
 postulans non accepit. Item ad
 commendationem misericor-
 diæ facit, si ostendatur eius præ-
 emia

eminētia ad alias uirtutes. ¶ No-
 tandū ergo, qd respectu abstinē-
 tiæ in hoc præminet, qd abstinē-
 tia Deo corpus immolat. Ad Ro-
 ma. 12. Obsecro uos per miseri-
 cordiam Dei ut exhibeatis cor-
 pora uestra hostiam uiuentem.
 Misericordia uerō immolat cor.
 Respectu uerō charitatis in hoc
 præminet misericordia, quod
 charitas est fluuius bonitatis ri-
 pas suas non exiens; Pietas uerō
 est fluuius bonitatis: ripas suas
 nō exiēs, & late extrā inuandans.
 Caritas enim ut charitas, tantū
 sua cōmunicat; pietas autem: &
 hoc facit & aliud: mala enim a-
 liorū insuper sibi assumit. Parū
 est sua largiri, quod facit chari-
 tas: sed cumulus charitatis est
 seipsum largiri ad cōpatiendū,
 quod facit pietas. Respectu autē
 iustitiæ, prout iustitia strictē su-
 minit, & est opposita miseri-
 cordiæ, hanc habet præminentia
 quod ipsa est summa iudiciarię
 potestatis. Misericordiā enim
 super omnia opera eius. Iaco. 2.
 Misericordia superexaltat iudi-
 cium. Vnde licet appellare à curiā
 iustitiæ ad curiā misericordiæ.
 Vnde si uides tibi imminere
 grauamen à iustitiā, imō quocūq;
 que modo cōtra te, iudicet etiā
 iustē, aliter enim facere nō po-
 test. confidenter appella ad Dei
 misericordiam: quoniam iustitia
 necesse deferrē habet appella-
 tionē tuā. Forū curiæ misericor-
 diæ, est forū pœnitētiæ; hoc est
 solū adiutorij refugium. In hoc

foro feruntur sententiæ absolu-
 tionis etiam confitētibz culpas
 suas. In aliis curiis si quis confi-
 tetur homicidium, dicitur à iudi-
 ce, suspendatur: in hoc si cōfite-
 tur, absoluitur. Itē respectu obe-
 dientiæ cōmendabilis est miseri-
 cordia. Interdū enim obediē-
 tiæ & etiam cæteris uirtutibus
 nititur contraire. Vnde narrat
 Greg. in lib. Dialogorū, qd Pauli-
 nus episcopus se in seruitutem
 posuit pro quodam captiuo red-
 dimendo, licet addictus esset cu-
 ræ pastorali, & Deus qd miseri-
 cordia omnibus aliis misērentibus,
 cum postea in plenitudine offi-
 cii & dignitatis restituit. Et qui-
 dam cōuersus Carthusiēsis profi-
 ciscens ad nundinas, & quadra-
 ginta libras secum deferens. ut
 eas expēderet in necessitatibus
 domus suæ, comitem habuit in
 uia militem ueteranum debile
 & pauperem, quem quū agno-
 uisset grauatum esse aere alieno
 & ire ad petendum inducias à
 creditore, conuersus dixit mili-
 ti, qd iret secū: qui ingressi sunt
 domum creditoris, & cum pete-
 rēt inducias, denegauit eis cre-
 ditor addens, qd filium eius uin-
 ctum in carcerem poneret, nisi
 ea die redderet uniuersum debi-
 tū, & tota eius hæreditas ei ap-
 propriaretur. Pro quo quū in-
 tercederet conuersus, creditor
 multa cōuitia ei intulit. Ad quē
 conuersus, Hodie, inquit, libera-
 bitur iustus iste de carcere mor-
 tis, & proiciens ante pedes x. l.

libras, redemit filium militis de carcere, ipsumque à debito liberavit. Qui rediens narrauit fratribus quæ gesta erant. Illi uero quasi uiri spirituales multum in hoc factio commendabant eum. Item quidam sanctus homo quemdam poenitentem ligatum à summo pontifice exoneravit tunica plumbea. Qui interrogatus qua autoritate hoc fecisset. Respondit, Autoritate illius qui ait, Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur. Matt. 5. Virtus misericordiam maximè cõpetit statui misericordiam in quo sumus. Hanc uirtutem didicit Christus plus quàm xxx. annis ad Hebr. 4. Non habemus pontificem qui nõ possit compati infirmitatibus nostris. Bern. Multa uoluit pati Christus, ut compati sciret.

De his que possunt iuuare misericordiam. CAP. I. II.

Tangenda sunt aliquæ meditationes quæ possunt iuuare misericordiam. Quarum prima attenditur circa naturæ conformitatē. Aliquis enim moueri potest ad miserandum proximo, habito respectu ad naturæ conformitatē. Esa. 58. Cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Secunda attendit principii nostri unitatē. Sumus enim oēs ex uno patre & una matre. Aug. in lib. de disciplina Christiana: Si putamus non esse proximos nisi qui de eisdem parentibus nascuntur, Adā & Euā intēdamus, & omnes fratres su-

mus. Tertia attenditur circa miseriam propriam, ut homo intelligat quæ sunt proximi ex se ipso. Prouer. 19. Homo indigens, misericors est. Homo qui indigentiam magnam habuit, alienæ indigentiam cõpati nouit. Quarta attendit spirituales fraternitatem. Fratres enim sumus ex uno patre, scilicet Deo nati: & una matre, scilicet ecclesia, eandem habituri hereditatē. 1. Io. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatē habere, & clausit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Quinta attendit Dei in homines paternam charitatem. 3. Io. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus pater, ut filii Dei nominemur & simus. Secundum hanc meditationem operatur qui dat pauperi, eoque credit eum filium Dei. Sexta attendit capitis ecclesie & membrorum unitatem, quæ tanta est, quod caput reputat sibi fieri quod membris sit. Sicut caput corporis reputat sibi beneficium exhiberi quod pedibus exhibetur: sic beneficium pauperibus exhibitum Christus sibi reputat exhiberi. Et notandum circa hanc meditationem, quod quadoque pauper eleemosynam querit ab aliquo, ille à quo petitur quatuor debet attendere. Primo, quis petit, quoniam Deus, Math. 25. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hier. Quotiescunq; manum pauperi extenderis, Chr

Christum cogita. Aug. in lib. de disciplina Christiana: Christus petit, & non accipit, & offendis nomen pietatis crudelibus uerbis, & dicis: Et quid seruo filiis meis: Christum illi oppono, filios suos mihi reponit. Magna iniustitia ut habeas unde luxurietur filius tuus, egeat Deus tuus. Cui enim legisti, Quod uni ex minimis meis fecistis, & mihi fecistis, & nõ timuisti: ecce quod eget, & filios tuos numera: postremo numera filios tuos, adde unum illum inter illos, dominum tuum numera: unum habes, sit ille secundus: duos habes, sit tertius: tres habes, quartus sit. Secundo debet cogitare quid petit Deus, quoniam suum petit, non tuum. Unde ualde ingratus est qui de bonis Dei abundanter habet ad mensam suam, & tamen non uult dare modicum panis Deo petenti. Aug. Dicit tibi Christus, Da mihi de eo quod dedi tibi. De meo quero, & mihi nõ donas: da, & reddo: habuisti me largiorem, facito debitorem. Tertio cogitare debet ad quod petat: nõ enim petit ad dandum, sed ad mutuandum & ad centuplas usuras. Aug. Miser homo, quid sceneris homini? scenera re Deo, & centuplum accipies, & uitam æternam possidebis. Mira ingratitude hominum qui nolunt accommodare Deo ad tales usuras, ad quales accommodaret alicui ludæo uel Saraceno. Quarta debet cogitare, quod ipse habet

petere à Deo regnum æternum, qui modo petit ab eo modicum panis: & si negat Deo hoc modicum, negabit ei Deus regnum suum. Prou. 21. Qui obturat aurē suam ad clamorem pauperis, clamabit & ipse, & nõ exaudietur. Sapiens: Ne dubites cum magna petas, impendere parua. Septima meditatio attendit liberalitatem quam habent homines ad membra diaboli. Si enim diuites mali declinant ad eos, importunissime inuitantur, & quasi dilaniantur, & pro illis magna expensæ fiunt. Christus uero in membris suis uix inuenire potest unde susceteretur. Octaua attendit Dei pietatem quam nobis exhibuit in sua paupertate, quando seipsum pro nobis dedit, & pro nostra redemptione uendi uoluit.

De diuisionibus pertinentibus ad misericordiam, & de operibus misericordiam per ordinem: primo de spiritualibus, circa quæ tangitur octo incitantia ad cõpatiendum Crucifixo pro nobis, deinde de corporalibus. CAP. III.

Notandum quod est misericordia commendabilis, & est misericordia detestabilis. Commendabilis est, quæ est respectu personæ: detestabilis, quæ est respectu culpæ. Greg. in homi. Ad culpas quisque non debet compassionem exercere, sed zelum. Compassio quippe homini, & uitii relictio debetur, ut in uno eodemque homine & diligamus bonum quod factum

est, & persequamur mala que fecit. Itē Grego. Sunt plerique qui cōpassionē proximo nō spiritaliter, sed carnaliter impendunt, ut ei nō ad uirtutem, sed quasi miserando ad culpas faueant. Qui carnaliter hominibus miserantur, potius sunt crudeles quam misericordes, licet misericordes nocētur. Prou. 20. Multi misericordes uocantur: uirū autē fidelē quis inueniet? Itē notandū quōd quādā opera misericordix sunt spiritalia, quādā corporalia. Spiritalia sunt, ut cordis cōpassio, iniuriarū dimissio, peccatū correctio, ignorantū instructio, de cōpassione dicit gl. Grego, super illud Iob 30. Compatiebatur anima mea pauperi. Plus est cōpassio, quam datū, quia rē quālibet plerunq; dat etiā qui nō cōpatitur: nunquam qui uerē cōpatitur, quod necessarium cōspicit proximo suo negat. Ibidē dicit interl. Plus est de seipso dare, quam de suis. Item Greg. Exteriora largiēs rē extra seipsum prębuit; qui autē, fletū & cōpassionē proximo tribuit ei etiā aliquid de seipso dedit. Compassio crux est interior, cuius brachiū superius est cōpassio qua quis compatitur Christo pro nobis passio: brachiū inferius est cōpassio, qua quis compatitur his qui sunt in purgatorio. Sinistrū uerō brachiū est cōpassio qua quis cōpatitur his qui sunt in hoc mundo quantū ad pœnalem miseriam,

Dextrū brachiū est cōpassio qua quis compatitur animabus que pereūt in hoc mūdo. Aug. Simulne in te uiscera Christiana cōpassionis, qui plangis corpus à quo recessit anima, & nō plāgis animā à qua recessit Deus? Eccl. 22. Luctus mortui, septis dies: uirtutū autē & impiū, omnes dies uite illorū. ¶ Et notandū q; multa sunt propter quā aliquis solet alii multū cōpati, que omnia circa Christū occurrūt. ¶ Primū est doloris magnitudo. Hęc causa uerē fuit in Christo. Thren. 3. O uos omnes qui trāsitis per uia, attendite & uidete si est dolor sicut dolor meus. ¶ Secūdū est, amoris magnitudo. Hęc causa fuit in beata Virgine, cum propter magnū amorē quē habebat ad filiū suū gladius pertransibat animā eius. Luc. 2. De Dauid etiā legitur. 2. Reg. 18. q; dicebat, Filii mi Absalon, Absalō fili mi, quis mihi det ut ego pro te moriar? id est, uice tui. Videbatur reputare mortē filii sui grauiorem sibi propria morte. De bono patre dicitur Eccl. 30. Pro animabus filiorum colligabit uulnera sua & super omnē uocē turbabūt uiscera eius, Propter hęc causam filii qui tenerimē amat matres suas, molestius sustinent quom eas uidēt percuti, quam si ipsimet percuterentur. Sed quis dubitat Christū magis amandū esse à nobis, q̄ carnalē matrem? Quę mater tot & tāta passa est pro filio suo, quanta Christus pro

pro

pro nobis? Nōne matrem propriam reliquit pro nobis? Reliquit etiam synagogam matrem suam, & insuper animā suā morti exposuit pro nobis. Ierem. 12. Reliqui domū meā, dimisi hęc radicem meā, dedi dilectā animam meā in manus inimicorū eius. ¶ Tertū est innocētia. Magis enim solemus cōpati ei qui innocenter patitur. Quę causa uerē fuit in Christo: ipse enim peccatum nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. 1. Pe. 2. Propter hoc ecclesia quę lætatur in passionibus aliorū sanctorū, in die passionis Christi cōtristatur. ¶ Quartū, quādo pro culpa nonne fuit in Christo: ipse enim homo qui habet nobilem animum dolorem illū suum reputat per cōpassionē, sicut suus est per occasionē. Sicut patet in Dauid 2. Reg. ult. qui quū uidisset angelum populū occidentē, propter hoc q; ipse fecerat eū numerari, dixit ad dominū: Ego sum qui peccaui, ego iniquē egi: isti qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro ira tua contra me. Hęc causa bene fuit in Christo, iuxta illud Esa. 53. Ipse uulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus propter scelera nostra. Nostra est passio Christi per occasionem, etiā quantū ad utilitatem: & ideo deberet esse nostra quantū ad cōpassionem. ¶ Quintum est patientis nobilitas. Quę causa uera fuit in Christo, qui fuit nobilissimus tan-

quam Altissimi filius. Valde alienum erat tale opus ab eo: iuxta illud Esa. 18. Alienū est opus ei⁹ ut operetur opus suū, peregrinū est opus eius ab eo. ¶ Sextū est patientis benignitas. Hęc causa uerē fuit in Christo. ad Tit. 3. Apparuit benignitas &c. Matth. 11. Discite à me, quia mitis sum. Quum homo benignus & mitis homini gratis cedat, quę causa est eū gladio perforari? Itē quę conuenientia est stipitis regidi & duri ad hominem benignum & dulcem? Ideo ecclesia in illo dulci planctu qui in Dominica passione incipit cantari, specialiter plāgit hoc, q; clauis & lancea mite corpus perforat, & poscit ut arbor crucis ramos suos flectat, & naturalis rigor lentescat, ut superni mēbra regis miti tēdat stipite. ¶ Septimū est, pietas ipsius patientis. Magis enim aliquis compatitur ei quē nouit esse piū & cōpatientē, quam ei quem nouit esse sine pietate. Ipse etiā Deus nō miseretur hominibus duris, & sine misericordia ei qui nō fecerit misericordiam. Ber. Nemo duri cordis salutē unquā adeptus est, nisi forte quē miserans Deus abstulerit ab eo cor lapideū, & dederit cor carneū. Hęc causa bene fuit in Christo, qui ex cōpassione passus est ea quę sustinuit in mūdo isto. ¶ Octauum est, exemplum aliorum compatientium alicui. Hoc enim solet hominem inci-

M 3 tate

tare ad similiter compatiendū. Quæ causa bene inuenitur circa Christum, cui creaturæ insensibiles quasi compassæ fuerunt. Vnde sol radios suos abscondit quasi nuditati eius tenebras faciens. Petrus etiã scissæ sunt quasi compatientes. ¶ Ad iniuriarum dimissionem monemur, Luc. 6. Dimittite, inquit, & dimittetur uobis. Matt. 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet uobis Pater cælestis delicta uestra. Eiusdē 13. Domine, quoties peccabit frater meus in me, & dimittam ei, usq; septies? Dixit illi Iesus: Non dico tibi usq; septies, sed usque septuagesies septies. Augu. in Enchiridion: Multa sunt genera eleemosynarum, quæ cum facimus adiuiuiamur ut nobis dimittatur peccata. Sed interea nihil est maius q̄ cū ex corde dimittimus, quod in in nos quisq; peccauit. Idē in li. de Rectitudine catholice cōuerſationis: Quare nō dimittat q̄s fratri parū, ut ei dominus dignetur dimittere totū? Nam & hoc eleemosynæ genus est, ut dimittat aliquis ex toto corde ei à quo læsus fuerit. Id. Non solū qui esuriienti & sitiienti & nudo beneficium largitatis impendit, sed & qui inimicum diligit, & qui lugenti affectum compassionis & consolationis impartitur, aut in quibuslibet necessitatibus aliis consiliū adhibet, sine dubio eleemosynam facit. ¶ Ad corripiendum fratrem peccan-

tem monet nos dominus Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. ¶ Ad instructionē ignorantium monemur, ad Galat. 6. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Dan. 11. Qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebūt sicut stellæ in perpetuas æternitates. Ecclesia. 38. Vir sapiens plebem suam erudit, & fructus illius fideles sunt. ¶ Opera misericordie corporalia sunt illa sex quæ tanguntur Matth. 25. Esuriui &c. Septimum est, quod tangitur Tobie 2. scilicet sepelire mortuos. Aliqua horum tanguntur. Esa. 58. Dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne opus diripe. Hoc pertinet ad uisitationem incarceratorum. Frange esuriētī &c. Ibi tanguntur tria alia opera manifeste. Et carnem tuam ne despexeris, hoc pertinet ad uisitationem infirmorum. ¶ Ad duo prima opera incitatur frequē scripturæ admonitione. Neemia 8. Mitte partes eis qui non præparauerunt sibi. Tob. 4. Panem tuum cum egenis & esuriētibus comede. Prouer. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illius sitit, potum da illi. Ecclesiast. 11. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post multa tempora inuenies illū. ¶ Aquæ trāsēutes sunt populi mortales. 2. Regū 14. Omnes morimur, & quali

quasi aquæ dilabimur in terram quæ non reuertuntur. Lu. 3. Qui habet escas, det non habenti. Item excitamur ad ea exemplis sanctorum patrum. Tob. 1. De facultatibus suis esuriētes alebat, Job. 31. Si comedi buccellā meā solus, & non comedit pupillus ex ea &c. Humerus meus à iunſtura sua cadat, & brachiū meū cum suis ossibus conteratur. Itē incitatur ad ea mercedis promissione. Ezech. 18. Si panē esuriēti dederit, uita uiuet. Matt. 10. Qui potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigide tantū in nomine discipuli. Amen dico uobis, nō perdet mercedem suam. Lu. 14. Quum facis conuiuū, uoca pauperes, debiles & claudos, & cæcos, & beatos eris, quia non habēt unde retribuunt tibi. Retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum. Qui cibū sine potu ministrant pauperi, tale prandium dant domino, quale consueuit dari asino. Item qui de his quæ habent ad mēsam suā nihil uolunt dare pauperibus, in futuro nihil boni inueniēt. Job 20. Nō remāit de cibo eius, & propterea nihil remanebit de bonis illius. ¶ Sequitur de tertio opere misericordie, quod est colligere hospitē. ¶ Circa quod opus, primo tangitur de his quæ pertinent ad eius cōmendationem. ¶ Secūdo, qui hospites sint maxime recipiēdi. ¶ Tertio, quomodo sint recipiēdi. ¶ Circa

primum notandum, q̄ hospitalitas ad susceptionem gratiæ præparat. Quod figuratum est in hoc, q̄ duo discipuli Christū cognouerunt, cum eū ad hospitium inuitassent. Lu. ult. quādoque diuina cognitio infunditur alicui occasione alicuius sancti uiri in hospitio recepti. Itē bona temporalia multiplicat: ut patet in illa uisua quæ Eliā in hospitio suo suscepit: cui farina & oleum nō defecerūt. 3. Reg. 17. A malo etiã temporali seruat: ut patet in Raab, quæ recepit nuntios filiorū Israēl: & ideo à morte saluata est. Iosue 6. Sola Raab meretrix uiuat &c. ad Hebræos 11. Raab meretrix nō perit cū incredulis, excipiens exploratores cū pace. Item Deū & angelos meretur recipere, qui hospitalitati deseruit. Reputatiuē semper Deū recipit, quum recipit aliquē nomine ipsius. Mat. 23. Qui recipit nos, me recipit. Eiusdē 10. Qui suscipit unum talem paruulū in nomine meo, me suscipit. Item 25. Hospes erā, & collegistis me. Io. 13. Qui accipit si quē misero, me accipit. Personaliter etiã quandoq; suscipit Deum. Vnde refert Greg. in homil. Euangelii quod legitur secūdo die Pasche, q̄ quidā peter familias multū fuit hospitalis. Quadam autem die cum peregrinos suscepisset, & aquā daret manibus in humilitate: unus fuit inter eos, in cuius manibus aquam fundere debuit. Et

quum reuersus urceum accepisset eum nō inuenit. Cumq; hoc factum apud se miraretur, eadē nocte ei dominus per uisionem dixit: Cæteris diebus me in mēbris meis, hosterno autē die me in memetipso suscepiſti. Itē Gregor. in homilia illius Euāgelii, Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia &c. Quidā Martyrius nomine, uitæ ualde honorabilis monachus fuit, q̄ ex suo monasterio uisitatiōis grātia ad aliud monasteriū tendebat, cui spiritalis pater præerat. Pergens itaque leprosum quēdam quē densis uulneribus elephātinus morbus per membra fœdauerat, inuenit in uia, uolentem ad suum hospitium redire & præ lassitudine nō ualentem. In ipso uerō itinere se habere perhibebat hospitium quo idem Martyrius monachus ire festinat. Vir autē Dei eiusdem leprosi lassitudinem misertus, pallium quo uestiebatur in terram protinus proiecit, & expandit ac desuper leprosum posuit, eumq; suo pallio undique cōstrictum super humerū leuauit, secumq; reuertens detulit. Cūque iam monasterii foribus appropinquaret, spiritalis pater eiusdem monasterii magnis clamore uocibus cœpit, Currite, ac ianuam monasterii citius aperite: quia frater Martyrius uenit, Dominum portans. Statim uerō ut Martyrius ad monasterii aditum peruenit, is qui lepro-

sus esse putabatur, de collo eius exiliens, & in ea specie apparatus qua recognosca ab hominibus solet redemptor humani generis Deus & homo Iesus Christus ad cælum Martyrio aspiciente rediit, eiq; ascendens dixit, Martyri, tu me non erubuisti super terram: ego te non erubescā super cælos. Qui sanctus uir mox ut esset monasterium ingressus, ei pater monasterii dixit, Frater Martyri, ubi est quē portabas? Cui ille respondens, dixit: Ego si sciuissē quis esset, pedes eius tenuissē. Tunc idem Martyrius narrabat, quia cū eū portasset, pondus eius minimē sensit. Nec mirū: quomodo pondus eius sentire poterat, qui portantem portabat? Eccle. Species leprosi apparuit, & is qui est reuerendus super omnia, uideri despectus infra omnia dedignatus nō est. Cur hoc, nisi ut nos sensu tardiores admoneret, quatenus quisquis ei qui in cælo est festinat assistere, humiliari in terra & compati abiectis & despicabilibus fratribus nō recuset? Itē Greg. in Homilia Euāgelii quod legitur secunda die Paschæ, Penſate fratres quanta hospitalitatis uirtus sit. Ad mensas uestras Christum suscipite, ut uos ab eo suscipi ad conuiuia æterna ualeatis. Præbete modo Christo peregrino hospitium, ut nos in iudicio nō quasi Peregrinos nesciat, sed ut proprios ad regnum recipiat. Angelos etiā

mere

meretur suscipere. Hebr. 13. Hospitalitate nolite obliuisci. Per hanc enim quidam placuerunt angelis hospitio receptis: ut Abraham, Gen. 13. Et Loth, eiusdē 19. Origen. Domos hospitales ingressi sunt angeli, domos uerō hospitibus clausas ignis & sulphur succendit. Hiero. Abraham & Loth angelos susceperūt, quia hospites dilexerunt. Idem: Abraham crebro hospitalitatis officio dum non refutat homines, suscipere meruit dominū. Matt. 10. Quicumq; nō receperit uos, nec audierit sermones uestros. Amen dico uobis, q̄ tolerabilius erit terræ Sodomorū & Gomorrhæorū in die iudicii. Circa secūdam notandū est, q̄ maxime hospitio recipiendi essent boni uiri. 4. Reg. 4. Animaduertit, q̄ sanctus Dei est iste qui trāsit per nos frequēter: faciamus ei cœnaculū parū, & ponamus in eo lectum & mensam, & sellam, & candelabrum. Et eōtrario in aliquibus locis boni uiri uel non recipiuntur, uel male recipiuntur. Serui uero diaboli cum magno gaudio recipiuntur. Iudic. 10. Vadimus ad domū Dei, & nullus sub tectū nos uult recipere. Similem querelam mulier domi uiri hodie possunt facere. Sapi. 19. Alii ignotos non recipiebant aduenas. Alii autē bonos hospites in seruitutem redigebant. Matthæi 8. Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Lucæ 20. Non recepe-

runt eum, quia facies eius erat euntis in Ierusalem. Io. 5. Ego ueni in nomine Patris mei, & non accepistis me. Si alius uenerit in nomine suo, illum accipietis. Itē peregrini potius recipiendi sunt, quā indigenæ: quia magis indigent. Iob 31. Foris non mansit peregrinus, ostium meū uiatori patuit. Esaia 58. Egenos uagosq; induc in domum tuam. 3. Ioannis 1. Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres: & hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt charitati tue. Circa tertium notandū, q̄ hospites suscipiendi sunt frequenter. ad Ro. 12. Necessitatis sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. Sectari frequentatium est. Item hospites ad hospitium cogēdi sunt. Unde super illud Lucæ ulti. Et coegerunt eum, dicit glo. Quo exemplo docemur, q̄ peregrini non solum sunt ad hospitium uocandi, sed etiam trahendi. Gen. 19. Compulit illos oppido ut diuerterent ad eum. Item cū magna reuerentia sunt suscipiendi. Unde quidam uir religiosus dicebat, fratres aduenientes debere adorari, cū certū sit in aduentu eorum aduentum domini Iesu Christi haberi. Sic recipit Abraham tres uiros. Gen. 18. Quos cū uidisset Abraham, occurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit pronus in terram. Item sic recipit Loth angelos. Gene. 19.

M 5 Qui

Qui cum uidisset eos, surrexit, & iuit obuiam eis, adorauitque pronus in terram. Item recipiendi sunt hilariter, non cum murmure. i. Petri 4. Hospitalis inuicem sine murmuratione. Item ministrandum est eis abundanter. Iudic. 18. Pax tecum sit, ego praebebo omnia quae necessaria sunt: tantum quaeso ne in platea maneas. Item seruiedum est eis diligenter. 4. Regum 5. Ecce sedule in omnibus ministrasti nobis. Sunt aliqui qui de uerbis multis solent seruire hospitiibus suis. Vbi autem uerba plurima, ibi frequenter egetas. Proverbiorum 13. Facit etiam ad hoc, quod hospitalitas Deo sit gratior, si dominus domus in propria persona hospitibus suis seruerit. Unde dicit Hieron. loquens de Abraham qui tres viros suscepit. Genes. 17. Non seruis praecipit ut hominibus ministraret, nec bonum quod exercebat per alium ministrare, sed quasi praeda reperta cum Sara humanitati solus incubuit. Ipse pedes lauit, ipse humeris suis vitulum de armento portauit, ipse ut seruis stetit peregrinis prandentibus & manibus coctos cibos ieiunaturus apposuit. Item protegendum sunt qui hospitio recipiuntur a recipientibus. Genes. 19. Abutimini filiabus meis sicut uobis placuerit, dummodo uiris istis nihil mali faciatis. Iudic. 19. Nolite fraues malum hoc facere, quia ingressus est homo ho-

spitium meum. Item incitandi sunt ad comedendum uerbo & exemplo. In dialogo legitur, quod abbas Calsianus uenit ad quendam senem qui dedit ei manducare cum suis focis usque ad satieta-tem, & hortabatur eum plus comedere. Qui cum diceret se esse satiatum, respondit: Ego diuersis fratribus hodie superuenientibus septies manducaui, & adhuc esurio. Tu uero semel manducans es satiatum. Et dixit propter hospites: quia in hospite se ipse sicut Christus, & non possunt filii sponsi lugere quandiu sponsus est cum eis. Item quidam senex in Sicilia multum hospitibus faciens manducare omnes ad se uenientes. Venit autem ad eum quidam solitarius nolens refici, dicens se ieiunare. Cui senex: Exeamus, & oremus sub arbore hac, & cui fuerit arbor inclinata, ipsam sequamur. Orante autem illo senex hospitali, arbor inclinata est. Sequitur de quarto opere misericordiae, quod est uestire nudos. Ad quod Sacra scriptura monet, Tobiae 4. De uestimentis tuis nudos tege. Item Esaias 58. Cum uideris nudum, operi eum. Et Lucae 3. Qui habet duas tunicas, det non habenti. Hoc opus misericordiae nobis multum commendat exemplum sanctorum. Et primo exemplum Dei, qui Adam & uxori eius post-

quam

quam ceciderant in statum miseriam, fecit tunicas pelliceas. Genes. 3. Item exemplum Tobiae qui nudis uestimenta praebebat. Tobiae 1. Et exemplum Iob: Si desperi, inquit, praereuntem, eod quod non haberet indumentum, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de uelleribus onium mearum calefactus est. Iob 31. Hoc opere misericordiae Dorcas digna fuit suscitari. Actuum 9. Item huic operi misericordiae promittitur uita aeterna. Ezech. 19. Si nudum uestimento operuerit, uita uiuet. Hoc opus misericordiae uidetur praecellere respectu praecedentium, in hoc quod non unam miseriam reuelat, sed multas. Primum opus repellit famem, secundum sitim: sed hoc opus expellit erubescentiam de nuditate, & molestiam frigoris. Item uestis data pauperi memoriale est ei ut oret pro eo qui sibi eam dedit. Non transit hoc beneficium ita cito, sicut beneficium cibi uel potus. Sequitur de quinto opere misericordiae, quod est uisitare infirmos. Ad quod monemur Ecc. 7. Non te pigeat uisitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. Hoc opus misericordiae ualde placet Deo. Iacobi 1. Religio mundata & immaculata apud Deum & patrem, haec est, uisitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum. Valde etiam est utile homini. Iob 5. Visitans spem tuam, non peccabis. Qui

huic operi misericordiae insistit, peccatum facilius uincit. Et sicut miseria infirmitatis fame & sitim & frigus uidetur excedere: sic hoc opus misericordiae uidetur praecellere respectu praecedentium. Unde in uitis patrum, Frater quidam interrogauit quendam senem, dicens: duo fratres sunt, quorum unus ieiunat sex diebus, & multum laborans, alius uero seruit aegrotantibus, cuius opus magis acceptum est Deo. Respondit senex: Si frater ille qui sex diebus laborans ieiunat, appetat se per nares, non potest esse aequalis illi qui infirmantibus deseruit. Hoc opus misericordiae commendauit nobis filius Dei exemplo suo uisitans genus humanum in infirmitate positum. Lucae 1. Visitauit nos oriens ex alto &c. Sequitur de opere misericordiae, quod est uisitare eos qui sunt in carcere. Ad quod monemur Hebraeorum 13. Memento te uinctorum, inquit, &c. Eiusdem 10. Vincitis compassi estis. Et notandum quod uisitandi sunt in carcere non solum ut necessaria eis ministrantur, uel aliqua consolatio eis adhibeatur, sed etiam ut a carcere liberentur. Ecclesiasticus 4. Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi. In Psal. Egenum de manu peccatoris libera. Item: Domine, quis similis tibi, eripiens inopes de manu fortiorum eius? Hoc opus misericordiae commendatur nobis uariis ex-

emp

emplis sanctorum. Legitur de Tobia quod pergebat per oēs qui erant in captiuitate, & monita salutis dabat eis. Iob. 29. Cōturbabam malas iniqui, & de dētibz illius auferebam prādam. Daniel Susannam adiudicatam morti, liberauit. Danie. 13. Et Nicolaus tres pueros morti addidit. Prou. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortē &c. ¶ Sequitur de septimo opere misericordie: quod est sepelire mortuos. Eccl. 7. Mortuo non prohibeas gratiam. Gl. ad eleemosynam pertinet sepultura mortuorum. De hoc opere misericordie cōmendantur uiri Iabes Galaad. 2. Regū 2. Benedicti uos à Domino, qui fecistis misericordiam cum domino uestro Saul, & sepelitis eum. Commendatur etiam de hoc Tobias. De quo legitur Tob. 2. quod cum nūtiatum esset ei quod unus de filiis Israël iugulatus iaceret in platea, statim exiliēs de accubitu suo, reliquēs prandii, ieiunus peruenit ad corpus, tollēnsque illud portauit ad domū suā occultē, ut dū sol occubisset, cautē sepe lret eum. & Marc. 14. dicitur de Magdalena: Bonū opus operata est in me, prāuenit ungere corpus meū in sepulturam. Hoc opus misericordie exercuerunt Ioseph & Nicodemus Christo. Ioan. 19. & Zoymas unico leone obsequēte sepeliuit cadauer illius poenitentis Marię Aegyptiacę. Hoc opus misericordie

commēdatur nobis exēplo etiā brutorū animalū. Legitur enim in libro de Natura animalium, quod mortuo delphino, circumstant alii delphini ne comedātibz mortuum, & deserunt eū in profundum, atque sepeliunt. ¶ Et notādum quod multi propter peccata sua hoc beneficio priuantur. Esa. 14. Tu proiecitus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis. In eodem: Quasi cadauer putridum non habebis cōfortium: neque eris cū eis in sepultura. 4. Regum 9. Iezabel comedent canes in agro Iezrael, nec erit qui sepeliat eā. Ierem. 22. Sepultura asini sepeliatur, putrefactus & proiecitus extra portas Ierusalem. Eiusdē 25. Nō sepeliētur, in sterquilinum, super faciem terrę iacebunt. Et Machab. 7. Iason qui insepultos multos abiecerat, ipse & illumentatus & insepultus abiicit in sepultura. Econtrario corpora sanctorum in pace sepulta sunt. Eccl. 44. ¶ Item notādum quod antiqui eligēdo sepulturam, respectum habuerūt uel ad patres suos, uel ad sanctitatem eorum cum quibus sepeliri uoluerunt. Genes. 48. Dicit Iacob, Facies mihi misericordiam ut non sepelias me in Aegypto, sed domum cum patribz meis. Eiusdem 49. Sepelite me cum patribz meis in spelunca duplici. 3. Reg. 13. Cum mortuus fuero, sepelite me in sepulchro, in quo uir Dei sepultus est. 4. Reg. 13. Quid

Quidā sepelientes uiderunt la-trunculos, & proiecerunt cadauer in sepulchro Elisei, & reuixit. ¶ Præter septem opera misericordie de quibus dictum est, uidentur etiam esse quædā alia opera misericordie, ut accommodare indigenti. Tripliciter enim facit quis eleemosynam, uel dando, uel accommodādo, uel remittēdo. Eleemosyna multo in hoc cōmendabilis est, quā multoties fieri potest, & tamen non perit ei qui eam facit. Recupera enim quod accommodauit. Ad hoc opus misericordie monemur. Matth. 5. Volenti mutare a te, ne auertaris. & Luc. 6. Mutuum date nihil inde sperantes. Deuter. 15. Si unus de fratribz tuis ad paupertatē uenerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum: sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum quo indigere prospexeris. Recupera etiam proximum uidetur esse opus misericordie. Eccles. 29. Recupera proximum tuum secundum uirtutem tuam. Item opus misericordie esse uidetur, loca lutosā uel aquas periculosas pōtibz uel aliter per uia & meabilia facere. Et hoc opus misericordie uno denario potest aliquis bene facere omnibus illis qui per pontem transeunt.

De quo sit Eleemosyna faciēda.

C A P. V.

Notandū quod eleemosyna faciēda est de his quę

iuste acquisita sunt. Leuit. 2. Ois oblatio quę offertur Domino, absque fērmēto erit: absque fērmēto, inquam, iniquę acquisitionis. Prou. 3. Honorā Dominū de tua substantia. Tob. 4. Fili de tua substantia fac eleemosynā. & distinguitur circa eleemosynā tres gradus: est enī eleemosyna bona, melior, optima. Bona est, quę sit de patrimonio Christi, in quo solā dispēlationē clerici habēt. Ber. Facultates ecclesiarū paupertia sunt pauperū, & facile ga eis crudelitate subripit quicquid sibi ministri & dispētores, nō utiq; domini & possessores ultra uictum & uestitum accipiūt. Melior est, quę sit de proprio patrimonio. Optima est, quę sit de his quę acquirūtur proprio labore. Ephes. 4. Qui furabatur, iam non furetur: magis autē laboret manibz suis operādo quod bonū est, ut habeat unde tribuat necessitatē pauentū. Non placet Deo eleemosyna de furto uel rapina facta, ab eo quod potest scire cui sit restituenda, August. Quale est illud munus quod alter cum gaudio accipit, alter cū lacrymis amittit? Eccl. 34. Immolantis ex iniquo maculata est oblatio, & nō sunt beneplacite Deo subannatiōes impiorū. In eodem: Dona iniquorum non probat Altissimus. ¶ Itē qui offert sacrificiū ex substantia pauperis, quasi qui uictimat filiū in conspectu patris. Item eiusdem 35. Noli offerre munera praua:

non

non enim suscipiet illa Deus. Deuter. 17. Nō immolabis Domino Deo bouē & ouē in quo est macula, aut quippiā uitii: quā abominatio est Domino Deo tuo. Esa. 11. Ego Deus diligēs iudicium, & odio habēs rapinam in holocaustū. Mal. 1. Intulistis de rapinis munus: nūquid suscipiā illud de manu uestra? 1. Paral. ult. Quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Nō ea quæ accepimus de manu diaboli. Prou. 13. Redemptio animæ uiri diuitiæ suæ. Resituēda sunt mala acquisita de aliis, scilicet nostris. Eleemosynas debemus facere, exemplo Zachæi. Lucæ 19. Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus: & si quem defraudauit, reddo quadruplum. Greg. Quicquid in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei nō placat iracūdiam, sed iritat. Sicut aqua si munda est lauat, si uerō immūda inquinat: sic eleemosyna si fit de re iniuste acquisita, inquinat: si uerō fit de re iuste acquisita, lauat. Et sicut non est danda eleemosyna de re furtiua, sic nec accipienda. Tobia 2. Non licet nobis edere de furto aliquid, aut contingere. Leuit. 11. Nolite cōtaminare animas uestras, nec tãgatis quicquam eorum, ne immundi sitis. Et notandum quod eleemosyna est tanto Deo gratior, quāto res quæ datur danti erit charior. 2. Reg. ult. Non offerā Domino, ait Dauid, holo-

causta gratuita. Tamē nō multū expedit pauperibus qui nō sunt affueti deliciis, dare delicias & sumptuosa cibaria, nisi quando sunt infirmi. Aug. in lib. de uerbis Domini, Utantur diuites superfluis, dēt pauperibus necessaria: utantur pretiosis, dēt pauperibus uilia. Dicit Hieron. sup. Malac. quod indignum est dare deo quod dedignatur homo. Ministris Dei propter honorē eius cui ministrant, delicata & sumptuosa dari possent. Eccl. 14. Di gnas Deo oblatiōes offer. Nū. 18. Quæ offertis de decimis, & in donaria Domini separabitis, optima & electa erunt.

Cui sit danda Eleemosyna.

C A P. V I.

Eleemosyna dāda est pauperi. Lucæ 3 3. Cūm facis conuuiuiū, uoca pauperes & debiles &c. Et Tob. 4. Panem tuum cum esurientibus & egenis comede. Debemus in hoc imitari Deū, de quo Lucæ 2. Esuriētes impleuit bonis. & in Psal. Quia satiuit animam inanem. 4. Regū 4. Elisæus implet uasa uacua. Hieron. Illis tribue diuitias tuas qui non phasidas aues, sed siliqum panem comedunt, qui famē expellant, non qui augeāt luxuriā. Idem: Da pauperibus, nō locupletibus, nō superbis: da quonecessitas sustentetur, nō quo augeatur opes. Pars sacrilegū est, quāto res quæ datur pauperibus, itē dandum est nō solū bonis, sed etiā malis, ut simus im-

1201

ratores eius qui solem suū oriri facit super bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Marr. 5, & Luc. 5. Omni petenti te, tribue. Maxime tamē dādū est bonis. Ecc. 12. Si bene feceris, scito cui feceris. Ibidē: Bene fac iusto, & suenies retributionē magnā. Et si nō ab ipso, certe à Deo. Ibidē: Da bono, & ne recipias peccatorē. Bū fac humili, & ne dederis impio. Quod intelligendū est in duobus casibus: Vnus est, si credas quod propter bonum tuum negligat iustitiam. Alius est, cūm nō datur in tuitu pietatis: ut faciat illi qui dāt histrioni causa histrionatus. Eccl. 7. Bonus est sustetare iustū. Sapiēs: Cui des uide to. Itē dādū est diuersis, nō tantū uni. In Psal. Dispfit, dedit pauperibus. Matt. 10. Volo & huic nouissimo dare sicut &c. Hieron. Pecuniā tuā ut singulis necessariū est distribuas: non ad luxuriā, sed ad necessitatem.

Quomodo sit dāda Eleemosyna.

C A P. V I I.

Eleemosyna danda est animo uoluntario. Deus enim plus respicit ad animū, quā ad datū. Prou. 16. Spirituū pōderator est Deus. Eiusdē 21. Appēdit cor de Deo. 1. Re. 16. Deus intuet cor. Et sup illud Matt. 10. Quicunq; dederit uni ex minimis istis calicem &c. dicit gl. Nota Deū ad piū affectū dantis respicere magis quā ad quātitatē rei exhibitæ. Et sup illud Matt. 19. Ecce nos reliquimus omnia, dicit Greg. Cor

& non substantiam Deus pētat, nec perpēdit quid in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur. Hieron. Quæ offeruntur, non sui pondere, sed offerentiū uolūtate pensantur. ¶ Itē danda est eleemosyna cum uultus hilaritate. Eccl. 25. In omni dato hilarem fac uultum tuum. 2. ad Corin. 9. Hilarem datorem diligit Deus. August. Qui dat ut careat tēdio interpellant, nō ut reficiat uiscera indigētis, & rem & meritum perdit. ¶ Item danda est cū sermōis dulcedine. Eccl. 4. Declina pauperi sine tristitia aurē tuā, & respōde de i pacifica mansuetudine. Eiusdē 18. Fili in bonis tuis non des querelam, & in omni dato nō des tristitiā uerbi mali. Gregor. Sunt nonnulli qui mox ut ab egenis fratribus fuerint necessaria postulata, prius in eos cōtumeliosa uerba iaculantur: qui si rebus ministeria proficiunt pietatis, in uerbis cōtumeliosis humanitatis gratiā perdūt: ita plerunq; uideatur iniuriæ illatæ satisfactiōnem exoluisse, cū post cōtumelias dona largiuntur. Nec debet sequi impropertio. Eccl. 18. Stultus acriter impropertabit. Eiusdē 20. Datus insipientis non erit tibi utilis &c. Exigua dabit & multa impropertabit. ¶ Itē dāda est eleemosyna cū festinatōe. Pro. uerb. 3. Ne dicas amico tuo, Vade, & eras reuertere, & cras dabo tibi, cūm statim possis dare. Eccl. 7. Cor in opib; ne affixeris, &

& ne protrahas datū angustiatū. Iob 31. Si oculos uidua expectare feci &c. Super illud Psalm. Producens scœnum iumentis, dicit gloss. Beatus qui preoccupat uocē petitori. Dauid, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Proverb. 12. Qui pronus est ad misericordiā, benedicetur. Debet etiā homo dare eleemosynam dñi sanus & uiuus est, Eccles. 14. Fili, si habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer: memor esto, quoniā mors non tardabit. ¶ Item ante mortē benefac amico tuo, Christo scilicet. Eiusde 18. Memento paupertatis in die abūdantiæ. Ad Gal. 6. Dñi tēpus habemus operemur bonum ad omnes. Eleemosyna quam aliquis dat in uita sua, est sicut lucerna que præcedit aliquem, seruās eū ne cadat in lutū uel foueā. Eleemosyna uerō quæ fit pro eo post mortē, est sicut lucerna quæ fertur alicui post tergū, quæ nō custodit hominē quin cadat in foueā inferni, à qua nō est liberatio. ¶ Item danda est eleemosyna cū humilitate, ita ut nec uanā gloriā in de quæras, nec pauperē cui das despicias, nec pro eleemosynis quas das, si in peccato mortali es, salutem præsumas. ¶ Ad primum monemur, Matth. 6. Tē faciēte eleemosynā, nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua. Eccle. 29. Conclude eleemosynam in sinū pauperis. Prou. 21. Munus absconditū extin-

guitas. Greg. Sufficit iustus ab eo uideri à quo expectat remunerari. Itē ualde bona sua parui pendūt, qui ad eorū remunerationē laudes hominū sufficere credūt. Et in legēda beati Nicolai dicitur, Ex quo homo est in huius mundi uoragine propter delicta sua deiectus, nullū eius bonū sic Deus approbare legitur, ut eleemosynā, si tamē ob mūdi fiat gloriā. ¶ Ad secundum monemur Esaiā 58. Carnē tuam ne despexeris. Et super parabola de diuite & Lazaro, Lucæ 21. dicit Gloss. Si quæ reprehensibilia uidemus in pauperibus, non debemus despiceret: ga fortasse quos morum infirmitas uulnerat, medicina paupertatis curat. Iob trigesimo primo, Si comedi buccellam meam solus, Gregorius: Solēt nōnulli multa largiri, sed habere pauperes socios in domestica cōuersatione refugiunt, gratiam uite communis nō habētēs. Sed iste præiudiciū pietati se facere existimaret, si solus comederet quod Dominus omnium cōmuniter creasset. ¶ Ad tertium monemur Ecclesia. 7. Ne dicas, In multitudine munerum meorū respicit Deus, & offerēte me Deo absistis. Super illud Iob 15. Non credit frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimēdus sit. dicit Gloss. Eleemosyna non ualet ei qui in malo permanet. Augustinus in Enchirid. Non asse-

met

met aliquis illa nefanda crimina, qualia qui agunt regnum Dei non possidebunt, quotidie perpetranda, & eleemosynis quotidie redimēda. In melius qui peccata est uita mutanda, & per eleemosynas de peccatis præteritis propitiā datus est Deus; nō ad hoc quodāmodo emendus, ut ea liceat impune committere. ¶ Itē eleemosyna danda est propria manu. Prouerb. ulti. Manū suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Danda est etiam secundū facultatem dantis. Eccle. 14. secundū uires tuas exporrige da pauperi. Eiusdē 15. Da altissimo secundum donatum eius. Tob. 4. Quomodo poteris, ita esto misericors: si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Nullus potest excusare se à collatione eleemosynæ, etiam si sit pauper, quum tantū placeat quandoq; Deo, quando pauper dat pro Deo obolum, sicut si diues daret pro Deo centum marcas. Libēter emeret pauper carnes in macello, si tantum crederet se habiturum pro uno obolo, quantum diues pro centū solidis. Luc. 21. dixit dominus de paupere uidua quæ miserat duo æra minuta in gazophylacium, Vidua hæc pauper plus quam omnes misit, Si non potest dare pauper obolū, det calicē aquæ frigidæ, & non perdet mercedē suā. Matth. 10. Si hoc nō potest,

det uerbū consolationis, uel orationis. Super illud, Iustus ante miseretur, & tribuet. dicit Glo. Iustus semper est aliquid quod det, saltē orationē. Itē danda est eleemosyna ordinatē, ut homo primo miseretur sui ipsius, Eccl. Miserere animæ tuæ placens Deo. Aug. in Enchirid. Qui eleemosynā ordinatē uult dare, à se ipso debet incipere, Itē in libr. de reſtitutione catholice cōuersationis, Deus rogat ut tui miseraris, & non uis; quomodo te Deus exaudiet in die necessitatis supplicansem, quū tu eū pro te ipso nō audis rogantem? Item Aug. Quid est miserius miserō nō miserante seipsum? Eccle. 14. Qui sibi nequam, cui bonus? Si cur non esset misericors qui matris suæ indigentis nō miseretur, licet aliorū miseretur: ita non est uerē misericors, qui animæ suæ infirmantis ad mortem nō miseretur, cū magis eā diligere debeat quam matrem. Sapiens: Semper tibi proximus esto. Item ad ordinē misericordie pertinet ut potius misereamur animæ quam corporis, & potius ei qui est in maiori miseria, quam ei qui est in minori. De his que omnibus debemus, ut est dilectio, ueritas & fides, & præcipue de ueritate & eius descriptione, de incitantibus ad amorem ueritatis, & de errore illorū qui dicūt ueritatem non esse iuramento firmandam. PARS XV.

N De

DE debito dilectionis, legitur ad Roma. 13. Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. De dilectione, requiritur in tracta. de Charitate. De ueritate hoc modo agitur. Primo ostenditur quid sit ueritas, prout ueritas pars est iustitiæ. Secundo tanguntur aliqua quæ ad amorē ueritatis possunt incitari. Tercio destruetur error illorum qui dicunt ueritatē in nullo casu firmandam esse iuramento. ¶ Circa primum notandum est, quod est ueritas increata, & est ueritas creata. Veritas uerō creata triplex est, scilicet ueritas signati siue rei: & ueritas signi, & ueritas utentis signo. Ad ueritatem rei uidetur pertinere illud Aug. in lib. Soliloquiorum: Verum est id quod est. Et illud Philosophi: Vnumquodque sicut se habet ad esse, ita ad ueritatem. Ad ueritatē uerō signi pertinere uidetur illa descriptio Philosophi: Veritas est adæquatio rei & intellectus, siue adæquatio signi & signati. Veritas uerō, prout pertinet ad hominē utentem signo, pars uidetur esse iustitiæ, quæ sic describitur à Tullio in 1. Rhetoric. Veritas est per quam immutata ea quæ sunt aut antè fuerunt, aut futura sunt dicuntur. Ad amorē ueritatis monemur Prouer. 2. Veritatem eme & c. Veritas emitur quādo cum magno studio uel labore cognitio ueritatis acquiritur, uel quando cum damno magno uel multo-

rum odio ueritas in iudicio uel doctrina dicitur. A ueritate nullo modo recedendum est, quicunque inde debeat scandalizari. Vnde super illud Matth. 18. Qui scandalizauerit unum de pusillis istis & c. dicit Glossa. Nota quod in quantum potes sine peccato uitare scandalum proximi, debes: quod si de ueritate est, pro scandalo ueritas relinqui non debet. Et intelligitur hoc de triplici ueritate, scilicet uitæ, iudicii & doctrinæ. ¶ Itē monemur ad amorē ueritatis. Eccle. 37. Ante omnia opera uerbum uerax præcedat te. Et eiusdem 4. Non contradicas uerbo ueritatis ullo modo. Sancti antiquitus multum deferebant ueritati. 2. ad Cor. 13. Non possumus aliquid aduersus ueritatem, sed pro ueritate. Ad perhibendum testimonium ueritati, uenit filius Dei in mundum, Io. 18. Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Sed hodie ueritas exosa habetur, Terent. in Andria: Veritas odium parit, obsequium amicos. Ad Gal. 4. Ego inimicus uobis factus sum uerum dicens uobis. Bern. super Cantic. Amara est ueritas sine condimento gratiæ. Hodie diminuta sunt ueritates à filiis hominum. David: Non est in ore eorum ueritas. Cor eorum uanum est. Veritati hodie detrahitur, Iob 6. Quare detraxistis sermonibus ueritatis? Veritas hodie captiua detinetur. Vix enim in-

ueni

uenitur qui uelit eam dicere. ad Ro. 1. Veritatē in iniustitia detinent. Seneca: Monstrabo tibi quid omnia possidētibus desit, scilicet qui uerum dicat. Veritas hodie undique impugnatur, ita ut frequēter necesse habeat cor rueresecundū illud Esa. 59. Corruit in platea ueritas. Et Dan. 8. Prosterneatur ueritas in terra. Veritas in terra prosterneatur, quādo aliquid terrenū ueritati præponitur. Veritas hodie à multis uili pretio uenditur. Prouer. 23. Qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit, & pro buccella panis deserit ueritatem. Multi hodie deserunt ueritatem uitæ, & ideo fugit ab eis ueritas doctrinæ. Sicut e contrario sequitur ueritas doctrinæ eos qui habent ueritatem uitæ. Eccl. 27. Volatilia ad sibi similia conueniunt: & ueritas ad eos qui operantur illa, reuertetur. Veritas hodie adeo uilipenditur, ut à quibusdam ei præponatur falsitas, ab aliis præponatur ei uanitas, & ab aliis ipsa umbra uel pictura ueritatis. Veritati falsitatem præponunt homines inconsideratè loquētes, qui tota die uolunt esse in uerbis, & ideo multoties mentiuntur. Bern. in sermonibus: Quid in periclitetur castitas in deliciis, ueritas in multiloquio, charitas in hoc seculo nequam? Vanitatem præponunt ueritati amatores temporalium istorum quæ uana sunt, eo quod non dant pleurudinem cordi possidentis,

nec fulcimentum innitenti, nec fructum expectatum circa ea laboranti. In Psal. Ut quid diligitis uanitatem, & queritis mendacium? Umbram & picturam præponunt ueritati hypocritæ, qui apparentiam sanctitatis ipsi sanctitati præponunt. Veritas quæ sic modo cōtemnitur in ualefcet, & in futuro amatores suos liberabit, & hostes cōdēnabit. Io. 8. Vos cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. 2. Esdr. 4. Veritas manet & inualefcit in æternū, & uiuit, & obtinet in secula seculorum. Sicut se habet denarius falsus ad uerum: sic se habet homo mendax ad hominē ueracē. Vnde quōd homines multum doleant & offendantur, si unus de eorum seruentibus recepit eis unum falsum denarium pro bono, mirum est quomodo non multum dolent quōd falsitatem in seipsis deprehendunt, uiliores se uidentur habere, quā unum denarium. ¶ Et notandum quod ueritatem habere debemus quantum ad omnes. Nulli enim mētiri debemus, ut ostēdit Aug. in lib. de doctri. Christia. dicens: Omnis qui mentitur, iniquus facit. Nemo enim mentiens in eo quod mētitur seruat fidē. Nam hoc utique uult, ut cui mētitur, fidem sibi habeat, quam tamē mentiēdo ei non seruat: omnis autem fidei uiolator, iniquus est.

¶ De errore illorum qui dicunt ueritatem non esse iuramento firmandam.

N V L L A M ueritatem iuramento esse firmandam asserentes, omne iuramentum esse illicitum dicitur. Qui error occasione potuit habere ex illo uerbo domini Mat. 5. Ego dico uobis, non iurare omnino. Item ex illo uerbo Iac. 5. Ante omnia fratres nolite iurare. Ad idē facere uidetur illud uerbu Aug. in quodā sermone, Falsa, inquit, iuratio exitiosa est: uera iuratio periculosa est: nulla iuratio securae: ergo ut uidetur, ab omni iuratione abstinendū est. Ecōtrario uerō manifestē ostenditur quod licitū sit iurare. Primo sic iurauit dominus. Gen. 21. Per memetipsum iurauit, dicit dñs. Quod si quis non recipiat uetus testamentum, probatur hoc per illud ad Heb. 6. Abrahā promittēs Deus, quoniam nā neminē habuit per quē iuraret maiorem, iurauit per semetipsum: ergo homini licitū est iurare. Et quod hoc argumētū ualeat, probatur per illud Luc. 6. Perfectus omnis erit, si sit sicut magister eius. Magister noster Deus est, secundū illud Io. 13. Vos uocatis me magister & domine, & bene dicitis: sum etenim. & Mat. 23. Nec uocemini magistri, quia magister uester unus est Christus: ergo non est cōtra statū perfectiōis iurare. Itē iurauit angelus: Apoc. 10. quē Ioannes uidit stantē super mare & super terrā, & leuauit manū ad cælum, & iurauit per uiuentē in secula seculorū. ¶ Itē iurauit Apostolus

ad Phil. 1. dicēs, Testis est mihi Deus. & 2. ad Cor. 1. Ego testem Deū inuoco &c. Si quis uerō dicat non esse iuramentū, in illis apparet hoc esse falsum, per hoc quod dicitur Ier. 4. Iurabit, Viuit dñs in ueritate, & iudicio, & iustitia. Non ergo solū est iuramentū si dicatur, Per Deū, uel si mihi Deus: uel, Viuit dominus, ex quo nomē Dei in testimoniū uel cōfirmationē ueritatis assumitur. Cū ergo Deus, & angelus, & homo sanctus iurēt, mirū est quomodo non uult iurare hæreticus, quasi Deo & angelis & sanctis sanctior esse uelit. Videtur assimilari diabolo potius quā angelo, uel Deo, uel homini sancto. diabolū enim non memini me legisse iurasse ad cōfirmationē ueritatis. Præterea præcepit Deus iurare Exo. 22. d. dicēs: Si quis cōmendauerit uiro pecuniā aut uas in custodia &c. Et post in eodē: Si quis cōmendauerit proximo suo bouē &c. iusiurādū in medio erit, quod non extenderit manū ad rē proximi sui &c. Et Deut. 6. Dñm Deū tuū timebis, & illi soli seruiēs: ac per illius nomē iurabis. Et eiusdem 10. Iurabitque in nomine illius, Itē in Psal. Quis habitabit in tabernaculo tuo &c. Et subdit, Qui iurat proximo suo, & non decipit. Mat. 5. Reddes domino iuramēta tua. Præterea iurāt oēs nationēs, & Gentiles, & Iudæi, & Christiani. Sed secundū philosophum,

philū. Vox omnium uox nature est: ergo natura dicitur quod licitū est iurare. Philosophus: Iurare nisi ubi necesse est, graui uiro parū cōuenit. ¶ Itē licet assumere nomē Dei ad adiurandū aliquē. 1. ad Thess. ulti. Adiuro nos per dominum &c. ergo licet illud assumere ad aliquid iurandum. Si enim licet nomē domini assumere ad monendū aliquem ut aliquo opus bonū faciat, secundum illud ad Rom. 12. Obsecro uos per misericordiā Dei ut exhibeatis corpora uestra &c. Et eiusdem 17. Obsecro uos per dominū nostrū Iesum Christum, & per charitatē sancti Spiritus, ut adiuuetis me in orationibus uestris. A simili licebit nomen Dei assumere ad monendū aliquē, ut ipse credat ueritati utili, quā fides sit adeo grata Deo, quod sine ea nemo ei placeat. Præterea, quū dicit dominus, Quod abū-dantius iis est, à malo est: aut intelligitur, id est malū est: aut intelligitur, quod fit à malo, id est ab infirmitate non credētis. Si primo modo, ergo malū est quando dominus ad maiore cōfirmationē dicit, Amē amen dico uobis. Sermo enim eius debuit esse, est, non, non, & non debuit aliquid addere. Malū etiā fuit quā Apostolus ad cōfirmationē uerbi sui addidit, Testis est mihi Deus. ad Rom. 1. Et 2. ad Cor. 11. Deus & pater dñi nostri Iesu Christi scit quod non mētor. Et ad Gal. 1. Quæ scribo uobis, ec-

ce corā Deo, quod non mētor. Præterea cum in ueteri lege prohibita esset iuratio per creaturas, si dominus uoluit ostendere iurationē omnem esse prohibitā, & facere additionē ad ueterē legem, potius debuit hoc specificare de iuratione per creaturē, quā per creaturā, quū iuratio per creaturam satis esset prohibita in ueteri lege. ¶ Argumēta etiā quibus utuntur hæretici ad cōfirmationē dicti erroris ualde debilia sunt. Ut esse Iaco. 5. Ante omnia nolite iurare. Si enim propter hoc, quia ibi dicitur, Nolite iurare, peccatum mortale est iurare. Ergo quū dominus dicat Math. 23. Et patrē nolite uocare uobis super terrā, peccatū mortale erit uocare aliquē patrē super terrā. Item si ideō in nullo casu iurādum est, quia dominus dicit Mat. 5. Ego dico uobis non iurare omnino. Ergo quum aliquis dicit alicui colligētī saluā uel petrosillū in horto suo, ut non colligat illud omnino: ipse prohibet eū ut nihil inde colligat, quod manifestē falsum est secundū etiam cōmunē usum loquendū, & etiam quod in alia facultate dicitur. Unde uersus: Omnis non nullus, non omnis dic aliquis non. Præterea causa quā dominus subdit, cum dicit: Neque per cælū, quia thronus Dei est &c. non est cōpetens causa quare nūquam sit iurādū: sed quare non sit passim iurandum, siue omnibus modis, etiā

creaturam huiusmodi: quia in contemptu ipsius, contemnitur ipse cuius est thronus. Præterea aut semper fuit illicitum iurare, aut incipit esse illicitum ab illa prohibitione Christi. Ego autē dico uobis non iurare omnino. Primum constat esse falsum, quū lex uetus iurare præcepit, & cū ratio naturalis nō dicat hoc malum esse. Secundum etiam uideatur falsum esse per hoc, quōd dominus dicit, Quod abundantius est, à malo est, tanquam ius declarans, & non tanquā ius statuens. Præterea, quare prohibuit Deus iuramentū uniuersaliter? Si id prohibuit propter periculum periurii, eadē ratio ne uotū debuit prohibere, imō eadē ratioe etiam à prohibitione debuit abstinere. Prohibitio enim ista facit plures transgressores quā sint illi qui incurrūt periurium: hoc enim facit omnes iurantes transgressores, sicut prohibitio: & constat quod plures iurant, quā peierāt. ¶ Item quæ est ratio ista quod non sit iurādum per Ierusalē, quæ est ciuitas regis magni, quando illud quod iuratur uerbu est eiusdē regis, & scriptum sit, Cælum & terra transibunt &c. Mat. 24. Præterea sicut magis cauendū est paruulo ab accessu ad aquā uel ad aliud periculū, quā adulto qui scit sibi bene cauere: sic magis cauendum fuit in hac parte populo Iudæorū rudi & paruulo, quā populo discreto Christia-

norum. Vnde si propter periculum prohibitu est, magis debuit prohiberi tunc. Item cū sensus sit, Ego dico uobis non iurare omnino &c. id est, ut nō iurens omnino. Si mortale peccatū est iurare, quia Christus dicit nō iurari: ergo eodē modo facere contra quodq; dictū à Christo, erit mortale: ergo solū præcepta & prohibitiones erūt, & nō erūt consilia aliqua, nec admonitiones ad aliquid melius, & omnes qui erunt circa statu perfectionis, erūt in statu damnationis, cū ad perfectionē moneat Christus, dicens Mat. 5. Estote perfecti sicut & Pater uester cælestis perfectus est. Et mortaliter peccabit, qui fecerit contra illud, Qui aufert quæ tua sunt, ne repletas. Luc. 6. Et iterum qui facit contra illud, Omni petenti te, tribue. Et contra illud, Omnia quæcumq; uultis ut faciāt uobis homines, & uos facite illis. Mat. 7. Et cōtra illud Mat. 5. Et ei qui uult tecū in iudicio contendere, & tunicā tuā tollere, dimitte ei & pallium. & contra illud Mat. 5. Si quis te percussit in unā maxillā, præbe ei & alteram. Contra quod tamen fecit Christus Io. 18. qui percussit maxillā eius, nō præbuit alteram, sed allegauit iustitiā suā, dicens: Si male locutus sum, &c. Paulus Act. 23. principi sacerdoti qui præcepit os Pauli percuti, dixit: Percutiet te Deus pariter

decalb

decalb. Augusti. Ista præcepta magis pertinent ad præceptionem cordis, quæ intus est, quā ad opus quod in aperto fit: ut teneatur in secreto animi patientia cum beneuolentia: in manifesto autē fiat quod ei uideatur prodesse posse, quibus bene uelle debemus. Præterea, quomodo onus Christi erit leue, si quæcumque ipse dicit præcepta sunt uel prohibitiōes? Item per quod iurat quilibet, illud ueneratur, hoc amat, hoc timet, ut dicit Gl. Mat. 5. Vnde cū iurare per Deum in ueritate uile sit, Deo honorificum & proximo uile, & sic deseruiat dilectioni Dei & proximi: quare erit illicitum uel prohibitum, cum pleni tudo legis sit dilectio: ad Ro. 10. Et cum in duobus mandatis de dilectione Dei & proximi uniuersa lex pendeat & prophetæ, Mat. 22. Præterea, iurare nihil aliud uidetur esse, quā nomen Dei assumere ad cōfirmationē eius quod dicitur, sicut haberi potest ex duobus locis scripturæ sacræ. Exo. 20. Nō assumes nomen Dei tui in uanum. Assumere enim nomē Dei in uanū, est iurare in uanum. Et ex illo uerbo ad Hebr. 6. Omnis controuersiæ eorum finis, ad cōfirmationem, est iuramentum. qua descriptione recepta, facile est ostendere quod liceat iurare. Cū enim filius Dei in hoc natus sit, & uenerit in mundum, ut testimonium preberet uerita-

ti, ut ipse ait Ioan. 18. uerisimile est, quod nomen suum non neget ad eandē ueritatem confirmandam, imō quod plus est, ad cōfirmationē ueritatis mori uoluit. Item quum Deus pater sic dilexerit mundū, ut filium suum unigenitum daret, Ioā. 3. uerisimile est, quod nomen suum ei non neget. ad Ro. 8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non cum illo omnia nobis donauit? Item cum principes huius mundi talis sint bonitatis in subditos suos, ut sigillis suis eis cōfirmet ueritatem utilem, nunquid cælestis Deus habebit hanc bonitatē in subditos suos, ut nomine suo permittat eos uti ad confirmandam ueritatē? Simile argumentum facit Dominus Mat. 7. dicens: Si ergo uos quum sitis mali, nostris bona data dare filiis uestris: quanto magis Pater uester qui in cælis est dabit bona petentibus se? Item si Deus sigillum suum commendauit seruis, uerisimile est, quod non neget illud filiis. ad Roma. 7. Non accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum. Ex prædictis manifestum est, quod iurare nō est uniuersaliter malum, imō licitum est iurare ad confirmandam utilem ueritatem. Respondendū est ergo ad ea quæ ipsi obiciūt. Notandum ergo, quod potuit esse multi-

plex causa quare Dominus diceret illud Matt. 7. Ego dico vobis non iurare omnino &c. Prima potuit esse: quia iuramentum quandoque uilipendi facit simpliciter assertionem: nec iam reputant multi simplex mendacium, ex quo non est ibi periurium. Sicut multi hodie iuramenta sine solennitate facta non reputant propter iuramenta solennia. Deus ergo uoles suos ueritate seruare in simplici sermone, sicut in sermone iurato, noluit ut non iurarent quantum esset in eis. Aug. super epistolam ad Gal. Non est contra Dei preceptum iuratio: sed ita intelligitur Deus prohibuisse a iuramento, ut quantum in ipso est quilibet non iuret: quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tanquam magnam suam aliquid. Idem in sermone Domini de morte: iuramentum faciendum est in necessariis, quum pigri sunt homines credere quod est eis utile. Iuratio non est bona, non tamen necessaria: quum est necessaria: ideo non est appetenda, ut bona non tamen fugienda tanquam mala, cum necessaria est. Gl. super Matt. 7. Sermo fidelis pro iuramento debet haberi: & merito, tanquam uerbum dictum in templo coram altari, immo coram Deo. Templum enim in baptismo dedicatum, est ipse fidelis. Deus autem est in hoc templo sancto super, fides uero altare est. ¶ Secunda causa potuit esse periculum idolatriæ, & tertia periculum per-

iurii. Ex frequenti enim iuratione frequens sequitur periurium. Et hæc duo pericula sequebantur precipue ex iuratione creaturarum: ideo tale iuramentum precipue dissuadet Dominus. Gl. Illi uel cæli plus aliquid suspicabantur, uel per illud iurantes non putabant se iuramento teneri: ideo iuramentum sic temperat, ut cæli & creatura Dei credatur non plus aliquid, & quia thronus eius est, periurium timeatur. Aug. In nouo testamento dictum est, ne omnino iuremus: quod mihi qui dicitur propterea dictum esse uidetur, non quia uerum iurare peccatum est, sed quia peierare immane peccatum est, a quo nos longe esse uoluit, qui omnino ne iuraremus admonuit. Idem in quodam sermone: Qui iurat, iuxta precipitum periurii est: qui non iurat, longe est. ¶ Quarta causa potuit esse perfectio mansuetudinis, quam uoluit esse in discipulis suis, quibus dixit illud uerbum sicut in Euangelio Matt. patet, qui illud uerbum ponit. Iuramentum uero frequenter est ex ira & impatientia: ideo uoluit Dominus eos a iuramento cauere. ¶ Sertem uero dissuadetur circa iuramentum. ¶ Primo, appetus iurandi. Iac. 7. Ante omnia fratres nolite iurare. ¶ Secundo, auiduitas iurandi. Ecclesiasti. Iuratione astringat os tuum. Ibidem. Vir multum iurans replebitur iniquitate. Chryso. Nemo est qui frequenter iuret, qui non aliquando

peti

periret. ¶ Tria alia innuuntur per oppositum. Iere. 4. ubi dicitur iurabit. Viuit Dominus in ueritate, & iudicio, & iustitia. Et sunt illa tria: falsitas, defectus deliberationis, & iniustitia. ¶ Sextum est, iurare per creaturas. ¶ Septimum est, iurare pro nullo. Exo. 20. Non assumes nomen Dei tui in uanum. Non enim habebit in fronte Deus eum qui assumpsit nomen Dei sui frustra. Illud uero Matt. Ego dico uobis non iurare omnino, sic intelligendum est: Ego dico uobis ut non iuretis omnino (id est, falsim neque etiam per cæli &c. Nec sequitur ex hoc, Ergo nunquam iuretis, sicut opponendo ostendebatur. Et hoc innuitur per causam quæ subditur: Neque per cæli, quia thronus Dei est: hoc enim, quod cæli est thronus Dei, non est causa quod per cæli non sit iurandum, sed est causa quod per cæli non est falsim iurandum, ac si peierando per illud Deus non offendatur, cum cæli thronus Dei sit, & in cælo Deus cõtenuatur. Ad id uidetur pertinere illud Mat. 23. Vae uobis qui dicitis, Quicunq; per templum iurauerit, nihil est &c. Et subdit: Qui iurat in templo, iurat in eo qui habitat in templo: & qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. Sicut non ualet hoc argumentum: Sicut non ualet hoc argumentum: Ille qui uult se radi, & superfluitare capillorum præcindit, non uult ut capilli sibi omnino abscindantur: ergo ipse nihil

uult de capillis suis præcindi. Ita non ualet hoc argumentum, Dico uobis non iurare omnino: ergo ut nunquam iuretis. Ad illud uero Iac. 7. Ante omnia nolite iurare, quadruplex potest esse responsio. ¶ Primo, ut prohibeat ibi iuramentum quod aliquis facit quam cito incipit loqui: illud enim est ex libidine iurandi: prius enim debet esse seruo uester, est, est, non, non: quod si non credatur uobis quod utile est credi, potest sequi iuramentum. ¶ Secundo potest intelligi esse dictum illud contra illos qui habent in consuetudine ante unumquodque uerbum ponere iuramentum, sicut modo mos est Gallorum. ¶ Tertio potest dici quod Iacobus loquebat illis qui erant in tribulatione. Sicut enim dicit gl. super principium canonicæ eius, occiso Stephano facta est persecutio magna in ecclesia quæ erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ præter apostolos. His dispersis qui propter iustitiam falsi sunt, mittit epistolam: mones ergo eos ad patientiam & quædam alia, ante omnia uult ut a iuramentis quæ impatientiam solent sequi caueat. Sicut febricitanti prohibet specialiter bibere, licet alia multa magis sint nociua, quia ad illud magis pronus sit qui tribulatus, magis pronus sunt ad iuramenta. Et illa iuramenta frequenter sunt Dei blasphemia: & quandoque tantum illaqueant homines quod in magna seruitute est homo, ut impossibile uideatur sibi

N 7 quand

quandoq; seruare quodcumque iurant. Vnde sequitur, ut non sub iudicio decidatis, scilicet à libertate uestra per obligationem. ¶ Quarto potest intelligi, qd affectio siue uoluntas iurandi prohibeatur. Vnde nō dicit, Nō iuretis: sed, nolite iurare: nec se quē ex hoc, qd iurare sit mortale, sicut ex illo uerbo dñi. Matt. 23. Patrē nolite uocare uobis super terrā, non sequitur qd mortaliter peccat qui aliquē patrē uocat super terrā. Volūtariū ergo iuramentū prohibetur ibi. Sed duplex est uolūtariū. Quoddam qd est purē uolūtariū, & quoddam qd habet aliquod cogens exterius, licet nō sufficiens: & primū hic prohibet, scēdū nō. Ad uerbum uerō Aug. dicēdum est, qd sicuti transire mare nūquam est securū, & tamē quandoq; est necessarium, & quandoq; sine naufragio: aliquis illud transit: sic iuratio nunquā est securā: & tamen quādoq; est necessaria, & quandoq; sine peccato iuratur. *De fide, prout fides idem est quod fidelitas.* PARS XVII.

Est etiam Fides uirtus, qua promissa cōplentur. Vnde Iud. 10. lib. Etymol. Fidelis dicitur quis, pro eo, qd fit ab eo illud qd dicit uel promittit bonū. Et sicut ueritas seruat hominem ne aliquē fallat in uerbis: sic fides seruat hominē ne aliquem fallat in factis. Fides tamē quandoq; largē sumitur: & sic ad eā pertinet seruare hominē ne fal-

lat alium uerbo uel factō, & sic sumit Aug. fidem in lib. de doct. Christ. dicens: Nemo mentiens in eo quod mētur seruat fidē. Homo fidelis confidentē de se non fallit. Fides prout est uirtus theologica, est uirtus qua æterna bona credimus. Fides uerō prout hic de ea loqmur, est uirtus cui bona nostra in presenti credimus. Ad hanc uirtutē mōnemur Apo. 2. Estō, inquit, fidelis usque ad mortē, & dabo tibi coronam uitæ. Hæc uirtus multum cōmendabilis est. Prou. 28. Vir fidelis multū laudabitur. De hac cōmendatur Abraham. Ecc. 44. Abraham, inquit, in tentatione inuentus est fidelis. Itē Moy. ses Numer. 12. Moyses, inquit Deus, in omni domo mea fidelissimus est. Et David 1. Reg. 22. Quis in omnibus seruis tuis sicut David fidelis? Fides uirtus est ualde rara & ualde chara. Prou. 22. Virū fidelē quis inueniet. ad Cor. 4. querit inter dispēsatōres ut fidelis quis inueniat: quæritur, inquā, & uix inuenitur. In primitiua ecclesia inter duodecim apostolos inueniēsus est unus infidelis, & alii fidelēs fuerunt. Hodie undecim inueniūt in infideles, quādo unus inuenit fidelis. Huic uirtuti cōmittit dominus honorū suorū dispēsatōne. Matt. 24. Quis putas, est fidelis seruus & prudēs, quem cōstituit dominus sup familiā suā, ut det illis cibū in tempore? ¶ Itē huic uirtuti dat dominus augmentum

grat

gratiæ. Luc. 19. Euge serue bone, quia in modico fuisti fidelis, eis potestati habens supra decem ciuitates. Item huic uirtuti dat Dominus gloriā suā. Matth. 25. Quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te cōstitua: intra in gaudiū domini tui. ¶ Et notandū quod fides specialiter cōmendabilis est in amico. Eccl. 6. Amico fidelij nulla est cōparatio. In eodē: Amicus fidelis medicamentū uitæ. Item ualde cōmendabilis est in seruo. Eccl. 33. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratē sic tracta eū. Specialiter etiā cōmendabilis est in nuntio. Prou. 13. Legatus fidelis sanitas. Ecōtrario legatus infidelis pestilentia est terræ ad quam mittitur: malo enim exēplo multos corrumpt. Prou. Sicut frigus niuis in die mēsis: ita legatus fidelis ei qui misit eum. Frigus niuis in die mēsis refrigerat, & legatus si fidelis sit ei à quo mittit, quasi quoddam refrigerium est: a curā enim & sollicitudine in parte eum liberat. Ecōtrario uero dicitur de infideli nuntio Prouer. 25. Dens patridus & pes lassus q sperat super infideli in die angustiar. Dens putridus ori grauē dolorem ingerit. Vnde uulgarter dicitur, quod nō est dolor sicut dolor dentis. Infidelis ergo nuntius est ei qui in eo sperat, ut dēs putridus, quia est occasio ei magni doloris. Est etiā ut pes lassus. Sicut enim multū

affligitur qui desiderat peruenire ad locum aliquem, & præ lassitudine non potest: sic affligitur ille qui expectat nuntium infidelem, qui moram nimiam facit. ¶ Et notandū quod aliquis fidē debet alii in quatuor. Primo, ut eū uerbo non fallat. Aug. in lib. de doctrina Christiana: Omnis qui mentitur, iniquē facit. Secundo ut arcanum eius non denudet. Prou. 11. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum. Eccl. 27. Qui denudat arcana amici, fidē perdit. ¶ Tertio in hoc ut in aduersis eum non deserat. Ecclesiast. 22. Fidem posside cū amico in paupertate illius, ut & in bonis illius læteris. In tempore tribulationis illius permāne illi fidelis. ¶ Quarto, in hoc ut in donorum tibi commissorum administratione fideliter se habeat. ¶ Fidelitas uerō quātum ad bona commissa in quinque attenditur. ¶ Primum est, ut ipse bona sibi commissa non dissipet. ¶ Secundū, ut ea studiosē multiplicet. ¶ Tertiu, ut eū qui tradidit, parte lucri quæ ad eū pertinet non defraudet. ¶ Quartum est, ut bona sibi commissa, proditiose sua non faciat. ¶ Quintum est, ut inimico eius qui sibi ea commisit illa non tradat. De primo legitur Lucæ 16. Hic difsamatus est apud ipsum, eō qd dissipasset bona illius. & Esaiæ 14. Tu terram tuam disperdidisti.

sti. ¶ Tripliciter autem fit hæc dissipatio. ¶ Primo, quâdo aliquis uitam suam quam debuit ei pendere ad honorem Dei & utilitatem animæ suæ, expendit in Dei contumeliam & damnationem animæ suæ, consumendo eam in seruitio diaboli. Pro uer. 5. Nō des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. Itē intellige de his qui res suas in seruitio diaboli expendunt, seruos diaboli instantissimē inuitates, in filios uerō Dei durissimos se exhibentes. ¶ Secundo, quando aliquis desistit ab opere incepto ante consummationem, Pro uerbio. 18. Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis. Mollis est qui cedit duris. Dissolutus est qui nullo amore ad opus bonum ligatus est, & talis reputatur dissipator operū suorum. ¶ Tertio, quando aliquis quod ædificat uerbo destruit exēplo. Eccl. 33. Vnus ædificans & unus destruens: quod prodest illis nisi labor? Circa secūdū notandum quōd circa multiplicationem triplex potest esse infidelitas. ¶ Prima est, cū pecunia Domini absconditur, unde Matt. 25. reprehēditur seruus malus & piger, qui pecuniā Domini sui abscondit. ¶ Secūda est, cū pecunia Domini in mercibus quæ minoris lucri sunt ponitur. Hæc infidelitas est in illis qui legem Domini per quam lucrari animas possent contemnūt, & phy-

ficā uel leges per quas tēporalia lucrantur addiscunt. Nūquid infidelis esset nūtius alicuius mercatoris, qui domino suo emere posset scarlatam eodem pretio quo emit burellum, si eam non emeret? ¶ Tertia infidelitas est in eis qui merces domini uendunt ubi minus uēdibiles sunt. Sicut accidit in eis qui Parisiis docent, ubi doctrina eorum uix auditur, & alibi nolunt docere, ubi doctrina eorum chara haberetur. ¶ Circa tertium notandum quōd lucrū bonorū operū in tres partes diuiditur. ¶ Prima pars est gloria quæ ad Deū pertinet: iuxta illud apostoli, Soli Deo honor & gloria. ¶ Secūda pars est exemplum bonum quod pertinet ad proximū. Vnde Matt. 5. Sic luceat lux uestra corā hominibus, ut uideāt opera uestra bona &c. ¶ Tertia pars est utilitas mercedis, quæ pertinet ad Deū, qui opera bona facit. Deum ergo defraudat parte sua lucri, qui gloriā quaerit de bonis operibus quæ agit. Bernar. Fidelis re uera famulus es, si de multa gloria Domini tui, etsi non exeunte à te, tamen transeūte per te, nihil manibus tuis adharere contingat. ¶ Circa quartum uerō notandū quōd illi qui bona sibi cōmissa proditiose sua faciūt, quum infideliter se habeāt in paucis, ipsi nō constituentur super multa, unde Luc. 6. Si in alieno fideles non fūistis, quod uestrū est quis dabit

dabit uobis? Alienū uocat bonum transitorium, nostrum uerō æternū. Et ibidē: Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est. Et qui in modico iniustus est, in maiori iniquus est. ¶ Circa quintū notādum quōd uelut castrum nostrę bonę fidei commissum est corpus nostrum uel anima nostra. Vulgariter dicitur quod bonum castrum custodit qui corpus suū custodit. Sed melius castrum custodit qui animam suam custodit. Hoc castrū corporis diabolus sibi quaerit reddi, quando peccata spiritalia suggerit. Castrū uerō animæ sibi quaerit reddi, quando peccata spiritalia suggerit: quādo uerō nos suggestiōi eius cōsentimus, castrū nobis à Deo commissum hosti eius tanquā proditores tradimus. Et ualde infideles sumus, præcipuē si nō præmittamus nūtiū ad dominum nostrum pro succursu, cūm ipse possit nobis subuenire, & etiam uelit. Non enim uult exheredari. 1. ad Corint. 10. Fidelis est Deus qui non patietur uos tentari supra id quōd potestis, Nuntius qui ad Deum mittēdus est in tentatione, est oratio. Vnde super illud Psal. Intret in cōspectu uo oratio mea, dicit gl. Magna uirtus orationis ostenditur, quę quasi quędam persona ad Deum intrat, & illuc mādātum peragit quōd caro peruenire nequit. Inexcūsabilis est quæ prius castrum suū reddit, quā

pro succursu miserit, uel qui nō expectat succursum, p quo misit.

TRACTATUS VI. *tertię partis principalis unum cōtinens capitulum est de diuisione Virtutum cardinalium, secundum Macrobiū.*



LTIMO de quatuor Virtutib⁹ cardinalibus ponenda est diuisio, quā ponit Macrobius his uerbis: Qui æstimant nullis nisi philosophatibus inesse uirtutes, uirtutum officia sic dispēfant. Prudentiæ dicunt esse mūdum istū, & omnia quę in mundo sunt diuinorum contemplatiōe despiciere: omnēque animi cogitationem in sola diuina dirigere. Temperantiæ omnia relinquere inquantū natura patitur quę corporis usus requirit. Fortitudinis, non terreri animā à corpore quodammodo ductū philosophiæ recedentē: nec altitudine pfectē ad supna ascensionis horrere. Iustitię, ad unam sibi propositi huius consentire uia uniuscuiusq; uirtutis obsequium. Atque ita fit ut secūdum hoc tam rigide diffinitionis abruptum, rerum publicarū rectoribus beati esse nō possint. ¶ Sed protinus gradus uirtutū sic dirigit: Quatuor, inqt, sunt quaternarum genera uirtutum, Ex his primō politica uocantur. Secūda, purgatoria. Tertię, animi

iam purgati. Quartę exēplares, & sunt politicae hominis, quā sociale animal est. His boni uiri reipublicę cōsulūt, urbes tuētur, his parētes uenerantur, liberos amant, proximos diligūt, his ciuiū salutē gubernant, his socios circūspecta, puidētia protegūt, iusta libertate deuincūt, hisque sui memores alios fecere. merēdo. Et est politica prudentia, ad rationis normam, quā cogitat quęq; agit uniuersa dirigere, ac nihil præter rectū uelle uel facere, humanis que actibus tāquā diuinis arbitris puidere. Prudentiæ insunt ratio, intellectus, circūspectio, prouidētia, docilitas, cautio. Fortitudinis animū supra piculi metū agere, nihilq; nisi turpia timere, tolerare fortiter uel aduersa uel prospera. Fortitudo præstat magnanimitatē, fiduciā, securitatē, magnificētia, cōstantiā, tolerantia, firmitatē. Tēperatię nihil appetere pœnitēdi, in nullo moderatiōis le-gē excedere, sub iugo ratiōis cupiditatē domare. Tēperantiā sequūtur modestia, uerecūdia, abstinentia, castitas, honestas, moderate ratio, parcitas, prudētia. Iustitię feruare unicuiq; quōd suū est. De iustitia ueniūt innocētia, amicitia, cōcordia, pietas, religio, affectus, humanitas. Secundā quas purgatorias uocant, hominis sunt qui Dei in se capax est, solūmq; eorū quā animū eius expediūt qui decreuit se à corporis cōtagiōe purgare, & quādā

humanorū fuga solū se inferere diuinis. Hæ sunt orioforti qui à rerū publicarū actibus se sequēstrāt. Harū quod singula uelint, superius exprēssumus, cū de uirtutibus philosophatiū diceremus. Tertæ sunt purgati iā defecatiq; animi, ab omni mūdū huius aspergine deterfi. Illic prudētia est diuina nō quasi in electionē præferre, sed sola nosse: & hæc tāquā nihil aliud sit intueri, tēperatię terrenas cupiditates nō reprimere, sed penitus obliuisci. Fortitudinis passiones ignorare, nō uincere, ut nesciat irasci, cupiat nihil. Iustitię itaq; cū supera & diuina mēte sociari, ut feruet perpetuū cū ea feceris imitatio. Quartæ exēplares quæ in ipa diuina mēte cōsistūt, à quarū exēplo reliquæ oēs per ordinē defluūt. Nā si rerū aliarū, multo magis uirtutum ideas esse in mēte credēdū est. Illic prudētia est mēs ipsa diuina. Tēperantia est in se perpetua intētiōe cōuersa est. Fortitudo quod sempereadē nec aliqñ mutat, iustitia quod perēni lege à sempiterna operis sui cōtinuatiōe nō recedat,

QUARTÆ partis principis, de Donis, Tractatus.

De ordine dicendorū de donis: & quare uocētur dona. PARS I.



DICENDVM est de donis quę Christus in se habuit. *Esaia 11. Requiescet super eū Spi-*

11114

ritus Domini, spiritus sapientię &c. Quę etiā fidelibus dedit, ad *Ephes 4. Ascēdēs in altū captiuā duxit captiuitatē, dedit dona hominibus. De donis uerō hoc modo agē. ¶ Primo ostēdet quare dona uocētur. ¶ Secūdo, tāgentur aliqua pertinētia ad cōmēdationē donorū, & ad manifestationē numerū eorū. ¶ Tertio, agetur per ordinē de singulis. ¶ Circa primū notādū qd Deus uolēs ostēdere hominibus caritātē Christi mediatoris Dei & hominū in quo sperare debent, iuxta illud *Eccle. 2. 4. In me omnis spes uitæ & uirtutis. uoluit ostēdere eū cōceptū esse ex spiritu sancto. Matt. 1. Inuēta est in utero habens de spiritu sancto. In eodē, Quod enim in ea natus est, de spiritu sancto est. Item uoluit ostēdere Spiritū sanctum in eo cōtinuē mansurum. unde *Esaia* loquens de flore ex quo mundus sperare debebat fructū salutis, ait: Requiescet super eū spiritus Domini. ibi dicit gl. In euāgelio Nazareorū, quod *Hebraicę scriptū est, ita habet: Factū est cū ascendisset dominus de aqua, descendit fons omnis spiritus, & requieuit super eū, & dixit ei: Expectabā te, fili mi, in omnibus pphetis, ut uenires & requiescerē in te. Tu es enim requies mea, tu es filius meus primogenitus qui regnas in sempiternū. Et Ioā. 1. Vidi, inquit Ioānes Baptista, spiritū descēdētē quasi colūbā de cælo, & manētē***

super eū, & ego nesciebā: sed quomisi me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quē uideris Spiritū descēdētē & manētē super eū, hic est qui baptizat in spiritu sancto. gl. Specialitet dicitur spiritus manere in Christo, à quo nūquā p peccatū recessit. *Esaia 61. Spiritus Domini sup me. Itē gl. super Ioāne, Spiritus sanctus in sanctos uenit, & propter peccata recedit. Secūdū aliquē effectū, descēsus spiritus sup Christū in specie colūbar, idē ostēdit quod ostēdit uox de cælo ueniēs. *Matth. 1 & Luc. 3. Hic est filius meus dilectus &c. Spiritus enim sonat idē quod charitas, sicut dicit gl. super illud Apoc. 1. A septem spiritibus qui in cōspectu throni eius sunt. Similis uox audita est in trāsfiguratiōe. *Matth. 17. ubi uerō *Esaia* ostēdit Spiritū sanctū in Christo māsurum, enumerātur nobiles effectus qui à Spiritu sancto fuerūt in Christo, cū dicitur: Requiescet super eum spiritus sapientię & intellectus &c. Illi uerō effectus retilsimē dona uocant: uel septiformis gratia spiritus sancti. Cū enim Spiritus sanctus bonitas sit liberalissimē se & sua cōmunicās: ipse est primū donū, quia se gratisimē cōmunicat. Aug. Magna misericordia Dei donū dat æquale sibi. Nā Spiritus sanctus donū est. De hoc dono legitur *Act. 2. Baptizetur unusquisq; uestrum in nomine Iesu Christi in remissionē peccatorū uestrorū, & accip****

accipietis donū Spiritus sancti. In ipso etiam datur liberalissimè cætera dona: idè effectus Spiritus sancti rectissimè dona uocantur. Nomine enim doni gratitudo uel liberalitas insinuat. Donum enim iuxta uerbum, est datio irreddibilis, quæ scilicet sit sine spe retributionis. Sen. libr. 4. de Beneficiis: Nō est beneficiū quod in quæstū mittitur. Idè in eodè: Si Deū imitaris, da gratias beneficia. Item rectissimè uocat septiformis gratia. Gratia enim dicitur eò quod gratis detur. Præterea ubi enumerantur illi septè effectus Spiritus sancti q̄ in Christo fuerunt, agit de filio Dei ueniente ad sponsam suam, Sponsus uerò ad sponsam ueniens dona cōsueuit afferre: idè cōgruè illi septem effectus dona uocantur.

De commendatione donorum, & numeri eorum manifestatio
ne.

P A R S I I.

Circa secundum notandum, quod ista septè dona sunt quasi septè stellæ in dextra Christi, Apoca. 1. & 3. Stellæ dici possunt, quia noctè præsentis uitæ illuminant. Præsens uita nox dicitur, & propter aduersitates q̄b̄ plena est, & propter tenebrositatem culpæ & ignorantia quæ in ea abundant. In dextera uerò Christi sunt hæ stellæ, quia Christus donationem horum donorum ad manum suā retinuit. Itè hæc dona sunt septem lucernæ, de quibus Exod. 26. Facies lu-

cernas septem, & ponas eas super candelabrum. glos. Lucernæ septem, sunt septem dona Spiritus sancti, quæ in Christo cuncta semper manserunt, & fidelibus secundum uoluntatem eius distributa sunt. Hæ super candelabrum ponuntur, quia requiritur super Christum spiritus sapientia &c. Item hæc dona sunt septem lapides, de quibus Apocalyp. 4. & 7. Lampades arden-tes erāt ante thronum, quæ sunt septem spiritus Dei. Interli. Dona Spiritus sancti quæ accendunt & illuminant, parata omnibus, quæ sunt sedes Dei. Itè hæc dona sunt septem oculi. Apocalyp. 4. Et oculos septè, qui sunt septè spiritus Dei. Zach. 4. Super lapidem unum septem oculi sunt, Et exponit glos. de Christo, qui est lapis angularis coniungens duos parietes in unū, super quos lapidem sunt septem oculi. De quibus Esaiæ 11. Requiescet super eum Spiritus Domini &c. Item hæc dona sunt septem crines qui caput ecclesie, Christum scilicet, ornauerūt: quibus etiam caput sp̄s Christi, scilicet cor, debet esse ornatum. Hos crines demones conātur abradere. Hæ crinibus ablatis homo debilis remanet, ut Sāpson. Iudi. 16. Illa septè dona sunt cōtra septè mala, quæ enumerat Greg. super illud Iob 1. Vetus uehement̄ inuit à regiōe deserti &c. His uerbis, Spiritus qui mētem ante omnia prudentia, temperantia, fortitudo,

dine, iustitia format, eandè contra singula tentamēta septè uirtutibus instruit. Cōtra stultitiam sapientia, contra hebetudinē intellectū, contra præcipitationem consilio, cōtra timorem fortitudine, contra ignorantiam scientia, cōtra duritiā pietate, contra superbiam timore. Tria istorum malorū ad affectum uidentur pertinere. Vnum est respectu Dei, scilicet superbia, quæ est inordinata excellētia animi. Aliud respectu proximi, scilicet durities. Tertium respectu inimici, scilicet timor uel pusillanimitas: contra superbiam est donum timoris. Greg. super Ezech. Per timorē humiles sumus, pietas est contra duritiā. Idem: Per pietatē sumus misericordes. Fortitudo est contra pusillanimitatē. Quatuor mala uidentur pertinere ad intellectum, scilicet stultitia sine insipientia, quæ est quādo intellectus sapore terrenorū, impeditur à gustādo sapore æternorum. Secundum est hebetudo, quæ est grossities intellectus qua impeditur ne penetret interna mysteriorū, & ne agnoscat creator in creaturis. Tertium malum est ignorantia, quæ est defectus discretionis quantum ad ea quæ communiter sunt agenda. Quartū est præcipitatio quantum ad deliberationē eorū quæ sunt ardua, & quæ pertinent ad perfectionē salutis. Contra hæc quatuor mala ultima sunt donū sapientia, & donum intellectus,

donū scientia, & donū consilii. Donum sapientia lumē est quo agnoscuntur superiora. Scientia lumen est quo agnoscuntur inferiora. Intellectus, lumē est, quo agnoscitur interiora: unde à legendo intus dicitur intellectus. Donū consilii est lumē à quo cognoscitur periculosiora. ¶ Assignatur & aliter septè mala præsentis uitæ contra quæ sunt hæc septè dona. ¶ Primū malum est puerilitas. Esa. 65. Puer centū annorum morietur. 1. ad Corin. 14. Nolite pueri effici sensibus. Sap. 12. Infantū inensatorum more uiuentes. Sen. Plerumque est cum non pueritia, sed quod grauius est puerilitas remanet. Contra hoc malū est maturitas sapientia. Greg. super Ezech. Per sapientia maturi sumus. Ad maturitatē sapientia pertinet puerilia despicere, & digna uiris intellectu capere, & affectu desiderare. Puerilia intelligas, lac suauitatis temporalis, & bona temporalia, quæ sunt ut pira, & poma cōparatione æternarū diuitiarum. Digna uiris intelligas gaudia æterna. ¶ Secundum malū est brutalitas, qua exteriora sola in rebus sensibilibus capimus illis solis haerentes, & quasi foris stantes: intima uerò eorum cognitione nō attingimus. Contra hoc malū est donum intellectus penetrās interiora. Greg. super Ezech. Intellectus tollit hebetudinē. ¶ Tertium malū est periculositas. Contra quod est donū consilii. Prou. 24.

Erit salus ubi multa consilia.
 ¶ Quartum malum est certaminum spiritualium cōtinuitas. Contra quod est donū fortitudinis. Mūdus iste campus est certaminis. Bern. In mundo isto quasi in stadio certaminis positi sumus. Iob 7. Militia est uita hominis super terram. ¶ Quintū malum est error circa bona & mala, & secundū qualitātē, & secundum quantitatem. Secundum qualitatem, cum creduntur bona quæ sunt mala. Esaie 5. Væ qui dicitis bonū malum. Secundum quantitatem, quādo creduntur magna bona quæ sunt parua, & e cōuerso. Cōtra hoc malum est donum scientiæ. Scientia respicit bonū & malū: unde non natur lignū scientiæ boni & mali. Genes. 2. Propter hūc errorē dicitur Sap. 14. In magno uiuentes inscientiæ bello, tot & tanta mala pacē appellant. ¶ Sextū malum est uitæ execrabilitas: quæ scilicet uita nostra Deo non est honorifica, imō est contumeliosa. Contra quod est donum pietatis, prout dicitur pietas ueneratio sanctorum, primo Dei, deinde eorum quæ ei sanctificata sunt. ¶ Septimū malum est stulta securitas, qua nihil est periculosus homini tot malis obfesso. Prouer. 18. Qui confidit in corde suo, stultus est. ¶ Et notandum quod minimū horum donorum præuauer omni auro quod est in mundo. Minimū uidetur esse donum timoris, de quo tamen legitur

Eccles. 13. Nihil melius quā timor Dei. De pietate uerō legitur 1. ad Tim. 4. Pietas ad omnia utilis est, promissionē habēs uitæ quæ nunc est, & futuræ. Fortitudo uerō hominem reddit insuperabilē. Prou. 30. Leo fortissimus bestiarū ad nullius pauebit occursum. Qui habet donū fortitudinis, dicit illud, Omnia possum in eo qui me confortat, ad Philipp. 4. Sapientia in terra manēs ad mensam caelestem sedet. Timor uendicat infernū, ubi uita exurit. Sapientia paradisum, quæ iam æterna prægustat. Fortitudo uerō & pietas uendicat tibi præsentia. Pietas aliena mala compatiēdo sibi bona efficit. Fortitudo uerō propria mala, patiēter ea tolerādo, sibi in bonum cōuertit. Item fortitudo ad bona ardua hominē potentem reddit. Intellectus sapientiā dirigit. Consiliū fortitudinē, scientia pietatē. Timor uerō à fide dirigitur, qui cum in Christo nō fuerit, inter dona non numeratur. Non enim enumerantur inter dona omnes gratiæ spiritus sancti, sed gratiæ excellentes quæ in Christo fuerunt. ¶ Et notandum quod tres illarū gratiarū indubitanter pertinent ad intellectū, scilicet donum scientiæ, consiliū, & intellectus. Tres indubitanter ad effectū, scilicet donum timoris, pietatis, & fortitudinis. Donū uerō sapientiæ, secundum quosdam pertinet ad intellectum, secundum quosdam ad effectum.

Secund

Secundum ueritatem uerō uideatur ad utrūq; aliquo modo pertinere. Vnde possumus dicere, quod quatuor dona pertinet ad intellectū, quatuor aliquo modo pertinent ad effectum. Quadruplex enim cognitio salubris præcellentiam habēs potest esse in intellectu, duæ pertinet ad id à quo sumus, scilicet ad Deum. Deus tripliciter in præsentia cognoscitur. ¶ Primo fide, quæ est cognitio initialis ad omnes pertinet, & innititur auctoritati. ¶ Secundo cognoscitur intellectu, qui innititur rationi. Aug. in lib. de utilitate credendi: Quod credimus, debemus auctoritati: quæ intelligimus, rationi. ¶ Tertio cognoscitur Deus experientia: gustando scilicet eius suauitatem. Secunda & tertia cognitio de Deo præcellentiam habent respectu primæ: & ideo gratiæ excellentes sunt quæ pertinent ad eas, & enumerantur inter dona. Tertia salubris cognitio præcellentiam habens, pertinet ad id quod à nobis est, quod arduū est uel periculosum: quæ præcellentiam habet respectu illius cognitionis, est circa alia quæ non sunt ardua, uel periculosa. Gratia pertinet ad hanc cognitionē, dicitur donū consiliū. Quarta cognitio est circa res ipsas quæ propter nos sunt specialiter quantum ad bonitatem & malitiam eorum, & habet præcellentiam respectu aliarū cognitionū quæ sunt de rebus quantum ad alias

rerū dispositiones. Et gratia ad hanc cognitionē pertinet dicitur donum scientiæ. ¶ Item quadruplex ordinata affectio potest esse in affectu: duæ respectu mali, & duæ respectu boni. Malum fugiendum est, & fugiendum. Fuga mali remoti, scilicet mali futuri, illa uirtuosior est præcellentiam habens respectu fugæ mali propinqui. Malū enim propinquum facile est fugere, scilicet malum præsens. Item fuga mali quod ducit ad futurum, scilicet mali culpæ, præcellentiam habet, cum malum culpæ bonū uideatur, eod quod sit delectabile. Gratia ergo pertinet ad fugā mali futuri, & eius quod ducit ad illud, excellēs gratia est, & uocatur donū timoris. Itē fugare miseriam à proximo per cōpansionē, mala eius sibi assumēdo, & bono sua ei cōmunicādo, gratiæ excellentis est. Fugare miseriam à se ipso, nō est multū uirtuosum. Et gratia illa præcellens donū pietatis dicitur. Respectu uerō boni sunt duæ affectiones excellentes: una respectu boni summi quod est finis: scilicet esuries, seu sitis suauitatis diuinæ. Amor illius suauitatis omnium est: omnes enim beatitudinem appetūt, sed esuries illa paucorū est. Respectu uerō boni, quod est ad finē, quod arduū est, est affectio fortitudinis quæ excellit respectu affectionis quæ est ad bona quæ nō sunt ardua. Vnde gratia pertinet ad illā affectionē, donum

O 2 fortit

timorem Domini. Eiusdem 33. Timenti Deum beata est anima eius. In Psalm. Beatus uir qui timet Dominum. ¶ Quarto, excellentiam quam in scriptura sacra ostenditur habere timor respectu ceterarum gratiarum. Ecclesia. 25. Timor Domini se super omnia superposuit. Eiusdem 23. Nihil melius quam timor Domini. Bernardus super Cant. In ueritate didici nihil æquè efficax esse ad gratiam promerendam, retinendam & recuperandam, quam si omni tempore coram Deo inueniaris non altum sapere, sed timere. ¶ Quinto, quod timor Dei ualde placet Deo. Sicut patet his uerbis Scripturæ quæ sequuntur, quæ ostendunt, quod beneficis sit Deus his qui timent eum. In Psalm. Oculi Domini super metuentes eum. Oculi, inquam, misericordiarum. Firmamentum est Dominus timentibus eum. Dedisti hæc reditatem timētibus nomen tuum Domine. Quomodo miseretur pater filiorum, miserus est Dominus timentibus se. Volūtatem timentium se, faciet. Eccl. 33. Timenti Deum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conferuabit, & liberabit eum à malo. Act. 10. In omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiā, acceptus est illi. ¶ Sexto, cōmendabilis est timor Domini à multiplici eius effectu. ¶ Notandum ergo quod timor Domini malū culpæ quod in homine inuenit, expellit: scilicet peccatum. Eccle.

1. Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Grego. in homil. Prava mens si nō propter timorem queritur, ab astutis uitiis non emendatur. Iosue 10. Timuimus ualde, & prouidimus animabus nostris. Eccl. 2. Qui timet Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Aug. Timor medicamentum est, charitas, sanctitas Michæ 6. Salus erit timentibus nomen suum. Esa. 26. A timore tuo Domine concepinus, & quasi parturimus spiritum salutis. Mala 6. 4. Oratur uobis timentibus nomen meum sol iustitiæ. Item timor à malo culpæ futuro custodit. Hieron. in epistolis. Timor uirtutū custos est, securitas ad lapsum facilis. Exod. 20. Ut probaret uos uenit Dominus, & ut terror illius esset in uobis, & non peccaretis. Timor Domini odit malum. Proverb. 8. idē nō permittit illud in domum cordis intrare. Timor in æternum quasi expaumentaculum ponit in corde hominis, & ad deterrendum uitia & demones. Ipse est sanctorum cordis, uita ab ingressu eius claua terribili deterrens. Claua illa infinita est magnitudinis, quum sit pena æterna. Ipse gladium ex utraque parte acutum: gladium inquam diuinæ sententiæ ad deterrendos fures spirituales intonat. Ipse latrones in terra corporis mei habitantes crucifigit. In Psalm. Confige timore tuo car-

283

nes meas. Timor uigil est, & tempore pacis & tempore belli uigilans, pacem & securitatem suspensam habens. Ipse uirtutes excitat, ne ad similitudinem ferri inquiete consumatur rubigine, & ne securi subito ab hostibus occidantur. Quum enim uirtutes dixerint, Pax & securitas, repentinus eis superueniet interitus. 1. ad Theff. 5. Timor comprimit uirtutes ne euanescant. Ecclesia. 27. Si nō in timore Domini instanter tenueris te, cito subuertetur domus tua. ¶ Item timor à bonis transitorius qui solent esse occasio peccati expedit, sicut timor naufragii nauem facit exonerari. Iob 31. Semper enim qua sumētes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. Grego. Quum fluctus tumentes desuper eminent, nulla tunc cura rerum temporalium nauigantibus, nulla carnis delectatio ad mentem reducitur. Ea quoque ex nauis proiciunt, pro quibus longa nauiga suspenserunt. Item ad mala præsentis peccati hominem intrepidum reddidit. Eccl. 34. Qui timet Deum, nil trepidabit. Item cor hominis congregat & restringit. Eccl. 21. Qui timet Deum, conuertitur ad cor suum. Item timor bonorum abundantiam introducit. Ecclesia. 15. Qui timet Deum, faciet bona. Ecclesia. 7. Qui timet Dei, nihil negligit. Cor est, ubi timor Domini est, sicut ager plenus cui benedixit Dominus.

Genes. 27. Est etiam sicut paradisus propter amoenitatem & fertilitatem. Eccle. 40. Timor Domini sicut paradisus benedictionis, & super omnem gloriam operuerunt eum. supple benedictiones. In Psalm. Non est inopia timentibus eum. Ecclesia. 40. In timore Domini non est minoratio. Proverb. 19. Timor Domini ad uitam, & in plenitudine commorabitur absque uisitacione pessimi. Timori custodi Domini bona sua ad seruandum. Esa. 33. Timor Domini ipse est thesaurus eius. Timor Domini plenitudinem uirtutū operatur. Timorem sequitur spes. Proverb. 23. In timore Domini esto quotidie, & habebis spem in nouissimo. Timentibus Dominum, factæ sunt promissiones. In Psalm. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. Item timor Domini introductus charitatem, sicut seta linum. iuxta uerbum Augustini, Ecclesia. 15. Timor Domini initium dilectionis eius. Item principium est sapientiæ, Proverb. & Eccle. 1. Bernard. super Cant. Instructio doctos facit, affectio sapientes, aliud est multas diuitias scire, aliud possidere: nec notitia diuitem facit, sed possessio: nec cognitio sapientem, sed timor facit qui & afficit. Tu ne sapientem dixeris, quem sua scientia inflat. ¶ Item Bernardus: Initium sapientiæ, timor Domini: quia tunc primo Deus animæ

O 4 sapit,

ſapit, quum eam afficit ad timendum, non quum inſtruit ad ſciendum. Times Dei iuſtitiam, times Dei potētiam, & ſapit tibi Deus iuſtus & potens: quia timor eſt ſapor. Porro ſapor facit ſapientem, ſicut ſcientia ſcientem. Timori ſapientia mala prout debent ſapere. Et hæc eſt prima ſpecies ſapientia ſpiritalis. Eccleſiaſt. 1. Radix ſapientia, timere Deum. In eodem: Plenitudo ſapientia, timere Deum. Item in eodem: Corona ſapientia timor domini. Corona facit ad ornamentum capitis, & timor Dei eſt ornamentum ſapientum. Sapientibus etiam cauſa eſt coronæ æternæ. Item Prouer. 16. Timor Dei diſciplina ſapientia. Homines literati abſq; timore Dei indiſciplinati ſunt: ſed timor domini hominem grauem & maturum reddit. Gregor. Anchora mentis, pondus timoris. Item timor Dei hominem temperatum reddit. Prou. 22. Finis modeſtia timor domini, id eſt, conſummatio modeſtia. Item timor domini hominem fortem efficit. Prouer. 14. In timore domini fiducia fortitudinis. Hæc fiducia debilitatem hominis in Dei fortitudinē mutat. Eſa. 40. Qui ſperant in domino, mutabūt fortitudinē. Greg. In uia domini timor operatur fortitudinē, in uia ſeculi debilitatem. Signum fortitudinis eſt, q̄ timor Dei uincula cupiditatum dirumpit. Item quod cum ardoribus habitat ſempiternis. Eſaia

33. Quis poterit habitare de uobis cum igne deuorante? Quis habitabit de uobis cum ardoribus ſempiternis? Timor facit impleri illud Eſaia 37. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, ſecundum illud Poëtæ: Pedibus timor addidit alas. Timor tranſilire facit montes & colles altitudinum terrenarum. Timor fortisimos redit pœnitētes ad portanda onera pœnitentia. Timor carcerem inferni, mortem, & tormenta quæ hoſtis ei minatur, in gladiū & ignem contra eum conuertit. Hæc ſunt eius refugium, in ſe tuetur cōtra tela inimici. In igne illo ardoreni concupſcentiarum extinguit. De inferno quaſi de turri fortiſſima tela hoſtium deſpicit. timor ad infernum conſugiens ab illo maxime fugit. ¶ Hic timor hominem obedientē reddit. Eccleſt. 2. Qui timent dominum, inquirent quæ beneplacita ſunt ei. In eodem: Qui timent dominum, cuſtodient mandata illius. Genēſis 22. Diſtū eſt Abrahæ obedienti: Nunc cognoui, quod timeas dominum. Gregor. in 1. parte Morali. Deum time re eſt, nulla quæ faciendæ ſunt præterire. Quomodo timor plenitudinem uirtutum operetur, oſtēdit Bernardus ad fratres de monte Dei, loquens de ingratitude religioſorum: Timor Dei incipit operari omnium uirtutum plenitudinem, dum per inſtitiam deſert maiori, per prudentiam non credit ſe ſibi, per

tempo

temperantiam refugit diſcerne re, per fortitudinem totum ſe obedientia ſubdit non diſcernenda, ſed adimplenda. Item timor domini eſt ſons uitæ indeficiēs. Prouer. 14. Timor domini, ſons uitæ ut declinet à ruina mortis. Eiuſdem 10. Timor domini apponet dies. Prouer. 19. Timor domini ad uitam, ſupple, ſeruandam. Item timor domini hominē glorificat. Humiliat enim hominē, humilem uerò ſpiritu ſuſcipiet gloria. Prouer. 29. Eccleſiaſt. 1. Timor domini, gloria & gloriatio. Eiuſdem 1. Semen hominum honorabitur hoc quod timet Deum. Eiuſdem 27. Gloria ſeuum timor domini. Iudith ult. Qui timent te, domine, apud te magni erunt per omnia. Prouer. ult. Mulier timens Deum, ipſa laudabitur. Eccleſiaſt. 25. Quam magnus eſt qui inuenit ſapientiam & ſcientiam, ſed non eſt ſu per timentem Deum. ¶ Item timor Dei dum uana delectatione hominem cohibet, ueram delectationem Dei meretur. Eccleſt. 1. Timor domini lætitia, & corona exultationis. In eodē. Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiā & gaudium in longitudine dierum. Timor domini eſt ſicut uentus aquilo diſſipans pluuia. Prou. 15. Ipſe nubes carnalium cogitationum & affectuum fugat, & mentem ſerenat, & reptilia uitiorum de terra

corporis humani exterminat, mare mundi congelando conſolidat, ut ſuper illud ambulare quis poſſit: ſicut fecit Petrus Matt. 14. Vbi timor eſt, frigus eſt, ardoreſ deſideriorū carnalium & ſecularium temperās. Timor medium fornacis Babylonica facit quaſi uentum roris ſtātem. Daniel. 3. Timor Dei ad eō hominē meliorat, ut unus timens Deum mille aliis præferendus uideatur. Eccleſt. 15. Melior eſt unus timens Deū, quam mille filii impii. Bona etiā tranſitoria multum meliorare uidetur: modicum enim cum timore Dei præferendum eſſe uidetur multis diuitiis ſine timore domini. Prouer. 15. Melius eſt parum cum timore domini, quam theſauri magni & inſatiabiles. Et ut breuiter dicamus, finis ſalubris doctrinæ uidetur eſſe timor domini. Eccleſiaſt. ult. timo: Finem loquendi pariter omnes audiamus. Time Deum &c. ¶ De timore dicitur Eſaia 11. quod Chriſtum repleuerit, quum de aliis donis tantummodo dicat, quod in Chriſto requieſcerent. Timor Dei reple re debet uiros ſanctos. Bernard. loquens de ſpiritu timoris: Nec mirum, iſte eſt qui totum ſibi debet hominem uendicare. Item: Nō eſt quo admittas ſuperbiam repletus timore domini. Viri ſancti timent ſemper & ubique. Eccleſiaſt. 18. Homo ſapiens in omnibus metuit. Prouer. 28. Beatus homo qui ſemper eſt

O 5 pau

pauidus. Quod semper sit timendum, ostendit Bernardus super Cantic. dicens: Quum adest gratia, time ne non dignè opereris ex ea. Amplius time substracta gratia, quia relinquit te custodia tua. Si redierit gratia, multo amplius tunc timendum, ne fortè contingat pati reciduum. Recidere enim quàm incidere deterius est, iuxta illud Ioannis 5. Ecce iam sanus factus es: noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. ¶ Alia tres causa timoris possunt assignari. Quarum prima tangitur in Psalm. Delicta quis intelligit? Delictum dicitur peccatum omissionis à delinquendo. Multi uerò sunt, qui licet non committant peccatum mortale, nesciunt tamen utrum omittendo mortaliter peccent. ¶ Alia causa timoris potest esse, quia multa uidentur homini bona quæ Deus intelligit esse mala. Gregor. Plerunque in conspectu sordet eterni iudicis, quod intentione fulget operantis. 1. ad Corinth. 4. Nihil mihi conscius sum, sed nõ in hoc iustificatus sum. ¶ Tertia causa est, quia nescit homo qualis futurus sit finaliter, licet in præfenti sit bonus. Ecclesiast. 9. Sunt iusti atq; sapientes, & opera eorũ in manu Dei: & tamè nescit homo utrum amore an odio dignus sit. Intellige finaliter. Potest enim aliquis in momento cadere, & non adiciet ut resurgat. ¶ Vbique timendum est,

quia de quolibet statu aliquid damnatur. Osee 13. Consolatio abscondita est ab oculis meis: quia ipse inter fratres diuide. Et loquitur de inferno, Matth. 24. Duo in lecto, unus assumetur, & alius relinquetur. Lectum intelligas quietem contemplationis. Timendum est homini ex omni parte. Homo enim est sicut castrum undique portas habens per quas capi potest. Portæ istæ, sensus sunt. Est etiam homo sicut castrum obsessum undique ab hostibus. Sapientia 14. Creatura Dei in odium facta sunt, & in tentationem animæ hominum, & in insipientium. Vtri sancti non solum timent in malis, sed etiam in bonis. Iob 9. Verebar omnia opera mea. Gregorius: Piarum mentium est, ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est. Idem: Si placere Deo ueraciter cupimus, postquam perversa subegimus, ipsa in nobis bene gesta timeamus. Gregorius in secunda parte Moralium: Iusti omne quod agunt metuunt, dum caute considerant ante quem iudicentur stabunt.

De speciebus Timorũ.

C A P. III.

NOtandum quod super illud Proverb. 1. Timor domini principium sapientiæ, distinguit Glof. Bedæ duas species timoris his uerbis: Duo sunt timores domini seruilis, qui principium sapientiæ est: & admirabilis, qui per-

fectio

fectionem sapientiæ comitatur. Seruilis principium est sapientiæ: quia qui post errata sapere incipit: primò timore diuino corripitur ne puniatur: sed hinc perfecta charitas foras mittit. Succedit huic timor domini perma-nens in seculũ seculi, que non excludit charitas, sed auget, quo timet filius ne uel in modico oculos amantissimi patris offendat. Bernard. in sermonibus distinguit tres species timoris, his uerbis: Primus timor est, ne crucemur in gehenna. Secundus, ne exclusi à uisione Dei priuemur tam inestimabili gloria. Tertius tangit animam omni sollicitudine timidam, ne forte deseratur à gratia. Sed nec Beda, nec beatus Bernardus ponit species timoris nisi diuini. Unde possunt distingui sex species timoris, ut enumerentur omnes species timoris, siue sit timor bonus, siue malus, uel neq; bonus neq; malus. ¶ Prima species timoris est timor naturalis, quo quilibet timet naturaliter naturæ. Hic timor nõ est meritorius, neq; demeritorius, quia nõ subest libero arbitrio. Hoc timore timuit Christus naturaliter mortem. Marc. 14. Cæpit Iesus parere. ¶ Secunda species est timor humanus: quum scilicet aliquis timet amplius debito corpori suo. Qui timor prohibetur, Matt. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Et procedit ex nimio amoris præfentis uitæ quandoq; est ue-

niale peccatũ, ut quando est contra Deum. Quandoq; uerò est mortale, ut quando non est contra Deum: ita timor humanus est ueniale peccatum, quando oritur ex amore ueniali. Quandoque mortale, ut cum oritur ex amore mortali. De quo amore Ioann. 12. Qui amat animam suam, perdet eam. Ex timore humano negauit Petrus Christum. Matthæi uicesimo sexto, Marc. decimo quarto, Lucæ 22. ¶ Tertia est, timor mundanus, quando aliquis nimis timet rebus suis. Iste timor fuit in Iudeis quõ occiderent Christum. Ioann. capit. duo decimo: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & uenient Romani, & tollent locum nostrum & gentem. Iste timor multum habet cruciatum. Augustinus: Diuitiæ plus excruciant adeptæ amissionis timore, quàm concupitæ adeptionis ardore. ¶ Quarta species est, timor seruilis. Timor seruilis est, ut ait Augustinus, quum propter timorem gehennæ continet se homo à peccato. Et iste timor non est cum charitate. Unde Augustinus loquens de hoc timore: Inaniter, inquit, putat uictorem se esse peccati, qui timore non peccat: quia si non impletur foris negotium malæ cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas intus est hostis. Idem: Ipsa uoluntate rarus est, qui uult facere quod nõ licet fieri: sed ideo nõ facit, quia non potest impune fieri. Nam

quan

quantum in ipso est, mallet non esse iustitiam prohibentem atque punientem. Et utique si mallet non esse iustitiam, quis dubitabit quod si posset, eam auferret? Ac per hoc quomodo iustus est iustitiam talis inimicus? ut si potestas detur, precipitentem auferat ne comminante uel iudicante ferat. Inimicus ergo iustitiam est, qui praetimore non peccat. Amicus autem erit, si eius amore non peccet. Item super illud Psalmographi. Confige timore tuo carnes meas. dicit glossa, Timor legis seruilis praedagogus in me praecessit, qui ad castum duxit, sed non crucifixit carnem: quia uiuit peccandi uoluntas, & sequeretur opus si speraretur impunitas. Et secundum hanc glossam non solum uocatur timor seruilis, quando aliquis dimittit peccare timore poenae futurae: sed quando dimittit peccare timore poenae temporalis: ut faciebant multi in ueteri lege, & ut hodie in multis religionibus. Roma. capite 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, &c. Timor seruilis est quasi uestis de sacco, cum nullus ingreditur regnum caelorum. Non licebat indutum sacco ingredi aulam Assueri. Esther 4. Quinta species est, timor initialis, qui est cum imperfecta charitate. De quo 1. Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor poenam habet. Glossa. Timorem illum de quo dicitur, Initium sa-

pientiae timor domini. Quoties met quisque incipiens operam iustitiae, ne ueniat distractus iudex, & se minus castigatum damnet, Qui habet hunc timorem, timet puniri, & timet a Deo separari, quae iam amat: sed timor separationis principalior est. Sexta species est, timor filialis, qui est cum perfecta charitate, qui secundum aliquem usum suum manebit in patria. De quo in Psalm. Timor domini sanctus permanet in seculo seculi. Qui habet timorem filialem, cauet offensam patris caelestis, sicut bonus filius, etiam si sciret ex illa offensa nihil mali sibi accidere. Cum illo timore securitas est quum absit perfecta charitas. 1. Ioan. 4. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, ut fiducia habeamus in die iudicii: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Glossa. Per hoc habemus fiduciam, quia imitamus perfectionem dilectionis eius in hoc mundo, amando scilicet inimicos. Vbi est perfecta charitas, deest remorsio conscientiae, & timor aeternae poenae. 1. Ioan. 4. Qui timet, non est perfectus in charitate. Glossa. super illud, Charitas foras mittit timorem. Perfecta charitas perfectam iustitiam facit: nec habet unde timeat, sed desiderat. Dicuntur sancti maxime timere gehennam, quia maxime cauent ea quae ad gehennam ducunt. Greg. super Iob: Mens plus illuminata, plus timet. Hieronym. Prudenter ti-

metur

metur quicquid accidere potest. Vnus timor filialis in patria, dicitur esse quaedam resilio a Dei altitudine in propriam paruitatem. Poterit tamen uideri aliquid quod timor filialis in patria, sit uoluntas cauendi Dei offensam, uel quaedam fuga spiritualis diuinae altitudinis, quae scilicet electi refugiunt se aquare Deo, uolentes esse ei subiectissimi. Et notandum, quod quum timor sit fuga mali, malum uero datur in malum poenae & malum culpa, timor filialis fugit malum culpa, scilicet Dei offensam: timor uero naturalis, naturaliter fugit malum poenae. Fuga uero mali poenae uoluntaria pertinet ad alias quatuor species timoris: malum poenae diuiditur in poenam sensus, & poenam damni: & utraque diuiditur in temporalem poenam & aeternam. Fuga poenae sensus temporalis pertinet ad timorem humanum. Fuga uero poenae sensus aeternae, ad timorem seruilem. Fuga damni temporalis, ad timorem mundanum. Fuga damni aeterni, ad timorem initialem. Item notandum quod timor sic describi potest: Timor est spiritualis fuga rei praepotentis uel excellentis. Et intelligas rem praepotentem, quae praepotens est secundum suspicionem uel opinionem timentis. Res uero illa uel est bona uel mala. Si bona, fuga illius pertinet ad timorem reuerentiae. Si uero malum est, aut fuga illius mali est

bona aut mala. Si mala est, pertinet ad timorem humanum, uel mundanum. Ad timorem humanum, si illud malum pertinet ad ipsam personam. Ad mundanum uero, si malum illius pertinet ad damna rerum. Si uero fuga illa bona est, & est sine charitate, pertinet ad timorem seruilem. Si uero est cum charitate, sed imperfecta, pertinet ad timorem initialem. Si uero est cum charitate perfecta, pertinet ad timorem filialem. Et notandum quod cum aliquod periculum homini imminet, ipse timere debet eum qui habet omnia in sua potestate. Gregor. Quicquid est quod exterius seruit, per hoc ille metuendus est qui hoc interius disponit. Psalm. Timeat dominum omnis terra. Aug. Si creature seruiant, Deum time, non illas, quia omnia sub ipso sunt. Glo. Cupiditate nocendi per te habes: potestatem autem nocendi si ille non dat, non habes. Ideo Deus homo stans ante hominem, ait: Non haberes in me potestatem, nisi esset datum tibi desuper. Nec etiam ipse diabolus uel unam ouicula potuit tollere uitro sancto Iob, nisi prius diceret, Mitte manum tuam. Iob 2. hoc est, da potestatem. 1. Mach. 2. A uerbis uiri peccatoris ne timueritis: quia eius gloria stercus & uermis est: hodie extollitur, & cras non inuenietur. Esa. 8. Timorem eius, scilicet populi coniurantem contra me, non timematis, neque paueatis dominum exere

exercituum ipsum sanctificate, ipse paor ueſter, & ipſe terror ueſter. Item Eſa. 51. Quis tu, ut timeas ab homine mortali, & à filio hominis qui quaſi fr̄atrem aſciet? Prou. 29. Qui timet hominē, cito corruet: qui ſperat in domino, ſtillabitur. ¶ Tē notandum quōd Ioannes Damascenus diſtinguit ſex ſpecies timoris, unam quancumque deſcribēs his uerbis: Diuiditur timor in ſex ſpecies, in ſegnitiam, erubescētia, uerecundiā, admiratiōē, ſtuporem, agoniā. Segnitias eſt timor futurę operationis. Erubescētia timor eſt in expeſtatione conuitii. Verecundiā timor eſt in turpi factō. Admiratio eſt timor ex magna imaginatione. Stupor eſt timor ex inconfueta imaginatione. Agonia eſt timor per caſum: ſcilicet per infortunium. De erubescētia, dicit Ioānes Damascenus, quōd eſt optima paſſio. Philoſophus de iuvene quodam: Erubuit, ſaluare res eſt. Senec. in epistoſis: Verecundiā bonum in adoleſcente ſignum eſt. Tullius in libr. de offic. Sine uerecundiā nihil reſtum eſſe poſteſt, nihil honeſtū. Bernard. ſuper Cantic. Neſcio ſi quicquam grauius uerecūdiā in moribus hominum deprehendi queat. Verecundiā omnium eſt ornatum aſtutum: ſed in tenera ætate ampliſ pulchriusq; eniteſcit. *Quid amabilius uerecundō adoleſcente? quā pulchra hæc & quā ſplendida gemma*

morum in uultu adoleſcentis, quā uera & minimē dubia, bona nuntia ſpei, bonę indolis index eſt? *Quid ita? turpiliqui & omnis deinceps turpitudinis ſignificium. Soror eſt continentia. Nullum eſt æquē manifeſtum ſignum columbinę ſimplicitatis. Et ideō teſtis eſt innocētię. Lampas eſt pudicę mentis ingiter lucens: ut nihil in ea turpe uel indecorum reſidere attētet quōd non illico prodat. Idem: Verecundiā ſpiritualis gloria eſt conſeſcētię, famę cuſtos, uite decus, uirtutis ſedes, uirtutū primitię, naturę laus, inſigne totius honeſti. De erubescētia bona uel mala, requiritur in tractatu de ſuperbia, ubi agit de ornatu mulierū. De his que poſſunt incutere timorem. De attendēdis circa extremum iudiciū. Et uariolitate, acerbitate, & inſinitate penarum infernalium.*

C A P. I I I I.

Dodecim ſunt que poſſunt homini incutere timorem. ¶ Primum eſt, conſideratio lacrymarum Chriſti. Veriſimile eſt flatum illum ualde periculolum eſſe pro quo Deus fleuit. De lacrymis Chriſti, habetur Lucę 19. Vidēs Ieſus ciuitatē, fleuit ſuper illam. Et Io. 11. Et lacrymatus eſt Ieſus. Et ſ. ad Heb. Cum clamore ualido, & lacrymis preces offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia. Bern. Compatitur Deiſilius, & plorat: homo patitur, & ridebit. ¶ Secundū eſt, conſideratio

paſſionis Chriſti. Bernard. Ex conſideratione remedii, periculi mei æſtimo quantitatem. Filius enim occidi iubetur, ut uulneribus meis pretioſo ſanguinis illius baſſamo medeatur. Agnoſce homo quā grauiſ ſint illa uulnera pro quibus neceſſe eſt Chriſtū dominum uulnerari. Sic medicinę æſtimatio, & timoris & doloris eſt exaggeratio. ¶ Tertium eſt, conſideratio culpabilitatis noſtrę. Si enim timet aliquis, quomodo ſe reſi eſſe unius criminis in curia alicuius terreni principis: quantum timere poteſt qui tot & tantorum criminū ſe reſi reum eſſe apud diſtrictiſſimum iudicē? ¶ Legitur de quōdam rege nobiliſſimo qui fuit in Græcia, qui memor malorū ſuorū & diuini iudicii, ſemper triſtis erat, etiā cum ſolemnitates cum principibus ſuis celebrabat. Qui interrogatus ſuper hoc a quodam fratre ſuo, uoluit ei cauſam ſuę triſtitię oſtendere, & miſit buccinatores ſuos ante portā eius, quōd ſecundū conſuetudinē illius regi certifiſſimum erat ſignum mortis. Et cum frater regis ad regem eſſet adductus, & ualde triſtis eſſet, requiſiuit rex quare non gauderet. Cui cum frater reſpondiſſet, quomodo in ſtatu tali gaudere poſſet, in dicauit ei rex cauſam triſtitię ſuę. Si enim ille tantum timebat qui ſciebat regē eſſe fratrem ſuū, & qui in nullo ſciebat ſe eſſe culpabilē apud eum, quia

aliqua ſigna offenſę regiæ audiverat: merito timere poterat qui in tot & tātis ſciebat culpabilem ſe eſſe apud dominū maię ſtatis. Hiero. in epistoſis: Si tanta cura pertimeſcitur iudiciū pulueris, qua intentione cogitandum eſt, qua formidine præuidentum tantę iudiciū maięſtatis? ¶ Quartum eſt, conſideratio humanę infirmitatis & impatientię. Adeo enim ſunt homines impatientes, quōd muſca una ſi eos diu infeſtauerit, facit eos irateſci quādoq; uſque ad Dei blaſphemiam. Et modica pena temporalis quandoque affigit hominem uſq; ad tædium uitę: ut patet in Elia. 3. Reg. 19. qui petiit animā ſuā ut moreretur. ¶ Quintū eſt, miſericordiā quā Deus exhibet hominibus in præſenti. Secundū enim magnitudinem miſericordię in præſenti, erit magnitudo iuſtitię in futuro. Sicut enim Deus eſt ſummē miſericors, ita ſummē iuſtus. Et ſicut opera miſericordię ipſius in præſenti reputatur ſtultitia, comparatione facta ad hominum miſericordiā: ſic iuſtitia eius in futuro furor hominibus apparebit. Nau. 1. Vlciſcēs Deus, & habens furorē. Furor uidebitur quādo peccatores pro quorum ſalute mori uoluit, in ignē proiciet, nec eos de cætero ab igne eruet. Sicuti mulier firribūda iudicaretur, ſi filiū ſuū in ignē proiiceret, & inde extrahi non permitteret. ¶ Sexto ualde poſſunt ad timorem incutiendum opera

opera iustitiæ, quæ legitur Deus fecisse in mundo isto : ut est vindicta quam sumpsit de Lucifero, & angelis qui ei adhaerunt, quos propter peccatum superbiae irremediabiliter damnauit. Luc. 10. Videbam satanam quasi fulgor de cælo cadentem. 2. Per. 2. Si Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarū tradidit, &c. Glos. Rudentes sunt funes quibus nauæ uela suspendunt, ut flante aura portus tranquillitatē relinquunt, seq; ambiguis fluctibus credant: quibus rudentibus conuenienter immun-dorum spirituum conamina comparantur, qui mox ut flante superbia impulsī se aduersus creatorem erexerunt: ipsi elationis suæ conatibus in abyssi profundū sunt rapti. Aliud opus iustitiæ est, pœna mūdo inflicta pro peccato primorum parentum. Pro peccato enim gulæ totus mūdus adiudicatus est morti temporali, & aliis miseriis huius exilii. Aliud opus iustitiæ fuit diluuiū quo totus mundus pro peccato carnis est submersus, exceptis octo animabus. Genes. 7. Iob 26. Quum uix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruū magnitudinis eius intueri? Tonitruū intelligas terribilem aduentū maiestatis eius, uel sententiam dandam in extremo iudicio. Stillam sermonis, intelligas iustitiam præsentem. ¶ Septimò, facilitas pereundi &

spiritualiter & corporaliter, quæ est in mundo isto, propter quam in umbra mortis dicimur esse. Esaie 9. Habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Lucæ 1. Visitauit nos orientes ex alto : illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent. ¶ Octauò, Dei omnipotentia, cui nemo potest resistere & quæ nemo potest effugere. In 2. Psalm. Quis nouit potestatem iræ tuæ? Esaie 47. Ultionem capiam, & non resistet mihi homo. Luc. 11. Illud timete qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. In Psalm. Si ascendero in cælum, tu illic es si descendero in infernum, ad te &c. ¶ Nonò, Dei sapientia lucidè uidens omnia, cui nihil potest abscondi. 1. Regum 16. Deus intuetur cor. Boetius: Magna nobis, si dissimulare nolumus, indicta est probitatis necessitas: quum agamus coram oculis iudicis cuncta cernentis. ¶ Decimò, zelus diuinæ iustitiæ, qui et hoc apparet, quod Deus patet potius uoluit ut eius unigenitus pœnam quam debebat humanum genus, solueret, quam ipse eam remitteret. Romano, 2. Qui proprio filio suo non pepercit. Bern. super Cantic. Qui non parcat filio, nunquid parcat figment? nunquid parcat seruo nequam? Lucæ 23. Si in arido ligno hæc fiūt, in arido quid fiet? ¶ Undecimum, extremum in iudicium, circa quod multa attendenda

enda sunt quæ ualere possunt ad incisionem timoris. ¶ Primum est hoc, quod scriptura facit in tot locis comminationes facit pertinentes ad hoc iudiciū. Deute. 32. Si arripuerit iudicium manus mea, reddam ultionē hominibus meis; & his qui oderūt me, retribuam : inebriabo sagittas meas, & in sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, id est, carnaliter uiuentes. Iob 19. Fugite a facie gladii, quia ultor iniquitatis, gladius est, & scito te esse iudicium. In Psalm. Quum acceperis tempus, ego iustitias iudicabo. Esaie 13. Ululate, quia propè est dies domini. In eodē: Ecce dies domini ueniet crudelis, & indignationis plenus, & iræ furorisque. Ieremiæ 46. Dies ille domini Dei, dies ultionis, ut sumat uindictam de inimicis. Ezech. 1. Propè est dies occisionis. Iob 2. Propè est dies tenebrarū & caliginis, dies nubis & turbinis. In eodem: Magnus dies domini, & terribilis ualde, & quis sustinebit eum? Amos 5. Væ desiderantibus diem Domini. Sophon. 1. Vox diei domini amara tribulabitur ibi ortis. In eodē: Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustia. Malac. 4. Ecce dies ueniet lucens quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula. In eodē: Ecce ego mittā uobis Eliā prophetam antequā ueniat dies domini magnus & horribilis. ad Hebr. 10. Terribilis est expecta-

tio iudicii, & ignis æmulatio quæ consumptura est aduersarios. In eodem: Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. ¶ Secundum est, sollicitudo quam habebant amici Dei antiquitus de hoc iudicio. Iob 31. Quid faciam quum surrexerit ad iudicandum Deus? & quum quaesierit, quid respōdebo ei? Eiusdem 14. Quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me donec pertranseat furor tuus? Hieronym. Sive comedam, siue bibam, siue aliquid aliud faciam, semper insonare uidetur auribus meis illa terribilis tuba, Surgite mortui, uenite ad iudicium. In Psalm. Domine, ne in furore tuo arguas me. In uitis patrū dixit abbas Amon cuidā fratri interroganti aliquem sermonem: Vade, & fac talem cogitationem tuam, qualem faciūt illi qui sunt in carcere. Illi enim interrogant homines, ubi est iudex, & quādo ueniet, & in ipsa expectatione pœnarum suarum plorant. Sic & monachus debet animam suam obiurgare, dicēs: Væ mihi si non cogitauero, quomodo habeo stare ante tribunal Christi, & actum meorū reddere rationē. Si sic semper meditatus fueris, poteris saluus esse. ¶ Tertio, attendenda sunt signa terribilia præcedētia iudicium. Quinque signa tanguntur Lucæ 21. Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis, & in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris & flu-

stuum. Duo prima specificantur Ioël. 2. ubi dicitur, Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam ueniat dies domini magnus & horribilis. De tribus simul habetur Apocal. 6. Vidi, & ecce terræ motus factus est magnus, & Sol factus est niger antequam saccus cilicinus, & Luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ cæli ceciderunt super terram, sicut ficus emitit grossos suos, quum à uento magno mouetur. De eisdem similiter habetur Matth. 24. Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumē suū, & stellæ cadēt de cælo. De quarto signo quod erit pressura in terris, legitur similiter Matt. 24. Erit tunc tribulatio, qualis nunquam fuit ab initio mūdi usque modo, neque fiet. ¶ Quintum signū est confusio maris: quam confusione aliqui æstimant fore quod mare cum fragore magno peribit, secundum illud Apocal. 21. Et mare iam non est. Hieron. in annalibus libris Hebræorum, inuenit quindecim signa quindecim dierū ante diem iudicii: sed utrū continui futuri sint dies illi, an interpolati, nō expressit. Prima die eriget se mare quadraginta cubitis super altitudinem montium, stans in loco suo quasi murus. Secundo, tantū descēdet, ut uix uideri possit. Tercio, marinæ bellæ apparētes supra mare dabunt rugitus usque ad cælum. Quarto, ardebit mare & aqua. Quinto, herbæ & ar-

bores dabūt rorem sanguineū. Sexto, ruent ædificia. Septimo, petræ adinuicem collidentur. Octauo, generalis fiet terræ motus. Nono, æquabitur terra. Decimo, exhibūt homines de caernis, & ibunt uelut amētes, & non poterunt mutuo loqui. Undecimo, surgent ossa mortuorum, & stabūt supra sepulchra. Duodecimo, cadent stellæ. Tertio decimo, morientur homines uiuētes tunc, ut cum mortuis resurgant. Quartodecimo, ardebit cælum & terra, scilicet superficies terræ & æris. Quinto decimo, fiet cælum nouum, & terra noua, & resurgēt omnes. ¶ Et possunt assignari sex causæ, quare signa iudicii præcedant. Prima, ut magnum malum futurum nuntiēt, Greg. in homil. illius Euangelii, Erunt signa in Sole, &c. Quid terrores quos cernimus, nisi sequentis iræ præcones dixerimus. ¶ Item in homilia illius Euangelii, Cū audieritis prælia, & uita tribulatio multas tribulationibus præuenitur, & per crebra mala quæ præueniunt indicantur mala perpetua quæ subsequentur. Et subdit Greg. Multa debet mala præcurrere, ut malum ualeant sine fine nuntiare. Secunda causa est, quam tangit Grego. in eadē homil. dicens: Quia in cunctis delinquimus, in cunctis ferimur. Et subdit: Omnia quæ ad usum uitæ accepimus, ad usum conuertimus culpæ: sed cuncta quæ ad usum prauitatis infleximus,

mus, ad usum nobis cōuertitur ultionis. Tertiam causam tangit Beda, dicens: Appropinquate suo termino, elementa quasi pauida nutant & tremūt. Quarta causa est, ut scilicet creaturæ ostēdantur paratæ esse ad ulciscendum creatorem de hostibus suis. Imminēte guerra solet fieri armorum ostensio, & faciūt principes ut subditi eorum armati conueniant sic fiet antequā Deus iudiciā sumat de inimicis suis. Sap. 5. Accipiet armaturā zelus illius, & armabit creaturā ad ultionem inimicorum. Eiusdem 16. Creatura tibi factori desermēs exardescet in tormentum aduersus inuitos. Quinta causa tangitur super illud Esaiæ 24. Erubescēt Luna, & confundetur Sol. Glof. Cernens illos qui eius lumine fruebantur nihil dignū Dei bonitate fecisset. Sexta est, ut sint incitamenta doloris. Chrysof. Patres familiās moriente domus eius turbatur, familia plangit & nigris se uestimentis induit. Sic humano genere, propter quod facta sunt omnia, circa finē confusio, rotus destruitur mūdus. Cæli ministria lugent & candore depositio tenebris indignantur. ¶ Quarto, attendenda sunt insignia passionis Christi: scilicet crux clauis, lancea quæ ante iudicem erūt, & in carne eius uidebūt cicatrices, ut uideant in quem pupugerūt. Zach. 9. & Apocal. 1. Tunc peccatoribus exprobrabitur magnū beneficium eis exhibitum, scilicet

beneficiū passionis Christi, & requiret Christus mortē suam ab eis tanquam pretiū, quod pro eis dedit, cū seipos ei abstulerint, quos ita carē emerat: & ostendetur magna ingratitudo eorū qui semel crucifixi pro eis iterū crucifixerunt. Hebr. 6. Rursus crucifigentes in semetipsis filium Dei. Vnde multū cōfundentur, insignia passionis Christi uidentes. Matt. 24. Tunc apparebit signū filii hominis in cælo. Chrysof. Non erit tunc necessitas accusationis, cū uiderint crucem, & ipsum Christum habentem in corpore suo testimonia passionis. ¶ Quinto, attendenda est curiæ illius magnitudo corā, qua reprobi confundentur. Totus enim mūdus erit congregatus ibi. Ioël. 2. Congregabo omnes gētes, & deducam eas in uallem Iosaphat, & discerpabo cum eis. Matt. 25. Sedebit super sedem maiestatis suæ, & cōgregabūt ante eum omnes gentes. ad Rom. 14. Omnes stabimus ante tribunal Christi. Canon. Iuda: Ecce uenit Dominus in sanctis millibus facere iudicium, &c. ¶ Sexto, iudicis summa potestas à qua nō licebit appellare. Non est qui de manu eius possit eruere. Iob 10. ¶ Septimo, iudicis perspicacitas, qui in eis quæ modo uideāt esse iustitiæ, iniustitiā agnosceat. In Psal. Cūm accipero tēpus, ego iustitias iudicabo. Hīd. Ad districti examen iudicis, nec iustitia iusti secura

est, nisi pietate diuina, ut & ipsa iustitia, qua quisq; iustus est, Deo iustificata, nec iustificetur. Iudex ille non solum magna, sed etiam parua, quæ nunc uilipenduntur, in iudiciũ adducet. Eccl. 12. Cuncta quæ sũt, adducet Deus in iudiciũ. Et super illud Iob 31. Nonne ipse cõsiderat uias meas, &c. dicit Glos. Sic Deus uniuscuiusq; uias cõsiderat: sic gressus dinumerat, ut nec minutissimã cogitationis eius iudicio, nec uerba tenuissima quæ apud nos usu uulnerũ, indiscussa remaneant. De cogitationibus dicitur Sapi. 6. Itẽ cogitationes uestras scrutabitur. De uerbis Matth. 12. De omni uerbo otioso quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudiciũ. Etiã de tẽpore quod hodie multũ uilipenditur, ratio exigetur. Bern. Omne tempus tibi impensum, requiretur qualiter fuerit à te expẽsum. Idẽ: Sicut capillus non perit de capite: ita nec momentũ peribit de tempore. Iudex scrutabitur Ierusalem in lucernis. Sophon. 1. Nec solum exiget rationẽ de peccatis propriis, sed quodammodo de alienis. Genes. 4. Vbi est Abel frater tuus? Ezech. 3. & 33. Sanguinem eius de manu tua requirã. Iudex rationem exiget etiam de bonis quæ ipse homini cõmisit, siue sint bona naturæ, siue fortunæ, siue gratiæ, & de malis quæ ei dimisit. Item exiget rationem de malis operibus quæ homo commisit, & de bonis operibus

quæ omisit. ¶ Ostendit iudicis inflexibilitas: quia si beata uirgo & omnes angeli, & sancti, & sanctæ rogarent in iudicio pro aliquo qui tunc esset in mortali peccato, iudex nõ exaudiret eos. Pro. uerb. 6. Zelus & furor uiri non parceret in die uindictæ, non acquiesceret cuiusquã precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Chrysof. Tunc ne diuitiæ diuitibus profunt, nec parentes parentibus intercedunt, nec angeli (sicut solebant) pro hominibus faciũt uerbum, quia natura iudicii non recipit misericordiã. Pro. uerb. 11. Non proderũt diuitiæ in die ultionis. ¶ Non, magnus zelus iudicis. De quo zelo in multis locis loquitur Scriptura sacra. Danielis 7. Thronus eius flammæ ignis. Malach. 3. Quis stabit ad uidentem eum? Ipse enim quasi ignis conflans. Sap. 7. Accipiet armaturam zelus eius. Esa. 30. Ardens furor eius, & grauis ad portandũ. Ein. dem 55. Ecce Dominus in igne ueniet. Apocal. 6. Dicent montibus & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronũ, & ab ira agni, secundum Augustinum mallet reprobi omne tormentũ sustinere, quam faciem iudicis irati uidere. ¶ Decimo, causæ magnitudo: magnum enim est de quo erit illud iudicium. Illi enim qui obtinebit in illo iudicio, adiudicabitur regnum æternũ. Ille uerò qui cadet à causa illa, adiudicabitur

abitur morti æternæ. Matth. 25. Ibi hi in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam. ¶ Undecimo, terribilitas sententiæ quæ tonitruum dicitur. Iob 26. Quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? Gregor. in Moral. Quis eius iram toleret, cuius & ipsa non potuit mansuetudo tolerari? Augustinus super Ioan. Qui ceciderũt ad uocem Christi morituri. Ioan. 18. quid facient sub uoce iudicatum? Esaie 30. Labia eius impleta sunt indignatiõẽ, & lingua eius quasi ignis deuorans. Osee 11. Quasi leo rugiet. Amos 4. Leo rugiet, quis non timebit? Zach. 9. Exibit ut fulgur gladius eius. Apocal. 1. & 19. De ore eius gladius ex utraq; parte acutus exibit. Gladius acutus ex utraque parte est sententia, qua anima cum corpore damnatur. ¶ Duodecimo, sententiæ irreuocabilitas. Euolat enim emissum irrevocabile uerbũ iudicis. ¶ Tertiodecimo, multitudo ministrorum ad executionem sententiæ paratissimorum. Matt. 13. In con summatione seculi, mittet Filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis. In eodem: Sic erit in con summatione seculi: exibunt angeli, & separabũt malos de medio iustorũ, & mittent eos in caminum ignis. ¶ Quartodecimo, angustia reproborum. Gregor.

O quam angustæ erũt iudique reprobis uia. Superius erit iudex iratus, subtus horrendum chaos inferni à dextris peccata accusantia, à sinistris infinita dæmonia ad supplicium trahẽtia, intus conscientia urens, foris mundus ardẽs, miser peccator sic deprehensus quod effugiet: Latere erit impossibile, apparere intolerabile. Si quæris, quis te accusat? Dico, totus mũdus: non offenso creatore totus mũdus perditum habet odio. Mũdus persequetur eum flamma & igne. In Psal. Sicut ignis qui cõburit syluã, & sicut flama cõburẽs montes: ita persequeris eos in tẽpestate tua. Item: Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Angustia reproborũ ostenditur Esa. 2. Ingredere in petrã, & abscondere in fossa humo à facie timoris domini. In eodem: Introibunt in speluncas petrarum, & in uoragines terræ à facie formidinis domini. Apoc. 9. In diebus illis quærent homines mortẽ, & non inuenient: & desiderabũt mori, & fugiet mors ab eis. ¶ Quintodecimo, impotentia reproborũ qui non poterunt resistere: sicut nec palea resistere potest igni, uel aliquis ligatus his qui eum ligauerunt. Matt. 3. Paleas comburet igni inextinguibili. Eiusdem 13. In tempore messis dicam messoribus: Colligite primũ zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendũ. Chrysof. Nec resistendi uir-

tus, nec fugiendi facultas, nec poenitentię locus, nec satisfactio nis tempus. Ex angustia omnium rerum nihil remanet nisi iustus. **Matthæi 24.** Tunc plangent omnes tribus terræ. ¶ **Sextodecimo,** defectus auxilii, quia non audebit nec angelus nec aliquis sanctus pro aliquo damnato rogare. Christus qui tantum homines dilexit, quod dedit semetipsum pro eis, ridebit de damnatione eorum. **Proverbiorum 1.** Ego quoque in interitu uestro ridebo. Sancti etiam qui pro salute hominum morti se exposuerunt, letabuntur, quia uidebunt Dei contumeliam uindicari. In **Psal. 134.** Erabit iustus cum uiderit uindictam. Nec compatentur sancti miseriam reproborum. Vnde **gl. super illud Luca 16.** Inter nos & uos magnū chaos firmatum est &c. Iustorum animæ etiam in naturæ suæ bonitate misericordiam habent, iam tunc authoris sui iustitiæ coniunctæ tanta rectitudine cōstringuntur, ut nulla ad reprobos cōpassione moueantur. ¶ **Decimo septimo,** denudatio peccatorū. **Eccle. 11.** In fine hominis denudatio operum illius. **Esa. 47.** Reuelabitur ignominia tua, uidebitur opprobriū tuum. **Ierem. 10.** Confundentur uehementer, quia nō intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur. **Naum 3.** Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. **Matt. 10.**

Nihil opertum quod non reuelatur &c. **1. Corin. 4.** Veniet Deus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. ¶ **Decimo octauo,** aduersarii erunt multi, & fortes aduersabuntur peccatoribus, & angeli, & homines. **Iob 20.** Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra conseruetur aduersus eum. Loquitur de impio. Aduersabuntur eis non solum demones, sed etiam ipsi sancti. **Sapient. 5.** Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustia uentur, & qui abfulerunt labores eorum. Maximi aduersarii erunt peccata quæ damnandos tradent. **Sapient. 4.** Venient in cogitatione peccatorum timidi, & traduent eos ex aduerso iniquitates eorū. ¶ **Decimo nono,** certitudo reatus. Ad certitudinem istam faciet hoc, quod ipse iudex erit testis. Ipso enim uidente peccata sunt commissa. **Hierem. 29.** Ego sum iudex & testis, dicit dominus. **Malac. 3.** Accedat ad uos in iudicio, & ero testis uelox maleficis & adulteris & peruriis. Item ad certitudinem faciet, quod ipsi peccatores habebunt litteras propria manu scriptas in conscientis suis, quæ testificabuntur contra eos. **Danielis 7.** Iudiciū sedet, & libri aperti sunt. **Libri,** inquam, conscientiarum. **Apocal. 20.** Iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, secundum opera eorum. ¶ **Uigesimo,** uirtutum cælestium commotio.

Matth.

Matth. 24. Virtutes cælorum mouebuntur. **Chryso.** Si rex terrenus processurus contra aliquem, expeditionem mandat in populo, dignitates omnes mouentur, exercitus excitatur, tota ciuitas seruet: quanto magis reges cælesti exigente iudicare uiuos & mortuos, angelicę uirtutes commouentur, terribiles ministri terribiliorem dominum præcedentes. **Iob 26.** Columnę cæli contrémiscunt, & pauent ad nutū eius. **Interl.** Non timore pœnali, sed admiratione. **Hierony.** Quid faciet uirgula deserti, ubi concutitur cædrus paradisi? Ad hoc iudicium ualde districtū pensandū est in præsentia, ut rationem reddamus corā uicariis Christi. In **Psal.** Beati qui custodiunt iudicium, & faciūt iustitiam in omni tempore. Hęc computatio frequenter faciendā esset, & strictē frequenter propter labilitatem memorię. **Bern.** Computatio dilata, multa facit obliuisci. **Strictē,** ne minima prætereantur. **Matthæi 10.** Omnes capilli capitis uestri numerati sunt. Ex hoc quod nō cogitatur hoc iudicium multa mala proueniunt. In **Psal.** Inquinatæ sunt uirgule illius in omni tempore. Et subditur causa: Auferrunt iudicia tua a facie eius. **Proverb. 28.** Viri iniqui non cogitant iudicium: qui autem requirunt dominū, animaduertunt omnia. **Eccle. 18.** Ante iudicium interroga te ipsum. Cogitandum esset illud iudicium cum aliquid

graue pro Deo toleratur. **Greg.** in homil. Illum diem fratres charissimi, illū ante oculos ponite, & quicquid modo graue cernitur, in eius compassione uigetur.

¶ *De pœnis inferni.*

D V O D E C I M O, ualere potest ad incutiendum timorem consideratio pœnarum futurarū. Circa quas multa attendenda sunt. ¶ **Primū** est, acerbitas earū. Grauisima enim pœna quę in hoc mundo toleratur, minor est etiā pœna purgatorii. **Aug.** Mirum modo licet æternus non sit, grauis est ignis ille: exuperat enim omnem pœnam quam aliquis in hoc mundo perpessus est. Secundum est, pœnarum diuersitas, & inueniuntur in Sacra scriptura non uem pœnæ. Prima est, ignis. **Secūda,** uermis. de quibus **Esa. ult.** Vermis eorum nō morietur, & ignis eorum non extinguetur. **Iudith 16.** Dabit eis ignem, & uermes in carnes eorum, ut urantur & sentiant usque in sempiternum. **Iob 20.** Deuorauit eum ignis qui nō succenditur. Non est necesse, quod ignis ille succendatur, cum nunquam extingatur. **Eccles. 7.** Vindicta carnis impij, ignis, & uermis. **Eiusdem 21.** Stupa collecta synagoga peccatorum, & consummatio eorum flamma ignis. **Apocal. 10.** Qui non est inuentus in libro uite scriptus, missus est in flagnū ignis. **Matt. 5.** Discede a me maledicti in ignē eternū. **Luce 16.** Crucior in hac flamma, ait diues epulo. ¶ **Tertia** est,

P 4 factos

fœtor quasi sulphuris. In Psalm. Ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Esa 30. Flatus domini quasi torrens sulphuris succendens eam. Apocal. 21. Pars illorum erit in stagno ardenti, igne & sulphure. ¶ Quarta erit frigus. Matt. 13. Ibi erit fletus & stridor dentium. Stridor dentium solet sequi frigus. Iob. 24. Ad nimium calorem transient ab aquis inuium. ¶ Quinta, erit fames. Esa. 65. Serui mei comedent, & uos esurietis: erit ibi tanta inopia quod nec unam guttam aquæ habere poterunt, ut pater in diuite epulone in inferno sepulto. Lucæ 16. & Iob 27. Apprehendet eum quasi aqua inopia, ubi dicit glo. Diues in inferno, cogente inopia, usque ad minima petenda perductus est, qui sua tenacitate usque ad minima neganda pauperibus restrictus est. Item Gregorius: Guttam petiit qui micam negauit. Ibi erit tantus defectus boni, ut mors quæ in mundo isto præ cæteris timeatur, ab hominibus desideretur. Apocalyp. 9. Desiderabunt homines mortem, & mors fugiet ab eis. Ibi habebit locum illud Ecclæ. 41. O mors quam bonum est iudicium tuum? Vilius esset homini si tunc se interficere posset, quam si posset interficere diabolum: quia diabolo interfecto non cessaret cruciatus eorum. Ibi erunt septem anni magnæ penurix obliuisci facientes abundantiam præsentis uitæ. Genes. 41. Maxima penuria quæ erit ibi, erit

penuratio diuinæ uisionis. Greg. in Moralib. Fames interficit, quia suam faciem illis redemptor abscondit. ¶ Sexta poena erit tortorum. De qua Matth. 18. Tradidit eum tortoribus, donec redderet omne debitum. ¶ Septima erit horror, tam loci, quam demonum. Iob 10. Ibi nullus ordo, sed semper æternus horror inhabitat. Eiusdem 20. Vadent, & ueniunt super eum horribiles. Si tantum horrorem habet homo, quando uidet in præsentis unum daemone, quantum horror erit ubi tot horribiles apparebunt & magis horribiles, ut uidetur, quam appareat in præsentis? Si unus de ministris carceris infernalis tantum habet horrorem, quid habebit horrore ipse carcer? ¶ Octaua poena & nona, erunt tenebræ & uincula. De quibus Matth. 22. Ligatis manibus eius, proiicite eum in tenebras exteriores, secundum Grego. in Moral. ignis infernalis conformationem habet, sed lumen non habet, & non solum erit ibi penarum uarietas, sed earum contrarietas. Gregor. Horrendo modo tunc erit miseris dolor cum formidine, flamma cum obscuritate, & in eorum interitum ipsa à suis qualitatibus tormenta discordant, quia à conditoris uoluntate dum uiuerent discrepabant. Fit miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia mors semper uiuit, & finis semper incipit, & defectus deficiere uescit. Mors perimit & ex-

tinguit,

tinguit, dolor cruciat & pauorem non fugat, flamma comburrit, sed tenebras non discutit: quia enim cum diabolo contra suum creatorem concordarunt, creaturæ contrariæ conuenient ad eorum poenas. Item Greg. Semper æternus horror inhabitat: quia eius ignibus traditi, in supplicii dolorem sentiunt, & in doloris angustia pulsati, semper pauore feriuntur, ut & quod timeant tolerant, ut & quod timeant tolerant sine cessatione pertimescant. ¶ Tertium, attendendum circa poenas est earum diuturnitas. Matthæi 15. Ite maledictus in ignem æternum. Diuturnitas poenæ multum affliget reprobos. Satis facile est tacere in uno lecto suauiter & mundo: & tamen si alicui posito in tali lecto diceretur, iace, & quiesce, quia oportebit te ibi iacere XX. annis: ipse responderet. Potius uellem esse mortuus. Quid ergo erit de illo qui erit in igne ardenti, & sciet se mansurum ibi non tantum per XX. annos, uel centum uel mille, sed per infinita secula seculorum? In hac meditatione dicitur fuisse conuersus Falco, qui postea fuit episcopus Tholosanus. Esaïæ 33. Quis poterit habitare cum ardoribus sempiternis? Iob. 20. Luet qui fecit omnia, nec tamen consumetur. glof. Ut sine fine crucietur, uiuere sine fine compellitur. Interl. Cuius uita mortua fuit in culpa, eius mors uiuet in poena. August. 19. libr. de

Ciuit. Dei. Ibi dolor permanet ut affligat, & natura perdurat: ut sentiat: quia utrumque non deficit, nec poena deficiet. ¶ Quartum est, poenæ uersalitas. Vni uersæ enim partes hominis post diem iudicii erunt in igne. Cum aliquis non posset sustinere ignem in minima parte digiti per unam horam, quantum erit dolor quando totus homo erit in igne æternaliter? Augustin. 13. libr. de Ciuit. Dei: Nunquam erit homini peius in morte, quam ubi erit mors sine morte. Hierony. Tanta in inferno erit uis doloris, quod mens ad aliud dirigi non poterit, nisi ad id quod uis doloris impellit. Signum huius doloris est, quod dominus toties in Euangelio dicit, ubi erit fletus, & stridor dentium. Matth. 13. & 22. & 25. Si singulis diebus in quibus erunt damnati in inferno, fletent unicum lacrymam materialem, plus exiret aquæ processu temporis ab uno damnato, quam omnia uasa huius mundi caperent. Quod patet ex hoc, quod omnia uasa huius mundi finita sunt & numero, & magnitudine: infinitis uero diebus erunt reprobi in inferno. ¶ Quintum est, consolationis defectus. Bern. Quid erit cum se uiderit illa miseranda conditio omni consolatione nudatam in illas tenebras exteriores excuti, & ab illa beatorum ecclesia perpetua excommunicatione excludi? ¶ Sextum est, poenarum infernalium inutilitas. Præsens poena est

P 5 breuis,

breuis, & leuis, & fructuosa: sed futura est longa, & grauis, & infuctuosa: quia si aliquis flet in inferno tantum lacrymarum quantum est aquae in toto mundo, non sufficeret ad ablutionem peccati inuisibilis. Plus virtutis haberet hic lacryma, quam omnes ille. Augustin. de Fide, ad Petrum: In inferno etsi erit simul poenitentia, nulla erit ibi correctio uoluntatis, à quibus imculpatur iniquitas sua, ut nullatenus possit ab eis uel diligi uel desiderari iustitia. ¶ Præter prædicta notandum, quod malis dolor ueniet ex diuersis causis. Primo, ex bonorum temporalium amissione. In Psal. Quum interierit, non sumet omnia, neque descendet, cum eo gloria eius. Secundo, ex hoc quod tempus merendi transit. Ierem. 8. Transit ætas, finita est mensis, & nos saluati non sumus. Tertio, ex amissione æternæ gloriæ. In Psal. Pones eos ut cilicium ignis in tempore uultus tui, id est, dum sancti uultum uel faciem tuam uidebunt. Chrysostomus: Omnes gehennæ superat cruciatus, carere bonis quibus in potestate habueris perfrui. Quarto, ex praua societate. Socios enim habebunt demones horribiles, & homines igne infernali exustos. Esa. 13. Vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ uultus eorum. Naum 2. Facies omnes sicut nigredo ollæ. Ioel. 2. Omnes uultus eius redigentur in ollam. Quin-

to, ex loci qualitate, qui erit tenebrosus & fumosus, quod ualde graue erit diuicibus qui in præfenti domos uolebant habere sine fumo. Esaia 65. Ibi sumierunt in furore meo.

De dono pietatis. PARS IIII.
Donum Pietatis ascendens. Do est post donum. Timotheus. Aug. in quodam sermone de Timore: Esayas sapientiæ adiunxit intellectum, tanquam querentibus, unde ad sapientiæ ueniretur: Responderet, Ad intellectum. Unde ad intellectum. A consilio. Unde ad consilium? A fortitudine. Unde ad fortitudinem? A scientia. Unde ad scientiam? A pietate. Unde ad pietatem? A timore. Greg. super illud Iob stabant filii eius, &c. uidetur uelle, quod pietas prouertur est unum de septem donis, pro misericordia sumatur. Dicit enim, Pietas opera misericordiae docet. Et paulo post dicitur in eadem glo. Pietas sine scientia discretione quomodo misereatur, ignorat. Gl. uero super 5. Matt. uidetur uelle, quod Pietas sumatur pro cultu Dei, seu pro ueneratione rerum sacrarum. Dicit enim: Secunda est pietas, quæ conuenit mitibus: qui enim pietatem querit, honorat sancta. Et idem uidetur Augustinus cum Greg. sensisse: quia secundum Aug. pietas hominem inquit Dei subiicit, tanquam animal mansuetum. Sicut timor iugum diaboli abiicit, sic pietas Deum collum honorari facit. Et adaptatur donum timoris humilitati seu pauper-

um spiritus, quæ laqueos diaboli euadit: pietas uero mansuetudini. unde dicit Augustinus. In timore contritum & humiliatum sacrificatur Deo. Unde ascenditur ad pietatem ut non resistatur uoluntati eius ut dicatur, Non quod ego uolo, sed quod tu. In timore Dei. Beati pauperes spiritu. In pietate uero. Beati mansueti. Et secundum ueritatem misericordiam & uenerationem sanctorum concomitatur se. Misericors enim Deum ueneratur in paupere: immanis uero Deum in paupere despicit. Proverb. 14. Qui calumniatur egenam, exprobrat factori suo: honorat autem eum, qui miseretur pauperis. Honorantur etiam angelus in pauperibus, quum pauperes honorantur propter angelos eis ad custodiam deputatos, & continentur angelis in contemptu pauperum. Matt. 18. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis, quia angeli eorum in caelis semper uident faciem Patris mei, qui in caelis est. ¶ Et notandum, quod aliis quibus uidetur pietas prout est donum, differre à misericordia in hoc, quod pietas respicit spirituales necessitates, misericordia uero respicit corporales necessitates. Occasiones uero sic distinguendæ sunt, ex eo quod dicit glossa super illud 1. Timot. 4. Pietas ad omnia utilis. Omnis summa disciplina Christianæ consistit in pietate & misericordia. Connumeratur enim ibi misericordia & pietas tanquam di-

uersa. Aliquibus etiam uidetur quod pietas releuando misericordiam proximi procedat ex principiis fidei, misericordia uero procedat ex principiis iuris naturalis. ¶ Misericordia dat pauperi eleemosynam, quia frater noster est naturalis eiusdem speciei nobilitatis pietas uero dat eleemosynam, quia filius Dei est, uel membrum corporis Christi: uel quia Christus reputat sibi fieri quod fit pauperibus. De misericordia & ueneratione sacrarum rerum & creatoris & creaturarum, habitum est in tractatu de iustitia: ideo de dono pietatis breuiter hic pertransimus.

De dono Scientiæ. PARS V.
Scientia, prout donum est, sic uidetur posse describi: Scientia est humanarum rerum cognitio, saluberrimæ fidei deseruens. Et sumitur hæc descriptio ex uerbis Aug. 14. lib. de Trinitate: Philosophi, inquit, disputantes de sapientia, distinerunt eam, dicentes: Sapientia est rerum humanarum diuinarumque scientia. Ego quoque utrarumque cognitionem, id est, diuinarum & humanarum, & sapientiam & scientiam dici posse non nego, uerum iuxta distinctionem Apostoli 1. ad Cor. 12. Alii datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ. Illa distinctio diuidenda est, ut rerum diuinarum cognitio proprie sapientia nuncupetur: humanarum uero cognitio, proprie scientiæ nomen obtineat. Nunc quicquid sciri ab homine

homine potest in rebus humanis, ubi plurimū superuacuae uanitatis & noxiæ curiositatis est, huic scientiæ tribuo: sed illud tantum quo fides saluberrima quæ ad ueram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, roboratur, defenditur. Potest etiam sic describi: Scientia est lumen hominem dirigens in actione uel usu temporalium. Augu. super 1. ad Cor. 13. r. Sapientia est in contemplatione æternorum, scientia est in actione temporalium. Item Augu. Distat ab æternorum contemplatione actio, qua bene utimur temporalibus rebus: & illa sapientiæ, hæc scientiæ deputatur. Item Augu. in lib. de Trinitate: Hæc est, inquit, sapientiæ & scientiæ recta distinctio, ut ad sapientiam pertineat æternarum rerum cognitio intellectualis: ad scientiam uero temporalium rerum, cognitio rationalis. Aliquibus tamen uidetur quod scientia prout donum est, dicatur cognitio boni & mali. Vnde secundum eos ad donum scientiæ pertinet discernere quæ sint uera bona & uera mala, & quæ sint umbræ uerorum bonorum & malorum. Item ad donum scientiæ pertinet discernere inter maiora bona & minora, & maiora mala & minora. Augu. in sermone de Timotheo & pietate: Merebuntur scientiæ gradum, ut nouerint mala de quibus fleuerunt, scilicet, mala culpæ: & in quo malo sint huic peregrinationis & mortali-

tatis, etiam quum felicitas secularis arridet. Item Augu. in lib. de doctrina Christiana, loquens de hac scientia, dicit quod facit hominem interius lametantem, non exterius se iactantem. Eccl. 1. Qui addit scientiam, addit & laborem. Et super illud: Beati qui ligent Matt. 5. dicit gl. Pii scientiæ spiritu illustrantur, ut scient quibus malis inuoluantur. ¶ Et notandum, quod mala in quibus sumus in hoc exilio, quæ ad donum scientiæ pertinent, quædam sunt ex parte animæ, quædam ex parte corporis, quædam ex parte proximorum, quædam ex parte demonum, quædam ex parte corporum subiectarum. Ex parte animæ sumus quantum ad uim rationabilem in Aegypto tenerarum, ubi multis plagis percussimus, sicut Aegyptus multis plagis percussa est. Quantum uero ad uim concupiscibilem, sumus quasi in mari rubro, ubi uariis fluxibus concupisceniarum sibi inuicem succedunt, ubi etiã fœtor & fœdeditudo carnalis uoluptatis est. Voluptas carnalis est uelut aqua falsa, sitim pronocans, non sedans. Ioan. 3. Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Quantum uero ad uim irascibilem, sumus in deserto, ubi serpentes igniti sunt, scilicet mortis iræ. In deserto isto aquæ dulces non inueniuntur. Et sicut filii Israhel Aegyptum reliquerunt, & mare rubrum, & desertum transierunt antequam ad terram promissionis peruenirent.

nirent

nirent: sic tenebras ignorantie oportet relinquere, & carnales uoluptates contemnere, & ferocitatem deponere antequam ad tranquillitatem cōscientiæ pertingamus. Ex parte uero corporis in multis malis sumus. Corpus enim est uelut grauis sarcina ipsi spiritui. Sapiē. 10. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Item est uelut domus ruinosa & perfillās. Proverbi. 11. 19. Tecta ingiter perfillantia, litigiosa mulier, caro scilicet. Eiusdem 27. Tecta perfillantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparantur. Item est ut seruus maleuolus. Ecclesiast. 33. Seruo maleuolus tortura & compedes. Et est ut equus indomitus. Eccle. 30. Equus indomitus euadet durius. Et est ut falsus amicus. Ecclesiast. 6. Est amicus secundum temerum suum, & non permanebit in die tribulationis. In eodem: Est amicus qui conuertitur ad inimicitiam. Item: Est amicus socius mela, & non permanebit in die necessitatis. Item corpus est malus cōsiliarius. Eccl. 37. A cōsiliario malo serua animam tuam. Et est hostis domesticus. Sapiēs: Nulla pestis efficacior est ad nocendum, quam familiaris inimicus. Ex parte etiã proximorum sumus in multis malis. Ipsi enim impellunt nos ad mortē. Sen. in epist. Inuitum alter alterum tradimus, quomodo autē renocari ad salutem possunt quos nemo retinet, populus impellit. Interrogatus qui-

dam philosophus, quid esset inimicissimū homini, respōdit. Alter homo. Periculosus est homini uenire inter homines, quàm inter lupos. Lupus solo ore nocet: homo uero nō solo ore, nec etiam minus ore, quàm lupo nocet. Lupus nocet corpori: homo uero nocet animæ. Multi homines sunt uelut serpentes igniuo, ignē infernale spirantes. Iac. 3. Lingua nostra ignis est uniuersifans iniquitatis. Et paulō post dicitur quod inflammat rotam mutationis nostre inflammata à gehenna: id est, inflammat uitā nostram instabilem à suggestionē diaboli inflammata. Quum aliquis uenit inter homines, periculum est ei & audire & audiri. Bern. Detrahere, uel detrahentē audire, quod horum damnabilis, non facile dixerim. Itē periculosum est & uidere & uideri: oculi enim hominum quasi uim fascino habent, bona multorum quo ad ualorē sæpe ad nihilant. Ipsi etiam ad modum basilisci, solo uisu multos interficiunt: illos scilicet qui sunt cupidi uanæ gloriæ & uanæ laudis. De malis in quibus sumus respectu demonum, require in tractatu de Patientia. cap. de Sufferentia tentationū. Ibi enim dictum est de deceptionibus & impugnationibus demonum. ¶ Ex parte rerum inferiorum in multis malis sumus. Laquei enim sunt nobis res illæ. Vnde uerē possumus dicere, quod laqueos comedimus,

mus, bibimus, & uestimus. Cibo enim & potu & uestibus multis multi à Diabolo capiuntur. Sapient. 14. Creaturae Dei in odiū factae sunt, & in tentationem animae hominum, & in mulpulam pedibus insipientium. Item ad donum scientiae pertinet cognoscere infirmitatem peccati originalis. Cui infirmitati attestatur corruptio palati interioris, quae facit ut mala homini sapiat & bona desipiant. Sicut enim mala dispositio palati corporis indicat infirmitatem corporalem: sic mala dispositio palati interioris infirmitatem spiritualem. Infirmitas originalis uelut lepra est, propter quam aliquis desicitur extra castra electorum, quasi indignus eorum consortio. Vnde qui decedunt non baptizati, non admittuntur in ignem purgatorii. Item ad donū scientiae pertinet agnoscere uarias infirmitates spirituales similes infirmitatibus corporalibus, quae in hominibus inueniuntur. In aliquibus febris spiritualis est, ut in illis qui ardore luxuriae uexantur. Quae febris figurata est Io. 4. in febre filii reguli, qui infirmabatur Ca-pharnaum: in uilla scilicet pinguedinis. Aliqui paralyti laborant spirituali, quorum sanatio figurata est in curatione paralytici. Matt. 9. Aliqui melancholia laborant, qui semper lugubres sunt, habentes seculi tristitia quae mortem operatur. 2. ad Cor. 7. Aliqui sunt uelut phrenetici, gauden-

tes quādo esset flendum. Aliqui spirituali hydropisi laborant, in quibus sitis cupiditatis sedari non potest: quorum figurā tenet hydro-picus, quem dominus sanauit. Lucā 14. Aliqui adeo incuruati sunt ad bona temporalia, quod cor suum ad caelestia erigere non possunt. Quorum infirmitas figurata est in infirmitate mulieris, quae erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere, quam dominus sanauit. Luc. 13. Aliqui ad modū insanorum se reges aut principes esse credunt, & mirabiliter gaudēt, quia habent insignia dignitatis uel honoris: quomodo secundum ueritatem contemptibiles sunt, & indigni etiam cibo quo uescuntur. Aliqui ad modum maniacorum trepidant, ubi trepidandum non esset. Iob 15. Sonitus terroris in auribus eius: & cum sit pax, ille semper insidias suspiciatur. Item ad donū scientiae pertinet discernere inter uitam ueram & non ueram, & inter ueram mortē & non ueram. Vera mors, est mors gehennae: & causa eius, scilicet peccatum. August. Vera mors est quam homines non timent, separatio animae à Deo. Vera uita est cōmuniō animae cū Deo, uel per gratiam, uel per gloriā. Item ad donū scientiae pertinet agnoscere breuitatem praesentis uitae. Iaco. 4. Quid est uita nostra? Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Iob 7. Memento quia uentus est uita

mea.

mea. Item ad scientiam pertinet agnoscere amaritudinē praesentis uitae. Iob 14. Homo natus de muliere breui uiuens tempore repletur multis miseris. Eccles. 30. Melior est mors, quam uita amara. Item pericula huius uitae. Iob 7. Militia est uita hominis super terram. Alia litera habet tentatio. Scientiae etiam attribuitur abstinere à malis, & liberari à malis. Iob 17. secundum aliam literam. Abstinere à malis est scientia. Proterbiorum 11. Iusti autem liberabuntur scientia. Item ad donum scientiae pertinet discretio maiorum bonorum & minorum. Discretio multis deest, qui habentes zelum Dei non secundum scientiam, minima bona magno amore amplectuntur, maxima negligentes. Donum scientiae ostendit spiritualem compassionem praeferenda esse corporali, & prius occurrendū mortuis & dānis spiritualibus, quam corporalibus: prius parcendas esse animas & uestiendas, quam corpora: & prius edificandū templum Dei uiuum lapidibus uiuis, quam templum forinsecum de lapidibus non uiuis, & amplius studeat esse decori templi spiritualis quam materialis. Minima tamē bona non esse negligenda. Math. 23. Haec oportuit facere, & illa non omittere. Item ad donum scientiae pertinet agnoscere deceptiones quas bona praesentia faciunt amatoribus suis. Creditur enim ueram suauitatem

esse in eis, cum e contrario eos pungant. Vnde dominus uocat eas spinas. Matt. 23. Item credunt ueram abundantiam seu sufficientiam esse ex eis, cum e contrario eos potius exinaniant. Luc. 1. Diuites dimisit inanes. Item credunt honorem & gloriam ex eis habere, cum e contrario eos in seruitutem uilem redigat. Vnde in Psal. uocantur uiri diuitiarum, qui nihil inueniunt in manibus suis. Vnde sequitur, Imagines eorum ad nihilum rediges. De distinctione scientiae à fide, prudentia, consilio, & intellectu, require in tractatu de Fide. cap. de commendatione fidei. Item in tractatu de Prudentia, ubi agitur de speciebus Prudentiae.

De dono Fortitudinis.

P A R S V I.

Post donum scientiae tangendum est de dono fortitudinis, unde August. postquam locutus est de scientia quae facit homines lugentes, subdit: Inde assurgunt ad fortitudinem, ut mundus eis crucifigatur & ipsi mundo. Gal. 6. & toleretur fames sitisq; iustitia. Postquam aliquis abiicit iugū diaboli per tumorem humiliantem, & mansuetē portat suae iugum Christi per pietatē, & agnoscens mala huius exilii, iustū gaudio praeelegit, ipse est crucifixus suae mortuus mundo, & mundus mortuus ei. Ipse nec bona mundi concupiscit, nec mala pertimescit. Iustitiae uiuere uult, eam esurit & sitit, & ad eam fortis

fortis est. De fortitudine dicit gl. Greg. super illud Iob. 1. Faciebant cōiunia per domos, &c. Fortitudo in die suo pascit, dum confidentiā cōtra aduersa trepidanti dat. Idē in ead. gl. Vile est consiliū sine fortitudine, quia quod tractādo inuenit, sine uiribus ad actum non perducit. Item super illud Iob. 1. Consurgensq; diluculo offerebat, &c. dicit gl. Offert per singulos, dum pro unaquaq; uirtute Deo preces immolat, ne sapientia eleuet, ne intellectus erret, ne consiliū dum se multiplicat confundat, ne fortitudo per fiducia precipitet, ne scientia inflat, ne pietas extra rectum uertat, ne timor plus iusto trepidans desperet. Dicunt aliqui fortitudinem prout donum est, in hoc differre à fortitudine cardinali uirtute, quòd fortitudo uirtus cardinalis est circa arduū naturę impliciter. Fortitudo uerò donum est circa arduum naturę etiam adiuta à gratia: ut est, Relinquere omnia, & similia, quę propter sui difficultatem uel arduitatem non sunt in præcepto. De fortitudine, require in tractatu de Virtutibus cardinalibus.

De dono consilij. PARS VII.
Post donum fortitudinis, dicendum est de dono consilij. Vnde Augu. postquā locutus est de fortitudine, subdit: Veruntamen si qua delicta minutatim surtimque subrepunt, deesse consiliū nō debet. Neq; enim tantum potest fortitudinis gradus,

ut qui cū astutissimo aduersario cōtinua certatione cōsigit, non aliquando feriat, maxime per tentationes lingua. Quod est ergo consiliū, nisi, Dimittite, & dimittetur uobis? Luc. 6. Et ideo quinta beatitudo est, Beati mite ricordes. Idem in lib. de fide ad Petrum, Firmissimè tene, etiam iustos & sanctos homines, exceptis illis qui paruuli baptizati sunt, sine peccato hic neminē uiuere posse, semperq; omni homini esse necessariū & peccata sua usq; in finem uitę præsentis elemosynis diluere, & remissionē à Deo humiliter & ueraciter postulare. De dono consilij dicit Greg. sup. 1. Iob. Consiliū in die suo pascit, dū ratione animū implet, prohibens esse precipitem. Idem in eadē glo. Fortitudo quę plus potest sine moderamine rationis, præceptis ruit: ut patēt in eo qui nouet quod post præ difficultate non implet. Prou. 20. Ruina est hominē deuotare sanctos, & post nota retractare. ¶ Et notandū quòd nomē consilij quādoque largē, quandoq; strictē sumitur. Prout largē sumitur consiliū, est examinata seu excogitata ratio alicuius faciendi uel nō faciēdi. Rationē hic intelligas opus rationis, scilicet responsionem rationabilē certificantē eū qui petit consiliū. Strictē uerò sumptū dicitur consiliū, Dei uoluntas ad quam non constringimur impetio propter eius arduitatem uel difficultatē, sed est in potestate

nostra

nostra ut impleamus illud, uel nō impleamus. Bern. ad fratres de monte Dei, Nō est uesterū latere circa cōmunia præcepta, quere circa cōmunia præcepta, nec attendere quid Deus præcipiat, sed qd uelit, probātes quę sūt Dei uolūtas, beneplacens & perfecta. De hoc consilio. intelligitur uerbū Aug. dicens: Si consilio uti uolueris, minus boni adipisceris, nō nisi aliquid perpetrabis. Consiliū sic sumptū, illuminatione diuina est. Sen. in epist. Bonus uir sine Deo nemo est. Nō potest aliquis supra fortunā, nisi ab illo adiutus exurgere. Ille dat magnifica consilia & reserua. Tanta fuerūt quę attulit in mundū istū sapiētia Dei patris. Esa. 9. Vocabitur nomē eius, admirabilis, consiliarius. Ista sunt consilia pacis quę attulit rex pacificus. De quibus Prou. 12. Qui inuenit pacis consilia, sequitur eos gaudū. Vnde consiliū pacis est adrenuntiatio diuitiarū. Senec. Quiescissimē uiuēt homines, si hæc duo uerba tollerētur, meū & tuum. Hoc consiliū habetur Math. 19. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quę habes &c. Aliud consiliū pacis est de continentia. De quō consilio Mat. 19. discipulis dicens, Si ita est causa hominis cū uxore, nō expedit nubere. Dicit Christus, Nō omnes capiūt uerbum istud, sed quibus datū est. Et subdit: Qui potest capere, capiat. Qui intendit deliciis carnis, nō habet pacē; quā caro sit mulier

litigiosa. Prouer. 15. & 27. Aliud consiliū pacis, est consiliū de patientia. Sine patientia nō habetur uera pax, patientia cedendo persecutori pacē sibi seruat, Sicut dicitur ungariter, Nō qui percutit, sed qui repercutit bellum facit. Non potest esse bellū si unus iniuriā ab alio sibi illatam patiēter portat. Aliud consiliū pacis est consiliū de humilitate. Humilitas est uirtus Christi, in qua pax fit. In Psalm. Fiat pax in uirtute tua. Humilitas cum his qui oderunt pacem, est pacifica: scilicet cū superbia. Ipsa nulli molesta est, nullū cōprimat uel angustat. Ipsa est uelut quoddam inane & uacuum spirituale, ubi sine contradictione super^o se dilatat. Ipsa timori alieno non obstitit: sed sicut corpora concaua intra concauitatem suā corpora tumida recipiūt: sic humilitas molestiam superbo illatam infra sinū profunditatis suę recipit. ¶ Et notandum qd consiliū Christi à multis despicitur. Luc. 7. Pharisei & legisperiti consiliū Dei spreuerunt in semetipsis. In Psalm. Nō sustinuerunt consiliū. ¶ Itē notandum quòd consiliū sicut & prudentia de faciendis est. Et est consiliū de his quę sunt ad finem. Damascenus: Ad finem est quod consiliabile est. De differentia uero consilij & prudentię, require in tracta. de Prudentia, ubi agitur de speciebus prudentię. Item notandum quòd consiliū

Q lium

liū quatuor attendit: expediens, facile, certum, tutum, & cōtraria his, scilicet damnosum, difficile, incertū & periculosum: qui consiliū dat aliis paribus, expediēs debet prapōnere damnofo, facile difficili, certū incerto, tutū periculoso. ¶ Item notandū q̄ quidam dicūt, ad donū consilii pertinere an sit operandum: ad prudentiā uerō, qualiter sit operandū. ¶ Item notandū quod in quibusdā inuenitur aliquid simile dono consilii per experientiam multam. Ecclesia. 34. Vir in multis expertus, cogitabit multa. Itē: Qui nō est expertus, pauca recognoscit. Sed illa experientia non est uerē donum cōsilii. Consilium enim lumen est cælestē, excellentius quā lumen prudentiæ, cum ipsam prudentiam rectificet. Per donū enim consilii declinat prudentia ne eam pōniteat. Eccl. 32. Fili, sine consilio nihil facias, & post factum nō pōnitebis. ¶ Item notandum q̄ circa consilium sunt quinque commendabilia. ¶ Primum est, gratia consiliū requirendi, quæ est in eo qui non est præceptus ad operandū. Prouer. 19. Qui festinus est pedibus offendet. ¶ Secundum est, gratia consiliarium eligēdi. ¶ Tertium, gratia dandi consiliū. ¶ Quartum, gratia examinandi cōsilii. ¶ Quintū est, gratia acquiescēdi consilio. De primo legitur Tob. 4. Consiliū semper à sapiēte require. Prouer. 11. Vbi nō est

gubernator, corrūit populus: salus autem, ubi multa consilia. Simile eiusdem 24. Erit salus ubi multa consilia sunt. Eiusdem 13. Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est, aperiet stultitiam. Itē 15. Dissipantur cogitationes ubi non est consiliū: ubi uerō plures consiliarii, confirmantur. Eiusdem 20. Cogitationes consilii roboratur, & gubernaculis tractanda sunt bella, Cogitationes hic intelligas proposita quæ cōcipiūtur, quæ consiliis perficiūtur. Tullius in Rhetoric. Parua foris sunt arma, nisi sit consilium domi. Mach. 5. In illa die ceciderūt sacerdotes in bello, dum nolūt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in prælium. Eccl. 30. Fili, sine consilio nihil facias &c. Eiusdē 37. Ante omnē actū præcedat consilium stabile. Prouer. 4. Palpebrae tuæ præcedāt gressus tuos. ¶ Ad eligendum consiliarium monemur, Eccl. 6. Multi pacifici sūt tibi, & consiliarius sit tibi unus de mille. Pro consiliario ante omnes eligendus est Deus. Tob. 4. Omnia consilia tua in ipso permaneant. Iaco. 1. Si quis sapiētia indiget, postulet à Deo. Eccl. 39. In oratione confitebitur domino, & ipse diriget consilium eius. Eiusdē 37. In omnibus his deprecare Altissimum, ut dirigat in ueritate uiam tuā. Deinde recurrendū est pro consilio ad uiros bonos. Eccles. 38. Cor boui consilii statue tecum.

Et subditur: Anima uiri sancti annuntiat aliquādo uera, quā septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. Matth. 11. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Esa. 19. Sapientes consiliarii Pharaonis dederunt consiliū insipienti. Eccl. 37. A consiliario malo serua animam tuam. Prouer. 12. Consilia impiorum fraudulenta. Sed facienti cōsiliū nequissimum, super eum deuoluatur. Ecclesiasti. 27. Eiusdem 8. Cum fatuis non habes consilium: non enim poterunt diligere, nisi ea quæ eis placent. Job 31. Consilium impiorū longe sit à me. Gen. 49. In consilium eorum non ueniat anima mea. In Psal. Beatus uir qui non abit in consilio impiorum. Ecclesiasti. 8. Coram extraneo ne facias consilium: nescis enim quid pariet. Non est etiam habendū consilium cum homine de negotio quod eum tangit, uel de eo quod nimis odit, uel nimis diligit, ne uel fallatur, uel fallere uelit. De hac materia habetur Ecclesiasti. 37. Noli, inquit, consiliari cum socero tuo, uel cū patre uxoris tuæ. Ad literam, de aliquo, quod uidetur esse contra uxorem: uel eum amicis carnalibus, de his quæ sunt cōtra carnem. Iere. 19. Vnusquisq; à proximo suo se custodiat, & in omnifratre suo nō habeat fiduciam. Michæ 7. Noli credere amico, & noli confidere in du-

ce. Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Bernard. Amicos consulat quæ nō legit, quod inimici hominis do mestici eius. Gen. 31. Iacob ignorante Laban socero suo, cum filiis & uxoribus atq; pecoribus suis recessit de Mesopotamia in terram Chanaan. Legitur etiam Iudic. 19. quod Leuita quidā qui credidit socero suo, ut cum eo tribus diebus maneret, in uia amiserit uxorem suam à Gabonitis oppressam, unde postea strages populi magna secuta est. Ecclesiasti. 37. A zelantibus te abscondi consilium. Zelantes intelligas, uel inuidentes, uel nimis amantes. Item non est consilium quarēdum à iuuenibus. Roboā regnum pro magna parte amisit consilio iuuenū acquiescens, consilio senum relicto. Eccl. 25. Quam speciosa ueteranis sapientia & gloriosus intellectus, & consiliū. Gratia etiam dandi cōsiliū commendabilis est. Mach. 2. Ecce Simon frater uester, scio quia uir cōsiliū est, psum audite semper. Præcipuē cōmendabilis est gratia in his qui habēt alios regere. Eccl. 25. Quam speciosum canities iudicium, & presbyteris cognoscere consiliū. Gratia etiā examinandi consilium commendabilis est. Sen. Prudentis propriū est examinare consilia multorū, & non citō facili credulitate ad falsā prolabi. Itē cōmendabilis est etiam gratia acquiescēdi cōsilio. Pro-

uerb. 12. Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit consilium. Eiusdem 13. Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. Moyses acque uit consilio lethro, licet minor esset. Exod. 18. Non sic ille adulescens, qui audito uerbo domini, Si uis perfectus esse &c. abiit tristis. Erat enim habens multas possessiones. Math. 19.

De præminencia uitæ contemplatiuæ respectu actiuæ.

P A R S V I I I.

Dictis de donis pertinentibus ad uitam actiuam, dicendum est de donis pertinentibus ad uitam contemplatiuam. In hac uero parte, Primo tægetur de præminencia uitæ contemplatiuæ ad actiuam. Secundo, distinguetur cõtemplatio à meditatione seu consideratione simplici & cogitatione: & tægetur de speciebus considerationis & contemplationis. Tertio, agetur de dono intellectus. Quarto de dono sapientia. ¶ Circa primum notandum quod duodecim sunt in quibus uita contemplatiua præminencia uideretur habere respectu actiuæ. ¶ Primum est, quod contemplatiua meliori intendat proximo. Contemplatiua dicit, Mihi adherere Deo, bonum est. Luc. 10. Vnum est necessarium. glof. Bedæ, scilicet Deo iugiter inharere. In Psal. Vnam petri à domino, hanc requiram. Isidorus in lib. differetiar. Inter

actiuam & cõtemplatiuam uitæ hæc distantia est. Actiuam uita est quæ in operibus iustitiæ & proximi utilitate uersatur. Contemplatiua autem quæ uacans ab omni negotio, in sola Dei dilectione defigitur. Vna in opere bonæ conuersationis, altera in cõtemplatione immutabilis est ueritatis. Idem in lib. de summo bono: Actiuam uita mundanis rebus bene utitur. Contemplatiua uero mudo renuntias, soli Deo uiuere delectatur. ¶ Secundum est, quod contemplatiua clarius uidetur. Vnde Genes. 29. dicitur de Lia, quod lippis erat oculis. Gregorius: Mens quæ contemplando omnia appetit, plus uidet, sed pauciores filios Deo generat: qui uero ad laborem prædicationis se dirigit, minus uidet, & amplius parit. ¶ Tertium est, munditia seu pulchritudo. Vnde Gene. 29. dicitur de Raehel, quod decora erat facie & uenusto aspectu. Prouerb. 3. Dicitur de sapientia: Via eius, uia pulchra. Cantic. 5. Laui pedes meos, dicit sponsa: quomodo inquinabo eos? Quartum est, securitas. Secura est uita contemplatiua respectu actiuæ. Prouerb. 1. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Glof. Facile euadit laqueos in terris, qui oculos habet in cælis. Prouerb. 3. Omnes semitæ eius pacificæ. ¶ Quintum est, quies: quieta est uita contemplatiua. Vnde Luc. 10. dicitur de Maria, quod sedens secus pedes

domi

domini audiebat uerbum illius. Glof. Maria sedet, quia contemplatiua pacatis uitiorum tumultibus optata, iam in Christo mentis quiete fruitur. Martha stat, quia laborioso actiuam defudat in certamine. De Martha ibidem dicitur, Martha, Martha, sollicita es &c. Et Ioan. 11. dicitur quod Maria domi sedebat. Hæc tria, scilicet pulchritudo, securitas, quies, tanguntur Esa. 31. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciae, & in requie opulenta. De securitate tangitur Deut. 33. Amanissimus domini habitabit confidenter. Amanissimus domini est uir contemplatiuus. ¶ Sextum est, iocunditas. Iocundior est contemplatiua quam actiuam. Vnde super illud Luc. 10. Maria sedens secus pedes domini &c. dicit gl. Intenta erat Maria quomodo passeretur à Deo; intenta erat Martha quomodo passeret dominum: in conuiuio domini illam iocundatur. Greg. in Moral. Contemplatiua uita merito maior est, quam actiuam: quia hæc in usu presentis operis laborat: illa uero sapore intimo uenturam requiem degustat. ¶ Septimum est contemplatiuæ permanencia. De qua Luc. 10. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Glo. Cõtemplatiua hic incipit, & in cælesti patria perficitur: quia amoris ignis qui hic ardere inchoat, quum

ipsum quem amat uiderit, in amore amplius ignescit. Et subditur, Actiuam cum corpore deficit: quia in æterna uita panem non porriget esurienti: quia nemo esuriet, nec cætera opera pietatis aget, quia non erunt necessaria. ¶ Octauum est, deuotio. Vnde Maria Christum ungit. Math. 26. Mar. 13. Luc. 7. Ioan. 12. ¶ Nonum est, Dei familiaritas. Contemplatiua Deo familiarior est. Vnde figuratur per Ioannem Euangelistam, sicut tangit glo. Super illud Ioan. ulti. Conuersus Petrus uidit discipulum quem diligebat Iesus. Et sequitur in glo. Hæc plenè Christus diligit, & seruat in æternum. Loquitur de contemplatiua. ¶ Decimum est pretiositas. Contemplatiua pretiosior uidetur esse quam actiuam, eo quod sit rarior. Isid. in lib. de summo bono: Actiuam cõmunis multorum est, contemplatiua uero paucorum. Hoc figuratū est Gene. 6. ubi dicitur de arca: In cubito consummabis summmitatem eius: Inferius tamè erat ual de lata. Vnde ibidem dicitur, Trecentorum cubitorum erit longitudo arca, quinquaginta cubitorum latitudo. Quod exposuit Greg. dicens: Videmus multos in ecclesia superbire & lasciuire, & terrenis rebus inhiare, irasci, rixari, & proximū ledere: sed quia ecclesia tolerat eos, ut conuertantur, quasi in arca latitudine bestiarum fuisse dicuntur. Videmus alios aliena non

rapere, illatam iniuriã æquanimiter portare, rebus propriis contentos esse, humiliter uiuere: sed quia iam pauci sunt, angustatur area. Alios uidemus etiam possessa relinquere, nullū terrenis rebus studium dare, inimicos diligere, carnem domare, omnes motus ratione promerere, per cæleste desiderium contemplationis penna subleuari sed quia ualde rari sunt, iam arca iuxta cubitū ducitur, ubi homines & uolatilia continentur. ¶ Undecimum est, quod uita contemplatiua uitæ cælesti similior est. Unde eadem opera ad contemplatiuam uidentur pertinere, quæ assignat Aug. beate uita, ult. lib. de Ciui. Dei, dicens: ibi uacabimus & uidebimus, uidebimus & amabimus, amabimus & laudabimus. In Psal. Vacate & uide te, quoniam ego sum Deus. ¶ Duo decimum est, quod uita contemplatiua finis uideretur esse actiua. Finis uero melior est his quæ sunt ad finē. Per actiuam tranſitur ad cōtemplatiuā. Iſidorus in lib. de ſummo bono: Qui prius in hac uita proficit, bene ad cōtemplationē conſcendit. Greg. Qui ad arcē cōtemplationis aſcendere deſiderat, prius neceſſe eſt ut in campo actiōis ſe exerceat. Gen. 29. Lia prius introducta eſt ad Iacob: licet Iacob aliter ſperaret. Et cum ipſe de hoc cōquereret, reſponſum eſt ei, Nō eſt in loco noſtro conſuetudinis, ut minores antē tradamus ad nuptias.

De diſtinctione cōtemplationis à ſimplici cōſideratione, ſeu meditatione & cogitatione, & de ſpeciebus cōſiderationis & cōtemplationis. PARS IX.

Conſequenter diſtinguenda eſt cōtemplatio à ſimplici cōſideratione ſeu meditatione. Et tangendū eſt de ſpeciebus cōſiderationis & cōtemplationis. ¶ Notādum ergo quod Bern. 2. lib. de cōſideratione, diſtinguit inter cōtemplationem & cōſiderationem, ut uerbis: Cōſiderationē, nō id per omnia quod cōtemplationē intelligi uolo, quod cōtemplatio ad rerum certitudinem, cōſideratio ad inquisitionem magis ſe habeat. Iuxta quem ſenſum poteſt cōtemplatio diſtingui, uerus certusque intuitus animi de quacunq; re, ſiue apprehenſio ueri nō dubia. Cōſideratio autem, intenta ad uelud cogitatio, uel intentio animi uel uelut uerū, quanquam ſoleant indifferenter pro inuicem uſurpari. Deinde diuiditur quæ cōſideranda ſunt iis uerbis: Quatuor tibi cōſideranda reor, 1. e, quæ ſub te, quæ circa te, quæ ſupra te ſunt. In quinto uero libro de cōſideratione, dicit cōſiderationem peregrinari, quāuis his quæ ſupra ſunt, ad inferiora deſcenditur. Velim, inquit, hoc ſolenter aduenias, ut ſagaciffime Eugeni: quia toties peregrinatur cōſideratio tua, quoties ab illis rebus ad iſta deſcū

ſcendit inferiora & uiſibilia, ſiue intuenda ad notitiam, ſiue appetenda ad uſum, ſiue pro officio diſponenda uel actanda. Si tamē ita uerſatur in iis ut per hæc illa requirat, nō procul exulat: ſic cōſiderare, repatriare eſt. Sublimior iſte præſentiū ac dignior uſus rerū, iuxta ſapientiam Pauli: Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Sanē hac ſcala ciues nō indigent, ſed exules. Quid opus ſcalis teneri iam ſolium? creatura cæli illa eſt præto habens per quod potius iſta intueatur. Videt uerbū, & in uerbo facta per uerbum: nec opus habet ex iis quæ facta ſunt, factoris notitiam medicare. Neq; enim ut ipſa nouerit, ad ipſa deſcendit quæ ibi illa uidet, ubi lōge melius ſunt quàm in ſeipſis. Deinde in eodem libro diſtinguit diuerſas ſpecies cōſiderationis, hiſ uerbis: Magnus ille, qui uſum ſenſuum ueluti qualdam ciuium opes expedere ſatagit, diſpēſando in ſua & multorum ſalutem. Nec ille minor, qui hūc ſibi gradum ad illa inuiſibilia philoſophico cōſtituit: niſi quod hoc dulcius, illud utilius: hoc facilius, illud fortiuſ eſſe cōſtat. At omnium maximus qui ſp̄eto ipſo uſu rerum & ſenſuum, quantum quidem humanæ fragilitati ſas eſt, non aſcenſoris gradibus, ſed inopinatis exceſſibus auolare interdum cōtemplando, ad illa ſublimia conſueuit. Ad hoc ultimum

genus illos pertinere reor exceſſus Pauli. Exceſſus, nō aſcenſus: nam raptum potius fuiſſe quàm aſcendiſſe ipſe ſe perhibet. Et ſubdit Bern. Vis tibi hæc cōſiderationis ſpecies propriis diſtingui nominibus? Dicamus ſi placet, Primam diſpēſatiuam, ſecundam æſtimatiuam, tertiam ſpeculatiuam. Diſpēſatiua eſt cōſideratio ſenſibus ſenſibilibus; rebus ordinatē & ſocialiter utens ad promerendum Deū. Aæſtimatiua eſt cōſideratio, prudenter quæque ſcrutans ac ponderans ad inueſtigandum Deum. Speculatiua eſt cōſideratio, ſe in ſe colligens, & quantum diuinitus adiuuatur, rebus humanis eximēs, ad cōtemplandum Deum rapitur. Quod prima optat, ſecunda adorat, tertia guſtat. Ad quæ tamē guſtū perducit & cæterę: eſtū tardius, niſi quod prima laborioſius, ſecunda quietius puenit. Dixiſti, inquit, ſatis qua uia aſcēdatur, etiā quod aſcēdēdū dicere habes. Falleris ſi illud ſperas, ineffabile eſt. Tu me exitimas loqui quod oculis non uidit, nec auris audiuit & c. Nobis, inquit, reuelauit Deus per Spiritū ſuum. 1. ad Corinth. 2. Ergo quæ ſuprà ſunt, nō uerbo docentur, ſed ſpiritu reuelantur. Verum quod reor nō explicat, cōſideratio quærat, oratio expetatur, mereatur uita, puritas aſſequatur. Sanē eorū admonitus quæ ſuprà ſunt, nō te exiſtimes mitti à me ſuſcipere ſolem, lu-

nam, stellas &c. Ista siquidē omnia etiā suprà loco, pretio infrà sunt & dignitate naturæ. Sunt enim corpora cui portio spiritus est. Angeli sancti & Deus supra te sunt, Deus, natura, angeli gratia. ¶ Idē in eodē distinguit quatuor species contemplationis respectu Dei; his uerbis: Prima & maxima cōtemplatio est, admiratio maiestatis. Hæc requirit cor purgatū, & à uitii liberum atque exoneratum peccatis, ut faciliè ad superna leuet: interdū quoq; per aliquas morulas stupore & extasi suspensum teneat admirantem. ¶ Secunda autem necessaria est huc. Est enim intuens iudicia Dei, quo sanè pauído aspectu Desi uehementius concutit inuentem, fugat uitia, fundat uirtutes, inicit ad sapientiam, humilitatem seruat. Virutum siquidem boni quoddā ac stabile fundamentū, humilitas, nempe si nutet, illa uirtutum adgregatio non nisi ruina est. ¶ Tertia contemplatio occupatur uel potius otatur circa memoriā beneficiorū; & ne dimittat ingratum, sollicitat memoriā tam ad amorem benefactoris. ¶ Quarta, que retro sunt obliuiscens in sola requiescit expectatione promissorum. Quæ cum sit meditatio eternitatis, siquidē quæ promittuntur æterna sunt, longanimitatē aliæ & perseverantiæ dat uigorē. Deinde adaptat Ber. quatuor dictas species contemplationis, quatuor quæ

tangit Apostolus ad Ephe. 3. Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Longitudinem, inquit, apprehendit meditatio promissorum. Latitudinem, recordatio beneficiorum. Sublimitatē, contemplatio maiestatis. Profundū, respectio iudiciorū. Item in eodem libro: Deus est longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Res una est longitudo propter æternitatem, latitudo propter charitatem, sublimitas propter maiestatem, profunditas propter sapientiam. Ista non dispartitio cōprehēdit, sed sanctitas, Sanctam facit affectio sancta, & ipsa gemina timor Domini sanctus, & sanctus amor. His perfecte affecta anima uelut quibusdam duobus brachiis cōprehendit, amplectitur, stringit, tenet, & ait: Tenui eū, nec dimittam. Et timor quidē sublimi & profundo, amor lato longoque respōdet. Quid tam timendum, quam potestas, cui nō potes resistere, quam sapientia, cui absconditū non potes? Poterat minus timeri Deus alterutro carēs: nunc autem perfecte oportet timeas illū, cui nec oculus deest omnia uidens, nec manus omnia potēs. Itē quid tam amabile quam amor ipse quo amaris? Amabiliore tamen iuncta æternitas facit, quæ dum nō excidit, foras mittit suspicionem. Stupenda planè sublimitas maiestatis, pauca

pauenda abyssus iudiciorum; feruorem exigit charitas, æternitas perseuerantiam sustinendi. ¶ Richardus de sancto Victore in libro de contemplatione, distinguit inter contemplationem, meditationem, & cogitationem, his uerbis, Sciendum est, quæ eandem materiā aliter per cogitationem intuemur, aliter per meditationem rimamur, aliter per contemplationem miramur. Cogitatio per deuiam lento pede sine respectu peruentionis passim huc illucq; uagatur. Meditatio per ardua uia sæpe & aspera ad directionis finem cum magna animi industria nititur. Cōtemplatio libero uolatu quocūque eam fert impetus, mira agilitate circūfertur. Cogitatio serpit, meditatio incedit, & ut nauticum currit cōtemplatio, ante omnia circūuolat. Cogitatio est sine labore & fructu, in meditatione est labor cū fructu. Contemplatio permanet sine labore cū fructu, in cogitatione euagatio, in meditatione inuestigatio, in contemplatione admiratio. ¶ Deinde tria prædicta sic describit: Contemplatio est libera mentis perspicacia in sapientiæ spectacula cum admiratione suspensa. Vel contemplatio est perspicax & liber animi cōtuitus, in res perspicacientias usquequaq; diffusus. Meditatio uero est studiosa mentis intectio circa aliquid inuestigandū diligenter insistens. Vel sic: Meditatio est pronidus

animi obtuitus in ueritatis inquisitione uehementer occupatus. Cogitatio autem est improuidus animi respectus ad euagationem pronus. ¶ Distinguit etiam inter contemplationem & speculationem his uerbis: Quamuis contemplatio & speculatio pro inuicē poni soleant, aptius tamen speculationem dicimus, quādo per speculum cernimus: contemplationem uero, quādo ueritatē sine aliquo inuolucro umbrarūq; uelamine in sui puritate uidemus. Et sic contemplatio ualde strictè accipitur. Commune est, tam contemplationi quā meditationi circa utilia occupari, & in sapientiæ uel scientiæ studiis uersari. Sed in hoc solent differre à cogitatione quæ se consuevit ad inepta & frivola relaxare. Fit tamen sæpe ut in cogitationum nostrarū euagatione aliquid animus incurrat, quod scire uehementer ambiat, fortiterq; insistat: sed dū mens huiusmodi inquisitioni studium impendit, iam cogitatio in meditationem transit. Item ueritatem diu quæsitam tandemq; inuentam, mens solet cū auiditate suscipere, mirari cum exultatione, eiusq; admirationi diutius inherere. Et hoc est meditationem in contemplationem transire. ¶ Contemplationis formam in cæli uolatilibus uidemus. Videas alia nunc se ad altiora tollere, nūc se ad inferiora demergere, & eisdem ascensionis de-

scensionis sue modos sapius repetere. Videas alia nunc dextrorsum, nunc sinistrorsum diuertere, & nunc in hanc, nunc in illam partem declinādo, in anteriora parum uel penē nihil se promouere, & eadē discursū suorum uicissitudines multa instantia multipliciter reiterare. Videas alia sub magna festinantia se in anteriora extēdere, sed mox sub eadē celeritate in posteriora redire, & sæpe idipsum agere, eodē excursum, atq; recursum diutina frequentatione continuare atq; protrahere. Videre licet alia, quomodo se in gyrum flectūt, & quam subito, uel quam sæpe eodē uel similes, nunc autem paulō latiores, nunc paulō cōtractiores circuitus repetunt, & fractiones in illud ipsum redeunt. Videre licet alia, quomodo alis sæpe reuerberatis, se in uno eodēq; loco diutius suspendunt, & mobili se agitatione quasi immobiliter figunt, & ab eodē suspēnsionis suæ loco diu multumq; hærentia penitus non recedunt, ac si operis & instantiæ suæ executione profusus uideantur exclamare, & dicere: Bonum est nos hic esse. Iuxta hoc sanē propositarum similitudinum exemplar cōtemplationis nostræ uolatus multiformiter uariatur, & personarū negotiorūq; uarietate uario modo formatur. Nunc de inferioribus ad summa ascendit, nunc de superioribus ad ima descendit,

& nunc de parte ad totum, nunc de toto ad partem consideratio nis suæ agilitate discurret, & ad id quod sciri oportet, nūc à maiori, nunc à minori argumentum trahit. Modo autem in hac, modo in oppositam partem diuertit, & contrariorum notitiā ex contrariorum scientia elicit, & pro uario oppositorū modo ratiocinationis suæ executionem consuevit uariare. Aliquādo in anteriora currit, & subito in posteriora redit, modo ex affectibus, modo ex causis & qualibet unq; antecedētib; uel consequētib; cuiuslibet rei modū uel equalitatē deprehēdit. Quādo quæ uero quasi in gyrum spectatio nostra ducitur, quā unicuique rei quæ sint cū multis cōmuniā cōsiderantur, dum ad unam quamlibet rem determinādum, nunc à similibus, nunc à similibus se habentibus seu cōmuniter accidētib; ratio trahitur, & assignatur. Tūc autē in uno eodēq; loco cōsiderationis nostræ delectatio quasi immobilis sistitur, quando in qualiscunq; rei esse uel proprietate perspicit, & a que miranda cōtemplatione intentio libenter immoratur. Modo fieri solet, ante & retro inueniatur. Etzech. Ibat animalia, & reuertebatur in similitudinē fursūm & deorsūm est, dicitur in Psal. Ascendunt usque ad caelos & descendūt usq; ad abyssos. De

illo qui est uelut in gyrum, dicit Propheta: Leua in circuitu oculos tuos, & uide, Esa. 60. ¶ Deinde distinguit species cōtemplationis his uerbis: Sex sunt cōtemplationum genera. ¶ Primum est, in imaginatione, & secundū solam imaginationē. ¶ Secundum est, in imaginatione secundum rationem. ¶ Tertium est, in ratione secundum imaginationē. ¶ Quartū est, in ratione & secundū rationē. ¶ Quintū est, supra rationē, sed nō preter rationē. ¶ Sextū supra rationē est, & uidet esse preter rationē. ¶ Duo itaque sunt in imaginatione, duo in ratione, duo in intelligentia: ¶ In imaginatione, cum obstupescētes attendimus corporalia ista, quæ sensu corporeo haurimus quā sint multa, quā magna, q̄ diuersa, q̄ pulchra uel iucunda. Et in his omnibus creaturis illius suspēnsiæ potētā, sapientia, munificētia mirādo ueneramur. Tūc cōtemplatio nostra in imaginatione uersatur: & secundū solā imaginationē formatur, quādo nihil argumentando querimus, sed liberē mēs nostra huc illucque discurret, quō eā in hoc spectaculo rū genere admiratione rapit. ¶ Secundū genus est, quādo ad ea quæ in imaginatione uersamus, & quæ ad primum cōtemplationis genus pertinere iā diximus, rationem querimus & inuenimus, imō inuētā & notā in cōsideratione cū admiratione adducimus. In illo res ipsas, in

istis earum rationem, ordinem, dispositionem, & uniuscuiusque rei causam, modū & utilitatē rimamur, speculamur, miramur. ¶ Tertium genus est, quādo per rerum uisibilib; similitudinē in rerum inuisibilib; speculationem subleuamur. ¶ Quartū est, quādo semoto omnis imaginationis officio, illis solis animus intēdit quæ imaginatio nō nouit, sed quæ mens ex ratiocinatione colligit uel per rationē cōprehēdit: ut quādo inuisibilia nostra quæ per experiētia nouimus, & ex intelligentia capimus, in cōsiderationē adducimus & ex eorū cōsideratione in celestiu; animorū & supermūdanorū intellectu cōtemplationē assurgimus. ¶ Quintū est, quādo ea ex diuina reuelatione cognoscim; quæ nulla humana ratione plenē comprehendere, quæ nulla nostra ratiocinatione integrē inuestigare sufficimus. Talia sunt illa quæ diuinitatis natura, & illa simplici essētia credimus, & scripturarū diuinarum autoritate probamus super rationē: nec tamē preter rationē censenda est, quādo ei quod per intelligentiæ acie cernitur, humana ratio contrariare nō pōt, quin potius faciliē acquiescit & sua attestacione alludit. ¶ Sextum est, quādo animus ex illa diuini luminis irradiatione cognoscitatem cōsiderat, quibus omnis humana ratio reclamatione. Talia sunt penē oia quæ de personarū trinitate

possumus. Primus cōsistit in illa admiratione rerum quæ surgit ex consideratione materiæ. Secundus, in illa admiratione rerum quæ surgit ex cōsideratiōe formæ. Tertius, in illa admiratione rerum quam gignit cōsideratiō naturæ. Quartus, in illa admiratione quæ est circa operatiōem naturæ. Quintus in illa admiratione quæ est circa operatiōem industriæ. Sextus in cōsiderandi & admirandi institutiōibus humanis. Septimus, in cōsiderandi & admirandi institutiōibus diuinis. ¶ Secūdo generi contemplatiōis penè tota mūdāna philosophia materiā ministrat, latētes rerū uisibilia causā suę sagacitatis inuestigatiōe inueniēs, & in palā produciēs. Possunt distingui septem gradus in secūdo genere cōtēplatiōis: similes septē gradibus distinctis in primo genere, cum circa eadē uerfetur hec cōtēplatiō, & prima scilicet circa sensibilia. ¶ Tertiuū genus cōtēplatiōnis in quinque gradibus distinguitur secūduū quinque modos cōsideratiōis, ex quibus inuisibiliū inuestigatiōe similitudinū ratio queritur uel assignatur. Primus modus est, quādo similitudo sumitur ex eo unde ipsū est, uel quod ipsū est. Secūds & tertius similitudinē trahit ex eo quod in ipso est. Quartus & quintus, ex eo quod per ipsū est. Primus trahitur ex materię proprietate, ut ibi crura illius colūnæ marmo-

reæ quæ fundatæ sunt super bases aureas. Cantico. 5. Secundus & tertius, ex rei ipsius qualitate: sed secūds ex qualitate extrinseca, quæ dixerimus formā: tertius ex qualitate intrinseca, quæ dixerimus naturā. Qualitas extrinseca cōstat in colore & figura. A colore similitudo assignatur ibi: Dilectus meus cādus & rubicūdus. Cā. 5. A figura, ibi: Alpheus earū & opus earū quali sicut rota in medio rotā. Ezech. 5. Extrinseca qualitas pertinet ad solū uisum, quem admodū intrinseca qualitas ad cæteros sensus. Ad auditū pertinet illud, Et uocē quæ audiui tāquā uocē citharæ dōdōnā &c. Apoc. 4. Ad odorātū illud. Sicut cinnamomū & ballamū &c. Eccl. 24. Ad delicias gustus, illud, Spūs meus sup mel dulcē. Eccl. 24. Ad delicias tactus, illud. Psal. Sicut unguētū in capite. Quartus, ex eo quōd in ipso uel ab ipsa sit secūduū motū naturāle: ut ibi, Quomodo descendit imber & nix de celo &c. Esai. 55. Quintus ex eo quod assignatur cōsidū motū artificiale: ut ibi, Sapientia edificati sup fundamentū. Apostolorū &c. Ephe. 2. In quarto genere contemplatiōis primū est, in redeas ad te ipsum, tres ad cōtēplatiōem, discas estimare spiritū tuū, discute quid sis, quid fueris, quid esse deuenis, quid esse poteris, quid fueris per naturā, quid modo sis per culpā, quid esse deuenis industriā, quid adhuc esse possis gratiā. Nūquid mētī excidit quod

gum

gnū Dei intra nos sit? Luc. 17. Et quæ simile est regnū cælōrū thesauro abscondito in agro. Matt. 13. Omni custodia serua cornū. Prou. 4. Audi Dauid, quomodo tibi seipsum in exēplū pponat: Meditatus sum, inquit, nocte cū corde meo, & exercitabar, & scopabā spiritū meū. Meditabat ille cū corde suo, meditare & tu cū corde tuo. Scopabat ille spiritū suū, scopā tu spūm tuū. Exerce agri istū, at tēde temeripsum. Absq; dubio, insistēs huic exercitiū, inuenies thesaurū istū absconditū in agro. Ex hoc exercitiū crescit auri copia, multiplicatur scientia, augmētatur sapientia. Ex hoc exercitiū cordis oculi mūdatur, ingeniū acuit, intelligentia dilatat, nihil rectē estimat, quod seipsum ignorat. Nescit quod sub pedibus suis omnis mūdāna gloria iacet, qui cōditiōis suæ dignitatem nō pēsāt. Nescit omnino, nescit quid de spiritu angelico; quid de diuino sentire debeat, quod spiritū suū prius nō cogitat. Si nōdū idoneus es incitare te ipsum, quomodo ad illam rē idoneus eris quæ sunt supra te ipsum? Si nōdū idoneus intrare in tabernaculum priorem, quæ frōte præsumis ingredi tū in tabernaculū secūduū? Hoc est in sancta sanctorū: Si cupis euolare usq; ad secūduū seu tertiuū cælū, sit tibi trāsitus per primū. In corde hominis inuenire licet aīam quādam plenitudinē orbis terrarū: ubi sua quædā terra suū habet

cælū. Nec unū tantū, sed secūduū post primū, & tertiuū post secūduū erit. Tenet imaginatio uicē primū cæli, ratio secūdi, intelligentia tertii. Et horū quidē primū cætorū cōparatiōe grossūm quidē est atq; corpulētū, eod quod sit imaginariū, post se trahens & in se retinēs formas rerū corporaliū.

Cetera uerō duo huius cōparatiōis sunt ualde subtilia, & omnino inācorpora, & ab eius crassitudinē multū remota. Sic sanē cælū hoc exterius quod nos diximus firmamētū, absq; ulla dubitatione cōstat esse uisibile atq; corporeū, & ipsū quidē primū & omnium infimū, quod ante est terra ad hoc uisibile cælū, hoc est sensus corporeus ad illud internū fantasticiū & imaginariū cælum. Nā sicut hoc uisibile cælū oīum quæ terra gignit atq; nutrit multitudinē sinus sui magnitudine cōprehēdit: sic omnium quæ sensus attingit similitudines, infra finem suū imaginatio includit. In primo cōtinētur omnium uisibilitū imagines & similitudines rerū. Veritatē, qui summa ueritas est, reseruauit sibi: rerum uerō imagines qualibet hora formādas cōcelsit suę imaginis, scilicet animæ. Facile est enim animæ humanæ omni hora quaslibet rerū figuras per imaginationē formare. Ad secūduū pertinet uisibilitū omnium ratiōes, diffinitioes, & inuestigatiōes inuisibilitū. Ad tertiuū spectat spiritualiū etiam diuinorum cōprehēsiōes. Intelligē-

tia

tię oculus est sensus ille quo inuisibilia uidemus: nō sicut oculo ratiōis, quo occulta & absentia p̄ inuestigationē quærimus & inuenimus: sicut sæpe causas per effectū, uel effectū p̄ causas, & alia atq; alia quocūq; ratiocinādi modo cōprehēdimus. Sed sicut corporalia corporeo sensu uidere solemus uisibilibiter, p̄sensentialiter, atq; corporaliter: sic utique ille intellectualis sensus inuisibilia capit, sed inuisibilibiter quidē, sed p̄sensentialiter, sed essentialiter. Sed habet sanē oculus hic intellectualis ante se uelū magnū oppansum ex peccati delectatiōe fuscātū, & tot desideriorū carnaliū uaria multiplicitate cōtextū, q̄ cōtēplātiſ intuitū à diuinorū secretorū arcanis arceat, nisi quātū diuina dignatio quemlibet pro sua aliorū uel utilitate admiserit. Testatur hoc propheta, clamās: Re uela oculos meos. Nusquā tibi in omni Dei opere quām in animę creatione, reparatiōe, glorificatione apparet eius potentia sublimior, uel sapientia mirabilior, uel misericordia iucundior. ¶ Primo, spiritalis natura creatur ut sit. ¶ Secundo, iustificatur ut bona sit. ¶ Tertio, glorificatur ut beata sit. Per creationem ab bonū imitatur, per iustificationē in bono dilatatur, per glorificationē in bono cōsummatur. ¶ Prima bona sunt creatoris dona. ¶ Secunda bona sunt creatoris dona & crea-

turę merita. ¶ Tertia bona, creatoris dona & creaturę premia. Ex ipsa creationis cōditione naturale est omni rationali creaturę esse, scire, & uelle. Cognosce homo quāso dignitatē tuam, cogita excellentē illam animę tuę naturam, quomodo fecerit eam Deus ad imaginem & similitudinē suam, quomodo sublimauerit eā super omne corpoream creaturā. Et statim mirari incipies quomodo uirgo in cœlo in terram, & ad Deum clamabis. Quid mihi est in cœlo, & à te quid uolui super terrā? Cogita quām necessariū, & diuine bonitati quām congruū, tā dignę creaturę boni aut mali discretiōē & arbitrii libertatem concedere, ut esset boni eius tam acceptum quām uoluntarium, tam gratū quām gratuitum. Agnosce quātum emineat per ingenium brūtis. Agnosce quātam subiacetas per intellectum spiritibus angelicis. Statuas primū, cantabis p̄cordialiter: Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum. Et secundum, clamabis, Deus in situ inspiētiam meam. Inuestiga diligentem uoluntatem, nō solū tuam, sed alienam seu bonā & malam. Cognosce tuam, ut scias quid corrigere, seu unde debeas gratias agere. Cogita autemas perfectorum & peruersorum, spirituum bonorum & spirituum malignorū, ut eluceat

quid imitari, quid uitare exspectat. Opus iustificationis sine duobus non consummatur. Nūquid enim perficitur si creaturę suę creator nō cooperetur? Glorificationis nostrę modum quis sensus hominum capere, quę ratio potest comprehendere? Sed glorificationi nostrę certitudinem fidei attestatiōe tenemus, quāuis qualitatē uel quantitatis eius modū per intelligentiam necdum capere possimus, sed pro modico & penē pro nihilo rēputat, quicquid humana auditas per experimentum nō probat. Scimus autem, quia post plenam mundationem consciētię, post multa exercitia iustitię incipit tandem aliquādo mens humana sperare, quod prius uix poterat credere. Nunquam desistas, numquam quiescas, donec futurę illius plenitudinis aliquid, ut ita dicā, arras obtineas, donec æternę felicitatis, quantum lasciuę primitias accipias, donec dignitatis suauitatis dulcedinem p̄gustare incipias. Ad huius desiderium animare nos uoluit qui dixit, Gustate, & uidete quoniam suauis est dominus: inquit uir qui sperat in eo &c.

¶ Quartum cōtēplationis genus in quinta gradu potest diduci. In primo gradu consideramus ea quę pertinent ad animę qualitatem, uel essentię ipsius proprietatem, quod uita quędā & perpetua sit quę nullis peccatis extinguī possit, quod non

solum possit in perpetuum uiuere, sed corpus etiam ad uitam & ad sensum animare, quod nullo sustentamento egeat, quod sine subsidio sempiternē subsistat, quomodo sit per tot corporis membra diffusū, quū ipsa sit simplex, quomodo in toto corpore suo quasi in suo quodammodo sit ubiq; tota. Quemadmodum Deus inuenitur ubiq; totus in omni creatura sua, quomodo in illo suo mūdo sola uolūtate omnia mouet atq; disponit, sicut in hoc mundo Deus solo uolūtatis nutu omnia regit, qui eodem uoluntatis nutu omnia creauit. In secundo gradu cōsiderantur ea quę ad cognitionem sunt. In hac cōsideratione miramur uolubilitatem cogitationis, agilitatem imaginationis, ingenii acumē, discretiōnis examen, capacitatem memorię, uiuacitatem intelligentię, & circa hęc alia quęlibet stupēda. In tertio gradu cōsideramus rationalis animi uoluntatē, multiplicemq; eius affectiōnem. In quarto contēplamur & admiramur quomodo tot animi affectiōnes rediguntur in uirtutes inquantū per discretiōne disponuntur, & in bona intentione figuntur. Cū enim nihil aliud sit uirtus quām affectiō ordinata & moderata, ex intēctione bona agitur ut sit affectiō ordinata, & per descriptiōne efficitur ut fiat moderata. In quinto gradus aspirātiſ gratię modos cum

admiratione attendimus. Absq; dubio quicquid boni in bonorū cordibus agitur, septiformis ille spiritus per inspirantē gratiam operatur. Ecce unus atque idem spiritus tot mensibus semper & ubiq; præsedit, & gratiæ suæ munera multipliciter impedit. In duobus ultimis generibus cōtemplationis, puta quia opus est intima potius cōpōnitione quā profunda inuestigatione, suspiriis quā argumētis, crebris gemitibus quā cōpiosis argumētationibus. ¶ Scimus quia cordis intima nil adeo purgat, mentis que munditiā nil adeo reparat, nihil sic ambiguitatis nebulas detergit, cordisque serenitatem nil melius, nil citius adducit, quā uera animi contritio, quā profunda & intima animæ compunctio. Sed quid ait scriptura? Beati, inquit, mundo corde, quoniā ipsi Deū uidebunt. Matth. 5. Studeat ergo cordis munditiē qui cupit Deum uidere. O quā prudētī circumscriptione. O quā frequenti increpatione oportet inuigilare ne ullus mentis excessus uel cogitationis euagatio discretionis perspicaciam lateat, nec sine redargutione fortique castigatione pertrāseat. Quum rationalis creatura quantum ad aliqua Deo sit similis, secundum illud, Creauit Deus hominē ad imaginem & similitudinē suam. Genes. 1. Et secundum illud, Tu signaculū similitudinis plenus

sapientia & decore, in deliciis paradisi Dei fuisti. Ezechiel. 1. 3. Et quantum ad aliqua sit dissimilis, secundū illud, Deus, quis similis erit tibi? Cōtemplatio quantum ad primū non est præter rationem. Cōtemplatio uerō quantum ad alia est præter rationē. ¶ Quæ quum uolare uolūt, alas suas expandunt: sic debemus & nos cordis nostri alas per desiderium extēdere, & diuinæ reuelationis horam semper expectare, ut quacunq; hora diuinæ inspirationis aura mentis nostræ nubila deterferit, uerique solis radios detexerit, excussis statim cōtemplationis suæ alis, mentis nostræ ad alta eleuet, & euolet, & fixis obtutibus in illud æternitatis lumen quod desuper radiat, omnia mundana uolubilitatis nubila transcendat. Hoc figuratū est in duobus Cherubin qui erant expandentes alas. Exo. 2. Debemus autem nō solum ad hoc quod in hac uita habere possumus, uerumetiam ad illud diuinæ cōtemplationis spectaculum, quod in futura uita spectamus, animas nostras suspedare, & in huiusmodi expectatione uehementi desiderio anhelare. Debet anima perfecta omni hora suæ peregrinationis terminū cū desiderio expectare. Hinc est quod Abraham in ostio tabernaculi sui sedebat. Gen. 18. Elias in speculone suæ ostio stabat. 3. Reg. 17. Debet anima sancta & ueris ipsi amica ad dilecti sui aduentū,

summo cū desiderio anhelare, parata semper uocanti occurrere. Debet semper in hoc sollicita esse, ne subito adueniens minus ornata inueniat, uel diu exclusus ullam molestiam sustineat. Molesta satis uerba æstuantique desiderio multū onerosa, Mandata remanda &c. Dicit huiusmodi anima in suis sordibus inuenta, Certe aduentum tuū præscire debuissim: ut te solenniter suscipere. De cætero aduentum tuum mihi prænumtia. Ecce uox dilecti pulsantis, Aperti mihi foror mea. Cantic. 5. Responde. Expecta modicum. O quantum in teo ne istud modicum, protrahas in longū, nō nec trahat. Pessulum ostii mei aperui dilecto meo, at ille declinauerat. Cantic. 5. Permodica morula patienti desiderio satis est molesta. Scimus quia singularis amor confortem nō recipit. Vide ergo ne tunc primo incipias perspirentium turbas eiicere uelle, cum iam ipse inceperit ad ostium pulsare. Alioquin quid iam eris dictura, nisi, Expecta, reexpecta. Expectandum sanē, itēmq; reexpectandū ad eiiciendum turbam extraneorū, ad eiiciendum familiā tuorū. Omnes cogitatus iam uani quā noxi extranei iudicandi sunt, qui nulli nostræ utilitati deseruiūt. Illos uerō quasi domesticos famulantes habemus, quos nostris uisibus implicamus. Quia uerō singularis amor solitudinē amat,

totam hanc turbā nō solum cogitationū, uerumetiam affectionū oportet eiicere, ad dilecti amplexibus liceat inhærere. Quanta quæso in hac expectatione mora? Modicum tibi, modicum tibi. Modicum in horro, dum tumultuationum turba dirigitur. Modicum in uestibulo, dum thalamus adornatur. Modicum in thalamo, dum lectulus sternitur: id est, intimus animæ sinus ad summam pacem & tranquillitatem cōponitur. Dilectus auditur per recordationē, uidetur per admirationem, deosculatur per dilectionē, amplexatur per delectationem. Vel si hoc melius placeat, auditur per reuelationē, uidetur per cōtemplationē, deosculatur per deuotionē, astringitur ad dulcedinis suæ infusionem. Auditur per reuelationem donec uoci eius paulatim inualefcente, tota perspirentium tumultuatio sopiatur, solūq; ipsius uox audiatur, donec omnis illa tandem tumultuantiū turba disparscat, solūq; cum sola remaneat, & solum solū per cōtemplationem aspiciat. Videtur per cōtemplationē donec ad insolitam uisionis aspectū pulchritudinisque admirationem paulatim anima incalcescat, magis magisque inardescat, & tandem aliquādo incandescat, donec ad uerā puritatem internāmq; pulchritudinē tota reformetur, & ille internæ habitatiōis thalamus, purpura & bysso, hiacyntho, coccōq;

bis tincto undique perornetur, donec tandem aliquando thalamo perornato & introducto dilecto, fiducia iam inualescente desiderioque perurgente, cum se ulterius cohibere non ualeat, subito in oscula ruat, & imprefsis labiis intimæ deuotionis oscula figat. Puto quæ experta dulcedine tanta, de cætero non possit anima illa pulsanti dilecto aliquas moras necesse. Sed quæuis iam prompta sit aduenientem suscipere, nescio si æquæ parata sit uocati occurrere. Aliud est cum ipso introire, atque aliud ad ipsum exire. Quid est eius introire, nisi se totam in seipsam colligere: Quid est eius exire, nisi seipsam extra semetipsam totam effundere? Nihil aliud est animam cum dilecto suo in cubiculum ingredi, & solam cum sola morari dulcedineque perfrui, nisi exteriorum omnium obliuisci, & in eius dilectione summæ & intimæ delectari. Se solam cum dilecto uidet, quando exteriorum omnium oblita, ex his quæ in intimis suis considerat, animam suam in affectu dilecti sui inflammat, tam ex bonorum quam malorum suorum consideratione in gratiarum actione assurgit, & hinc pro impensa gratia, hinc pro indulta uenia intimæ deuotionis uictimas persoluit. Usque in intimum dilectus perducitur, & in optimo collocatur, quando ex intimo affectu & super omnia diligitur. Cogita quid sit quod

in uita tua ardentius dilexisti, anxius concupisti, quod te iocundius afficiebat profundiusque delectabat. Considera si eandem affectionis uolentiam, dilectionisque abundantiam sentis, quando in summi dilectoris desiderium inardescis, quando in eius dilectione requiescis. Nondum intimum illum affectionis tue sinum tenet, si intimæ dilectionis aculeus animam tuam in diuinis affectibus minus penetrat, quam in aliis affectibus aliquando penetrare solebat. Sed si tantam uel ualidiorum dilectionis uolentiam in intimis uis circa diuina prospexeris, quam aliam nunquam expertus fueris: uide adhuc si in horto forte aliud aliquid sit in quo delectari uel consolari possis. Quod si est, nondum audeo dicere, dilectum intimum ardentissimi amoris sinu tenere. Satage trahere eum adhuc ad interiora cordis, quis enim neget cor tales recessus habere, in quibus summi & singularum amoris uolentia, cum aliquid per affectum infixit, aliena omnino delectatione auelli non possit? Certè si alienam aliquam consolationem quæris uel recipis, Desi quauis fortassis summæ, non dum tamè singulariter diligis. Nondum ergo in intimam perducitur. Si ergo non satagis introducere eum ad intima tua, quomodo te credam posse sequi eum ad sublimitas sua? Et notandum quod sublimitas diuinarum reuelationum, mani-

feli

festum est diuinæ dilectionis iudicium. Iam non dicam, inquit, uos seruos, sed amicos: quia omnia quæcumque; audiui à Patre meo, nota feci uobis. Io. 15. Ex magnitudine diuinæ dilectionis pendet modus diuinæ reuelationis: Comedite, inquit, amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Can. 5. Qui comedunt dum cibum masticant, non sine mora uel qualicumque labore quo delectantur, trahunt. Qui bibunt cum uelocitate uel facilitate, quod sitiunt raducunt. Numquid non uidentur tibi comedere qui cum multo studio & longa meditatione uix possunt ad ueritatis delicias pertinere: Bibunt qui ex diuinis reuelationibus cum facilitate & iocunditate hauriunt quod de intima suauitate ueritatis ardenter concupiscunt. Item notandum, quod ea que circa unitatem diuinitatis considerantur que ad quintum genus contemplationis pertinent, sunt humanæ intelligentiæ modum excedentia: nihilominus tamen sunt rationi consentanea. Credimus diuinam essentiam esse summam & simplicissimam. Credimus etiam eam esse omne bonum. Exo. 33. Ego ostendam omne bonum tibi, ait dominus Moyse. Item credimus eam esse immensam, licet simplicissimam. Magnus, inquit, dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. His assertionibus ratio humana facile acquiescit. Bonum enim illud perfectum & omnino suffi-

ciens non esset, si in eo aliquid boni defuisset. Item si compositum esset naturaliter, diuidi posset: & sic esset commutabile, & non esset optimum. Simplicissimum est quantum ad essentiam, multiplicissimum quantum ad efficaciam. Virtute est immensus, essentia est summe simpliciter. Item notandum, quod inter spectacula trium ultimarum contemplationum debemus libenter discurrere, si uolumus diuinam reuelationem nobis fieri. Dictum est enim Moyse Exo. 25. De loco qui erat in medio duorum cherubin, inde loquar ad te. Item notandum, quod quauis familiare sit & quasi proprium uideatur duobus nouissimis contemplatione generibus per mentis excessum uidere, quatuor autem primis quasi domesticum & penè uelut singulare sine ulla animi alienatione in contemplationem assurgere, possunt tamen omnia atque solent modo utroque contingere. Horum autem qui in suis contemplationibus supra semetipsos ducuntur, & usque ad mentis excessum rapiuntur, alii hoc expectant & accipiunt ex sola uocante gratia, alii uero ut hoc possint sibi comparari, cum gratie tamè cooperatione ex magna animi industria. Et illi quod hoc donum quasi fortuitum habent: isti uero iam ex uirtute possident, qui ex magna iam parte illud possunt cum uolunt. Vnius rei figuram habemus in Moyse: alterius autem in Aaron. Quod enim Moyse

in monte per nubem arcā uide-
re meruit, sola reuelantis domi-
ni gratia fuit. Aaron autem iam
ex magna parte in potestate ha-
bebat quoties id ipsum ordo uel
ratio postebat, in sancta sancto-
rum intrare, & intra ipsum uelū
arcam domini uidere. ¶ **U**no-
tandum quod tribus modis in
gratiam contemplationis profici-
mus. Aliquando ex sola grā-
tia, aliquando ex adiuncta indu-
stria, aliquando ex aliena doctri-
na. ¶ Item tribus modis uidetur
contemplationis qualitas uaria-
ri. Modo enim agitur mentis di-
latazione, modo mentis suble-
uatione, aliquando mentis alie-
natione. ¶ Mentis dilatio est,
quando animi acies latius expā-
ditur & uehementius acuitur, mo-
dum tamen humanæ industriæ
non supergreditur. ¶ Mētis sub-
leuatio est, quando intelligentiæ
uiuacitas diuinitus irradiata, hu-
manæ industriæ metas transcen-
dit, nec tamen in mentis aliena-
tionem transit, ita ut supra se sit
quod uideat, & tamen ab assue-
tis penitus non recedat. ¶ Men-
tis alienatio est, quando præsen-
tium memoria menti excidit, &
in peregrinum quandam & hu-
manæ industriæ inuium animi
statum diuinæ operationis trā-
sfiguratione transit. ¶ Hos tres
contemplationis modos experi-
untur qui usque ad summā hu-
ius gratiæ arcē sublimari merē-
tur. Primus surgit ex industria
humana. Tertius, ex sola gratia

diuina. Medius autē ex utriusque
permistione, humanæ scilicet in-
dustriæ & gratiæ diuinæ. De pri-
mo legitur: Leua in circuitu ocu-
los tuos, & uide. Esa. 60. De se-
cundo, Qui sunt isti qui ut nu-
bes uolant. Eiusdem 60. De ter-
tio, Ego dixi in excessu meo,
¶ Ille motus qui sit mentis dila-
tatione, tribus solet gradibus ex-
crescere: arte, exercitatione, at-
tentione. Artē nobis ad aliquid
ueraciter comparamus, quādo,
quomodo aliquid agendum sit
ueraci traditione seu sagaci in-
uestigatione ad discimus. ¶ Ex-
ercitatio est, quādo id quod ar-
te percipimus, in usum adduci-
mus, & in eiusmodi officij ex-
ecutionem nos ipsos promptos &
expeditos efficiamus. Attentio est,
quādo studio quod exequimur,
summa diligentia insistimus. Itē
ille contēplationis modus qui
in mentis subleuatione accidit
tribus gradibus excrescit. Intelli-
gentia namque humana diuini-
tus inspirata, & in illo celestium
lumine irradiata aliquādo suble-
uatur supra scientiā, aliquādo
etiā supra industriā, aliquādo an-
tem supra naturā. Supra scientiā,
quādo aliquis tale aliquid ex di-
uina reuelatione cognoscit, quē
modū propriæ scientiæ uel in-
telligentiæ excedit. Supra indu-
striā, quādo ad illud humana in-
telligentiā diuinitus illuminatur,
ad quē nulla sua sufficit scientiā,
nec illa quā interim habet, nec
sua ulla industria cōparare ua-
let.

let. Supra naturam, quando hu-
mana intelligentiā diuina inspi-
ratione afflata non cuiuscunque
hominis, sed generaliter totius
humanæ naturæ modum indu-
striæque metas transgreditur.
Omne genus prophetiæ sine
mentis alienatione uidetur ad
hunc certū subleuationis gradū
pertinere. Nonne supra huma-
nam naturā est, uidere de præ-
teritis quod factum non est; uidere de
futuris quod nondum est; uidere de
presentibus quod sensibus absens
est; uidere de alieni cordis secre-
tis, quod nullo sensu subiectum
est? ¶ Tribus de causis in mētis
alienationē abducimur. Nam mo-
do præ magnitudine deuotio-
nis, modo præ magnitudine ad-
miratiōis, modo præ magnitudi-
ne exultatiōis sit, ut semetipsam
mens omnino non capiat, & su-
pra semetipsam elcuata in alie-
nationem trāscat. Magnitudine
deuotionis, quādo tāto celestis
desiderij igne succeditur, ut a-
moris intimi flāma ultra huma-
num modum excrescat, quæ ani-
mā humanā ad ceræ similitu-
dinē liquefactā ad pristinos sta-
tus resoluat, & ad instar fumi at-
tenuatum in superna elcuet, &
ad summa emittat. Magnitudi-
ne admiratiōis, quādo diuino
lumine irradiata, & summæ pul-
chritudinis admirationē suspen-
sa, tam uehementi stupore cōcuti-
tur, ut à suo statu funditus excu-
tatur, & in modū fulguris co-
nulsantis, quāto profundius per

despectum sui inuisæ pulchritu-
dinis respectu in ima deficitur,
tanto sublimius, tanto celerius
per summorum desideriorū stu-
porē reuerfata, & super semet-
ipsam raptā in sublimia eleue-
tur. Magnitudine exultationis,
quādo intima illa interne sua-
uitatis abundantia potata, imō
plene inebriata, quid sit, quid
fuerit, penitus obliuiscitur, &
in super mundanū quendam affe-
ctum sub quodā miræ felicitatis
statu raptim transformatur. Hi-
tres modi excessiōis in canticis
describuntur: Primus, quū dicitur,
Quæ est ista, quæ ascendit
per desertū sicut uirgula fumi,
& ex aromatibus mirrhæ & thu-
ris, & uniuersi pulueris pigmentarij?
Cant. 3. Secundus ibi, Quæ
est ista quæ progreditur quasi
aurora cōsurgens, pulchra ut lu-
na, electa ut sol? Cant. 6. Tertius
ibi, Quæ est ista quæ ascēdit de
deserto, delicijs affluens, in nixa
super dilectū suū? Can. 8. ¶ Cir-
ca primū notandū, quod per fu-
mum intelligimus deuotæ men-
tis desiderij, qui fumus ab igne
spiritualis amoris surgit. Virgu-
la gracilis & recta, est tuū desi-
derium anxiū & unicum, sur-
gens ex intentione recta. Per
mirrhā intelligas carnis con-
tritionē. Per thus, cordis deuotio-
tionem. ¶ Per uniuersum pulue-
rem pigmentarium, omniū uir-
tutum consummationem. Nunc
anima sancta ueraciter quasi fu-
mus & per desertum ascendit,
R 4 quando

quādo ex his in semetipsa inuenit, siue bonis siue malis, affectum suū in caelestis sponsi desiderium accendit. ¶ Circa secundum notandū, q̄ mens uelut aurora confurgit, quae ex uisionis admiratione paulatim ad incrementa cognitionis proficit. Aurora paulatim eleuatur, eleuando dilatatur, dilatando clarificatur. Sed miro modo, dum tandem in diem definit, per promotionis suae incrementa ad defectum uenit: & unde accipit ut maior sit, ide et accidit ut omnino nō sit. Sic humana intelligentia diuino lumine irradiata, dum intellectibilibium cōtēplatione suspenditur, dum in eorū admiratione distenditur, quanto ad altiora uel mirabilia ducit, tanto amplius dilatat: & unde infimis remotior, in semetipsa durior, & ad sublimia subtilior inuenitur. Sed in hac subleuatione dum mens humana semper ad altiora crescit, dum diu crescendo tandem aliquādo humanae capacitatis metas transcendit, fit demum ut à semetipsa penitus deficiat, & in supermundanum quendam transformata affectū, tota supra semetipsam eat. Et sicut matutina lux crescendo definit, nō quidem esse lux, sed esse lux matutina, ut ipsa aurora iā non sit aurora: ita humana intelligentia ex dilatatione suae magnitudinis quādoq; accepit ut ipsa iam non sit ipsa: nō quidem ut non sit intelligentia, sed ut iam nou

sit humana. Et sicut primus excessionis modus ex deuotione surgit, sic iste in deuotione definit. Ibi ex nimio ueritatis desiderio ad ueritatis cōtēplationem assurgitur, hic ex ueritatis reuelatione eiusq; cōtēplatione ad deuotionē animus inflammatur. Quod fontē innuitur, quū dicitur: Pulchra ut luna, electa ut sol. Aurora & luna lucem habent, sed calorē non habent, sol autē utroq; præpollentius: Videtis ergo q̄ illa mentis ascensio quae hoc loco designatur: cuius extrema soli comparantur, non in qualēconque, sed in summā deuotionē quādoq; definit, quāuis à sola claritate ueritatis que illuminatione incipiat. Et notandū, q̄ ille diuinae reuelationis splendor quādoq; præuenienti meditationi occurrit, quādoq; ipsam humanam præmeditationē præuenit & modo quærentē adiuuat, modo torpentem excitat. Hinc est, q̄ regina Austri regē Salomonem quæstionibus pulsā. 3. Reg. 10. Hinc est, q̄ unctum Petrum angelus cum luce uisitans, corporis sui somno excurit & excipit. Act. 12. Quæ est ista regina Austri, & illi° calidæ regionis inhabitatrix & domina, & uidetur Salomonis desiderio succentis, nisi aīa sancta sensibus & appetitibus carnis, cogitationibus & affectibus mētis fortiter præstiterit, & summi regis uerique prouisa

Salua

Salomonis dilectione feruens, uidentiq; desiderio ardens: Regina Saba prius querit & audit, postea uidet & intelligit, tandem autem obstupescit & deficit. Primum est, meditationis. Secundū, cōtēplationis. Tertium, extasis. Meditatione assurgit in cōtēplatione, cōtēplatione in admiratione, admiratione in mentis alienationem. ¶ Circa tertium notandum, q̄ quasi de deserto humanus animus ascendit, quādo supra semetipsum mentis alienatione tranſit, quādo semetipsum in imo deserens, & ad cælum usque pertranſiens solis diuinis se totū per cōtēplationem & deuotionem emergit. Felicitatum affluentia ascensionis tunc causa existit, quādo ex illa diuina dulcedinis infusione quā in intus sentit seipsum anima sancta præ gaudio & exultatione nō capit, tantū ut exultationis suae magnitudo eā extra semetipsam effundat. Huius rei forma in animalibus possumus percipere. Solent namq; in suis laibus saltus quosdam dare. Sic pulces dum in aquis ludūt, supra aquas exliunt. Nemo autē tantam cordis exultationē uel subleuationem de suis uiribus presumat, uel suis meritis ascribat. Unde & illa anima quae de deserto ascendere sic describitur, dilecto suo innixa perhibetur. Quid est dilecto inniti, nisi uirtute illius & nō propriis uiribus promoueri? Educit eam dile-

ctus per desertum in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Non haberet quomodo altus concupiscentiae temperaret sibi, nisi uirtus Altissimi obſcuraret. Illi deesset unde tenebras ignoſcere se illuminaret, nisi in lumine illius uideret lumē. Accipit itaq; dilecta ex munere dei lecti sui duo remedia cōtra duo principalia mala: refrigerii nubem cōtra concupiscentiā carnis, & reuelationis lucē cōtra ignorantia mētis. Qui ad hanc gratiam proficit, cum eā sibi ultra sollicitum subtrahi iā sentit, est q̄ face re debeat unde ad eā reparandā adiuuari ualeat. Debet animus qui huiusmodi est, propriis meditationibus cordis in se exultatione reparare, & impēta sibi diuinorū beneficiorū munera ante recordationis suae oculos renouare, & ex eiusmodi recordatione seipsum ad profundā & deuotam gratiarū actionē instigare, & tandem aliquādo internū illud spiritualis harmonie organū ex affectu in diuinas laudes laxare. Dum itaq; eiusmodi studiis intima cordis affectio in diuinae confessionis magnificentia plena deuotione resoluit: quid aliud quā quoddā (ut ita dicā) spiraculum aperitur, per quod in illud cordis nostri uasculū diuinę suauitatis abundantia infundat: Hinc est, q̄ Eliseus ppheta uerbū domini requisitus cū se præsentisset spiritū prophetiæ tūc temporis nō habere, fecit psalter ad-

R. s. duci,

duci, quo presente atq; psallente statim spiritu prophetici hausit, osq; suū in uerba prophetiae relaxauit. 4. Reg. 3. Quid est autem psaltē adducere, nisi prouida meditatione exultatione cordis reparare, & ex dicitur benehinciorū uel promissio. Recogitatione cordis deuotione exultatione: Tūc psaltē psallens facit, quādo ex magno cordis tripudio in diuina praecordia imblamus, & in gratiarū actione asurgentes, ex intimis uisceribus in diuinas laudes cū magno cordis clamore roboram. Hec itaque agentes, quid aliud quam uitam iteramus per quā ueniētem uisitantēque nos dominum excipiamus: Sacrificium, inquit, laudis honorabit me, & illic iter quo ostēdā illi salutare Dei. Ad eiusmodi psaltis uocē spiritualis animus medullitus tāgitur, & irruente in eo spiritu spiritualiter afficitur. Et dū ad diuinā inspirationē intellectualis sensus aperitur, quodāmodo in eo gratia reparat. Solet dulcis harmonia cor exhilarare, & ei gaudia sua ad memoriam reuocare, & quo amor uehementius animum afficit, eo profundius audita harmonia affectū tāgit: & quo profundius per affectionē tāgitur, tāto efficacius ad sua desideria renouatur. Quid igitur aliud de prophetico uiro sentire oportet, nisi q̄ exterior harmonia spirituale harmoniā ei ad memoriam reduxit, & audita me-

lodia audientis animū ad illuc gaudia reuocauit atq; leuauit: ¶ Dicitur est, quibus de caelis mētis alienatio accidere solebat: nūc illud adiciendū uidet, quibus gradibus ascēdat. Ascendit autē aliquādo supra sensum corporale, aliquādo etiā supra imaginatio, & aliquādo uerō supra rationē. Quis duos primos ascēsus negare audeat, quod illū q̄ supra rationem est, Apostolica auctoritas conuincat: Scito, inquit, hominē siue in corpore, siue extra corpus: nescio, Deus scit, rapitū uelq; ad tertiū caelū. 2. ad Cor. 12. Ecce quia humanā rationē mentis alienatione uāserat, qd circa se agere: discernere nequebat. Ista quae praecedūt, extracta sunt ex libro Richardi de contemplatione. Tres discipuli in Christi transfiguratione ceciderunt in faciem suā. Mat. 17. q̄a sensus imaginatio & ratio in Dei cōtēplatione deficiūt. Paulus etiā lucis circumfulgentia excacatur. Act. 9. Corpus etiā debilitat. Ezec. 2. Vidit & cecidi in faciem meā. Greg. in quādam miserā cecidimus, quod ipsum bonū ferre nō possumus, ad qd creati sumus. Dan. 10. Visionem hanc grandem, & non remansit in me Fortitudo. De duodecim quae preparant hominem ad diuinā contemplationē, de octo gradibus secundū Ber. quibus uiri contemplatiui ascendunt. Item de septem gradibus secundū August. et de diuersis speciebus uisionum.

P A R S I.
In

¶ In summa notandum est, quod ex 11. uidentur esse quae hominem preparant ad diuinorum contemplationem. ¶ Primū est, crederatio in operibus Aeternae. Non quā cito peccator Deo reconciliatur, dignus est uidere eius faciem. Absalon mansit duobus annis in Ierusalem, & faciem regis non uidit. 2. Reg. 14. ¶ Secundum est puritas, Aaron non intrabat in sancta sanctorū, nisi prius lotus. Leuit. 16. Matthaei 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Bernar. ad fratres de Monte Dei: Hoc ineffabile, quum non nisi ineffabiliter uideatur, qui uult uidere, cor mundet: quia nulla similitudine corporis dormienti, nulla corporea specie uigilanti, nulla indagine rationis; nisi mudo corde humiliter amantis uideri potest uel apprehendi. ¶ Tertium est, solitudo. Osee 2. Adducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. & Gene. 32. loquitur de iacob, quod remansit solus: Et ecce uir luctabatur cum eo usque mane. Apparuit dominus Moysi in interioribus deserti. Exod. 3. Ber. O anima, sola esto, ut illi te solā serues quem ex omnibus elegisti. Item Bernar. dicit illius ueuereundus amator est, & non uult sponsa suae secreta reuelare in publico. Quae anima sit sponsa Christi, ostendit Bernar. super Cantica. his uerbis: Animam quam uideris relictis omnibus, uerbo uotis omnibus

adhaerere, uerbo uiuere, uerbo se regere, de uerbo concipere, puta coniugem. Attende in spirituali matrimonio duo esse genera parienti, & ex hoc etiā diuersa uobis, sed etiā non aduersas, quum sanctae matres aut praedicatio animas, aut meditatio intelligentias pariunt spirituales. In hoc ultimo genere exceditur, & fecerunt etiā a corporalibus sensibus, ut sese nō sentiat quae uerbu sentit. Hoc fit cū mens ineffabili uerbo illecta dulcedine quodammodo se sibi fruatur, imō rapitur atq; illabitur a seipsa, ut uerbo fruatur: aliter sane afficitur mens fructificans uerbo, & fruens uerbo. Illic soli citat necessitas proximi, hic immutat suauitas uerbi. Et quidem lata in prole mater, sed amplexibus sponsa laetior. Chara pignora filiorum, sed oscula plus delectant. Pergat quis forsitan quaerere a me uerbo frui quid sit. Respondeo, Querat potius expertum a quo id quaeratur: aut si & mihi dare experiri, putas me posse eloqui qd ineffabile est? Audi expertū: Siue, inquit, excedimus mente Deo, siue sobrii sumus uobis, hoc est, aliud mihi credo, solo arbitro Deo, aliud uobis cōmitto. Bonū est saluare multos: excedere autē & in uerbo esse multo iucundius, aut quādo hoc aut quando hoc dulce commercium, sed breue momentum & experimentum rarum. ¶ Quarta est, desolatio. Deu-

teron

tero. 8. Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna. Iacob timebat multum Esau, quādo uisit uisionem illam, pro qua dixit, Vili Dominum facie ad faciem. Gen. l. 32. Et Stephanus in tribulatione potius in die gloriā dei. Actu. 7. Et Iohannes in exiliū relegatus à Domitiano, uidit uisionē quæ in apocripta sunt. Greg. super illud Gen. 32. Vidi Dominū facie ad facie. Prius exurentis tristitia caligo detergitur, & sic respicēte raptim in circumscripso lumine mens illustratur, quo in gaudio cuiusdam securitatis absorbetur, & quasi post defectum praesentis uitae ultra se raptā in quadam nouitate recreatur. Ibi mens ex immēso fonte uisionis superno rore aspergitur: ubi nō se sufficere ad illud quod raptā est cōtemplatur, & ueritatē sentiēdo uidet: quia quanta est ipsa ueritas non uidet, cui tanto se lōge esse estimat, quāto appropinquat: quia nisi illa utunq̄ conspiceret, non eam cōspicere se nō posse sentiret. ¶ Quintū est, silentiū. Maria tacet Lucē 7. Pharisaeo eam contēnente. Itē eiusdem 10. Martha petēte eam sibi dari. Et Mat. 26. quom discipuli essent ei molesti pro effusione unguenti. Ad contemplatiuā pertinet audire uerbū internū, qđ in taciturnitate magna uult audiri. Dauid: Audiam quid in me loquatur Dominus Deus. Eccles. 22. Audi tacens. In eodē:

Vbi non est auditus, non effusas sermonem. Thren. 3. dicitur de taciturnitate & solitudine. Sedebat solitarius, & tacebat. Ibidem: Bonū est praestolari in silentio salutare Dei. Et si quom Mariam alloquitur, silenter debet loqui. Ioann. 11. Martha uocauit Mariam silentio, Magister adest. &c. ¶ Sextum est, gratitudo actio & uox laudis. In Psal. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostēdam illi salutare Dei. ¶ Sex alia tanguntur Gene. 3. quorum primum est humilitas, quā tangitur in hoc, quod Dominus dicitur apparuisse Abraham in conuallē Mambre. Intel. Apparet Deus humilibus. Mambre interpretatur, claritudo, uel perspicuitas. Cōdolis Mambre, est duplex humilitas: cordis scilicet, & corporis, in qua clarius Deus uidetur. Bernar. Superbo oculo Deus non uidetur, sincero pater. Idem. Quisquis curiosus est scire, non hoc uerbo frui: para illi non aures, sed mentem: non dicit hoc lingua, docet gratia. Responditur hoc à sapientibus prudentibus, & reuelatur ingenuis. Magna, fratres, magnā sublimis uirtus humilitas, quom meretur quod nō docetur, & gna adipisci quod nō ualet disci: digna à uerbo & de uerbo concipere, quod suis ipsa uerbo explicare nō pōt. Locus Mariae erat ad pedes Christi. Lu. 7. Sicut retro secus pedes &c. Eiusdē:

Quae sedens secus pedes &c. Io. 11. Vidēs eum, cecidit ad pedes eius. Eiusdē 12. Vnxit pedes Iesu. Et Ioan. 20. Voluit tangere pedes eius, sed non est permissa. Noli, inquit, me tangere. Gloss. Hic innuitur quod pedes eius amplecti uoluit. Item Matth. 23. dicitur de ipsa & socia eius. Acculerūt & tenuerūt pedes eius. ¶ Secundū est quies, quod tangitur ibi. Sedenti &c. Thren. 3. Sedebat solitarius &c. Ioann. 11. Maria autē domi sedebat. Gen. 28. Vidit Iacob in somnis scalā. Hanc uisionē uidet Iacob dormiens in itinere. Augustinus. In itinere dormire, est in uia huius seculi ab impedimento seculi actionū quiescere. De somno isto legitur Cantico. 5. Ego dormio, & cor meū uigilat. Sapientiae 8. Intrans in domū meā conquiescam cum illa. ¶ Tertiū tangitur cum dicitur, In ostio tabernaculi. ¶ Ostium tabernaculi, est exitus de corpore isto. In ostio tabernaculi sedent q̄ mortem habent in desiderio & uitā in patientia. Iacob luctāte cum angelo neruus emarcuit, Genes. 32. Amor enim praesentis seculi deficiere debet in uiris contemplatiuis. Gregor. Iacob qui cum angelo contendit, cōtemplatiui uiri animā exprimit, quē cum Deum cōtemplari nititur, uelut in certamine modo quasi superat: quia intelligēdo & sentiēdo de incircūscripto lumine aliquid gustat, modo uero

succumbit, quia degustādo iterū deficit. Quasi ergo uincitur angelus, quādo intellectu intimo apprehenditur Deus. Sed notā dum quod idem uictus neruum tetigit, & marcescere fecit, & extūc Iacob uero pede claudicat: quia omnipotens Deus, cum per desiderū & intellectū cognoscitur, uoluptate carnis arefacit: & qui prius quasi duobus pedibus nitētes & Deum uidebamur querere, & seculū tenere, post agnitionem suauitatis Dei, unus in nobis pes sanus remanet, alter claudicat: quia debilitato amore seculi, solus amor Dei conualescit. ¶ Quartum est, feruor charitatis quod tangitur ibi: In feruore diei, Aaron cum igne & thymiamate intrat in sancta sanctorū. Leuitici 16. Augustin. in libro Soliloquiorum: Sapientiam castissimo cōspectu atque complexu nullo interposito uelamento, quasi nudam uidere ac tenere desideras, qualem se illa non sinit, nisi paucis & electis amatoribus suis. An uero si alicuius pulchræ scēminē amore flagrans, iure se tibi nō daret, si aliud à te quicquam praeter se amari comperisset: Sapientiae castissima pulchritudo, se tibi, si in solā arseris, demonstrabit. ¶ Quintū est, cordis eleuatio, quā est meditando de supernis, quod tangitur ibi, Cumq̄ eleuasset oculos Christus, in monte transfiguratur. Matth. 17. & Marc. & Luc

roborat se aduersus omnia quæ à proposito & sententiâ mouere molitur. hoc ad fortitudinem. Item societatem humanâ magnipedit: nihil uult alteri quod sibi nolit accidere. hoc est ad iustitiam. Sequitur auctoritas & precepta sapientium, & per hoc sibi loqui Deum credit. hoc ad prudentiâ. In hoc præclaro actu animæ inest ad huc labor, & contra huiusmodi molestias atque blanditias magnus conflictus. ¶ Ad quintum gradum pertinet ut anima ab omni labe libera maculisque lota in hoc statu se teneat. Aliud enim est efficere, aliud tenere puritatem, ut ait Aug. alia prorsus actio quæ se inquinata reintegret, & alia quæ non patitur rursus inquinari. Tunc ingenti quadâ & incredibili fiducia pergit in Deum, id est in ipsam cõtemplationem ueritatis, & illud propter quod tantum laboratum est altissimum & secretissimum præmium. ¶ Sextus ergo erit iste actionis gradus. Aliud enim est mundari ipsum oculum animæ, ne frustra & temere aspiciat, aliud ipsum custodire & firmare sanitatē, aliud iam serenū atque rectū aspectū in illud quod est uidentium dirigere. Quod prius uoluit facere, quum mundati & sanati fuerint, luce reuerberantur ueritatis. ¶ Septimus & ultimus animæ gradus, est uisio & cõtemplatio ueritatis: neque est iam gradus, sed quedam mansio. Primus actus

dicatur animatio. Secundus, sensus. Tertius, ars. Quartus, uirtus. Quintus, tranquillitas. Sextus, ingressio. Septimus, cõtemplatio. ¶ Et notandum quod ad Deum cõtemplationē nō admittitur homo nisi innoatus, unde de ascensu cõtemplationis uerum est illud Ioan. 3. Nemo ascendit in celum, nisi qui de celo descendit. Unde cautē locutus est Apost. 1. Cor. 12. Scio, inquit, hominē in Christo &c. raptum huiusmodi usque ad tertium cælum. Non raptus fuisset, nisi in Christo, id est, in Christi conformitate fuerit.

¶ De triplici specie uisionis.

¶ Et distinguuntur ibi in glos. tres species uisionis, scilicet corporalis, imaginaria, & intellectualis. Corporalis est, cum quedam corporaliter uidetur Dei munere, quæ alii uidere nequeunt, ut Balthasar uidit manū scribentem in pariete. Dan. 5. Imaginaria est, quæ alijs in extasi uel in somno uidet nō corpora, sed imaginēs rerū Dei reuelatione, ut Petrus uidit discipulum. Act. 10. Visus intellectualis est, quado nec corpora, nec imagines eorum uidentur: sed in corporeis substantiis intuitus mentis mira Dei potentia figurat. Talis fuit uisio Pauli. Brachiturus uidit discipulum. Aug. 9. ipse uidit Deum facie ad faciem. Aug. Cui nō credamus quod tanto Apostolus doctori gentium raptus usque ad celestissimā uisionē, uel de demonstrare uitam in qua per hanc uidentus est in eternum.

secundum hoc illud Exo. 33. Non uidebit me homo, & uiuet: exponendum erit de homine humano modo uiuente, secundum illud Aug. in lib. de Trinit. Videri, inquit, diuinitas humano uisu nullo modo potest, sed eo uisu uidetur quo iam qui uidet, nō homines, sed ultra homines sum. Et super Exo. 33. dicit gl. Greg. in hac carne uiuentibus inestimabili uirtute crescentibus cõtemplationis acumine, potest æterna Dei claritas uideri: non tamē uidebit homo, & uiuet: quia qui sapientia quæ Deus est, uidet, huiusmodi funditus moritur, ut Dei amore teneatur: qui raptus est, sensu nō utitur. Unde narrat August. de quodam sacerdote, qui quando audiebat aliquod delectabile, pro gaudio statim quasi mortuus erat, & appositū ignem corpori non sentiebat. Itē Bern. ad fratres de Monte Dei, loquens de uerbo illo Iob 36. Abscondi lucē in manibus, uidetur dicere quod Deus in cõtemplatione uideatur sicut ipse est. Electo, inquit, & dilecto Dei uicissim lumē uultus Dei ostenditur, sicut lumē clausum in manibus, patet & latet ad arbitriū tenētis, ut per hoc quod quasi in transcurso, uel in puncto uidere permittitur, inardescat animus ad plenā possessionē luminis æterni, & hereditatem plenæ uisionis Dei. Cui ut innotescat aliquatenus id quod ei deest, non nunquā quasi pertransiens gratia perstringit sen-

sus amatis, & eripit eum sibi, & rapit in diē qui est à multitudine rerum ad gaudia cælestia, & pro modo suo ad momentū & punctum id ipsum offēdens ei uidentem sicuti est. Interim etiā ipsum efficit in idipsum, ut sit suo modo sicuti illud est: ubi cum didicerit quid sit inter mundū & imundū, reddatur sibi, & remittitur ad mandandum cor ad uisionē, ad aptandum animā ad similitudinē, ut si aliquando rursus admittatur, sit purior ad uidentū, & stabilior ad fruendū. Nunquā enim melius deprehēdit modus humane imperfectiōnis, quā in lumine uultus Dei, in speculo diuine uisionis. Idem in eadem epistola: Deus semper queritur, ut dulcius inueniatur: dulcissimē inuenitur, ut diligentius queratur. Hoc ergo ineffabile cum nō nisi ineffabiliter uideatur, qui uult uidere, cor mūdēt, & subditur: Hęc est facies Dei quam nemo potest uidere, & uiuere mundo. Item Aug. in li. Soliloquior. Quando fueris talis, ut nihil prorsus terrenorum te delectet, mihi crede, eodem momento, eodem puncto temporis uidebis quod cupis. Quædam ad cõtemplationem utilia, require in tractatu Spei. cap. de rebus sperandis.

De dono intellectus. PARS XI.

Notandum quod donū intellectus secundum quosdam, dicitur gratia intelligendi salubres significationes signorum naturalium, uel positiuorum. Ad

quod facit quod dicit Dominus discipulis, Matt. 10. quarentibus ut edisseret eis parabolā. Adhuc, inquit, & uos sine intellectu estis. Credebant mysticum quod erat proprie dictū. Vnde non habebant notitiam circa mysteria parabolārū. Item eiusdem r. Cum discipuli ad litteram intelligerēt illud quod dominus dixerat eis, Cauete à sermone Pharisæorū reprehendit eos dominus, dicens: Nondū intelligitis, &c. Item ad idem facit quod legitur Dan 10. In uisione opus est intelligentiā. Item in Psalm. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Equus & mulus à foris manent in rebus sensibilibus exteriora solum uidentes, interiora non agnoscetes. Ad idem facit quod dicit Grego. super illud Iob 1. Filii eius faciebāt conuiuia, &c. Intellectus, inquit, in die suo pascit, dum de auditis cor illustrat. Itē super illud Iob 1. Ventus uehemēs irruit à regione deserti. Spiritus mētē instruit contra hebetudinem. Intellectu animus hebes est, quo rebus hæret, à foris non ingrediens, ad significata earū: quam hebetudinē donū intellectus expellit. Vnde dicitur intellectus, quasi interna lectio. Hoc donū non habuerūt Philosophi, qui uisibilia huius mundi non acceperūt ut signa, sed quasi materialiter, qui arguuntur. Sap. 13. Si enim tantum potuerunt scire, ut possent estimare seculum, quomodo huius

dominum facilius non inueniunt? Ipsi similes fuerunt pueris qui in libris pulchris & deauratis literarū pulchritudinem mirantur, de his quæ scriptura significat non curantes. Aug. in lib. de lib. arbit. Admirator creaturarū, & eis in hærens, nō admirans ar. iusticē, similis est homini qui sylabas decenter ornatas miratur, & in eis adhæret relicto sententiæ principatū. Signa naturalia sunt omnes creaturæ. Omnes enim nobis loquuntur Dei laudem, & nostrā eruditionē. Deus enim effudit sapientiam super omnia opera sua. Eccl. 1. Iob 12. Nimirū interroga iumenta, & docebunt te: & uolatilia cæli, & indicabunt tibi. Loquere terra, & respondebit tibi, & narrabunt ea piscis maris. Salomon sapientiā quaesit tam in herbis, quam in arboribus, etiā in animalibus. Disputauit enim ab hylopo usque ad cedrū, & de omnibus generibus animalium, per singula præponens parabolam. Et Aristoteles interrogatus à quo tot & tanta discisser: Respondit, A rebus quæ mentiri non norunt. Aug. in lib. de lib. arbit. Quocūque te uertis, ueritas uestigijs quibusdam quæ operibus suis impressit loquitur tibi, & te in exteriora labētē ipsis exteriorū formis reuocat. Sap. 13. A magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter potest creator earū uideri. ad Rom. 1. Inuisibilia Dei, creatura mūdi per ea quæ facta sunt,

sunt, intellecta cōspiciuntur. Ad donū intellectus secundum hanc acceptiōnē pertinent parabolæ Euāgelicæ, & alia mystica, quæ in scriptura inueniuntur. Bernard. in Sermonibus, loquens de apparitionibus Christi post resurrectionē: In spiritu intellectus aperuit eis sensum, ut intelligerent scripturas. Vnde secundū hoc illud quod dicit Augu. in lib. de doct. Christ. quod cognitio sacræ scripturæ pertinet ad donū sciētiæ: non est intelligendū uniuersaliter, sed solum de illa parte scripturæ, quæ de miseria humana loquitur. Signa positia sunt, ut quæ sub ueteri lege, & noua sunt instituta. Ad donū igitur intellectus pertinet intelligere ea quæ creaturæ nobis naturaliter significant, quæ significatio maxime est ratione similitudinis. Et secundū hoc creaturæ sunt quasi libri naturales. Sed uelut libri facti in quibus per donū intellectus legimus quæ ad nostrā salutē pertinent, sunt ut formæ ecclesiariū, & situs, & ornatus. Item habitus personarū ecclesiasticarum: & ornatus earū in suis mysteriis. De diuersis libris in quibus homo legere debet, Requirit in Sermonibus epistolarū de uerbo illo, Quæcunque scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt. ¶ Secundum aliquos uerò donum intellectus dicitur lumē quo inuisibilia cognoscuntur. Ad quod uidetur facere quod legitur in 5. lib. Bern. de cōsideratiō-

ne, ubi ipse distinguit inter intellectum, fidē, & opinionē, unumquodque eorū describens. Fides, inquit, est uoluntaria quædam & certa prælibatio, ne dū propalata ueritatis. Intellectus est, rei cuiuscunque inuisibilis certa & manifesta notitia. Opinio est, quasi pro uero habere aliquid quod factum esse nescias. In eodem: Intellectus rationi innititur, fides autem ueritati, opinio sola uerisimilitudine se uertit. Idē Aug. in lib. de Utilitate credēdi: Quod credimus, debemus auctoritati: quod intelligimus, rationi: quod erramus, opinionī. Item Aug. in quodā sermone de Timore: Sextus, inquit, gradus est intellectus, ubi ab omni falsitate carnalis uanitatis corda mūdantur, ut pura intēio dirigatur in finē: propterea & sexto loco dicitur, Beati mundo corde.

De dono sapientiæ. PARS XII.
Sapientia quādoque largē sumitur, scilicet pro sapida scientia, secundū illud Eccl. 6. Sapientia doctrinæ secundū nomē eius, sapidam scientiā habet, cui res quas agnoscit sapiunt ut debent: quādo scilicet mala culpæ sunt ei amara, bona temporalia uilia, spiritualia chara. Bernard. in sermōibus: Inuenisti planē sapientiā, si prioris uitæ peccata desideas, si huius seculi desiderabilia parmipēdas, si aternā beatitudinē toto desiderio cōcupiscas. Inuenisti sapientiā, si tibi horum singula sapiunt prout sunt.

iustitiam, dicit dominus iam esse regnum celorum.

De quinque attendendis & admirandis circa doctrinam illam quæ est compendium nouæ legis.

P A R T I I .

Circa secundum notandum quod quinque sunt attendenda & admiranda circa dictam doctrinam, quæ compendium est nouæ legis. Explanatio vero eius subditur in eam non dicit dominus in illo sermone, sicut patet ex Glossa. Vnde super illud, Ascendit in montem, dicit Glo. In hoc monte nouum testamentum in cordibus filiorum scribit, incipiens à beatitudine, qui in monte Sinai uetus testamentum in lapidibus seruis dedit, incipiens à timore. Et alia Glossa dicit, Sicut Moyses decem præcepta proponens postea per partes explicat: sic Christus quasi uirtutum genera octo beatitudines proponit, ex quibus pendet quæ in monte dixit. ¶ Primum attendendum & admirandum circa doctrinam illam est legislatoris benignitas. Secundum, in eiusdem autoritas. Tertium, doctrinæ sublimitas. Quartum, sententiarum extraneitas. Quintum, doctrinæ integritas. ¶ Benignitas legislatoris in hoc apparet, quod ipse nec præcipit, nec prohibet, nec comminatur, sed dulcedine mercedis temperat difficultatē laboris. Vnde lex eius bene potest intelligi illa lex clementiæ, de qua dicit Salomon in fine Prouer. loquens de sapiente mu-

liere: Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Verè non est similis illi in legislatoribus. Iob 36. Non sunt similes ei qui multitudine preceptorum & prohibitionum subditis suis obstruunt uiam paradisi, & comminationes multas eis facientes non dant locum timori Altissimi. Auctoritas legislatoris maxima est. Ipse enim iudex est, qui hanc legem dat. Ideo magna securitas est his qui eam obseruat. Iob 37. Quis mihi tribuat auditorem, ut desiderium meum audiat omnipotens, & librum scribat ipse qui indicat, ut in humero meo portem illam? In humero portare, est secundum Greg. scripturam operatione perficere. Ad doctrinam illam pertinet illud Eccles. 24. Ego ex ore Altissimi prodii. Si uerba quæ tetigerunt Salvatorem pro reliquiis habentur, quare uerba quæ processerunt de ore eius pro reliquiis non habentur? Nullam uerborum illorum negligendum esset. In Psalm. Folium eius non defluet. Diligenter essent audienda uerba illa, & memorie insigenda. Eccles. 8. Ego os regis obseruo. Credendum est, quod uerba ipsius magna sint uirtutis. Illi enim specialiter dicitur in Psalm. Diffusa est gratia in labiis tuis. Et Luc. 4. Mirabantur omnes in uerbis gratiæ, quæ procedebant de ore illius. & Cant. 5. Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. ¶ Sublimitatem doctrinæ Christus ostendere uoluit

luit in hoc, quod doctrinam illam in monte tradidit. Vnde glossa super illud, Ascendit in montem. Altiores, inquit, docturam quam illam quæ est Scribarum & Phariseorum. Item alia glossa. Ascendit in montem, ut altiora uirtutum culmina doceret. Proposuit dominus in monte illo abscondita celestis ethicæ. Vnde impletum fuit illud, Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi. Matth. 13. Et est sumptum de Psalm. Ibi tradidit regulas uicæ ad regimen totius mundi sufficienter, si secundum eas regere se uellet. Ibi tradidit principia moralis philosophiæ, quibus ueritas uite demonstratur & æterna felicitas non tam infertur quam conferuntur. Ibi sol intelligentiæ uelut octo radios ex se emisit ad ecclesiæ illuminationem. Ibi fons sapientiæ uerbum scilicet Dei in excelso Ecclesiæ. r. Nouum testamentum uelut quendam fluuium paradisi emisit: ut tangitur in Glossa. Hic est torrens ille, de quo Ezechie. 47. Viuent omnia ad quæ uenerit torrens. Ad hunc fluuium pertinet illud Ecclesiæ. 24. Ego quasi fluuius Dorix, & quasi aque dulcis exiui de paradiso. Dorix interpretatur medicamentum generationis. Os illud cuius aperuionem Mathæus commemorat, ueræ uenæ uitæ fuit. Prouerbius. 10. Vena uitæ os iusti. Lex uetus promittebat suis obserua-

toribus benedictionem temporalis prosperitatis, & transgressoribus comminabatur maledictionem temporalis aduersitatis. Deut. 28. Sed lex noua obseruatores suos beatos prædicat. Magis enim Deo asinat, quam illa. Quanto uero aliquis Deo similior est, tanto in minori tranquillitate est. Vnde super illud Ierem. 17. Ego autem non sum turbatus, & peritorem sequens, dicit Glossa. Quanto magis Christum sequeris, tanto minus turbaris. In doctrina illa erexit nobis Christus scalam mirabilem, cuius utraq; extremitas tangit cælum. In commendatione enim primæ beatitudinis & ultimæ dicitur, Quoniam ipsorum est regnum celorum. Quomodo regnum celorum sit pauperum spiritu, & quomodo eorum qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, dicitur, quum de illis beatitudinibus specialiter agatur. ¶ Sententiæ illius doctrinæ ualde extraneæ sunt à sententiis sapientiæ mundanæ, quæ miseros iudicat, quos illa doctrina beatificat. Sunt enim octo illa uerba quasi octo positiones ipsius ducis philosophiæ. Positio nes, inquam, extraneissimæ, sed tamen uerissimæ. Causa quare sapientia Dei adeo extraneum iudicium habeat à iudicio mundanæ sapientiæ, hæc est: quia lumen sapientiæ diuinæ magis est sufficiens ad uisionem eorum quæ sunt prope, & eorum quæ sunt longè. Attingit enim à fine usque ad finem.

Sap. 8. Lumen uero mundanae sapientiae modicum est, non sufficiens nisi ad uisionem praesentium. Sapientia mundana superficialiter solus res alpicit: sapientia uero Dei interiora penetrat, ideo suauitatem inuenit, quam non inuenit sapientia mundi. Si mica si loqui posset, nucem amaram diceret propter corticis amaritudinem. Qui uero nucem fragit, & ad nucleum peruenit, dulcedinem in nucem inuenit. Doctrina illa integra est quantum ad principia moralis sapientiae. Licet anima multas conditiones in rebus attendat, tamen specialiter ipsa sapiens iudicatur secundum conditiones quae sunt bonitas & malitia. Anima enim sapiens est, si bona & mala sapiunt ei ut debent. Bern. in sermonibus: Inuenisti sapientiam, si tibi horum singula sapiunt prout sunt. Perfecte ergo principia moralis doctrinae tradi uidentur in illis octo uerbis, in quibus anima ad bonum & ad malum perfecte ordinatur. Ad bonum ordinate se habet, si modica bona modicum diligat, si uera bona esuriat & sitiatur, & si eis ita adhaereat, ut nulla poena ab eis separari ualeat. Ad primum pertinet illud, Beati pauperes spiritu, &c. Ad secundum illud, Beati qui esuriunt, &c. Ad tertium, Beati qui persequuntur nonne, &c. Ad bonum quis ordinate se habet, si nulli malum inferat, si sibi illatur, uel gratis assumptum aequanimiter ferat, si alii illatum pro

posse auferat, si studioso cauetur ut nec inquinetur malo culpa, nec perturbetur malo poena. Ad primum pertinet illud, Beati mihi res. Ad secundum illud, Beati qui lugent. Ad tertium illud, Beati misericordes. Ad quartum illud, Beati mundo corde. Ad quintum illud, Beati pacifici. Secundum Glossa in septem primis est, perfectio. In octaua, perfectionis ostensio. Ad perfectionem duo pertinent, scilicet purgari a noxiis, & impleri bonis. Purgari uero a noxiis, est prius naturaliter, Augustin. Bono implendus es, funde malum: paupertas spiritus, & mansuetudo fundunt malum. Paupertas spiritus fundit mala illa quae ueniunt nobis a bonis quae intra nos sunt, scilicet solitudinem seculi & amoris. Mansuetudo uero fundit mala illa quae ueniunt nobis ab aliis quae contra nos sunt. Expellunt enim perturbationes quas in nobis faciunt aduersa. ¶ Quintae uero beatitudines sequentes pertinent ad repletionem boni. Duplex est enim bonum praeter bonum delectabile: scilicet bonum expediens, ut est medicina, uel incisio propter salutem corporis facta, & bonum simpliciter. Ad bonum expediens pertinet illud, Beati qui lugent. Qui enim habet gratiam lugendi, renuit consolari eligens hic salubriter cruciari ut possit sanari in futuro, & possit ueraciter delectari. Ad bonum simpliciter pertinent quatuor

quatuor sequentes beatitudines. Duae primae ad actiuam, & duae aliae ad contemplatiuam. Illud, Beati qui esuriunt, &c. pertinet ad bonum ad quod tenemur. Illud, Beati misericordes, ad bonum ad quod non tenemur. Aliarum duarum quae pertinent ad contemplatiuam, prior pertinet ad intellectum, posterior ad affectum. Item prima septem beatitudinum quae pertinent ad perfectionem animae, expedit uim concupiscibilem, scilicet paupertas spiritus: mansuetudo uero expedit uim irascibilem. Vis uero rationalis postquam cor expeditum est, ab amore mundi per paupertatem spiritus, & perturbationibus irae per mansuetudinem, uacare potest & uidere statum in quo homo est. Quam uisionem sequitur luctus: quia qui apponit scientiam, apponit & dolorem. Ecclesiast. 1. Luctus uero purgat mentem, reliquias infirmitatis expellens, & infectionem palati spiritualis quae erat de febre iniquitatis remouens. Ideo post luctum bene sequitur esuries iustitiae: sicut homo perfecte purgatus & sanitati corporali restitutus esurire solet. ¶ Et notandum, quod non tam cito animus perfecte sanatur, quam cito peccatum ei remittitur. Vnde Augustinus 14. libro de Trinitate: Sicut aliud est febrem, aliud infirmitatem febrem factam curare. Item aliud est reum de corpore demere,

aliud uulnus eo factum secunda curatione sanare: Ita aliud est causam afferre languoris, quod per indulgentiam sit omnium peccatorum: aliud ipsum languorem curare, quod paulatim proficiendo fit in renouatione huius imaginis. Primum facit Deus per se & secum: secundum facit Deus per hominem, & cum homine. Ideo dicitur in Psalm. Qui propitius est iniquitatibus tuis, & sanat omnes infirmitates tuas. Sanare infirmitates numeratur quasi diuersum cum eo quod est propitari iniquitatibus: quia uero esuriens & sitiens iustitiae, ex fragilitate quandoque cadit, saltem uenialiter. Septies enim cadet iustus. Pro u. 24. necessaria sunt homini opera misericordiae quibus homo se abluat. Luc. 11. Veruntamen quod superest, date elemosynam, & omnia munda sunt uobis. ¶ Sexto uero loco recte ponitur munditia cordis praeparans ad Dei uisionem, cum omnia praecedentia uel indicatiua sint, uel effectiua munditiae, esuries & sitis eam indicant, cetera eam efficiunt. Uisionem uero Dei sequitur gustatio diuinae suauitatis: qua degustata animus amore & desiderio eius capitur, & propter hoc auerit se & abrupit ab aliis, ut Deo totaliter uacet. Gustato enim spiritu, ut ait Aug. despicit omnis caro, unde talis studet paci faciendae & conseruandae in se, sciens quod in pace factus est locus eius. Ideo septi-

mo loco rectè ponitur illud, Beati pacifici. Tres primæ faciunt ad hoc ut uetus homo exuatur: quatuor sequentes ad hoc ut nouus homo induatur. Ad quod monentur Ephes. 4. Deponite uos secundum pristinam conuersationem ueterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris, & induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est. Et ad Colos. 4. Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum hominem, &c. Ideo septimo loco rectè dicitur, Quoniã filii Dei uocabuntur. Filius Dei est homo nouus. Filius Adam homo uetus. Bern. in sermo. inter dictas septē beatitudines sic distinguit: Attēde, inquit, quemadmodū in tribus prioribus sibi ipsi reconciliatur anima: in duobus, quæ sequuntur proximo: in sexto, Deo: in septimo, alios reconciliat, tanquam receptus in gratia domini & felici familiaritate donatus. Nam paupertate, mansuetudine, fieri, renouatur in anima similitudo quædã & imago eternitatis omnia tempora completentis, dū paupertate futura meretur, mansuetudine sibi presentia uendicat. Hoc uidetur dici propter hoc, quod mansuetus sibi dominatur, cum homini immanis uetus potius dominetur ira. Et subdit Bern. Luctus penitentia præterita quoq; recuperat, sicut scriptum est: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudi-

ne animæ meæ. Porro iustitia & misericordia perfectè proximo cohæremus, dum quicquid uolumus nobis fieri, aliis nõ facimus per iustitiã, & quæcunq; uolumus ut faciant nobis homines, & nos, faciamus illis per misericordiã. Iam reconciliati nobis, reconciliati etiam proximo fiducialiter per munditiã cordis, reconciliamur Deo. Beati uerò qui de sua reconciliatione non ingrati & pro fratribus suis piè solliciti, eos quantum præualeant, & sibi & Deo reconciliare laborant.

De paupertate spiritus; & eius descriptione: quare etiam pauperes spiritus sint beati, & regnum celorum sit ipsorum ac cui dono paupertas spiritus adaptetur. PARS. III.

Consequenter dicendum est de singulis beatitudinibus. Et primo de paupertate. De qua hoc modo dicitur. Primò ostenditur quare dicatur paupertas spiritus. Secundo quomodo pauperes spiritus sint beati. Tertio, quomodo regnum celorum sit pauperum spiritus. Quarto, cui dono paupertas spiritus adaptetur. Quinto, agitur specialiter de his in quibus paupertas spiritus consistit. ¶ Circa primum notandum, quod Bernardus, in sermonibus, uocat paupertatem spiritus uoluntariam paupertatem, quæ est cum spirituali intentione, sic dicens, Diligenter attende, quod non simpliciter pauperes nominat, propter plebes

paupe

pauperes, necessitate miserabilis, non uoluntate laudabili. Spero equidem profuturam eis a patre diuinæ bonitatis misericordiam hanc ipsam afflictionis sue miseriam. Scio tamen hoc in loco Dominum non de huiusmodi fuisse locutum, sed de his qui possunt dicere cum propheta: Voluntariè sacrificabo tibi. Atamen nec uoluntaria quidem paupertas omnis laudem habet apud Deum. Nam & philosophi sua omnia reliquisse dicuntur, ut expectati mundialibus curis studiis uanitatis possent uacare liberius, & nolebant se abundare in sensu suo. Hos discernit quod dictum est, Spiritus, id est, spirituali uoluntate. Beati uerò pauperes spiritus: spirituali scilicet intentione, desiderio spirituali propter solum beneplacitum Dei & animarum salutem. Super illud uerò Matt. Beati pauperes: quædam interpretantur. dicit. Voluntate: alia interlin. dicit, Pauper spiritus est humilis corde. Gloss. uerò hæc duo coniungit, dicens, Paupertas deuotio habet duas partes, rerum abdicationem, & spiritus contritionem. ¶ Si quis tamen diligenter attendat, paupertas spiritus uideri poterit consistere in tribus, secundum tres uires animæ: scilicet in humilitate secundum uim rationabilem, ut sumamus humilitatem pro illa humilitate, de qua Bernardus: Est humilitas, quam in nobis ueri-

tas parit. Item in libro de decem gradibus humilitatis: Humilitas est uirtus, quæ homo uerissima sui cogitatione sibi ipsi uilescit. Et in diffidentia de propriis uiribus, quantum ad uim irascibilem. Diffidentia enim de propriis uiribus commendabilis est, sicut diffidentia de Deo, est uituperabilis. Et in contemptu siue prauo amore rerum temporalium quæcunq; sint res illæ, siue sint æquæ, siue alia. Et iste contemptus pertinere uidetur ad uim concupiscibilem. Et sub isto tertio membro contineri illa uidetur species humilitatis, quæ est contemptus propriae excellentiæ: de qua loquitur Bernardus in epistolis: Possumus tamen dicere paupertatem spiritus consistere in duobus: scilicet in humilitate, & rerum temporalium abdicatione: sicut tangit glossa. Et tunc accipietur humilitas ita largè, ut comprehendat diffidentiam de propriis uiribus. Sicut in tractatu de Superbia, præsumptio posita est species superbiæ. Dicunt etiam aliqui, ad paupertatem spiritus pertinere spirituale mendicationem, quæ sunt spiritus, improbum se diuitibus spiritualibus exhibendo, nunc subsidium orationum, nunc panem doctrinæ humiliter petendo. Sed ista mendicatio sequela est ueræ humilitatis. Item dicunt aliqui, paupertatem spiritus esse quum aliquis agnoscit se non habere domi

dominiū aliquod, nec in se nec in eis quæ sua uidentur, sed solum administrationē: Deum uerò omnium esse uerum dominiū intelligit. Hæc paupertas spiritalis est, quum sedē habeat in ipso spiritu. Et qui hanc paupertatem habet omnino sine proprio est. Prouer. 14. Acceptus est regi minister intelligens. Intelligens inquam, se solum ministrū esse, & nullus dominum.

¶ *Quare pauperes spiritus sunt beati.*

CIRCA secundū notādum est quod propriissima causa quare pauperes spiritu sint beati, est illa quā dominus assignat, quoniam ipsorum est regnum celorum. quasi diceretur: Videntur esse pauperes, sed uerē sunt diuites. Prouer. 13. Est quasi pauper quum in multis diuitiis sit. 2. ad Corint. 6. Sicut egentes, multos autem locupletantes tanquā nihil habentes & omnia possidentes. Tria genera hominū solent haberi pro pauperibus, licet nihil possideant, scilicet electi ad dignitatē magnā, & qui diuitias multas quas habet in tuto loco deposuerunt, & hæredes principum. Et hæc tria inueniuntur in pauperibus spiritu. Iac. 2. Nōne Deus elegit pauperes in hoc mūdo, diuites in fide, & hæredes regni? Ad beatitudinē etiam pauperū spiritu facit, quod ipsi liberi sunt à multiplici miseria quæ superbiam sequitur. De quo require in tractatu de Superbia.

Item à multiplici miseria in quā ponunt diuitiæ amatores suum. De quo require in tractatu de Auaritia. Quando etiam ponitur ea quæ pertinet ad commendationem paupertatis & humilitatis, amplius patebit quomodo pauperes spiritu sint beati.

¶ *Quare pauperum spiritus sit regnum celorum.*

CIRCA tertium notādum quod pauperū spiritu regnū celorum est facilitate acquirendi. Pauperes enim spiritu sunt contemptores mundi, & humiles: qui uero contēnunt mundū, habent eum sub pedibus, & sunt supra mundum. Humilitas uerō est quasi clauis regni celorum contra quam non ualet aliqua clausura. Apocal. 3. Ecce dedi ostium apertum coram te, quod nemo potest claudere, quia modicam habes uirtutem. Facile ergo pauperibus spiritu intrare regnum celorum, qui sunt iam supra mundum, & clauem habent tam efficacem. Præterea humilitas est de qua dictum est quod pauperes mundi euadit. De paupertate autem uerum est, quod dicitur: Frustrā iacitur rete ante oculos pennatorū. Pennati sunt contemptores mundi. Humilitas uerō

prope

propter eius capacitatem. Ipsa enim in presenti capax est gratiæ quam tumor superbiæ repellit. Iac. 3. Humilibus autē datur ea quæ pertinet ad commendationem: & quia est capax gratiæ, in futuro erit capax gloriæ. ¶ Secundō, propter fidelitatē. Quum enim ipsa fidelis sit in modico, super multa constituetur. Matth. 25. Quia super paucā fuisse fidelis, supra multa te cōstituam. Bernardus super Cantic. Fidelis reuera famulus es, si de multa gloria de mini tui, etsi non exeunte de te, tamē transeunte per te, nihil manibus tuis adherere cōtingat. ¶ Tertio, ratione uicissitudinis. Humilitas Deū in se recipit: ideo merito in regno Dei recipitur. Prouer. 29. Humilem spiritu suscipiet gloria. Humilitas in presenti Deum honorat: ideo merito in futuro à Deo honorabitur. Ecclesiast. 3. Magna potētia Dei solus, & ab omnibus honorabitur. 1. Reg. 2. Qui honorificauerit me, glorificabo eum. Item diffidentium de propriis uiribus est regnum celorum, id est, robur & effluentia cælestis auxiliū. De celo enim uenit eis auxiliū, cum de Deo & de sanctis eius cōsident, & non de propriis uiribus. Luc. 12. Nolite timere pūsilis grex, quia complacuit patri meo dare uobis regnum. Contemptoribus uerō rerum temporalium regnum celorū est quasi iure emptionis. Bern. in sermōnibus: Pauperibus pariter & martyribus regnū celorū promitti-

tur: quia paupertate quidē emittitur, sed in passione pro Christo absq; omni dilatione percipitur. Matt. 19. Omnis qui reliquerit domū, &c. centupli accipiet & uitā aeternā possidebit. Item Bern. in sermōnibus: Quid sibi uult quod eadē promissio facta est martyribus & pauperibus, nisi quia uerē martyri genus paupertas uoluntaria est. ¶ Item mendicantiū suffragia sanctorū, regnū celorū est: quia regnū celorum pietatis est. Quicquid autē habet pietas, pauperū est. Eccles. 16. Omnis misericordia facit locum unicuique, &c. Domus cælestis sicut & alia domus Dei pauperum est. Illorū uerō qui nihil propriū se habere intelligūt, sed omnia cōmodata uel cōmendata à Deo reputāt, est regnū celorum, tanquā eorū qui Deo sunt fidelissimi, nullius rei dominiū sibi usurpātes, sed omniū rerum dominium Deo relinquētes. Ad beatitudinem horum facit, quod si auferatur ab eis aliquid eorū quorum onus & periculum habebūt, nullam molestiā sentiunt sed suam exonerationē hoc reputant. Præterea cum propriam uoluntatē non habeant, & cōtra uoluntatem propriam eorum nihil sit, ideo molestia caret. Hoc enim solum molestem est alicui quod contra eius uoluntatē sit.

¶ *Paupertas spiritus dono timoris adaptatur.*

CIRCA quartum notādum, quod paupertas spiritus dono timor

timoris adaptatur, & quantū ad humilitatē, & quantū ad rerum temporalium paupertatem. Quantum ad humilitatem: quia timor humilitatem introducit, sicut alii quis solet se inclinare timore gladii super eum eleuati, i. Petri 5. Humiliamur sub potēti manu Dei. Paupertas uerō rerum temporalium bene timori adaptatur. Timentium enim est proicere quaecumque fugamque cursum impediunt, & quacumque euasione suā obstat. Multi timore periculi, quod est in mūdo isto hūdam relinquūt. Vnde super illud Iob 31. Semper quasi timentes super me fluctus timui Deum. glo. Fluctus quum tumētes desuper eminent, ea ex nauis proiciunt pro quibus nauigia sumpserunt.

De humilitate PARS IIII.

Quae subdividitur in quinque capitula.

De ordine dicendorum de humilitate, & eius descriptione.

C A P. I.

Consequenter agendum est de his in quibus consistit paupertas spiritus, scilicet de humilitate. Sicut enim initium omnis peccati superbia. Ecclesiastic. sic initium nostrae reparationis uidetur esse humilitas. Hieron. Prima uirtus Christianorum est humilitas. De humilitate uerō hoc modo agetur. Primo, ponentur eius descriptiones. Secundo, eius commendationes. Tertio, tangetur de causis humilitatis. Quarto, de signis eius. Quinto,

ponentur diuisiones ad humilitatem pertinentes. ¶ Humilitatem sic describit Aug. Humilitas est ex intuitu propriae conditionis & sui conditoris, uoluntaria mentis inclinatio in suo imo ordinabili ad suum conditorē. Humilitas est uelut quaedam mentis incuruatio seu genuflexio coram Deo, eum semper uenerans. Causa una huius inclinationis est intuitus propriae conditionis. Propriam conditionem intuebatur Abraham, quū diceret: Loquar ad dominum meum, quum sim puluis & cinis. Gen. 18. Itē qui dicebat: Putredini dixi, Pater mentis ex parte mea & soror mea uermibus. Iob 18. Ad hūc intuitū mittimus Michae 6. Humiliatio, in qua tua in medio tui: id est, in uentre. Voluit dominus uentrem esse, ut homo semper uideret esse materiam suae humilitationis. Alia causa inclinationis est intuitus conditoris, in quo magis est defectus: unde cōparatio eius magis apparet defectus nostri. Iob 25. Stellae non sunt munda in cōspectu eius: quanto magis homo putredo, & filius hominis uermis? Esa. 64. Quasi puer mēstruatae omnes iustitiae nostrae. Gregor. Sape iustitia nostrae examen diuinae iustitiae deducit iniusta est, & sordet in dīuinatione iudicis quod fulget in geminatione operatis. Iob ulti. Non oculus meus uidet te, idcirco me reprehendo. Bern. ad fratrem de monte Dei: Nunquā se me-

ius deprehendit modus humanae imperfectionis, quā in lumine uultus Dei: in speculo diuinae uisionis mens humilis in suo imo manet, tractat enim quae in se infirma sunt. Seneca in epistolis: Quod homines libentissimē de aliis faciūt, de te male existimant illud autem maximē tracta quod in te esse infirmisimum senties. Si palea locum supremū tenet, non sui nobilitate, sed uento & sui uanitate: granum uerō quod pretiosum est: tenet locū imum: sic superbia uilis, elationis opinionis, uel ambitionis praesumptione, super alias se extollit: humilitas uerō in imo remanet: tamen illud imum ordinabile est ad Deum. Deus enim in corde humili quiescit. Vnde super illud Psal. Parata sedes tua extūc. dicit gl. Anima tranquilla & humilis, sedes est Dei. Aug. 11. lib. Confess. Quam excessus es, & humiles corde sunt domus tua. Bern. in libr. de cōsideratione, satis inuenit quid sit imum hominis, & quid sit illud quod ad conditorē ordinatur. Vbi cōsiderationem sui in tria diuidit: scilicet in cōsiderationem quid, quis, & qualis sis, quid in natura, quis in persona, qualis in moribus. Et subdit: Est in dīuinatione hominis quem dicunt animal rationale, mortale: quod diligētius intuemur licet, si libet cōsideranti duo haec simul rationale & mortale. Is tibi exinde occurrit fructus, ut & mortale quod in te est ratio-

nale humiliet, & rursum rationale mortale cōfortet, quorum neutrum neglectū erit homini circumspecto. Mortale ergo imū hominis intelligas: id uerō quod ordinatur homo ad suum conditorē intelligas rationale. In quārum mortalis, est homo puluis & cinis: in quārum rationale, est capax Dei. ¶ Item humilitas sic potest describi. Humilitas est uolentarius contemptus sui. Vel sic. Humilitas est sensus propriae facultatis seu inanitatis. Bern. in libr. de XI gradibus humilitatis, eā sic describit: Humilitas est ueritas qua homo uerissima sui cognitione sibi ipsi uilescit. In epistolis uerō sic eam describit: Humilitas est cōtemptus propriae excellentiae. Prior descriptio Bernardi uidetur pertinere ad humilitatē intellectus, sequēs uerō ad humilitatem affectus. In Vitis patrū: Frater, quidam interrogauit quendam senem, quid est humilitas. Et ille respondit: Qui uult esse humilis, fugiat eligēs taciturnitatem.

De commendatione humilitatis.

C A P. II.

Notandum quod ad cōmēdationem eius, Primo, ualere potest multiplex admonitio quam scriptura sacra facit de ipsa. Ecclesiastic. 3. Quanto magnus es, humiliata te in omnibus. Notabiliter dicitur, Quanto magnus es: melius enim sedet humilitas in maioribus. Bern. in libr. de Cōsideratione: Cū omni indiffer

indifferenter personæ humilitas sit quædam turris fortitudinis à facie inimici, nescio quo pacto tamen eius maior in maioribus & in clarioribus clarior comprobatur. Nulla splendidius gemma in omni præcipue ornatu summi pontificis. Item Bernardus. In alto non altum sapere, sed humilibus consentire, nil Deo clarior vel rarius apud homines. Hieronymus. Nihil est quod nos hominibus ita gratos & Deo faciat, quam si iustæ merito magni, humilitate sumus infimi. Gregorius in Moralibus. Mirum est cum in cordibus sublimium regnat humilitas morum. Vnde pensandum est, quia potentes quique cum humiliter sapiunt, culmen extraneæ, & quasi positæ longè uirtutis attingunt. Bernardus ad Eugenium Papam. Salubris copula, ut cogitans te summum pontificem, attendas pariter te uilissimum cinerem non fuisse, sed esse. Bernardus. Nō est magnū esse humilem in abiectione, magna prorsus & rara uirtus est humilitas honorata. Item monemur ad humilitatem. Ecclesiasticus 7. Humilia, inquit, ualde spiritum tuum. Valde debemus nos humiliare. Quantumcunque enim nos humiliauerimus, Christo humiliores nō erimus. Lucas 14. Recumbe in nouissimo loco. Non dicit in medio. Ostium paradisi humile est. Ioannes 10. Ego sum ostium. Ingressuro per istud ostium non est periculum quantumcūque se inclinet:

sed si parum plus iusto se erexit, offendet. Bernardus. Non est plane timenda quātalibet humiliatio: horrenda autem nimisq; pauca uel minima temerè præsumpta erectio. Quamobre noli te comparare, o homo, maioribus, noli minoribus, noli aliis quibus, noli uni. Item monemur ad humilitatem, 1. Petrus 2. Subieci, inquit, estote omni humane creature propter Deum. Eiusdem 5. Omnes inuicem humilitatem insinuate. In eodem: Humiliani sub potenti manu Dei. Secundus. Possunt ualere ad humilitatis commendationem exempla. Inter quæ præcipuū est exemplū Christi, qui humilissimus fuit. Augustinus. Ambula per Christum humilitatem, ut uenias ad æternitatem. Deus Christus, patria eius quō imus: homo Christus, est in qua imus. Ad illum imus, per illum imus: quid timemus, nā careremus: ite putabas forte sapientiam Dei dicturam: Disce quomodo cælos feci & astra. Non sed prius illud, Quoniam humilissimus, & humilis corde. Vis capere humilitatem Dei. Item Augustinus 4. libr. de Ciuitate Dei: Non in ciuitate Dei in hoc seculo pergrinanti maxime commendanda humilitas; & in eius regno est Christus maxime prædicandus. Contrarium huic uirtuti elationis uitiū in eius aduersario potest esse diabolus maxime dominari, sacris literis edocetur. Humilitas:

litatē exemplo suo Christus docuit, & nascendo, & moriendo, & prædicando, & miracula agendo. Bernardus loquens de illo uerbo. Paruulus datus est nobis. Esaias 9. Studeamus, inquit, effici sicut iste paruulus, discamus ab eo; quia mitis est, & humilis corde, ne magnus uidelicet Deus, sine causa factus sit homo paruulus. Augustinus. Medicina tumoris hominis est humilitas Christi. Erubesceret homo esse superbus, quia humilis factus est Deus. Erubesceret miles sedere in scamno, si uideret regem sedere ad terrā. Esaias 64. Vtinam dirumperes cælos, & uenires. A facie tua montes defluerent, id est, superbi humiliarentur. Bernardus. Intolerabilis impudentiæ est, ut ubi se exinaniuit maiestas, infletur uermiculus, & tumescat. Gregorius. Quanta uirtus humilitatis, propter quam ueraciter edocēdum, is qui sine estimatione magnus est, usque ad passionē paruulus factus est. Bernardus. Quid magis admirandum, quid amplius detestandum, quid grauius puniendum, quam quod uidens Dei filium summū in regno angelorum, nouissimū factum in regno hominum, apponatur adhuc magnificare se homo super terram? Magister idm humilitatis specialiter sibi Christus ascribit Matthæi 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Augustinus lib. de Virginitate: Non dicit, Discite à me mundū fabricare, aut mortuos suscitare: sed

quia mitis sum, & humilis corde. O doctrinam saluarem, o magister dominumque mortaliū, quibus mors poculo superbie propinata atque transfusa est: noluit docere quod ipse non posset, noluit iubere quod ipse nō faceret. In eodem: Itane magnum est esse paruū, ut nisi à te qui tam magnus es fieret, diffici omnino non posset? Ita planē: non enim aliter tenetur requies anima, nisi in quieto tumore digesto. Christus in operibus suis multū uoluit nobis humilitatem commendare: matrem humilem uoluit habere. Lucas 1. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, &c. Item uoluit habere domū humilem, quia diuersorium, & lectum humilem, quia præsepium: & uestem humilem, quia pannis inuolutus est. Lucas 2. Pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Bernardus in Sermo. loquens de illo uerbo angeli dicto pastoribus. Lucas 2. Hoc uobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Non sine certi ratione mysterii pannis Saluator obuoluitur, & ponitur in præsepio, quando idē manifeste in signum nobis commendatur ab angelo. Hoc, inquit, uobis signum: Inuenietis, &c. In signum positi sunt pannitui, o bone Iesu, sed in signum cui hodie à multis contradicitur. Agnosco certe, agnosco Iesum

magnum sacerdotem sordidis operis uestibus, dum altercaretur cum diabolo. Zach. 7. Exemplum dedit nobis, ut & eadem faceremus. Vtiliter in confectu orica ferrea, in stola laeta, licet oneri illa sit, in honore. Erat cum membra sequentia caput, ut corpus uniuersum uno spiritu psallat & dicat. Concedite sacramentum meum, & circumdedi in melioria. Christus humilibus per angelum natiuitatem suam nuntiat, quia pastoribus. Bernardus in Sermone: Quot multa hodie gemmis & auro fulgēt altaria, quantis ubique pallis & auribus parretes adornantur, putas ad hæc diuerent angeli, & pannosos homines declinabunt? Si ita est, cur pastoribus ouium magis apparuerit, quam terræ regibus, quam templi sacerdotibus? Item Christus circumciditur, in quo magnū humilitatis dat exemplū, secundum enim Bernard. in incarnatione minoratus est paulominus ab angelis, sed in circumcisione multo minus: quia latronis cauterio est signatus. Bern. Vestigiū nullum uulneris habens, alligaturam uulneris nō refugit. Non sic impij, non sic agit peruersitas elationis humanæ. Erubescimus uulnerum ligaturam qui de uulneribus etiam interdum gloriamur. Qui sine peccato est, nō dignatus est peccator reputari, & nos esse uolumus, & nolumus æstimari. Item Christus homini-

bus humiliter subditur. Lucae 2. Descendit cum eis, & uenit in Nazareth, & erat subditus illis. Quis? quibus? Deus hominibus. Item Christus humiles sibi sociat, quia piscatores. Matthæi 4. Ioann. etiā se subdidit ab eo baptizandus. Mat. 3. Attendendum uerò est mirabile certamē, quod ibi fuit inter humilitatem saluatoris, & humilitatē præcursoris. Ioānes enim prohibebat eū, dicens: Ego debeo a te baptizari, & tu uenis ad me. Cui Christus, Sine modo: sic decet nos imitare omnem iustitiā. Bern. Sic plañe, sic decet ut uincatur etiam humilitate qui sublimitate uincat. Cessit humilitas præcursoris, quia minor, & quia obedientia tulit auxilium humilitati saluatoris. Vnde facta sunt duo contra unā. Gl. super illud. Tūc dimisit. Vera est, inquit, humilitas quam nō deserit comes obedientia. Item Christus paruulorum complexus, Marci 9. & eiusdē inuocet prohibentes paruulos ad eum uenire, & complexans eos, imponēs manus super illos, benedixit eis. Item in prædicatione sua gloriam patris querit. Ioan. 14. Sermonē quem audistis nō est meus, sed eius qui misit me Patris. Eiusdē 17. Ego te glorificauit super terrā, dicit filius ad Patrem. Eiusdē 8. Ego honorifico Patrē meum. In eodem 17. gloria meam non quero. Eiusdē 6. Iesus cum cognouisset quia uenturi essent, ut raperēt eum, &

faceret

faceret enim regem, fugit iterum in montē ipse solus. Item exemplum dat humilitatis in miraculorum operatione. Vnde Mat. 8. dicit leproso mūdato: Vide ueni dixi. Item in census solutione, Matth. 17. & in pedum abluitione, Ioan. 13. Exemplū dedit uobis, ut & uos similiter faciat. Matth. 20. Filius hominis nō uenit ministrari, sed ministrare. Item in hoc quod asinare uoluit, nō equitare. Matt. 21. Et post illud Zach. 9. Sedens super asinam, subditur: Et disperdā quadrigam ex Ephraim, & equū de Ierusalem. Specialiter cōtra superbiam, quæ est in equitaturis, uoluit Dominus asino insidere. Item in passione. ad Philip. 2. Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem. ibi dicit Gloss. Aug. Ecce habemus humilitatis exemplum, superbiam medicamentum: quid igitur inuicem? O pelles mortuæ, quid inflaris? Princeps pauper humilis est, tu superbus? caput est humile, & membrum superbum. Tertio potest ualere ad commendationē humilitatis, si ostendatur quantum ipsa placet Deo. Notandum ergo quod humilitas miro modo Deo redolet, & cetera bona hominis ei redolere facit. Cantic. 1. Cum esset rex in accubitu suo, nardus meo dedit odorē suum. Nardus propter sui paruitatem, humilitatē designat. Et sicut species aroma-

tice cum in puluere rediguntur, uehementius redolet: sic bona hominis cum per humilitatem quasi comminuta fuerint, Deo sunt gratiora. Cantic. 3. Quæ est ista que ascēdit per desertum sicut uirgula sumi, ex aromantibus myrrha, & thuris, & unguenti pulueris pygimentati? Vbi humilitas est, adest feruor qui ad redolentiam maiorem solet facere. Humilis nihil reputat se habere nel. facere. Ideo feruens est. Item Spiritus sanctus habet stat in corde humili, quod etiam facit ad maiore redolentiam. Cantic. 4. Veni Augster, perfla hortum meū, & fluent aromata illius. Humilitatē respicit Deus oculo misericordie. Lucae 1. Quia respexit humilitatē ancille sue. In Psal. Humilia respicit in cælo, & in terra. Genes. 26. Vidit Deus humilitatē meam. Esa. ult. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritum? Superbum uerò respicit Deus oculo iustitiæ. In Psal. Retribuet abundanter facientibus superbiam. Esa. 2. Dies domini exercituum super omnem superbum. Humilitatem exaudiat dominus. Iudith 9. Humilium & mansuetorum placuit tibi semper deprecatio. In Psal. Respexit in orationē humilium, & non spreuit precem eorum. Eccles. 35. Oratio humilium se nubes penetrabit. Gregor. Magnus est creatori nostro ad recipiendum fletus humilium, misericordie sinus. Propter misericordie.

Etum humilitatis parum audit Deus hodie orationes ecclesiarum. **Humiliū** memor est Deus. In Psalm. In humilitate nostrā memor fuit nostri. Superbos quasi non agnoscit Deus. Vnde dicit superbis uirginibus Mat. 25. Nescio uos. **Humiles** liberat Deus, & a malo pœnæ, & a malo culpæ. In Psalm. **Humiliatus** sum, & liberauit me. 3. Regum 21. Nonne uidisti Achab humiliatū coram me: quia humiliatus est mei causa, nō iudicam malū in diebus eius. 2. Paralipom. 12. Quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira domini. Non tenet dominus iram suam contra humilitatem. **Responsio** enim mollis humilitatis, frangit iram domini. Prouer. 15. **Humilis** reputatione sui, uermis est. In Psalm. Ego sum uermis, & non homo. **Quis** honor esset Deo uindicare se de uerme uno? Iste modus placandi Deum, scilicet per humilitatem, uidetur esse communis Gentilibus, Iudæis & Christianis. Ierem. 6. **Accingere** cilicio, & conspergere cinere. Iob ultim. Me ipsum reprehendo, & ago pœnitentiā in fauilla, & cinere. Iudith 5. **Posuit** puluerem super caput suū. Iosue 7. Iosue & senes Israël proni ceciderunt in terrā, & miserunt puluerē super capita sua, cum uiri urbis Hai cecidissent de populo Iudæorū triginta sex uiros, Et Ionæ 3. legitur quod rex Ninie audito uerbo Ionæ, indutus est sacco, & sedit in ci-

nere. **Responsio** mollis quam fecit humilitas David Sauli, uidetur iram eius fregisse. 1. Reg. 24. **Quē** persequeris rex Israël, quē persequeris? ait David. Canem mortuum, & pulicem unum. Et respondit Saul tanquam placatus: Nunquid hæc uox tua est, fili mi David? Sicut leo animalia sibi repugnātia lacerat & cœculcat, subiecta uerō illa sibi abire permittit: Sic Deus humili parcit, superbum uerō persequimur. Sap. 6. Exiguo conceditur misericordia, David humiliter confitens peccatū suū, audiuit à propheta, Dominus quoque transiit peccatum tuum. 2. Reg. 12. In Psalm. Cor contritū & humiliatum Deus non despiciet. **Humilitas** admodum astutus luctatoris, dum se Deo subdit, quasi eum uincit, **Humilitas** uidetur Dei sententiā reuocare, ut patet in humiliato Achab. 3. Regum 21. & in Ezech. Esa. 38. Et Niniuitis, Ionæ 3. Deum humiles etiam in præsentī exaltant ut patet in Saul. 1. Regum 15. Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribus Israël factus es? Saul abscondit se domi cum quæreretur in regem. 1. Regum 10. Et de David sublimando dicitur, eiusdem 16. Abieci eum, nec iuxta intinitum hominis ego iudico. **Moyse** humilis, princeps populi constituitur à domino. Exod. 3. **Quis** sum ego, ait Moyse, ut uadam ad Pharaonē, & educa filios Israël ex Aegypto? Et Ieremias humi-

lis, super gentes & regna constituitur. Ierem. 1. A, a, Domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum, ait Ieremias. Et Gedeon humilis, dux populi constituitur. Iudith 6. Ecce, inquit, Gedeon, familia mea minima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei. Iob 5. Ponis humiles in sublime. Nummus qui descendit in statera, in thesaurum mittitur: qui uerō ascendit, reprobatur. Sic superbi reprobantur à Deo. **Humiles** uerō approbantur. In Psalm. Ipsi de manu tua repulsi sunt. **Humiles** se deiciunt, Deus uerō eos exaltat. Hieronymus loquens de Paula: Quanto plus se deiciebat, tanto magis à Christo subleuabatur. **Humilibus** in præsentī dat Deus gratiam suā, in futuro uerō suam gloriam. 4. Reg. 4. Vasa uacua replet Eliseus. Iacob. 3. & Petri 5. Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratia. Bern. **Qui** de suis confidit meritis, & propriis innititur operibus, cor illius nō intrat gratia, nimirum plenus est, nec in eo inuenit gratia locum sibi. Non patitur natura uacuum quin illud repleat, nec gratia humilitatem, quin illi se infundat. ¶ **Humilitas** gratia haurit, ut uas inclinatum. Ecclesiastici 13. **Humiliare** Deo, & expecta manus eius. ¶ **Quod** Deus humiles glorificet, patet ex his uerbis Sacre scripturæ, quæ sequuntur. Iob 22. **Qui** humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui incli-

nauerit oculos suos, ipse saluabitur. In Psalm. Tu populum humilem saluum facies. Item humiles spiritu saluabit Prouerb. 15. **Gloriam** præcedit humilitas. Eiusdem 18. Antequam glorificetur cor, humiliatur. Item 19. **Humilem** spiritu suscipiet gloria. Item Matth. 19. & Marci 10. & Lucæ 18. dicitur de paruulis: **Talium** est regnum cælorum. & Lucæ 14. & 18. **Qui** se humiliat, exaltabitur. Eiusdem 11. dicitur pusillis: **Complacuit** patri uestro dare uobis regnum. Item eiusdem 14. dicitur: **Recumbe** in nouissimo loco, ut cum uenerit qui te iudicauit, dicat tibi: **Amice**, ascende superius. Eiusdem 18. **Quicumque** non receperit regnum Dei, ut puer, non intrabit in illud. Matthæi 18. **Nisi** efficiamini sicut paruuli, nō intrabitis in regnum cælorum. **Nec** mirum si Deus humiles honoret, cum ipsi etiam honorent eum. Ecclesiastici 3. **Magna** potentia solius Dei, & ab humilibus honoratur. 1. Regum 2. **Qui** honorificauerit me, glorificabo eum. **Humilitas** est locus habitationis gloriæ Dei. **Humilis** enim gloriā suā Deo relinquit, cum superbus eam sibi usurpet. Bernar. in Sermonebus: **Elatus** quantum in se est, Deum inhonorat. **Gloriam** meam, ait dominus, alteri non dabo. Et superbus: **Ego**, inquit, mihi eam, licet nō dederis, usurpabo. **Non** enim placet illi angelica distributio, dans gloriā

Deo, pacem hominibus. Humilis Deum magnificat, superbus uero magnificat seipsum. Humilis est uox illa Lucæ 1. Magnificat anima mea dominum, & iterum uox illa Ioan. 3. Illum oportet crescere, me autem minui. ¶ Item Deus donā humilitatis specialiter acceptat. Vnde Exod. 17. dicitur de altari: Non solidum, sed inane & concauum facies illud. Altare est cor altum, in eminentia scilicet perfectionis existens, quod per humilitatem debet esse inane, & concauum, ut Deo fiat gratia quæ ibi offeruntur. Gregorius in 1. parte Moral. Vt cum sit facta digniora sint, necesse est ut apud se se semper indigna uideantur. Ad literam uoluit Dominus ut altare esset concauum, ut capere posset ignem, & eius materiam: ligna scilicet & uictimas. Nec cor humanum capit ignem Spiritus sancti, nisi sit humile. Ligna etiam sacrorum uerborum & uictimas exemplorum bonorum non capit, nisi sit humile. Deditur enim superbus ducere inuenta uel dicta ab aliis, & nullum uult imitari. Item humilitati Deus se ostendit. Genesist 8. Apparuit dominus Abraham in conualle Mambre. Humilitas specialiter uidetur habere gratiam apud Deum. Ecclesiast. 3. Quanto magnus es, humiliare in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Nec mirum: hæc enim uirtus specialiter subdit

hominem diuine maiestati. Bernardus in Sermonibus, loquens de illo uerbo angeli Lucæ 2. Inuenietis infantem pannis inuolutum, &c. Quid est, inquit, quod sola ab angelo uidetur commendari humilitas? Et respondet, Fortè specialiter commendat angelus humilitatem, quia uentibus cæteris per superbiam, ipse in humilitate stetit. Aut certe propterea cælitus enuntiatur humilitas, quod hæc quasi propria uirtus diuine sit exhibenda maiestati. Præterea humilitas Deo est fidelissima, & deuotissima. Bona enim Dei sibi non usurpat. Ipsius est uox illa Esa. 25. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Ipsa homini dicit illud 1. ad Corint. 4. Quid habet quod non accepisti? Si autem accepisti, quare gloriaris quasi non accepisti? Quarto, ualere potest ad commendationem humilitatis, si ostendatur quantum ipsa homini profit. ¶ Notandum ergo quod ipsa sapientiam introducit. Pro uerb. 11. Vbi humilitas, ibi & sapientia. Matthæi 11. Reuelasti ea paruulis. Superbia non habet ubi sapientiam recipiat. Dymus Philosophus ad Alexandrum: Deus præsto est largiri sapientiam, sed non habes ubi recipias. Gregorius in Pastoralibus: Pupilla oculi nigra uidet, & albuginem tolerans nihil uidet, quia humane sensus cogitationis si stultum se peccatoremque intelligit, cognitionem intimæ clarita-

tis apprehendit. Si autem candorem sapientiæ seu iustitiæ sibi attribuit, à luce se supernæ claritatis excludit. Ptolemæus philosophus: Inter sapientes sapientior est qui humilior existit. Beda: Humilitas est clavis scientiæ. Ipsa humilitas magna pars uidetur esse sapientiæ. Gregorius: Prima stultitia angeli fuit elatio cordis. Vera sapientia efficitur hominis humilitas suæ estimationis. Augustin. de uerbis domini: Quanto humilior sedebat Maria, tanto amplius capiebat. Confluit enim aqua ad humilitatem uallis de supercilio montis. Bern. in libro de XII. gradibus humilitatis: Bona uia humilitatis, qua ueritas inquiritur, charitas acquiritur, generationes sapientiæ percipiuntur. In uitis patrum, quidam frater ieiunauit septuaginta hebdomadas, petens à Deo ut reuelaret ei de quodam sermone scripturarum: & cum non fuisset ei reuelatum, exiit ad quendam fratrem, ut requireret ab eo, & in itinere obuiauit ei angelus, dicens: Septuaginta hebdomadas quas ieiunasti non te fecerunt proximum Deo: nunc uero quia humiliatus es, ita ut ad fratrem pergeres, missus sum tibi indicare sermonem: & docens eum angelus sermonem, recessit ab eo. ¶ Item humilitas charitatem reparat. Bernardus: Sola uirtus humilitatis læsæ est reparatio charitatis. Item à laqueis liberat. Antonius: Vidi omnes

laqueos inimici tentos in terra, & ingemiscens dixi: Quis putas, transtiet ista? Et audiui uocem dicentem, Humilitas non solum est gratia, sed etiam uas aliarum gratiarum: & non quodcuque uas, sed uas admirabile. Vas illud impletionem capacius efficitur. Cum datur humilitas augmentum gratiæ; ipsa humilitas sicut & cætera gratiæ crescit. Vnde capaciôr fit, ipsa cum Dei liberalitate certare uidetur, à qua petere non cessat, semper habens ubi recipiat. Quanto enim magis recipit, tanto magis uacuum se recognoscit. Humilitas seipsum euacuat, ut capaciôr fiat: qui enim uerè humilis est, se humilem non reputat: ideo expectatissimus est ad gratiæ susceptionem. Humilitas est luminare quod non minuitur in consumptione. Ecclesi. 43. In ea impletur illud, cum consummauerit homo, tunc incipit. Eiusdem 18. Humilitas cum omnia facit, nihil facit. Verè enim humilis impleuit illud Lucæ 17. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite, Serui inutilis sumus. ita humilitas de maiori parte oneris roboratur: uerè humilis omnia bona quæ à Deo recipit, onera esse intelligit, quibus se Deo obligari credit, unde illis humilior efficitur, sicut ramus arboris ex multitudine fructuum inclinatur: & sic quanto maius est onus, tanto robustior est humilitas. Item humilitas de morte uiuifica

tur, de morte ditatur, de detrimento augetur. Humilitas nutritrix est dilectionis. Chryostom. Nutrix dilectionis est humilitas, odium mater est superbia. Item humilitas tutissima est. In imo enim est, & non habet quod cadat, ut dicit Augustin. Ipsa in tentatione hominem seruat. Vnde gloss. super epistolam ad Corinth. Humilitas gustat in omni tentatione, ut non crepet in fornace, qui non timet uento superbiae. Humilitas abscondendo bona nostra, seruat ea. Gregorius: Perit omne quod agitur, si non sollicitè in humilitate gestoditur. Idè: Qui sine humilitate uirtutes congregat, quasi puluerem in uento portat. Augustinus: Nisi humilitas omnia quaecunque bene fecimus & praecesserit, & comitata & consecuta fuerit, iam nobis de aliquo facto bono gaudentibus totum aufert de manu superbia. Itè humilitas de serpente infernali triumphat, caput eius conterendo. Genesis 3. Ipsa conteret caput tuum. David Goliath in capite percutit, & sic eum demincit. 1. Regum 17. In hoc capite ecclesia eum percutit in quadagesima capite ieiunii, cum capitibus fidelium cinere superponit. Humilitas specialiter dicitur uincere diabolum. Gregorius: Tot iaculis nos diabolus percutit, quot tentationibus affigit: & nos contra eum iacula mittimus, cum confelsi humiliter respondemus. Diabolus dixit Machario: Hu-

milias tua sola me uincit. Interrogatus quidam senex quare inquietaremur à dæmonibus, dixit: quia abieciimus arma nostra quae sunt contumeliae, paupertas, humilitas, patientia. Et super illud ad Ro. 7. Et per illud, dicit gloss. Esto humilis, ne de te presumas, & poteris uincere. Augustinus, Solus uincitur qui de se praesumit: solus uincit, qui de se non praesumit. Humilis idè uincit, quia Deus in eo pugnat: uerè enim humilis Deo attribuit gloriam, quae est de uictoria: & ita per consequens ponit super eum pugnam. Eiusdem enim pugnae, & de uictoria pugnae gloria praeterita uerè humilis de uincere suo roboratur, & de infirmitate fortior efficitur. 2. Corin. 12. Cum infirmor, tunc potens sum. Ideo non est mirum, si non uincatur. Item humilitas propter sui exitum & nihilitatem, ab hoste tenetur: idè merito non uincitur. 4. Reg. in fine. Nabuchodonosor trahens rete captiuitatis per terram ludæorum, nobiles, & magnos cepit, & duxit in captiuitatem, pauperes uerò reliquit. Superbia propter causas oppositas semper uincitur. Humilitate uincit homo seipsum, quae uictoria est ualde difficilis. Greg. Plus superbo David saltantem, quam pugnantem: pugnano hostem subdidit, saltando seipsum uicit, quem Michol ex tumore regii generis insana humilitatem despexit. Item humilitas paci-

tissima

tissima est: pacem enim uidetur habere cum suo opposito, scilicet cum superbia. Superbus unus alium superbum non patitur, nec cum eo pacè habet. Tumoreniarius, tumor em alterius pungit. Apud geometras demonstratum est quòd sphaerica corpora quae quasi tumida sunt, non possunt se contingere nisi in solo puncto. Vnde pungere se in uicè possunt, sed non planè atque rectè sibi iniuriam applicari. Sic est de cordibus superbia rufescentibus, corpus concauū sphaericū, corpus infra concauitatem suam potest recipere sic & humilis cum superbo pacè potest habere. Itè humilitas altissima esse uidetur. Quod satis patere poterit, si attendatur quomodo cum superbia diuidatur in uodum. ¶ Notandum ergo, quod in diuisione mundi superbia accipit extrà, humilitas uerò intrà. Vnde super illud Io. 8. Eum qui uenit ad me non euiciam foras, dicit gloss. Superbi est foras euicere, qui nihil habet in bono interiori neque hic, neque in futuro. Ad humiles pertinet illud, Gloria nostra hæc est testimonium conscientiae nostrae. 2. Ad Cor. 1. Sen. Sapiens intra se omnè bonum terminabit. Verè sapiens, est uerè humilis. Humilitas uult habere trostellū, superbia uerò opemimo contenta est: humilitas uult habere equum, superbia uerò fellam & frænum. Item accipit humilitas nucleum, superbia uerò corticem. Item superbia acci-

pit altum, humilitas imum. Superbia habet montes, humilitas ualles. Idè superbia habet uentum. Perflant enim altissima uenti. Habet etiam ariditatem, ariditatem, sterilitatem, praecipitium. Opposta uerò his habet humilitas. Bern. Facile est in alto se contuentem obstupescere, & de uita periclitari. Item superbia accipit florem, humilitas fructum. Hier. 48. Date flore Moab. Moab interpretatur ex patre: & significat superbos, qui de nobilitate paterna gloriantur. Itè superbia accipit pulchrum, humilitas bonum. Superbia accipit esse in opinione uel uisione hominum, uel dictione, humilitas uerò esse in rei ueritate. Vnde dicitur de hypocritis, Omnia opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus. Mat. 23. Superbia accipit paleam, humilitas granum. Superbia accipit imaginem siue picturam honestatis, humilitas ueram honestatē. Sapiens: Apud sapientes sunt honesta, apud uulgus simulachra rerum honestarum. Item superbia elegit ascendere, humilitas descendere. Bernardus: O peruersitas, o abusus filiorum Adam: quia quum ascendere difficillimū sit, descendere facillimū, ipsi leuiter ascendunt, & descendunt difficiliter, parati ad honores & celsitudines graduū ecclesiasticorū ipsis angelicis humeris formidandas. Item superbia accipit publicum, humilitas absconditum. Esa. 23. Erit uir quasi qui absconditur.

T 5 à uen

à uento , & celat se à tempestate. Item superbia accipit quod est contentions , humilitas uero quod est pacis. Humilitas recumbit in nouissimo loco. Luca 14. Superbia uero gloriari uult. Gloria uero res contentions est: cum enim unus laudat eum qui superbus est, duo eum uituperant. Proverb. 22. Arma & gladius in uia superbi: custos autem animæ suæ longe recedit ab eis. Custos animæ suæ est uerè humilis. Item humilitas ualde gloriosa est. Bernard. Gloriosa res est humilitas, quia ipsa quoque superbia palliare se appetit, ne uilescat. Idem: Quid facit superbia sub panis humilitatis Iesu? Nunquid non habet quo se palliet humana malitia, nisi unde inuoluta est infantia Salvatoris? Humilitas laudem fugit, laus uero eam sequitur tanquã laude dignã. Econtrario superbus laudem sequitur, laus uero eum fugit tanquã laude indignum. Superbia in ore hominum se & sua ponit, ideo nõ est mirum si morsus detractionum frequenter ibi sentit. Humilitas uero altissimũ ponit refugium suum. Ipsa enim dicit illud 1. ad Corinth. 4. Qui autem iudicat me, Deus est: ideo morsus detractorum eam non attingunt. Superbi uelut idola sunt quæ uanisimè laudantur: sicut uiri uirtutum dii dicuntur. In Psalm. Ego dixi, Dii estis. Ipsi sunt uelut simia sanctorum, speciem sanctitatis habentes, uir-

tutem autem Dei abnegantes. 1. ad Timoth. 3. Ipsi etiam sunt sicut arundo quæ mouetur, non quia niuat, sed quia uento agitur: sic ipsi mouentur ad operam de genere bonorum uento inanis gloriæ, non à spiritu uitæ. Math. 10. Quid exitis in deserto uidere? Arundinem uento agitatam. ¶ Et notandum quod uilitas humilitatis in homine ex diuersis figuris quibus ipsa designatur, potest in magna parte ostendi, de quibus pauca ponere sufficiat. Humilitas uallis est fertilissima. In Psalm. Vallis abundabit frumento, id est, hu miles populi bonis operibus. Ipsa est uallis lacrymarũ, in qua benedictionem dabit legislator. Ibi inueniuntur a que gratiarum. In Psalmis: Inter medium montium pertransibunt aquæ. Aug. Alta siccantur, ima replentur. Item ipsa est fundamentum ceterorum bonorum. Aug. Magnus uis esse, à minimo incipe. Cogitans magnam fabricã construere celsitudinis, de fundamento cogitans humilitatis. Bernardus: Bonus fundus humilitas, in quo omne ædificium spirituale constructũ crescit in templum sanctum in Domino. ¶ Humilitas est nihilum illud super quo terra ecclesie fundata est. Job. 26. Appendit terram super nihilum. ¶ Humilitas facit hominem pulchrum nihil, sed superbia facit hominem turpem nihil. ad Galat. 6. Si quis se existimat aliquid esse, quoniam

nihil

nihil sit, ipse se seducit. Item ipsa est radix ceterarum uirtutum. Gregor. Origo uirtutis, humilitas est. Illa in nobis uirtus ueraciter pullulat, quæ in radice prope, id est, in humilitate perdurat. Augustin. Arborem attendite, figit radicem in humili, ut uertice tendat ad cælum. Idem: Sine radice auris petis, ruina est illa, non crescentum. Item humilitas est uia ad sublimitatem. Bernardus: Per humilitatem ascendit ad sublimitatem: quia hæc est uia, & non est alia præter ipsam: qui aliter uadit, cadit potius quam ascendat. Christus cum per naturam diuinitatis nõ haberet quod ascenderet, quia ultra Deum nihil est: tamen per descensum quomodo cresceret inuenit. Item humilitas est quasi aquæ ductus per quem gratia ad hominẽ uenit. Bern. Ideo fluente gratie tanto tempore desierant, quia nondum interuenerat aquæ ductus. Aquæ ductum istum intelligas humilitatem Mariæ. Multũ nititur diabolus destruere aqueductum humilitatis. Holofernes præcepit incidi aquæ ductum, Iudith 7. Item humilitas est turris fortissima. Amatoribus mundi uidetur esse humilitas in imo, sed secundum ueritatem in alto est. Luc. 16. Quod altum est hominibus, abominatio est apud Deum. Et econtrario, quod altum est Deo, abominatio est hominibus. Greg. in 2. parte Moral. In sublimi sunt humiles positi:

quia unde se in omnibus despicunt, inde contra omnia securiores fiunt. Aug. 14. lib. de Ciuit. Dei: Est aliquid humilitatis miro modo quod sursum faciat cor, & est aliquid elationis quod deorsum faciat cor. Item in eodem: Humilitas exaltat quæ facit esse subditum Deo: elatio autem quæ in uitio est, respuit subjectionem, & cadit ab illo: quo non est quicquam superius, & ex hoc est inferius: & sit quod scriptum est, Deiecisti eos dum alleuarentur. Ipsum quippe extollit à deici est: humilitas per hoc ostenditur esse in alto, quia propinqua est Altissimo. Gloss. super illud, Iuxta est dominus iis qui tribulatio sunt corde. Altus quidẽ est dominus, incuruatur tamẽ humili, & non se erigenti. Item humilitas est clavis paradisi. Apoc. 3. Ecce dedi coram te, &c. ¶ Item est uas securissimum, & habitaculum Dei quietissimũ, de quibus prius habitum est. ¶ Humilitas in floribus uiola est: ipsa etiam in odorem est thus, quod quanto in fumum magis tenuè resolutum fuerit, tanto maioris suauitatis odorẽ spargit. Sic humilitas dum proprium est subiectum, quasi in nihilum extenuat, gratissimum odorẽ Deo spirat, ipsa est ut cinnamomũ, quod est cinerei coloris. Cinerẽ enim se reputat humilis. Ipsa est ut odorẽ amissum iuxta scetẽtia recuperans. Est etiam ut amethystus ebrietatem superbe præsumptionis

nis tollēs. Et est ut iaspis fantasma fugās. Cor superbi fantasias paritur, somnians se aliquid esse, quum nihil sit. Item est ut saphyrus, cuius uirtus est humores corporales reprimere. Et est ut onychinus, cuius uirtus esse dicitur hominē inuictum reddere, quā uirtutē humilitas indubitanter habet. Itē est ut diamas, cuius uirtus dicitur esse facere gratiosum, quod est uerā humilitatis. Sicut enim odibilis corā Deo & hominibus est superbia: ita gratiosa corā Deo & hominibus est humilitas. Item est ut balsamum quod fundum petit, & ad seruandum ad corruptionem est efficacissimū. Ambr. Custos uirtutū humilitas. Item humilitas est ut gracilitas in sponsa regis cælestis, ad decentiam eius faciens, in corruptione eius attestans. Ecōtrario rumor superbiæ corruptioni spiritali attestatur. Superba anima de maligno spiritu cōcepit eius primogenitā, scilicet superbiam. Dicitur usualiter, & creditur à multis, mulieres interdū à dæmonibus imprægnari. Multi tamen credunt eas ex hac imprægnatione nihil habere in utero nisi uentum, nec aliter detumescere nisi multā uentositatis emissionē, quod parabola est spiritalis imprægnationis diabolicæ. Ventositas à superbo per iactantiam sic emittitur, ut tamē nō minuatur, sed per humilem confessionem uerē euacuatur. Sunt qui non timent confiteri hanc prof-

sitiam diabolicam, dicentes se esse grossi uel magni cordis. Et quod horribile est dictū, quidam imprægnati sunt à proprio patre, qui de nobilitate patris tumescit. Alii ab uniuersitate cognatorum suorum. Aliqui etiam à toto populo, ut principes quidē multitudinis populi tumescit ut rex Dauid faciens numerari populū. Reg. 24. Ecōtrario rex Xerxes cum corā se uideret exercitū suum multitudinis innumerabilis, attēdens quod totus ille exercitus infra centum annos in puluere conuertendus esset, dixisse fertur: Regem tantū exercitus & tam fortis me uocāt homines, ego uerō fateor me regere pulueris. Quæ dā etiam ego attēde quod in eā reuersurus sua, quod ualde mirum uidetur hæ sunt uirgines fatuæ, de quibus legitur Matt. 25. ¶ Et notandum quod humilitas in nobis propter defectus aliorū bonorum habere non possumus, quoniam multis offendimus omnes. Sed nec fallere eum: ipse enim non abscondita cordis, quātomagis opera manifesta? Nec reflexerit uiribus, quoniam omnipotens est. Quid ergo restat nisi ad humilitatis remedia tota mente cogitare, & quicquid in aliis minus habemus de ea supplere? Itē fana non sunt, nec Deo placent. Ber. Sine humilitate audeo dicere, nec uirginitas Mariæ Deo n-

cuisset.

cuisset. Item magna uirtus humilitatis, sine cuius obtentu non solum uirtus, uirtus non fit, sed etiam in superbiam erumpit.

De causis humilitatis, & ijs quæ ualent ad humilitatem.

CAP. III.

NOtan dū q̄ in omnibus rebus causas humilitatis inuenire possumus, si diligenter attendamus, uidelicet in eis quæ sunt infra nos, & in eis quæ sunt in nobis, & in eis quæ sunt iuxta nos, & in eis quæ sunt cōtra nos, & in eo quod est supra nos. ¶ Infra nos sunt corporalia ratione carētia, ut elemēta terræ nascētia animalia irrationalia cæli luminaria. ¶ In terra quæ est infimum elementorū multas causas humilitatis inuenire poteris. Primo ergo attēde quod in eā reuersurus es. Genes. 3. In sudore uultus tui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terrā de qua sumptus es. Quando ergo terrā respicis, quæ est sepulchrū uel cœmeteriū tuū respicis. Attēde etiā quod terra quæ nunc est sub pedibus tuis, sicut fuit sub pedibus Datan & Abiron. Num. 16. uirtus in infernū descendes. Item ipsa miro modo ex se producit Dei uirtute unde palceris: quod si nō faceret, fame perires. Itē si ligna non produceret unde calebis, perires frigore. ¶ In aère etiam multas

causas humilitatis potes inuenire. Primū ergo attēde quod sine aère nec ad momentū potes uiuere: nisi enim ad refrigerium cordis aéra attraxeris, suffocaris. Item attēde quod si aër à uento frigidus cōmotus fuerit, te intolerabiliter affligit: si pestilens fuerit, te interficit. ¶ Itē in aqua multas causas humilitatis potes inuenire. Si aqua non fuerit, ut porcus immundus eris. Item si ne aqua terra & arida & sterilis erit, & sic fame peribis. ¶ Similiter si ignis non esset, fame & frigore perires. Nō haberes enim unde cibaria decoqueres, uel te calefaceres. Præterea ignis paratus est ad torquendum impios. Eccles. 7. Uindicta carnis impij, ignis & uermis. Deuter. 32. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissimā, &c. Quomodo superbius homo facinorosus ad cuius combustionem fornax iam succensa est? Item attende circa terrā nascētia, quantū illis indigeas: attende etiā bona quæ sunt in eis, quibus tu cares, ut est fulgor auri, pulchritudo florum. Matth. 6. Considerate lilia agri quomodo crescant: non laborant neque nent. Dico autem uobis quoniam nec Salomō in omni gloria sua cooperatus est sicut unum ex istis. ¶ Item circa animalia irrationalia attende multa bona quibus tu cares: ut est suauitas cantus in multis auibus sine magisterio alii cuius creaturæ. Ad quam suauitatem

tatē tu multis annis edoctus non postea peringere. Item uelocitas quæ est in anibus & in quibusdam quadrupedibus. Fortitudo etiam & pulchritudo & abundas uestitus te uerò oportet mendicare ab eis, unde nuditatē tuā operias, & unde pulchritudinē tuam ornes, & debilitatem & tarditatem tuam iuues. ¶ Circa luminaria uerò cæli attende quantum luce eorum indigeas. Sine luce enim oculi essent tibi inutilēs. ¶ In nobis etiam multas causas humilitatis inuenies, & ex parte corporis, & ex parte animæ. Ex parte corporis, siue respicias eius originem, siue eius finem, siue statum eius præsentē. Bernard. Vide unde ueneris, & erubescere: ubi es, & ingemisce: quò uadis, & contremisce. Si attendas unde corpus uenit, inuenies quòd ex putredine. Iob 17. Putredini dixi, Pater meus es. Attende etiam ulterius grauamina quæ matri quæ te concepit fereris. Bernard. In sordibus generamur, in tenebris confouemur, matres nostras multum oneramus, in doloribus parturimur, in partu matres nostras more uipe reo laceramus. Attende etiam quòd nudus nascitur homo membris impotens, & plorare incipiens. Iob 1. Nudus egressus sum de utero matris meæ. Augustin. Puer à ploratu incipit. Sapient. 7. Primam uocem similem hominibus emisit plorans. Attende etiā ad quem finē deueniat corpus.

Puluis enim & cinis fit. Genes. 3. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Item Gen. 18. Loquar ad dominum meum, quum sim puluis & cinis. Non est mirum si se erigat contra dominū suum miles qui habet castrum super altam rupē inexpugnabile: sed fatuus est ualde, qui non habet domum nisi de palea, quæ facillime potest comburi, si contra dominum suum potentem erigat. Sic fatuissimus est homo cuius habitatio, scilicet corpus ad calorem febrilē in cinerē redigitur, nec exigitur ad hoc ignis, si contra Deū se erigit. Item corpus uermibus est corrodedum. In Psalm. Ego sum uermis. Egolet. 7. Vindicta carnis impii, uermis. 1. Machab. 2. Gloria peccatoris, stercus & uermis. Corpus enim unde gloriatur, facit ut stercorū, & cibis & materia uermium. Præsentem statum corporis attendebat quæ dicebat, Humilitas tua in medio tui. Michæ 6. Hieronymus: Quomodo superbiat qui secum semper sentinam portat? ¶ Ex parte etiam animæ multas causas humilitatis possumus inuenire. Aut enim scit homo se esse in mortali, aut nō. Si scit, in inferiori statu est: canis, uel porcus, uel būs, quum debitor sit duplicis mortis, temporalis scilicet, & æternæ: illa uerò unicam mortē debeant. In miseriam habet & culpæ & pænæ, quum illa solum habeat miseriam pænæ: & in hoc solis do-

monē

monibus similis est. Si uerò nesciat se esse in mortali, nescit tamen se esse in statu salutis. Scit se quandoque debitorem fuisse mortis æternæ, nescit utrum adhuc peccatum sibi dimissum sit. Ecclesiast. 10. Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo utrū amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum reseruantur incerta. Gregor. Ad hoc cuncta nobis de meritis nostris incerta sunt, ut unam certam gratiam teneamus, humilitatē. ¶ Itē ad humilitatem ualere possunt, etiam si sciremus nos esse in statu gratiæ, negligentia proficiendi quam in nobis uidemus, difficultas standi, facilitas cadendi. Ad sibi uel enim uerbi quādoque deicitur aliquis, difficultas resurgendi, debilitas minima etiam uitia uincendi. ¶ Item circa ea quæ sunt iuxta nos multas causas humilitatis possumus inuenire, ut si attendamus multos de fratribus nostris esse leprosos, multos cæcos, multos impotētes, multos mēdicos, & alijs diuersis miseris afflictos. Iob 7. Visitans speciem tuam non peccabis. Item si attendamus eos qui contra nos sunt, materiam humilitatis inueniemus. Hostes enim inuisibiles nos strangularent, nisi diuina protectio hoc impediret. Iob 41. Non est potestas super terram quæ comparetur ei qui factus est ut nullum timeret. Thren. 3. Misericordia domini

quòd non sumus cōsumpti. Item supra nos causas humilitatis inuenire possumus, si attendamus Dei omnipotentiam paratam ad uindictam superbiorum. ¶ Tribus de causis solet aliquis inclinare uel dimittere: uel quia gladius capiti eius imminet, uel quia transiturus est per ostium humile, uel propter societatem alicuius magnæ personæ, quam ad terram uisus sedere. Similitatē se homo inclinare. Si enim per superbiam se erexerit, gladius Dei omnipotentis euaginat us est super caput eius. 1. Petr. 5. Humiliamini sub potenti manu Dei. Item necesse habet transire per humile ostium paradisi. Augustin. super illud Ioann. 10. Ego sum ostium. Ostium humile est: si sano capite uolumus intrare, oportet caput dimittere. Item sanctus sanctorum & cæteri sancti in mundo isto humiliter se habuerunt. Matth. 10. Sufficit seruo si sit sicut dominus eius. Simile Ioan. 15. Siue respiciamus ad bona, siue ad mala, inuenire possumus materiam humilitatis. Bona nostra aliunde habemus, imperfecte ea habemus, perdere ea possumus. Et si attendere ea inspicere uolumus, non dominū rerum, sed onus & periculum in illis habemus. Pro illis censum magnum debemus, & non solum ea perdere, sed etiam pro illis perdi possumus. De malis uerò manifestum est quòd

quod se humiliare debent homines, maxime si sint peccata mortalia, cum pro illis adiudicati sint patibulo infernali, mirum est quod tot & tanta causa humilitatis homines humiles non faciunt. Bernard. O mira uanitas, o mira sanctitas cordis nostri, cuius elationem perfecte dirimere, cuius cernicofus motus omnino domare humilitatis materia tanta non sufficit, quin adhuc superbiat terra & cinis.

¶ De ijs quæ ualent ad humilitatem.

ET notandum quod ad humilitatem ualere possunt ista que sequuntur. ¶ Primo, familiaritas humilium. Sicut enim qui comunicauerit superbo, induet superbiam. Eccl. 13. Ita qui communicauerit humili, induet humilitatem. ¶ Secundo, meditatio priorum defectuum. Grego. in homil. Sancti uiri ut humilitatis in se uirtutem custodiant, quum quaedam mirabiliter sciunt, ante metis oculos student reuocare quod nesciunt, ut dum ex parte infirmitate sua considerant, ex ea parte qua perfectus est eorum animus se non extollat. Sicut qui emit ueterem uestem, ponit digitum ubi uestis habet aliquod foramen: ita uere humilis habet oculum ad defectum si quis est in eo. Item Greg. Magnus esse unusquisque studeat, sed tamen magnum se esse nesciat: qui uult esse perfecte humilis, necesse est, ut bona sua etiam à propriis oculis abscondat.

¶ Tertium est, respectus meliorum. Greg. Non quibus iam superiores, sed quibus adhuc inferiores estis, aspiciate. Idem: Sicut incentiuum elationis est respectus deterioris: ita cautela humilitatis est consideratio melioris. ¶ Quarto, quum quis affluescit sustententia contumeliarum. Bern. in epistolis: Humiliatio uia est ad humilitatem: sicut patientia ad pacem, sicut electio ad scientiam. Si ergo uirtute appetis humilitatis, uia non refugas humiliationem. ¶ Quinto, quum aliquis se exercet in humilibus officiis: exemplo domini qui lauit pedes discipulorum. Io. 13. Superbi ad maiora officia se indignos reputant. Alii uero reputant eos indignos tribus officiis: & sic inutiles tantam ad maiora, quam ad minima officia. Nolunt enim facere que possunt, nec possunt quod uolunt. Vnde accidit eis sicut illi qui rebus quas habent uendentes minima pretia imponunt, imò se eis non expediunt. Nolunt enim inde accipere quod possent habere: nec possunt habere quod uellent accipere. ¶ Sexto memoria mortis, que docet ecclesia in principio quadagesime, imponens cineres capitibus, dicens: Memento homo quia cinis es, & in cinere reuertetur. ¶ Et notandum quod homo debet se reputare cinerem, & ex parte corporis & ex parte anime. Ex parte corporis, propter propinquitatem & certitudinem quam habet ad

hoc ut in cinere redigatur. Sic enim solet loqui scriptura ubi aliquid quod futurum est, dicitur iam protulisse propinquitatem uel certitudinem. Grego. Ferè se mortuum considerat, qui se moriturum non ignorat. ad Rom. 8. Corpus mortuum est propter peccatum: id est, necessitati mori additum. ¶ Quartum uero ad animam, debet homo cinerem se reputare quoad tria. ¶ Primo, quo ad utilitatem. Cinis enim ualde uilis est, licet materia ex quo factus est fuerit pretiosa: sic que est in statu peccati, quasi nullius ualoris est respectu ualoris in quo erat ante peccatum. In Psal. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Imò minus quam nihil uideatur esse, nisi sit spiritualiter reuerecturus. Melius enim esset non esse, quam malum esse, si periret ita. ¶ Secundo quo ad hoc quia sicut cinis resistere non potest modico flatu qui ab eo dispersatur, sic peccator resistere non potest sibilo modici uerbi. In Psal. Non sic impius, non sic sed tamquam puluis. ¶ Tertio, quo ad hoc: quia sicut cinis non potest naturaliter redire ad statum materiam unde factus est, sed Dei uirtute: sic peccator non potest redire ad statum bonum, nisi Dei uirtute. Eccl. 7. Considera opera Dei, que nemo possit corrigere que ille despexit. Verè Deus illos despicit quos luto peccati ita diu iacere permittit. Nec mirum, quum ipsi eum despiciant. Esa. 5.

Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris? Humilibus qui se cinere reputant, specialiter debetur corona. Esa. 61. Ad annuntiationem mansuetis misit me, ut daret eis coronam pro cinere. Non reputat se cinere ex parte corporis, qui bruneta, uel scarlata corpus suum induit: quis enim, nisi factus, talem saccum facit cineribus suis: ite non reputat se cinere ex parte anime qui amat altitudinem. Non enim expedit cineri esse in alto, ne à uento dispergatur. Dixit dominus Moyse & Aaron Exo. 9. ut tollerent plenam manum cineris de camino & spargerent in celum, & subsecuta sunt huleræ & uesicæ. Sic cum aliquis in alto ponitur, sequuntur uesicæ superbiæ & huleræ uanæ glorie, ut leprosus & hulerosus in terius coram Deo appareat, quantumcumque exterius pulcher uideatur. Itè non uideatur se cinere reputare qui presumit, quod quando uolet se emendabit. Eccl. 29. Repromissio nequissima multos perdidit. Magna est illius fatuitas qui cinere illum cuius pars est in uinea sua, & alia in agro, & sic de ceteris possessionibus eius, credit per seipsum congregari, & nouum hominem interiori inde fieri: cum hoc folius uirtutis diuine sit, sicut suscitatio corporum ex pulueribus. Et notandum quod memoria mortis ualde utilis est homini. Eccl. 7. In omnibus operibus tuis memora re nouissima tua, & in aeternum

non peccabis. Hier. in epistolis: Platonis est sententia omnium sapientium uitam, meditationem esse mortis. Sapiens: Summa philosophia assidua est mortis meditatio. Eccl. 38. Memor esto indicium mei: sic enim erit & tuum, Meum heri, tuum hodie. Hoc dicitur in persona mortui loquentis ad uiuum. Specialiter mortis memoria necessaria est iuueni. Vnde Thre. 3. post illud, Bonum est uiro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Subditur: Pone in puluere os suum. Os sapientium in corde eorum. Eccl. 11. Os ergo in puluere ponit qui cogitat, quod puluis sit. In hac meditatione proicienda est cupiditas & uanitas seculi, unde Leuit. 1. praecepit dominus ut facies holocaustum de turribus uel pullis colubae, proiceret uesculam gutturis & pluma in locum cinerum. Holocaustum facit Deo de turture, qui dat se Deo, ut ei seruiat in claustris: de coluba, qui dat se Deo, ut ei seruiat in mundo. Turtur enim amat solitudinem, coluba gregatim uolat. Vescula gutturis quae est quasi horreum auium, cupiditate mundi signat, pluma uero leuitatem. In loco ergo cinerum uesculam proicit, qui consideratione mortis suae cupiditate se abiicit non curans acquirere ea quae in breui perdat, & a quibus perdat. Bern. Utinam tantum congregata perirent, & non congregator eorum. Tolerabilis esset insudare labori perituro, quam perem

perituro. Pluma uero in loco cinerum proicit, qui consideratione mortis uanitate huius mundi refugit, intelligens fatuum esse in uia ad mortem gaudere. Augu. Nihil aliud est tempus praesentis uitae, quam cursus ad mortem. ¶ Valet autem mortis memoria ad ista sex quae sequuntur. ¶ Ad fugandum exercitum uitiorum, uel saltem exercitum. Sicut timent latrones iudicis aduentum, sic uitia mortem. Terribilis est eis locus iste quasi porta inferni. Aut ex toto hominem deserunt tunc, aut saltem tremunt. Thre. 1. Sordes eius in pedibus eius: non est recordata finis sui, lumentum cauda se defendit a muscis, sic homo a uitis consideratione mortis. Secundo ualeat ad contemptum mundi. Vnde Hiero. Facile contemnit omnia quae se semper cogitat mortuum. Eccl. 10. Si annis multis uixerit homo, & in eis omnibus uisus fuerit, meminisse debet tenebrarum temporis & dierum multorum: qui cum uenerint, uanitate arguentur praeterita. In morte est in mundo, scilicet concupiscentia oculorum, & concupiscentia carnis, & superbia uitae. Concupiscentia oculorum in hoc, quod homo nudus reuertitur in terram. Job. 1. Nudus egressus sum de utero matris meae, nudus reuertar illuc. Concupiscentia carnis in hoc, quod corpus in deliciis nutritum uermibus datur. Superbia uitae in hoc, quod ille qui uolebat

esse super homines, ponitur sub terra, quae est infimum elementorum. ¶ Tertio ualeat ad sui contemptum. Facite enim, quod homo cognoscat se quasi per resolutionem, qui modus cognoscendi uerissimus est. Et hoc est quod David orat: Sciant, inquit, gentes, quoniam homines sunt: id est, de humo. ¶ Quarto ualeat ad hoc ut homo recte se regat in uia praesentis uitae. Sicut aues cauda regit se uolando, & pisces natando. Job. 12. Interroga iumenta, & docebunt te: & uolatilia caeli, & indicabunt tibi &c. qui uult nauem regere ponit se in fine nauis. Et sapiens consideratione finis regit se in iis quae sunt ad finem. ¶ Quinto ad temperandam praesentem iactantiam, & alia mala poenae. Eccl. 11. In die malorum ne immemor sis bonorum. Memoria mortis multum ualeat ad temperandam praesentem iactantiam, quia multum habet amaritudinis. Eccl. 41. O mors, quam amara est memoria tua homini iniusto. ¶ Sexto ad hoc ut homo recte iudicet de praesenti uita & futura. Qui enim per meditationem ponit se in articulo mortis, quasi medius est inter praesentem uitam & futura, utraq; uidens de prope. Qui tenet se in initio uitae suae uel per interponens sibi & uitae futurae, quicquid sperat se uicturum, longe est a uita futura, unde bona illius modica ei uidentur. Quasi in initio uitae suae se tenebat, qui dicebat Luc. 12. Anima mea, mul

ta habes bona posita in annos plurimos: requiesce, bibe, come de, epulare. Sed Deus posuit eum in fine uitae, dicens: Stultus, hac nocte animam tuam repetet a te. De signis Humilitatis. CAP. III. **P**rimum humilitatis signum est amor humilium personarum. Eccl. 13. Omne animal diligit simile sibi. ¶ Secundum est, fuga altitudinis. Humilitas laudes fugit sicut uenenum, & sicut sagittas mellitas, & ut sermones fascinores. Sap. 4. Fascinatio nugacitatus obscurat bona. Et sicut rete expansum gressibus suis. Prou. 29. Homo qui blandis fictis que sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius. Christus qui uere humilis erat, fugit uolentes eum rapere in regem. Io. 6. ¶ Tertium est, amor propriae uilitatis. Bern. Verus humilis uilis uult reputari, non humilis praedicari. Gaudet de contemptu sui, hoc solo sane superbus, quod laudes contemnit. De hoc exemplum habemus in David. 2. Reg. 6. Ludam, inquit, & uilior sum. Et in dialogo Greg. legitur de quodam statura paruo, qui Constantinus dicebatur. quod cum dixisset ei quidam, quod nihil hominis haberet, protinus latus in amplexum eius ruit, eumque ex amore nimio obstringere brachiis coepit & osculari, magnasque gratias agere, quod de se talia indicasset, dicens, Tu solus es qui in me oculis apertos habuisti. Et de David legitur 2. Reg. 16. Dimittite inquit,

scensionis meæ, in quo tamen si diligenter inspiciatur, uia fortitan alcôisio reperitur. Si enim tibi Româ tendêti, homo inde ueniens obuiaret, quæsitus uia, quid melius quam illâ qua uenit ostenderet. Deniq; castella, uillas & urbes, fluuios ac môtês per quos trãserit nominat, suû denutiã iter, tuû tibi prænûtiat: illa ut eadem loca recognoscas eûdo, quæ ille pertrãsiit ueniêdo. ¶ Hi sunt i. gradus humilitatis secûdû sanctû Benedicte. Primus est, si quis timorê Dei in memoria habeat, Dei præcepta & pœnas paratas eorum transgressoribus, & præmia parata obseruatoribus, & sic omni hora à peccatis se custodiat. ¶ Secundus est, si quis nō amans propriam uoluntatē, desideria sua non delectetur implere. ¶ Tertius est, si quis pro Dei amore omni obediētia maiori se subdat. ¶ Quartus est, si in ipsa obediētia contra aspera patientiã amplectatur. ¶ Quintus est, si omnia mala sua abscondita ablati suo humiliter confiteatur. ¶ Sextus est, si ad omnia quæ sibi iniunguntur, indignû se iudicet. ¶ Septimus est, si omnibus se inferiorem & uiliorem non solum lingua sua pronuntiet, sed etiam intimo credat cordis affectu. ¶ Octauus est, si nihil agat monachus nisi quod communis monasterii regula probat, & maiorum exempla hortatur. ¶ Nonus est, si linguam suam

cohibeat, & eam usque ad taciturnitatem teneat. ¶ Decimus est, si non sit faciliis & pronus in risu. ¶ Undecimus est, si pauca uerba & rationalia habeat, & nō loquatur clamorose. ¶ Duo decimus est, si non solum in corde humilitatē habeat, sed etiã corpore ostendat eam semper dehis in terram aspectibus.

De Paupertate. ¶ *PARS V.*
Paupertas quando dicitur carētia diuitiarum. Et securum hoc dicit Aug. inuestiganti singularum rerû naturas, non inuenietur quid sit paupertas, nuditas & foramen. Sic paupertas, priuatio est. Priuationes uero causæ sunt directæ aliarum priuationum, & occasiones multorum bonorû. Multa uitia elongata sunt ab eis qui hanc paupertatem habent. Greg. Habent sancti hoc proprium: nã ut semper ab illicitis logē sint, à se plerumque licita abscedunt. ¶ Quartus dicitur paupertas contemptus diuitiarum. Seneca: Nemo dignus Deo, qui opes nō contempserit. Tertio dicitur paupertas amor paupertatis. Ber. in epistolis: Non paupertas uirtus reputatur, sed paupertatis amor. Deniq; beati pauperes non rebus, sed spiritu. Idem: Volo te esse amicum pauperum, magis autem imitatorē. Idem: Amicitia pauperum regis amicos constituit, amor paupertatis regem. Item, Pauperem æquo animo appetere, sapientiæ laus est.

appetere, sapientiæ laus est. ¶ Et notandum, quod paupertas multis de causis amanda est. Quarum prima & maxima est, quod Deus eam amat. Cuius amoris primum signum est, quod filius Dei uoluit eam assumere. Bern. in Sermonibus: Fortè aliquis arbitraretur filio Dei sublimia esse querenda palatia, ut cû gloria rex gloriæ susceperetur, sed non propter hoc ille à regaliibus illis sedibus uenit. In similitudine diuitiæ & gloriæ in dextera, longiturnitas uita. Horum omnium eterna in cælis affluētia suppetebat: sed paupertas nō inueniebat in eis. Porro in terris abundabat & superabundabat hæc species. Nesciebat homo pretiū eius. Hanc itaq; filius Dei cōcupiscens, descendit, ut eam eligeret sibi, & uobis quoq; sua estimatione faceret pretiosam. Depaupertate Christi habet Luc. 2. Pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Itē Matt. 18. ubi misit dominus Petrum ad piscandum pro tributo soluendo. dicit glo. Tantæ fuit paupertatis, ut unde daret tributum non haberet, & super illud Matt. 11. Circumspectis omnibus eum iã uespera esset hora exiit in Bethaniam eum duo decim. Dicit gl. circumspectis si quis eum hospitio susceperet. Tantæ enim paupertatis fuit, & ita nulli adlatu, ut in tanta urbe nulli inueniret hospitium. 2. ad Cor. 8. Scitis gratiam domini nostri Iesu

Christi, quoniam propter nos egenus factus est, cum esset diues, ut illius inopia uos diuites efficit. Thren. 3. Recordare paupertatis meæ &c. Bern. Magna abusus, & nimis magna, ut diues esse uelit uermiculus uilis, propter quæ Deus maiestatis & dominus sabaoth uoluit pauper fieri. Paupertas Christi crescendo processit. In natiuitate pannis inuolutus est, & pro domo habuit diuersorium; deinde hospitium nō habuit. Mat. 8. Filius hominis nō habet ubi caput suum reclinet, & Mar. 11. Circumspectus &c. In passiōe uero etiã propriis uestibus spoliatus est. Matt. 27. Exuentes eum &c. Aliud signum amoris Dei ad paupertatē est, quod propter pauperes filius Dei in mundum uenit. In Psal. Propter miseriam & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit dominus. Luc. 4. Euangelizare pauperibus misit me. Bern. in Sermonibus: Quæ at diuitias paganus, qui sine Deo uiuit: quærat Iudæus, qui terrenas promissiones accipit. sed qua frôte, magis autem qua mente Christianus diuitias quærit, postquã Christus beatos esse pauperes prædicauit? Pauperes Christus in principio doctrinæ suæ beatos prædicauit. Mat. 5. & Luc. 6. Er diuites infelices. Luc. 6. Væ uobis diuitibus. Pauperes iudicat Christus dignos mensa sua. Unde Luc. 14. leguntur pauperes ad cenã domini introducti. In Psal. Parasti

in dulcedine tua pauperi Deus. Pauperes Deus adiuvat. In Psal. Et adiunxit pauperem de inopia. Illis parcat. Esa. 49. Pauperum suorum miserabit. Illos elegit. Esa. 48. Elegi te in camino paupertatis. Iaco. 2. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo? Illos exaudit. In Psal. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. Ecc. 21. De precatio pauperis ex ore usque ad aures perueniet. Illorum est memor. In Psal. Non in fine obliuio erit pauperis. Illorum est sollicitus. In Psal. Ego autem mendicus sum & pauper: Dominus autem sollicitus est mei. Illorum est refugium & fortitudo. In Psal. Factus est dominus refugium pauperi. Esa. 25. Factus est fortitudo pauperi &c. Illos saluat. In Psal. Parcat pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet. 2. Re. 22. Populum pauperem saluum facies. In Psal. Eripiens inopem de manu fortiorum eius. Societatem pauperum praelegit dominus in mundo isto societati diuitum. Luc. 14. Omnis qui non renuntiauerit omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus. 1. Reg. 30. Dauid puerum Aegyptium assumpsit, quem dominus suus reliquerat. Sic Christus assumpsit quos mundus reliquit. Psal. Pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me. Item: Tibi derelictus est pauper. Grego. in homil. Hos elegit Deus, quos despicit mundus: quia plerumque

ipsa despectio hominem retocat ad semetipsum. Idem: Infirmi mihi quique atque in hoc mundo despecti plerumque tanto celerius uocem Dei audiunt, quanto in hoc mundo non habent ubi delectentur. Item pauperibus regnum caelorum tribuitur. Mat. 5. & Luc. 6. Et non solum ad possidendum, sed etiam ad dandum alius. Lu. 16. Facite uobis amicos de mamona iniquitatis, ut cum deseceritis recipiat uos in aeterna tabernacula. Ipse Deus pauperum est. Nu. 18. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem: ego pars & hereditas tua. Ipse est spes pauperum, & exultatio. Esa. 14. In ipso sperabunt pauperes populi eius. Eiusdem 29. Pauperes homines in sancto Israel exultabunt. Ipse de pauperibus specialiter requiret in iudicio: ut habet Mat. 25. Imo ipse pauperibus in diei tribuit. Job 36. & Mat. 25. Vos qui secuti estis me &c. sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Pauperes honorat, dicens: In Psal. Honorabile nomen eorum coram illo. Illos agnoscit, & nominatum uocat: ut patet in Lazaro, Luc. 16. Illos ab angelis deportari facit ad locum quietis. In eodem: Factum est, ut moretetur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahae. Et uo uerbo dicatur, tanta est dilectio eius ad pauperes, ut quod fit pauperi, sibi reputet fieri. Math. 25. Quod uni ex minimis

meis fecistis, mihi fecistis: & quod uni eorum non fecistis; mihi non fecistis. Ve pauperibus, si eum non amant qui tantum eos amat, qui tot signa amoris eis ostendit. Multum contemnerentur pauperes in mundo isto, nisi Christus eos tantum honorasset. ¶ Multis aliis de causis amanda est paupertas. ¶ Prima est, quia est ualde munda: sicut e contrario diuitiae immunda sunt, amatores suos inquinantes. Quod in rerum natura Deus significari uoluit, in hoc, quod aurum & argentum quae uidentur esse pretiosiora inter eas, tangentes inquinant. Ber. in epistolis: Beatus qui post illa non abiit quae possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciat. Ec. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Et super illud Iaco. 1. Religio munda &c. dicit glo. Qui temporalia non diligit, immaculatum ab hoc seculo se custodit. ¶ Item paupertas est Deo propinqua. Quod figuratum est Luc. 2. in hoc, quod pastores de loco uicino uenerunt ad Christum. E contrario uero reges a remotis partibus uenerunt. Mat. 2. Paupertas etiam sancta est, tantum locum in quo mansit filius Dei plus quam triginta annis. Exo. 3. Solue calciameta de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est. Paupertas specialiter potest dici terra sanctorum. Esa. 26. In terra sanctorum iniqua gessit, & non uidebit gloriam Dei. Esa. 60. Adora-

bunt uestigia pedum tuorum. In eodem: Locum pedum meorum glorificabo. Item expedita est. Greg. Liberius ad patriam tendimus, quia quasi in uia potestare caeremus. Idem: Terrena substantia aeternae felicitati comparata pondus est, non subsidium. Aug. in libro de uerbis domini: Abiice a te diuitiarum onera, abiice uincula uoluntaria, abiice anxietates & tedia quae te plurimis annis inquietant. Hieronym. in epistolis: Si habes, uade & uende omnia quae habes, & da pauperibus. Si non habes, grandi onere liberatus es. Greg. Qui mihi onus diuitiarum abstulit, me ad cutendum citius expedit. Itae paupertas laeta est. Seneca: Sepe pauper fidelius ridet, nulla ei in alto sollicitudo est. Idem: Qui felices uocantur, hilaritas ficta est, & grauis tristitia, eo quidem grauior, quia interdum non licet palam esse miserum, sed inter arunas cor ipsum excedentes necessesse est agere felicem. Aug. in lib. Confes. loquens de quodam mendico exhilarato uino: Ille, inquit, letabatur, ego anxius eram. Nimirum ille felicius erat, non tantum quia hilaritate perfundebatur, cum ego curis anxierer: uerum etiam, quod ille bene operando acquisierat uinum, ego autem mentiendo quarebam typpum. ¶ In Vitis patrum quidam pauper habebat unam mattam, de cuius medietate se cooperate bar, aliam medietatem sibi sub-

mittebat, & erat ualidum frigus: & pater monasterii de nocte exiens, audiuit eum dicentem, Gratias ago tibi domine. Quot sunt modo diuites in custodia, & qui in inferno sedent, aut pedes habent in ligno cōstrictos? Ego autē uelut Imperator sum, extendens pedes meos, & quo uolo ambulo. Sene. Felix paupertas læta: nec tamē paupertas est, si læta est. Greg. Cui cū paupertate bene conuenit, non est pauper. Itē paupertas secura est. Greg. Magna securitas cordis: nihil concupiscentiæ habere secularis. Seneca: Etiam in obsēsa uia pauper pax est. Gregor. Qui nihil habet in mūdo quod diligat, nihil est in mūdo quod pertumescat. Paupertas, iuxta uerbum Sapientis, bonum est sine calumnia. Pro ea non mouentur lites, non timet fures uel raptores, nō timet aëris passiones, ipsa est donū à paucis cognitum. Poëta: O munera nondum intellecta, domi paupertas angustiq; lares. Eccl. 11. Paupertas & honestas à Deo sunt. Paupertas secura est, & temporaliter & spiritualiter. Prouer. 1. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Gl. Facile laqueos euadit in terris, qui oculos habet in cælis. Job 18. Abscondita est in terra pedica eius. Cain habuit caput tremulum. Cain interpretatur possessio: qui possessiones habent in mūdo isto, in tremore sunt. In Psal. Trepiti-

dauerunt ubi non erat timor. Job 15. Sonitus terroris semper in auribus eius; & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur. Item paupertas quæta est. Sene. Quietissimē uiuēt homines, si hæc duo uerba tollerentur, meum & tuum. Grego. Quid in hac uita laboriosius, quā terrenis desideriis æstare? quid quietius, quā nihil huius seculi appetere? Hinc est, quod Israel custodiam sabbati accepit in munere, Aegyptus percucitur muscarū multitudine. Item paupertas licet terra macilenta uideatur: fertilissima est uerorum bonorum. Gen. 4. 1. Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. In hac terra uoluit plari unigenitus Dei, lignū scilicet uitæ. Item paupertas uitis materiam subtrahit: quia nō habet unde suum paupertas pascat amorem. Iuuenalis: Præstabat castæ humilis fortuna Sabinas. Sene. In quis Pecuniam perdidit. O te felicem, si cū illa auaritiam perdidisti: sed si manet illa apud te, es tãto felicior, quo tãto malo materia subducta est. Paupertas uermē diuitiū superbiā occidit. Ipsa etiā duas filias sanguisugæ infernalis, quæ semp clamāt, Affer, affer, suffocet, scilicet gulam & luxuriam. De quibus habetur Prouer. 30. Paupertas medicinalis est. Grego. Quos morū infirmitas uulnerat, paupertas medicina sanat. Ipse purgat eos qui sunt aurū & argentum: idē

ideo caminus dicitur. Esaia 48. Elegite in camino paupertatis. Ipsa est fortitudo sanctorum, sicut diuitiæ sunt fortitudo diuitum. Prouer. 10. Substantia diuitis urbs fortitudinis eius. Ipsa est ut fossatum profundissimū, quod diabolus multum nititur implere. Habac. 1. Compertabit aggerem, & capiet eam mira facultas aliquorum qui diabolum iuuant ad implendum fossatum castrisui. Habac. 2. Væ qui congregat non sua. Vique quo aggrauat contra se densum lutum? Pauperes in ecclesia remanent, dum diuites in regnum diaboli trāserūt. Sicut Nabuchodonosor pauperes dimisit in terra promissionis, nobilibus trāslatis in terram suam. Iere. 39. Sophonia 3. Derelinquā in medio tui populum pauperem. Pauperum est hereditate regnum celorū: mobilia uerō huius seculi sunt diuitum, sicut figuratum est Genesis 25. ubi Abraham dedit Isaac accūda quæ possidebat, filiis autem concubinarum largitus est munera. Paupertatē posuit filius Dei ut fundamentum religionis Christianæ. Matth. 5. Job 26. Qui extēdit aquilonem super uacuum. Super uacuum, inquam, paupertatis. Aquilonem uocat ecclesiā de Gentibus conuersam, quæ congelata erat in peccatis suis. Paupertatem posuit Christus gradū, quo ad perfectionem ascenditur. Matt. 19. Si uis perfectus esse, uade & uē-

de omnia quæ habes, & da pauperibus. Paupertas mater & nutrix & custos religionis est. Vnde qui ingreditur religionem, ad eam noto se astringunt. Econtrario abundantia religionem destruit. Ad eam enim occupat eam, ut meditatiōes, lectiones, orationes quibus debet sustentari, in ea pereant, ita quod seruitum ecclesie est inordinatus strepitus. Amos 5. Aufer à me tumultum carminum tuorū. Vbi ipsa non est, uitia sunt in pace. Non sunt ibi correptiones, sed supputationes, ut potius uideatur trapezitæ, quā religiosi. Virgæ sunt ibi potius ad offensionem quā ad uitiorum effugationē. In refectorio lapidatur sobrietas uarietate ferculorum. Ministri manibus eleuatis uaria portates fercula afferūt unde ipsa lapidatur: sicut Iudei afferebant lapides ad beati Stephani lapidationem. In claustris ubi est abundantia temporalium, inueniuntur multi habitum religionis deferētes, qui tamen nō sunt religiosi. Sicut clerici qui communiter dicuntur Goliardi, quādoque habitum monachalē deserunt, & tamen monachi nō sunt. Aliqui proliciuntur ibi à patribus sicut catuli quos matres non sufficiūt enutrire. Aliqui etiam intrant ut fures: ut scilicet ditentur & possint res monasterii consanguineis suis dare. Aliqui instar uulpis se mortuos spiritualiter simulat, ut præ-

dam faciant. Vbi est abundantia, behemoth quiescit, qui in arido paupertatis requiem non inuenit. Lucae 11. Paupertas omnes ingredienti in mundum istum excipit: sed postea a multis eiicitur de possessione sua sine culpa sua: sed in exitu de mundo isto, iterum recuperat eos. Iob 1. Nudus egressus sum de utero matris meae, nudus reuertar illic. Paupertas seruitutem diuitiarum quae adeo generalis est, excutit. Eccl. 10. Pecuniae obediunt omnia. Ipsa cum Petro super aquas ambulat, scilicet super mare huius mundi. Matt. 14. Bernardus in sermonibus: Haec prerogatio debebatur Petro: nouum iter & noui modus itineris. Antiquorum sanè patrum diebus, donec in terris uideretur & conuersaretur inter homines Deus maiestatis, non erat euangelicae forma perfectioris, sed spiritum Domini solo interim spiritu sequebatur. ¶ Paupertas luto diuitiarum si affluat, non uult cor apponere. Ipsa ordinem naturae seruat. Sicut enim terra exterior pedibus, sic ipsa terrena calcant mentis affectibus. Ipsa de fumo stabuli thesaurum facere dedignatur. Stabulum est haec pars mundi in qua sumus, quia habitaculum est iumeti nostri, scilicet corporis. ¶ Paupertas terram talpis & serpenti relinquit. Esaiæ 65. Serpenti puluis panis eius. Ipsa hominem custodit ne à serpente infernali comedatur.

Cassiodorus super illud Psalmi. Omnia à te expectant. Quem Deus pro malis suis abiicit, fit diaboli pabulum: quapropter si in escam inimici dari nolumus, non debemus esse terreni: quia sic in principio maledictus est ut terra comedat. Gen. 3. ¶ Paupertas amatores suos miro modo facit abundare. Habent enim de ea quantum uolunt. Eccl. 11. Est homo marcidus, egens recuperatione: plus deficiens in uita, & abundans paupertate. Paupertas etià terrenis diuitiis facit quodammodo abundare. pauper enim diuitias quas pro Christo contemnit, quodammodo habet, dum eas Christo uendit, & de illis in caelo thesaurum facit. Vnde Dominus emit à Petro quod pro eius amore reliquerat. Matt. 19. quod non fecisset, nisi illius fuissent. Non enim emerit praeda. Quamodo aliquis ex corde dicit, Volo habere thesauros regios uel in periales, & hoc propter Christum: statim Christo eos uendit, & in caelo eos thesaurizat, & hoc sine dano eorum qui eos possidebāt. R emanent enim eis pleno iure. Et quod mirum est, eosdem thesauros diuersi possunt uedere, & in caelo thesaurizare. Et non solum haec possunt facere de his quae sunt, sed etià de his quae non sunt, sed possunt esse. Bern. in Sermonibus: O mira nouitas eius qui omnia noua facit: tollens iugum inuenit requiem, relinques omnia centuplum habet.

¶ De

¶ De illa uero paupertate quae est eorum qui habent multas diuitias, quarum non se reputant dominos, sed solum ministros, notandum quod ipsa ualde gloriosa est. Ipsa est uelut liliū inter spinas. De paupertate huiusmodi uerum est illud Prouerb. 14. Est quasi pauper cum in multis diuitiis sit. Ipse in diuitis dupliciter negotiatur, bene ministrando & non amando. Ipse diuitias terrenas in arca seruat, & tamē in thesauro caelesti eas reponit: qui enim ad pios usus diuitias seruat, non claudens uiscera sua indigentibus, in caelo iam eas repositit, cum eas corde iam Deo obtulerit. Pios usus diuitiarum intelligas etiam uxorum & filiorum competentes prouisiones, cum ad Dei honorem & animarum salutem referuntur. Non sic est de illis qui auarè retinendo diuitias, quos non pascunt occidunt, dum eos fame mori permittunt, qui pauperibus partem suam auferunt. Et notandum quod qui amat paupertatem, non debet eius sequela fugere: scilicet famem & sitim, nuditatem, defectum tecti, defectum auxiliorum, defectum consolationum. Bern. in Sermonibus. Videmus aliquos pauperes qui si uera haberent paupertatem, non adeo pusillanimes inuenirentur & tristes, utpote reges ut reges colli. Sed hi sunt qui pauperes esse uolunt, eo tamen pacto ut eis nihil desit: & sic diligunt paupertatem, ut nullam inopia patiatur.

De Mansuetudine & eius descriptione. Quare etiam mansueti sint beati: ubi xv i. tanguntur pertinentia ad commendationem mansuetudinis. Et quare mansueti possident terram, ac cui dono mansuetudo adaptetur. PARS VI.

Post paupertatem spiritus dicendum est de Mansuetudine, quae commendatur in uerbo illo, Beati mites &c. Et sequitur bene mansuetudo paupertatem spiritus. Qui enim uerè humilis est, cum nihil habeat sui reputatione, non habet unde turbetur, nec contra se quae sunt, fieri reputat. Item qui terrena non amat, elongauit à se causam perturbationum. Sicut terra mista aquae eam turbidam reddit, sic terrena humano cordi per amorem sociata, causae sunt perturbationum. Si uero à corde humano fuerint separata, est tranquillitas in mente. ¶ De mansuetudine uero hoc modo dicitur. ¶ Primo ostenditur quid sit mansuetudo. ¶ Secundo quando mites sint beati: ubi tangitur de his quae ad commendationem mansuetudinis pertinent. ¶ Tertio quare mansueti possident terram. ¶ Quarto, quod donum huius beatitudini adaptetur. ¶ Mansuetudinem sic describit Peregrinus sacerdos: Mansuetudo, inquit, est modesti animi tranquillitas, quae nulla incurritur rerum tribulatione agitur. Mansuetudo uidetur esse temperantia seu mol

modestia uis irascibilis respectu mali uel inferendi uel destruendi: moderatione uero irascibilis in qua multū regnat impetuositas, sequitur mentis tranquillitas. Gl. super Matth. 7. Mores temperat mansuetudo & lenitas. Mansuetudo est dulcedo animi quam nō uincit amaritudo. Vnde Glossa super Matth. 5. Mitis est quem meis asperitas seu amaritudo non afficit: sed simplicitas fidei ad omnē iniuriam patiendam instruit patienter. Hęc dulcedo quādam causam habere uidetur sanitas uirium animæ. Prouer. 16. Dulcedo animæ est sanitas osiū. Mansuetudo bonitatis est, malitiam uincens, nulli malum uincens, mala in bonum conuertens. gl. super Matth. 5. Mansuetus nō irritat uel irritatur: non nocet, uel nocere cogitat. Et alia gl. Mitis est quem non rancor uel ira afficit: sed omnia æquanimiter sustinet. Mansueti si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Marc. ulti. Mansuetudo mollities est seu suauitas malo cedēs, subesse sciēs, superiori nō resistēs, tractabilis siue bonis cōsuetis. Primum tangit Glo. super illud Matth. 5. Beati mites qui cedunt improbis, & uincūt in bono malum. Secundum tangit alia glo. ibidē: Qui piē querit, honorat sancta, non reprehēdit, nō resistit, quod est mitem fieri. Tertiū tangit glossa super illud Galat. 5. Fructus spiritus, est charitas

&c. Mansuetudo quod non intractabilis, sed potius tractabilis est: quia mansuetudo uel in toto uel in parte uidetur esse idē cum clemētia, de qua dictum est in tractatu de Temperātia, ubi inuenies aliqua utilia ad materiam istam. Aliquādo etiam benignitas pro mansuetudine accipitur. Tamen super illud 1. ad Corint. 13. Charitas patiens est, benigna est, uult quod benignitas consistat in largitione suorum, dicens: Benignitas est, id est, larga egenis. Et super illud Ephes. 4. Estote inuicē benigni, dicit glossa id est, de facultatibus largi. Et super illud Galat. 5. Benignitas, dicit glossa largitas rerum. Animus mansuetus nobilitatem ueram habere uidetur, nobilitatem quam aliena rusticitas non corrūpit. Nobiles huius mundi parū sunt nobiles faceriales, ut primo rusticitatem huiusmodi non faciāt: sed si facti fuerit, parati sunt eā redere: sed Dominus uult filios suos adeo nobiles esse, ut nolle rusticitas eis facta eos possit rusticos efficere, ut scilicet nolle rusticitas de eis exeat. Circa secundum notandū est, quod prima causa & maxima quare mites sint beati, est illa quam Dominus tangit, Quoniam ipi possidebunt terrā. Secunda est, quia sunt immunes à miseria, que iracundiam uel rabiem committitur: de qua miseria requiritur in tractatu de Ira. Tercio, ad beatitudinem

mitium facit excellentia huius uirtutis, scilicet mansuetudinis: quæ excellentia apparet si ponentur ea quæ ad eius commendationem pertinent.

De cōmendatiōe Mansuetudinis.

ET possumus 16. ponere ad eius commendationem pertinentia. Primum est, quod natura hominem ad mansuetudinem incitat. Figura enim hominis exterior indicat, quod homo mansuetus esse debeat. Et Sapiens dicit hominē esse animal mansuetum natura. In omni specie animalis figura corporis attestatur naturæ interiori: sicut ungues acuti, magni, & fortes, & curuati, & dentes magni, & scissio oris magna, attestant rabiei, ut apparet in leonibus. Contraria uero his attestatur mansuetudini, ut in homine. Homines crudelēs quasi non sunt homines, in animalia enim syluestria transferunt. Secundum est, mansuetudo Dei, quam scriptura facta tantū nobis prædicat. Daniel. 3. Fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuā. Sopho. 1. Querite Dominum omnes mansueti terræ: querite iustum, querite mansuetum. Ioel. 2. Cōuertimini ad Dominum Deum uestrum, quia benignus & misericors est. In Psalm. Suauis est Dominus in omnibus uis suis. Tertiū est, quod hæc uirtus speciale ornamentum fuit mediatoris. In Psalm. Propter ueritatem & mansuetu-

dinem &c. Mat. 21. Ecce rex tuus tibi uenit mansuetus. Iere. 11. Ego quasi agnus mansuetus qui porzatur ad uictimā. Mat. 11. Discite à me, quia mitis sum. Quartū est, quod hæc uirtus enumeratur inter fructus spiritus. Galat. 5. Quintum est, quod hæc uirtus ornamentum est multum decēs seruū Dei. Ephe. 4. Obsecro uos ut dignè ambuletis uocatione qua uocati estis cum omni humilitate & mansuetudine. 1. ad Tim. 6. Tu autē homo Dei fectare patientiam & mansuetudinem. Item 2. ad Timot. 2. Admone illos neminem blasphemare, nō litigiosos esse, sed modestos, omnem ostēdentes mansuetudinem. Sextum est, quod Christus magisteriū huius uirtutis sibi specialiter inscribit. Vnde glossa super illud Matth. 5. Huius uirtutis quasi magnæ magistrū se facit Dominus: quod non faceret, nisi uia summæ perfectionis ista uirtus esset. Septimum est, quod hæc uirtus diuina acquirit. Eccl. 10. Sedes ducū superborū destruxit, & federe facit mites pro eis. Octauum, quod eadem conseruat. Prouer. 20. R oboratur clementia thronus regis. Nonum, quod uitam corporis conseruat. Prou. 11. Clementia preparabit uitam, & fectatio malorum mortem. Eiusdem 12. Qui suauis est uiuit in moderationibus. Decimū est, quod seruat animam. Eccl. 10. Fili, in mansuet

uetudine serua animam tuam. Mansuetudo est sicut antemurale in castro animæ, lapides durorum uerborum leniter excipiens, & ideo ictus frustrans & hominem à læsione custodiens. Sicut nasa uitrea in fœno, uel alia remolli inuoluuntur, & sic à confectione seruantur: sic mansuetudo animam seruat, ne ira eam cõfringat. ¶ Undecimum, quod animum delectat. In Psal. Mansueti hæreditabunt terrã, & delectabuntur in multitudine pacis. Mansuetudo est uelut culcitra mollissima in lectulo floridæ consciëntiæ, in qua animus cum Deo quiescit. Cantic. 1. Lectulus noster floridus. ¶ Duodecimum quod proximum delectat. In Psal. Quoniam superuenit mansuetudo, & corripemur. ¶ Tredecimum, quod proximi gratiã acquirunt. Eccl. 3. Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super gloriã hominũ diligeris. Ezech. 3. Ut adamantem & filicẽ dedi faciem tuam. Sicut adamas ferrũ attrahit, sic mansuetudo corda hominũ. ¶ Decimum quartũ, quod irã proximi frãgit. Prou. 16. Responsio mollis frãgit irã. ¶ Quintum decimum, quod hominem Deo ualde placentẽ reddit. Eccl. 1. Et quod beneplacitum est ei, fides & mansuetudo. He duæ gratiæ multũ placẽt Deo in homine: quia fides facit ut homo possideatur à Deo quantum

ad affectum. Mansuetudo facit hominẽ à Deo exaudiri. In Psal. Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Iudith 9. Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Et Dominus beato Dionysio in carcere posito: Benignitas & dilectio quam semper habuisti, faciet ut quicquid petieris, aliquibus impetres. Itẽ mansuetudo dignũ facit Dei allocutionẽ. In Psal. Docebit mites uias suas. Eccl. 5. Esto mansuetus ad audiendum uerbum Dei. Iacobi. In mansuetudine suscipite infinitum uerbum. Exod. 33. loquebatur Dominus cum Moyse qui fuit mitissimus hominũ facie ad faciem, sicut homo solet loqui ad amicum suum. Mansuetudo dignũ facit Dei defensione. Nume. 12. Locuta est Maria & Azazel contra Moysen &c. quod quomodo audisset Dominus, iratus est in eis. Erat enim Moyses mitissimus: & subditur: Maria apparuit candida lepra. ¶ Decimum septimum est, quod in iudicio saluat. In Psal. Cũ exurgeretis iudicio Deus ut saluos faceret omnes mansuetos terre. Itẽ. Diriget mansuetos in iudicio, & exaltabit mansuetos in salutẽ. Eccl. 11. Arguet in æquitate pro mansuetis terre. ¶ Circa actũ possidendi quod mansueti possidebunt terram uiuentium, unde gl. Virtus mansuetudinis possidebit terram multitudinem pacis. Mansueti in

praesent

praesentis pacifici possidentur à Deo: ideo lege uicissitudinis in futuro possidebunt Deũ, qui est beata habitatio uiuentium. Augustinus. Nullius erit Deus possessio, nisi eius quẽ ipse prius possederit. Præterea, mansueti possident nunc corda sua: homines immansueti non dominantur cordibus suis, sed potius ira dñatur in eis, glo. super Matth. 5. Mites sunt qui malis moribus dominantur: perfecta uirtus morũ possessio. Prou. 16. Melior est qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Item mansueti bona spiritalia si qua habent possident: homines iracundi ea nõ possident, etsi ad horã ea habeant. Ignis enim in momento eos depauperat. Itẽ bona terræ magnificẽ possident, ut nõ turbentur si ea amiserint. Qui ex amissione honorum terrenorũ turbatur, nõ possidet ea, sed potius ab eis possidetur. Serui enim eorum sunt, nõ domini. Ut igitur gratiã tanquam merito gloriã succedens ut præmium respondeat, mansueti qui in praesenti se & sua possident, in spiritalia quãm terrena, merito in futuro terram uiuentium possidebunt. Bern. uidetur intellegere hoc uerbum, Beati mites &c. de terra quã calcamus. Ait enim: Si humilibus datur cælum, mitibus terra: quid relinquitur immitibus & crudelibus, nisi infernalis miseria: Idem in sermo. uerbum prædictũ exponit de terra corporis, his uerbis:

Hanc terram corpus nostrũ intelligo: quod si possiderat uult anima, si regnare desiderat supra mēbra sua, necesse est ut ipsa sit mitis & superiori suo subiecta: quoniam tale inueniet inferius suũ, qualem se exhiberit superiori. Armatur enim creatura ad ulciscendam sui iniuriã creatoris: & ideo nouerit anima quẽ rebelle inuenit sibi corpus suũ, se quoque minus quã oporteat superioribus potestatibus esse subiectã: mansuescat ipsa, & humilietur sub potẽti manu Altissimi, subiecta sit Deo, & his pariter quibus uice eius debet obedire prælatis, & continuo corpus suum inueniet obediens & subiectum. Veritas enim est quẽ loquitur, Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrã. ¶ Et notandum quod uera mansuetudo apparet, quando homini aliquid dicitur, uel sit cõtra eius uolũtãtẽ. Ber. Sunt alii mites, sed quando diu nihil dicitur aut agitur, nisi pro eorũ arbitrio. Patebit autẽ quã longẽ sint à uera mansuetudine, si uel leuis oriatur occasio. Hęc mansuetudo quomodo hæreditabit quã ante hæreditãtẽ deficiunt. ¶ Circa quartũ notandum quod donũ pietatis adaptatur mansuetudini. Si enim pietas accipiat pro misericordia, mansuetudo est, quod qui habet pietatem, malo proximi cõpatitur, nec uult nocere proximo. Unde qui pius est, est mansuetus. Si uerò pietas pro cultu Dei sumatur, cultus

X Dei

Dei est iugū Dei suauē & onus leue. De quo legitur Matth. 11. Qui mansuetus gratis se inclinat & superponit, sicut mansuetus aliud abiicit. Vnde qui mansuetus est, pius est.

De luctu eius descriptione, de speciebus luctus, & quare luctus gentes sint beati: ubi tangitur de his quæ ad cōmendationē lacrymarum pertinet, de impedimentis etiam lacrymarum, & cui dono luctus adaperitur. PARS VII.

Post paupertatē spūs & mansuetudinē, dicēdū est de luctu. Cū enim terreneitas uix ad plenū à corde amoueat, tranquillitas autē mansuetudinis sepe corrūpat, necessarius est luctus, ut aqua lacrymarū terreneitas perfectē expellatur. Job 14. Lapidēs excauant aqua, & aluione paulatim terra cōsumitur. Et ut incendia iræ aqua lacrymarum perfectē extinguat. De luctu uerò hoc modo dicitur. Primo ostenditur quid sit luctus, prout beatitudo dicitur. Secūdo distinguuntur diuersæ species luctus, ut manifestū fiat cui luctus cōsolatio debeat. Tertio ostenditur quomodo lugentēs sint beati: ubi tangitur de his quæ pertinent ad cōmendationē luctus seu lacrymarū. Quarto, dicitur de impedimentis lacrymarū. Quinto, quod donū aptetur huic beatitudini. Circa primū notādū, quod luctus prout sumitur pro beatitudine, est gratia ue-

hemeter dolēdi de malo quod accidit, uel de bono quod deficit. Luctus uerò sic sumptus non est in iis quæ adhuc sunt in peccatis suis. Grego. in Moral. Nisi à reatu culpe quo nos ligauimus, misericorditer dimittamur, perfectē flere non possumus, quod in nobis ipsīs cōtra nosmet ipsos dolemus. Malum uerò in descriptione posita intelligas, non id quod mundus uocat malū, scilicet pœnam futurā quæ eius est sequela. Bonū etiā non intelligas bonū periculōsum, ut est pecunia: sed uerū bonum, scilicet bonum gratiæ uel gloriæ. Dolor huiusmodi signum est salutis. Grego. in Moral. Argumentum salutis est uis doloris.

De speciebus luctus.

CIRCA secundū notādū quod super Matth. 5, distinguitur quatuor species luctus. Prior est, scilicet luctus pro peccatis, uel suis uel alienis. Secūdo est, ex desiderio cælestis patriæ. Prior est irriguū inferius, secūdo irriguū superius. De quibus legitur Ios. 15. & Iudic. 1. Ille lauat præsentēs fordes: hic uerò ascendit aeris æternorū amatores: ut dicit glossa super Matth. 5. Aliqui etiā distinguunt quatuor species luctus. Primus luctus est luctus pro propriis peccatis. De quo in Psalm. Exitus aquarū deduxerūt oculi mei &c. Secūdo est luctus pro-

hienis peccatis. Ier. 9. Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontē lacrymarū, & plorabo die ac nocte interfectos filiū populi mei? Tertius est, pro incolatu præsentis miseræ. Dauid: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Quartus, pro dilatione patriæ. In Psalm. Super flumina Babylonis illie sedimus & fleuimus &c. Hæ quatuor species luctus sunt uelut quatuor hydræ, quas iussit Elias impleri aqua, & effundi super holocausta quæ effusione ignis cælestis subsecutus est. 3. Reg. 18. Post sunt etiā distingui sex species luctus, quarū prima est ex cōsideratione diuinæ offensæ uel contumeliæ. Secūda est, ex cōsideratione gehēnæ. Greg. super Iob: Super omnia præuisio inferni cōpunctionem prouocat. Tertia est, ex cōsideratione alienæ miseræ. Ad Ro. 12. Flere cū flentibus, gaudere cū gaudentibus &c. Quarta est, ex præsentia affectione. Thren. 1. Plorans plorauit in nocte. Quinto, pro spiritali absentia sponsi. Matth. 9. Non possunt filii sponsi ingerere quandiu est sponsus cū eis &c. Sexta pro dilatione patriæ. Hæ sex species sūt uelut sex hydræ, quas dominus iubet aqua impleri. Io. 21. Potest tamen poni diuisio luctus generalior, ut distinguamus luctū in luctū malū, & in luctū bonū, & luctum indifferētē. Luctus malus est, ut luctus cupiditatis. De quo dictum est:

Ploratur lacrymis amissa pecunia ueris. Vel luctus deceptiōis. De quo poeta, Ut fleret oculos erudiere suos. Vel luctus inordinatæ compactionis. De quo August. in primo lib. Confessionū Cogebat, inquit, plorare Dido nem mortuā, quæ se occidit ob amorem, quū interea me ipsum in iis à te morientem Deus uita mea sicis ferrem oculis miserimas. Quid enim miserius mi sero nō miserantē seipsum? Vel luctus æternæ dānationis. Matth. 3. Ibi erit stridor, & stridor dentium. Idem eiusdē 13. & 22. & 24. & 25. Et Luc. 13. Pro. 14. Extrema gaudii luctus occupat. Et notandum quod idem faciunt prudentes & imprudentes. Sed imprudentes illud nō faciunt tempore opportuno. Ecclesi. 20. Imprudens non seruabit tempora. Senec. De negligentibus facere quod faciendum est, tunc lacrymæ nihil profuturæ cadunt. Plorabunt fatui sicut hic sapientes plorant: sed tūc plorabūt, quando lacrymæ erunt eis inutiles. Si non plorarent damnati, nisi lacrymam unam corporalem singulis diebus quibus erunt in inferno, plus plorarent quàm sint aqua in mari, Omnes enim guttæ maris finitæ sunt, & possēt Deus dicere: tot sunt, & non plures: damnati uerò sine fine erunt in inferno. Luctus bonus triplex est, scilicet luctus compunctionis, compactionis & deuotionis. De primo

in Psalm. Lauabo per singulas noctes lectum meum &c. De luctu compassionis, Iob 30. Flebā quondam super eo qui affligens erat. Ecclesia. 22. Super mortuū plora, defecit enim lux eius. Et super fatuū plora, defecit enim sensu, Ierem. 13. Plorans plorabit anima mea, & oculus meus educet lacrymam: quia captus est rex domini. Eiusdem 14. Deducat oculi mei lacrymam per noctem & diem &c. Th. 2. Defecerūt prae lacrymis oculi mei super contritione populi mei. Ezc. 32. Omnia luminaria caeli mœrere faciam super te. Luctus deuotionis est, ut cum anima uiri perfecti Dei dulcedinem experta, desit absentiam sponsi, quo ad sensum dulcedinis. Bernar. ad fratres de monte Dei loquens de illo qui repellitur à lumine Dei ad quod admissus est. Si amat, inquit, flere, dulcia habet, & nō sine multo gemitu cogitur redire ad conscientia suā. Itē luctus deuotionis est, qui est ex desiderio diuinæ uisionis. In Psalm. Sitiuit anima mea ad Deū fontem uiuū &c. Fuerūt mihi lacrymae meae &c. Luctus etiā deuotionis est luctus quem habet anima uiri perfecti ex magnitudine gaudii spiritualis. De luctu deuotionis intelligi potest illud Aug. in lib. de Ciuita. Dei. Quanto, inquit, est quisque sanctior & desideris sanctis plenior: tanto eius in orando fletus uberior. Idem in lib. Soliloquiorū, Mo-

dū, inquit, uis habere lacrymas meas, quum miseriae meae modum non uideam. Impatiens est amor: nec lacrymis modus sit, nisi amori detur quod amatur. ¶ Luctus indifferēs est: ut luctus afflictionis temporalis, uel etiā gaudii. Tob. 11. Fleuerunt ambo cum gaudio. Gene. 43. Erumpēbant lacrymae, & introiens cubiculum fleuit. Secundum glo. Luctus pro peccatis uel pro desiderio caelesti, consolationem meretur: alius uero luctus non datur: qui perseverantiam non habet, non meretur consolationē. Alios, inquit, lugentes uideo: sed si de corde procederent lacrymae: non tam facile illico soluerentur in risum. Nunc autē qui abundantius otiosa & scurrili uerba profluunt quam prius lacrymae, lacrymas huiusmodi de his esse nō arbitror quibus consolatione diuina promittitur: quod quidem post illas tam facile consolatione uilis admittitur.

¶ Quare lugentes sint beati.

CIRCA tertium notandū quod prima & maxima causa quare lugentes sint beati, est quam dominus tangit, dicens: Omnes consolabuntur, Simile Lucae 6. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. ¶ Lugentes in futuro consolabuntur Dei uisione, & etiā multis aliis modis. Esa. ult. In Ierusalem consolabimini: uidebitis, & gaudebit cor uestrū. Et Lucae 17. Dicitū est diuini de Lazaro, Nic-

hic consolatur, tu uero cruciaris. Ioan. 15. Tristitia uestra uertetur in gaudium, quod significauit aquae mutatio in uinum. Ioan. 2. Ierem. 31. Conuertam luctum eorum in gaudium. In praesenti etiam lugentes consolantur. Exo. capt. 15. Aquae Marath uersae sunt in dulcedinem. Tob. 8. Post lacrymationē & fletum exultationem infundis. Augustini in lib. Confes. Quantum, inquit, fleui in hymnis & canticis tuis suauē sonantis ecclesiae tuae uocibus commotus acriter, & currebant lacrymae, & bene mihi erat cum eis. De tali qui habet abundantiam dulcium lacrymarum, uerū est illud quod solet dici communiter: Iste est sicut piscis qui natat in aqua. De suauitate ista non gustat cor ignobile. Prouer. 14. Cor quod nouit amaritudinē animae suae, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Gregor. in Moralib. Luctu suo anima pascitur, quum ad superna gaudia flectendo subleuatur. Et intus quidem doloris sui gemitum tolerat: sed eo refectiois pabulum percipit, quo uis amoris per lacrymas emanat. Idem in eodem: Fit plerunque ut in ipsis piis fletibus gaudii claritas erumpat, ut mens quae caeca iacuerat, ad inspectionem fulgoris intimi suspiriis uegetata conualescat. Aliud ad beatitudinem faciens in lugentibus luctu salubri potest esse, quod tales immunes sunt à tri-

stitia huius seculi, quae mortem operatur. 2. ad Corinthi. 7. Bernar. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua. Mortis horrorem, iudicii tremendum ualde discrimen, ardentis gehennae metum à oculis cordis tui elongari nullatenus patiaris. Cogita peregrinationis tuae miseriam, recogita annos tuos in amaritudine animae tuae, & cogita humanae uitae pericula: cogita fragilitatem propriā, & in huiusmodi cogitatione si perseveraueris, dico tibi parum senties quicquid foris uidetur esse molestum, dum te toto corde circa interiorem molestiam occupaueris. Sed nec patietur dominus sine consolatione te esse: quoniam est pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Et complebitur omnino quod pollicetur Veritas, Beati qui lugent &c. ¶ Tertio, ad beatitudinem lugētium facit, quod lacrymae eos mundant. Sunt & ceteri affectus lacrymarum, de quibus in earum commendatione dicitur.

¶ De commendatione lacrymarum.

ET notandū quod ad commendationem lacrymarū, Primo ualere possunt exhortationes quas scriptura sacra facit ad flectendum. Ier. 6. Luctum unigeniti fac tibi. Eiusdem 9. Docete filias uestras lamentum. Luc. 23. Super uos ipsas flete & super filios uestros. Iac. 4. Miseri estote, & iugete. Eiusdem 5. Plorate

ululantes in miseris uestris. ¶ Secundo exempla, inter quæ præcipuè est exemplum Christi. Bern. Christus cõpatitur & plorat: homo patitur, & ridebit. De luctu Christi habes ad Heb. 5. Cũ clamore & lacrymis exauditus est pro sua reuerẽtia. Et Luc. 19. Videns ciuitatẽ fleuit super illã. & Ioan. 11. Et lacrymatus est Iesus. Primo fletu cõmendauit nobis fletum cõpunctionis. Creditur enim fletum illũ emisisse in cruce. Crux uerò statum poenitentiaẽ designat, in secundo, fletum compaisionis. In tertio, fletu deuotionis, quando fleuit Lazarũ reuocaturus ad præsentem miseriam. Bern. in sermonib. Christi super Lazarũ & super ciuitatem fleuisse, & in orationibus pernoctasse lego: risisse uerò aut iocasse nunquã. Cõtendatur etiã lacrymæ exemplo Petri Matt. 26. Egressus foras fleuit amare. Hic. in epistolis: Petruẽ ter negantẽ in locũ suũ amarẽ restituere lacrymæ. Item exemplum Magdalene Luc. 7. Lacrymis cepit rigare pedes eius. ¶ Tertio, ad cõmendationẽ lacrymarum potest locus ualere in quo sumus. Aug. In ualle miseria sumus, in qua eo magis flendũ est, quo minus flemus. In Psal. Affectiones in corde suo disposuit in ualle lacrymarum. Eccl. 22. Margifica in luctu importuna narratio. ¶ Quarto, tempus in quo sumus. Eccl. 3. Tẽpus flendi, & tempus ridendi. Tempus flendi est

in præsentĩ, ubi est multa materia fletus, & lacrymæ sunt in suo ualore. Materia fletus sunt Dei iniuria & contumelia, strages animarũ, incolatus præsentis miseria, dilatio patriæ. De multiplicitate materia fletus, requirere in tract. de luxuria. ca. de Chorois: In futuro erit tẽpus ridendi. Qui erũt in paradiso, nõ habebũt materiam fletus. In his uerò qui erũt in inferno lacrymæ nullius erũt ualoris. Tũc absterget Deus omnẽ lacrymã ab oculis sanctorũ. Apoc. 7. Esa. 25. Absterget dominus Deus omnẽ lacrymã ab omni facie. Bern. Felices lacrymæ quas pia manus conditoris absterget. Tũc ridebũt electi pleno ore. Iob. 8. Deus non proiciet simplicẽ, nec porriget manũ malignis, donec impleatur risu os tuũ, & labia tua iubilõ. Hic ridetur ore semipleno, quia hic impletur illud Prover. 14. Risus dolore miscbitur.

¶ De uirtute lacrymarum. DE uirtute lacrymarũ, notandum est, quod lacrymæ primo animam mundant. Aqua etiam lacrymarum est uelut mare æneum, in quo ingressuri tabernaculu uel templũ, manus & pedes lauabãt. Exo. ult. Et 3. Regũ 7. Aqua etiã lacrymarũ est lauacrorum in claustro spirituali. Quasi aqua de puteo est, si lacryma ueniant de profundo peccatorum. Et si sint pro propriis peccatis, tunc est puteus in ipso claustro. Si uerò sunt pro peccatis

alienis, & non pro propriis: tunc habet claustrũ illud aquam quasi de alieno puteo, & uideatur habere malum pronisore. Si uerò lacrymæ pro incolatu huius miseriae uel pro dilatione patriæ, tunc est aqua quasi de fonte uiuo. Ioan. 4. Aqua quam ego dabo ei, fiet fons aqua salientis in uitam æternam. Aqua lacrymarũ, balneum est in quo abluuntur anima, ut sponse regis caelestis fiant. Iere. 4. Laua à malitia Ierusalem cor tuum, ut salua fias. Item lacrymæ delent literas mortis, quas qui peccat, diabolo scribit manu propria in libro conscientia. Daniel. 7. Sedit iudicium, & libri aperti sunt. Libri, inquam, scilicet conscientiarum. Litera ista effusione proprii sanguinis delenda essent, si aliter deleri non possent. Sic Christus deleuit chirographum nobis cõtrarium. Coloss. 2. Delẽs quod aduersus nos erat, chirographũ decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. Item diabolum submergit. Aqua lacrymarũ est quasi mare rubrum, ubi Pharaõ infernalis cum exercitu uitiorum submergitur. Exod. 14. In Psal. Contribulasti capita draconum in aquis. ¶ Item lacrymæ terram cordis irrigant, & fecundant. Aqua lacrymarum est ut fons paradisi. Genesi. 2. Fons ascendebat de terra, irrigans uersam superficiem terræ. Ec-

clesiastic. 14. Rigabo hortum plantationis. In Psal. Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent. Item lacrymæ holocaustum impingunt. Gregorius super Ezechiel. Holocaustum aridum, est bonum opus quod orationis lacrymæ non infundunt. Holocaustum pingue, est bonũ opus quod quum agitur, etiam lacrymis impingatur. Item lacrymæ ad dorem concupiscentiarũ sedant. Gregorius in Moralib. Flammam suggestio num diaboli citius extinguit unda lacrymarum. Si aliquis uideat domum conscientia suæ igne concupiscentia succendi, recurrere debet ad aquã lacrymarum. Item mentem humiliant. Proverbiorum 12. Mæror in corde iusti humiliabit eum. Item mentem mitigant. Bernard. in Sermo. Equum indomitum flagella domant: animam immitem. contritio spiritus & assiduitas lacrymarum. Et ut breuiter dicatur, omnẽ infirmitatem spiritualẽ sanant. Iob. 5. Mærentes ei igitur sospitate. Item à Deo quod homo uult impetrant. 1. Reg. 1. Quũ esset Anna amaro animo, orauit Deũ, flens largitek, quæ à domino exaudita est. Esa. 38. dictũ est Ezechia: Vidi lacrymam tuam, & ecce saluaui te. Tob. 3. Orauit Tobias cum lacrymis, & Sara similiter, & exaudita sunt preces amborum. Iudith 8. Indulgentiam eius cum lacrymis postulemus.

In Psal. Auribus percipe lacrymas meas. Aug. Quae uiolenta sunt in precibus. Itē: Posuisti lacrymas meas in cōspectu tuo. *Le. 3.* In fletu uenient, & in misericordia reducā eos. Christus cum lacrymis preces offerens exauditus est. ad Hebr. 5. ¶ Item lacrymae oculum cordis clarificant. Vnde aqua lacrymarū est natoria Siloē. *Io. 9.* Abii in natorium Siloē, & laui, & uidi. Greg. Mens lacrymis baptizata, in cōtemplatione tridet limpidius. Idē: Sæpe quod torpentes latuit, fletibus subtilius innotescit. Aqua lacrymarum est, collyrium uisum iuuās. *Apoc. 3.* Collyrio inunge oculos tuos, ut uideas. Item lacrymae mētem eleuant. *Genesi. 7.* Multiplicatae sunt aquae, & eleuauerūt arcam in sublime. Gregor. in *Moralib.* Quum per fletum mens ad summam rapitur, compunctiois suae pēnam gaudens miratur, & libet affligi, quia afflictione sua se conspicit ad alta subleuari. Item lacrymae uitam perditam reparant. Grego. Tempus redimimus, quando ante actam uitam quam lasciuendo perdidimus, flendo reparamus. Item regnum caelorum quasi quadā uirtute obtinent. Grego. in *Homil. Regnum caelorum rapi uult nostris fletibus, qd̄ nostris meritis non debetur.* Lacrymae ut uirtus earum breuibus uerbis exprimitur, operantur in caelo, in terra, & in inferno. In caelo, unde Ec-

clesi. 35. Nonne lacrymae uidae ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducētem eas? A maxilla enim ascendunt ad caelum. In terra operantur, quum multiplices habeant effectus in hominib⁹, ut prius ostēsum est. In inferno, quum ignē infernalem extinguant, quātum ad eum qui eas effundit. Item lacrymae possunt in Deum, in angelos, in demones & homines. In Deum, dum eū quasi cogunt ad miserandum. Vnde super *ilud Tob. 3.* Tunc Tobias inuenit, & cepit orare cum lacrymis. dicit glo. Oratio Deum lenit, lacryma cogit. Lacrymae Deum faciunt quasi obliuisci iniquitatum nostrarum. Lacrymae etiam angelos iustificat. *Lucæ 5.* Gaudium est angelis Dei super uno peccatore penitentia agente. Secundum Bernard. Deliciae angelorum, sunt lacrymae penitentium. In demones. possunt lacrymae, cum ab eis submergantur, ut prius dictum est.

¶ *De impedimentis lacrymarum.*

CIRCA quartū notandum est, quod sex uidentur esse impedimenta lacrymarum. ¶ Primum est superbia, quae est uirtus areis. *Iosue 15.* & *Iudith 1.* Terram arenē dedisti mihi. In *Psal.* Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Humilitas est quasi aqua ductus per quem lacrymae ueniunt, quae diabolus uult inci-

di.

di. *Iudith 7.* Incidi precepit Holofernes aqueductum. Ipsa est uallis ad quam descendūt aquae lacrymarum. Secundum est, amor terrenorum. Vnde Cain interfecit Abel. *Gene. 4.* Cain interpretatur possessio: Abel, lucus. *Genesi. 26.* Omnes puteos quos foderant serui Abraham, obstruxerunt Palaestini implentes humo. ¶ Tertium est, durities sine impietas. *Gene. 29.* Os putei grandi lapide claudebatur. Homines qui non habent pietatem ad proximū, non inueniunt Deum sibi misericordem: ideo coram eorum sunt ut petra durissima. *Job 12.* Si continueris aquas, omnia siccabuntur. Ideo necesse esset ut uirga Dei percuterentur, ut aqua lacrymarū inde exiret. *Deuterom. 8.* Eduxit riuos uiuos de petra durissima. Item in *Psal.* Percussit petram & fluxerunt aquae &c. ¶ Quartum est, nimia occupatio. *Genesi. 36.* Ana inuenit aquas calidas in soliditudine. *Esa. 22.* Recedite a me, amare flebo. ¶ Quintum est, ignorantia. Quod impedimentum tangit dominus *Luc. 19.* dicens: Si cognouisses, & tu, supple, fletures. ¶ Sextum est peccati magnitudo. Ber. in libro de Cōsideratione: Si doles, cōdoleo: si non, doleo tantum & maxime sciens à salute longius abistere membrum quod obstupuit, & egrum sese sentientem periculosius laborare. Greg. in *homil. loquens de Pharisæo & Magdalena &*

Christo: Inter duos egros medicus aderat, sed unus æger in febre integrum sensum tenebat, alter uero in febre carnis & sensum perdidit mentis. In egritudine sensum perdidit, qui hoc ipsum quod à salute longe esset ignorabat.

¶ *Coadaptatio luctus in donum scientia.*

CIRCA quintū notandum, quod luctus adaptatur donum scientia. Vnde interl. Hi scientia spiritu illustratur, ut sciant quibus malis inuoluantur. Hanc adaptationem insinuat *Salomō Ecc. 1.* Qui addit inquit scientia, addit & laborem, & non potest homo scire, quibus bonis uel malis sit in presenti uita, & nō esse in luctu. Mala enim per se luctū inducūt, bona uero temporalia causam luctus: id est, peccatū. *Augu.* Si bene est, tumes: si male, dolles. Hāc adaptationem insinuat nobis ipsa natura. Ad id enim membrorum pertinent uisus & luctus. Idē insinuat nobis *Lucæ 19.* Videns Iesus ciuitatem, fleuit super eam.

De Esurie Iustitia. PARS VIIII.

RESTE post praedicta, de Esurie iustitia dicendum est, quia praedicta ualeat ad esuriam iustitia. Humilitas quae ad paupertatem pertinet, ualeat ad hanc esuriē: quia humilis sentit propriam uacuitatē ideo esurit repletionem. Ecōtrario superbus qui habet nanā plenitudinē, habet fastidiū iustitia. Itē pauper-

tas uoluntaria animam euacuat ab amore mundi. Vnde reddit eam capacem amoris ueri boni. Amor enim mundi, & amor ueri boni mutuo se expellunt ab anima: coangustatum est enim stratum, ut alter decidat & pallium breue amoris utriusq; operire non potest, mundum scilicet & uerum bonum. Esa. 28. Mansuetudo ualeret ad hanc esuriam, quia animam euacuat ab amore iniustitiae. Homines immites esuriunt malitiam seu proximi iniuriam: ideo non possunt perfecte esurire in iustitiam. Luctus etiam facit ad hanc esuriam. Qui enim luget, recogitant annos suos in amaritudine animae suae, & concipiunt facere dignos fructus poenitentiae, uolentes seruire iustitiae, sicut iniustitiae prius seruiuerunt. ad Ro. 7. Sicut exhibuistis membra uestra seruire immunditiae, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiae. Ber. Esuriam iustitiae ad precedentem ordinat beatitudinem, his uerbis: Quid aliud est, inquit, haec consolatio quam lugentibus promittitur, quam procedens de spe ueritatis gratia deuotionis & suauissima delectatio boni, & gustus sapientiae, licet exiguus, quibus interim benignissimus Deus afflicta refrigerat animam. Sed gustus ille nihil aliud est quam iramamentum desiderii, & incertum amoris, sicut scriptum est: Qui edunt me, adhuc esuriunt: & qui bibunt me, adhuc sitiunt. Propter

ea illico subinfertur, Beati quae esuriunt &c. ¶ Et notandum, quod iustitia hic sumi potest generaliter pro probitate, seu bonitate, seu rectitudine uitae. Ad quod pertinet quod dicitur gl. Amatores, inquit, ueri boni sunt, quibus non satis est, quod iusti sunt, sed imperpetuum opus iustitiae. Vel potest sumi iustitia prout ad causam pertinet reddere unicuique, quod suum est. Vnde gl. Iustitia est tua cuique tribuere, tibi, & proximis, & Deo. ¶ Item potest sumi prout attenditur in infirmitate poenitentium. Vnde Ber. in Sermo. Alii, inquit, tam uehementer contra aliorum delicta zelant, ut uideri possunt esurire & sitire iustitiam, sicut est apud eos de suis quoque peccatis idem iudicium. Sed nunc pondus & pondus, utrumque abominatio est apud Deum. Nam contra alios tam impudenter quam inaniter estuunt, se ipsos tam impudenter quam impudenter palpant. Esuriam iustitiae, intelligas non quae cuique: amor iustitiae, sed amor ualdae intelsum. ¶ Et notandum, quod opera bona cibis sunt anima. Virtutes enim quae sunt quasi quaedam membra animae inde sustentantur, reficiuntur, augentur, roborantur. Io. 4. Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me. Ad uirtutes pertinet illud Esaie 4. Panem nostrum comedemus. Ipsa de labore suo uiuunt, prout enim operibus participantur, & sine illis deficiunt. Ideo recte dicitur esuriam esse iustitiae.

tie. Esuriam enim est respectu nutrimenti & refectionis. Qui esuriunt & sitiunt iustitiam: id est, uitae rectitudinem uel bonitatem & in se, & in aliis beati sunt: quia satiabuntur in futuro adempto quod desiderat: ut dicitur gl. interlin. Tunc enim nullus erit cum eis qui bonus non sit, & qui bene non agat. Item qui iustitiam secundo modo esuriunt, nunc saturabuntur. Totaliter enim uiuent Deo: unde se totaliter reddent Deo, a quo totaliter habent: & sic uere erunt iusti. Item qui esuriunt iustitiam secundo modo, tunc saturabuntur: quia tunc nullum malum relinquetur impunitum. Tunc enim implebitur illud Psal. Laturabitur iustus, quando uiderit iudicium. ¶ Item qui esuriunt & sitiunt iustitiam, habent beatitudinem uitae. Primo propter letitiam quae iustitiam comitatur. In Psal. Iustitia Domini rectae laetificans corda. Econtrario iniustitiam comitatur miseria, a qua miseria ipsi immunes sunt. Prouerb. 14. Miseros facit populos peccatum. Augusti. in libro de libero arbitrio: Tanta est beatitudo iustitiae, ut nemo ab ea nisi ad miseriam possit abscedere. Secundo, quia quanto habet maiorem esuriam iustitiae, tanto habet maiorem letitiam operando iustitiam. Prou. 13. Desiderium si compleatur, delectat animam. In eodem: Lignum uitae desiderium ueniens. Ter-

tio, quia spiritualem sanitatem habent. Esuriam enim iustitiae attestatur spirituali sanitati: sicut rectitudo appetitus corporalis sanitati. Quarto, quia esuriam iustitiae sequitur abundantia bonorum operum: unde multiplicatur letitia annexa bono operi. Anima bonis operibus abundans, est sicut arbor benedicta habens fructum abundantiam: anima uero sine bonis operibus, est ut arbor maledicta. Matt. 27. Nusquam ex te fructus nascatur in sempiternum: ait Dominus, maledicens ficui. Item anima abundans bonis operibus, est ut mulier quae letat de multitudine filiorum: quae uero est sine operibus, est ut mulier sterilis quae se miseram reputat. 1. Reg. 1. Ait Anna quae fuit sterilis: Mulier, inquit, infelix nimis ego sum. ¶ Et notandum quod sicut mulieres steriles multum desiderant fructum: sic anima multum desiderare debet fructum bonorum operum. Exemplum primi desiderii habes in Rachel, Gen. 30. Da mihi, inquit, liberos, alioquin moriar. Exemplum secundi desiderii in Bera. dicente super Cantic. Quam mitius me priuare, quam amara mors, uide uisquam fructu: nam uita sine fructu grauior mors. Denique duo mala paratur arbori infructuosae, securus & ignis. Fame iustitiae multum sancti mortui sunt mundo. Multi etiam mortui sunt morte corporali, quia pro illa morti se exposuerunt. Esuriam uero est iustitia ut

thesaurus aliis thesauris p[re]nans. Eccl[esi]a. 29. Pone thesaurum tuum in p[re]ceptis Altissimi, & proderit tibi magis quam aurum. Alios thesauros relinquit homo cum moritur. Sed hunc thesaurum secum deferit. Non est ces[er]and[um] à bonis operib[us] pro amico aliquo. Bona enim opera faciunt homini societate[m] in morte, cum amici nolint hoc facere. Apoca. 14. Opera enim illorum sequuntur illos. Bona opera hominem ornant & honorant in illa magna curia quæ erit cum fiet uniuersale iudicium. In Psal. Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato &c. Item bona opera in futura uita hominem pascunt. Prouer. ulti. Date illi de fructu manuum suarum. De iustitia require in tractatu de uirtutibus cardinalibus, ubi habes speciale tractat[um] de ipsa. ¶ Apta[ur] autem esuriei iustitiae dono fortitudinis. Vnde interl. Esuriei iustitiae spiritu fortitudinis sulcitur, ne in uia lassescat. Item gl. Hęc uirtus sine spiritu fortitudinis non impletur: quia per eum esuriendo ad saturat[um] quãdoq[ue] uenim[us]. Aliqui uero ideo esurient iustitiae dono fortitudinis adaptant: quoniam de refectio[n]e & exercitio oper[um] est robur uirtutum. Posset tamen dici quoniam de fortitudine est ista esuriei: sicut de fortitudine uis appetit[us] corporalis est esuriei corporalis, & de debilitatione fastidium. Et sicut de fortitudi-

ne bellica est esuriei certaminum: sic de dono fortitudinis esuriei iustitiae in p[re]senti, quæ certamen habet. Iob 7. Militia est uita hominis super terram. De Misericordia. PARS IX. Sequitur de Misericordia. De qua congruè post p[re]dicta tangendum est: quia post prohibitionem cordis per paupertatem spiritus à bono quod infra nos est: & per mansuetudinem à malo, & post abluitionem cordis per lauacrum lacrymarum, necessaria est directio cordis ad uer[um] bonum, ad quam pertinet esuriei iustitiae, & inde ad malum, quod fit per misericordiam, qua malis proximis cõpatimur. Misericordes uero ideo beati sunt, quia literas patientes habent euangeli[um] quod ipsi misericordia consequuntur. Misericordes alienam miseriam in p[re]senti per cõpationem sibi assumunt: & ideo in futuro iure uicissitudinis Christus eos à miseria liberabit. ¶ De Misericordia require in tractatu Cardinalium uirtut[um], ubi habet speciale tractat[um] de ipsa. Ea uero quæ ponuntur ibi ad ipsius cõmendationem, ualere possunt ad ostendendum misericordium beatitudinem. Adaptatur autem misericordia dono cõsili[um]. Vnde glossa. Misericordia eget spiritu cõsili[um], sine quo nemo circumspecte miseretur. Inuitus est sui misereri, finis est pro alio mori. Ordo enim est miserendi, ut unusq[ue]

unusquisque incipiat à se. Finè Christus insinuat, pro peccatoribus mortuus est ex misericordia. Misericordia specialiter cõsoluit. Veritas iuueni requirenti quid boni faceret, ut uitam æternam haberet: Si uis, inquit, perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Matthæi 19. ¶ Et notand[um] quod uere misericors est, qui est misericors de suo. Bern. in Ser[mone]: Sunt alii misericordes de his quæ ad ipsos non pertinent, qui scandalizantur quod nõ datur hominibus abundat[er]: sic tamen nihil penitus eos grauet: qui si misericordes essent, de suo facere deberent misericordiam. Si non possent de substantia terrena, de uoluntate bona darent. His qui contra eos peccare forte uiderentur, indulgentiam darent. Dulce signum, uerbum bonum, quod est super datum optimum, ut eorum mēt[us] ad p[en]itentiam prouocarent. Deniq[ue] & his omnibus quos in peccato esse cognoscerent, cõpationem impenderet & orationem: alioquin misericordia eor[um] nulla est, & misericordia consequuntur nullam. De munditia cordis, & eius descriptione de his quæ eam efficiunt uel custodiunt: quæ etiam misericordes sint beati ubi tangitur de his quæ faciunt ad cõmendationem munditiæ, de partibus eius, atq[ue] sui dono adaptetur. PARS X,

Sequitur de munditia cordis, de qua hoc modo dicitur. Primo ponit[ur] eius descriptiones. Secundo, tangitur de his quæ munditiam efficiunt uel custodiunt. Tertio ostenditur quare mundi corde sint beati: ubi tangitur de his quæ pertinent ad cõmendationem munditiæ. Quarto, tangitur de partibus munditiæ. Quinto, ostenditur quod nõ huic beatitudini adaptet[ur]. Circa primum notandum quod munditia sic describitur: Munditia est utriusq[ue] hominis integritas, diuini amoris intuitu obseruata. Potest etiam sic describi: Munditia est puritas animi, omnem abhorrens immunditiam. Bern. in epistolis dicit, quod puritas cordis cõsistit in querèda gloria Dei & utilitate proximi. Et loquitur de puritate cordis respectu operum. Super illo uerbo Matt. 5. Beati mundo corde. dicit interl. quos nõ arguit cõscientia peccatorum.

¶ De his quæ efficiunt munditiã.

CIRCA secundum notandum, quod octo sunt quæ uidentur ualere ad munditiam efficiendam uel custodiendam. ¶ Primu[m] est, aqua sapientiæ salutaris. Multum ualet ad munditiam quod homo libenter audiat uerbum Dei, uel quod libet[er] studeat in scriptura sacra. Ioa. 14. Vos uerbi estis propter sermonem quæ locutus sum uobis. Eiusdem 18. Sãctifica eos in ueritate: sermo suus ueritas est. Dupliciter ualet sermo

fermo Dei ad munditiā. Primo, quia ostendit maculas cordis, & secundū hoc dicitur speculū. Secūdo, quia dat aquā gratiæ. Pro uerbio. 13. Doctrina bona dabit gratiā. Et figuratū est per lauatiōnē, de quo legitur Exod. 38. quod habebat specula exterius, in quibus ingrediētes tabernaculū immūditā suā uidere poterāt, & intus aquā, unde eam la uabāt. Sapiētia studiū ad mūditā ualeat: quia tollit oriū, quod est occasio immunditiæ. Bernar. Omniū tētatiōnū & cogitatiōnū malarū & inuitiū sentina est oriū. Propterea generat castas affectiōes. Vnde dicitur uirginū germinās uirginēs. Zacha. 9. id est, uirginales affectiōes. Bern. super Cāt. Iurās sapiētia dū sensum carnis infatuat, purificat intellectuū cordis, palatum sanat & reparat. Sano palato sapit, iā bonū sapit ipsa sapiētia, qua in bonis nullū melius. ¶ Secūdo est cōtritio cordis, ex qua est aqua lacrymarū. Multū ualeat ad mūditā, quod homo frequenter se abluat cum aquā ista. Qui aqua admiscendus est inis memoria scilicet propriæ mortis, uel tēporalis, uel æternæ, uel etiā memoria Dominicæ mortis. Per hūc modū sit luxuria ad abluendū ualde efficac, in qua bonū esset lauare quāsi per singulas noctes. Inteam rōā illius lecti, in quō tātus hospes debet iacere, Deus scilicet. Hāc ablutio nō dedignabatur facere Dauid, licet rex

esset. Lauabo, inquit, per singulas noctes lectum meū. ¶ Tertiuū est frequēs cōfessio. Cōfessio mūdādum est templū spirituale. Quod figuratum est 1. Mach. 4. ubi legitur, quod Iudas mūdauit tēplū Gentibus inquinatū. Iudas enim cōfites interpretatur. At tēdēda sunt uerba quæ ibi dicit Iudas: Ecce, inquit, contriti sunt inimici nōstri; ascendamus nūc mūdare sancta, & renouare. Cōritio inimicorū mūdationē Iudæ præcessit: sic cōritio de peccatis quā ex auditu uerbi diuini homo recipit, præcedit cōfessionē peccatorū. In Psal. 51. facta est Iudæa sanctificatio. 4. Reg. 1. Vade, & laure seppe in Iordano. Septies in Iordano lauatur, qui humiliter septē criminalia peccata cōfiteatur. Bern. in epistolis ad quandā uirginē. Audi cui places, ama un de places. Ama cōfessionē, si affectas decorē. Cōfessio iūgitur decor, iungitur pulchritudo. In Psal. Cōfessionem & decorē induit. Cōfessio & pulchritudo in conspectu eius. Rē uera ubi cōfessio, ibi pulchritudo, ibi decor. ¶ Quartū est, uita austeritas tam in uictu quā in uestitu. ¶ Sicut defrigatio & absteritas cum pāno aspero ualere poterat ad munditiā scyphū sit uitate austeritas ualeat ad mūditiam spirituale. De hac asperitate habemus exēplum in Ioanne Baptistā, Mathæi 3. Ipse autē lo-

nes

nes habebat uestimētum de pilis camelorum & zonam pelli ceam circa lūbos suos: esca autē eius erat locusta & mel syluestre. ¶ Quintum est, elemosinarum largitio. Luca 11. Veruntamen quod superest, date elemosinā, & omnia munda sunt uobis. ¶ Sextum est, oratio. Luca 9. Facta est dum oraret species eius altera, & uestitus eius albus & resurgens. Munditia orando acquiritur. Ideo orat Psalm. Cor mundū crea in me Deus, & spiritū &c. Matth. 8. Domine, si uis, portes me mundare. Oratio etiā cōfiteriatur. Machab. 13. Sancti sanctorum Domine, cōserua in mentium domum istam impollutam, quæ nuper mundata est. ¶ Septimū est, lima correctiōnis. Qui mūditā desiderat, correctiōnem nō fugiat, sed a peccata sua sic cōfitentur, ut uideri possint ex desiderio cordis mundandū id agere: omnia enim in cōfessione lauātur, nisi quod ea quæ spōte dicunt aliis ab aliis patiēter audire nō possunt. Qui si uerē mūdari desiderat, ut uidetur, nō irritaretur: sed haberēt eis gratiā, qui suas illis maculas demonstraret. Greg. Ille solus amicus meus erit, qui ante aduentum districti iudicis maculas mentis meæ tergie. Sā quid infelices qui a lima correctiōnis, ex qua debuerūt contrahere munditiā, potius cōtrahunt rubiginē, dū de correctiōne

indignantur, & deteriores fiūt. De tali potest dici illud Psalm. Destruxisti eum ab emundatiōe uel emēdatiōe, id est, unde debuit emundari uel emēdari. ¶ Octauū est, ignis tribulationis, quo Deus purgat illos quōs aurum & argētum reputat. Vnde gaudere debet homo, cū uidet se in igne tribulationis positum. Iac. 1. Omne gaudium existimate, fratres, cū in uariis tentationes incidieritis. Ille qui in igne tribulationis per impatientiam exuritur, paleam se esse ostendit, non aurum uel argentū. Vnde multū potest timere illud Matth. 3. Paleas autem comburet ignis inextinguibili. Ambrosius super Beati immaculati. Sicut aurū bonum: ita ecclesia cū uritur, detrimēta nō sentit, sed magis fulgor eius augetur. ¶ Et notandum quod in ueteri lege fiebat triplex sanctificatio. ¶ Primo, per aquam expiatiōis, de qua Num. 30. ¶ Secundo, per sanguinē. ad Hebr. 9. Omnia penē secundum legē in sanguine mundātur. Tertio uero, ut tabernaculum & uasa eius. & Aarō cū filiis suis. Exod. 30. Possunt hæc referri ad triplicem baptismum, scilicet fluminis, qui propriē dicitur baptismus. Et baptismū sanguinis, quo beatus Mauritius cū focis suis baptizatus est. Et baptismū flaminis, scilicet Spiritus sancti, quo saluatur illi qui nō possunt habere baptismum, sed credunt

&

& conteruntur de peccatis suis: & libenter recipent baptismum, si possent habere. Vel in ablutione per aquam facta, intelligi potest sanctificatio, quæ fit per solam gratiam Dei: ut in paruulis qui baptizantur. In ablutione facta cum sanguine, intelligitur ablutio, quæ fit per penitentiam, quæ est quædam carnis mortificatio & crucifixio, ad Galat. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitiis & concupiscentiis: per sanctificationem uero unctione facta significatur sanctificatio, que fit per augmentum gratiæ, & sanctificatio specialiter quæ fit in ministris ecclesiæ. Sicut enim mundius seruanda sunt calix & alia uasa ecclesiæ, quam uasa communia: sic ministri ecclesiæ maioris munditiæ debent esse, quam laici. Exod. 30. eadē unctione iubentur sanctificari Aaron & filii eius, & uasa tabernaculi. In ecclesia etiā ministri ecclesiæ habent quoddam speciale sacramentum, scilicet sacramentum ordinis, quo excellentius cæteris sanctificantur. Et notandum quod ea quæ intrabant unctionem illam, insinuant quomodo ministri ecclesiæ debent sanctificari. ¶ Primum erat: myrrha, prima & electa. Sic dicitur myrrha illa quæ sponte manat ab arbore, & est pretiosior, quam illa quæ eicitur per incisionem corticis, & signat mortificationem carnis quæ fit in iuuentute quæ

Deo est gratior & homini utilior. Prius myrrha penitentiam condenda est quam uermibus uitiorum computruerit. ¶ Mira est fatuitas aliquorum, qui myrrha ista nolunt se inungere donec toti computruerint uermibus uitiorum. ¶ Secundum erat, cinnamomum, quod est cinerei coloris, quod cum frangitur, in modum nebulae spiramentum uisibile emittit: ut dicit glossa super Exod. 30. Et signat humilitatem ministrorum ecclesiæ, quæ talis debet esse, ut populum uisibiliter ædificet, cum debeat esse exemplaris. ¶ Tertium erat, cassia, quæ crescit in aquis, & significat fidem quæ in aquis scripturæ crescit: & sic tenenda est ut accipitur ex aquis scripturæ. Non enim debet homo sequi rationem suam in his que fidei sunt. ¶ Quartum erat, calamus. Et dicit glossa. Exod. 30. quod est arbor aromatica crescens iuxta Libanum. Et super illud Ezech. 17. Calamus in negotiatione tua dicit glossa. quod in calamo uocalis sonus significatur. Unde per calamum intelligitur deuotio ecclesiastici officii, eo quod calamo canitur. Quod multum consolatur & ædificat populum Dei. Iis quatuor speciebus admiscebatur oleum de oliuetis per quod significatur pietas, cui quatuor predicta debent deferri. Minister ecclesiæ pietati se totum debet dare ut sit uir misericordiae. Exemplum habemus de hoc in oculo quæ

tenet

tenetior & cõpatsibilior est cæteris membris & lacrymis pauperum. Idem debet esse in cleuro, qui est quasi oculus ecclesiæ. Item de hoc exemplum habetur in Christo, qui totus fuit misericors. Misericordia eum traxit de celo. Ipsa eum per uias asperas huius uite duxit, pro redemptione miserorum eum uendit, & morti crucis eum exposuit. Si ministri ecclesiæ essent ipsius misericordiae in presenti, uix essent aliqui qui saluarentur. Misericordia enim iure uicissitudinis eorum esset in futuro. Mortificatio carnis tunc seruit pietati, quando quod ori subtrahitur, pauperibus datur. Humilitas, quando in propriis uestibus pauperum expeditur, ut in pauperibus uisendis multum expendatur, fides, cum aliquis frequenter meditatur, pauperem esse membrum Christi uel filium Dei, uel quod Christus sibi reputat fieri, quod pauperis sit, & alia quæ sunt fidei quæ pietatem incitant. Doctrina fidei pietati seruit, cum doctor intendit iis quæ ecclesiam ædificant. Glossa super 1. ad Corint. 8. Hic Deum diligit, qui charitatis causa scientiam temperat, ut proficiat fratri pro quo Christus mortuus est. Ecclesiasticum etiam officium pietati debet seruire, ut ministri ecclesiæ studeant subuenire animabus quæ in presenti perueunt, & illis qui in purgatorio cruciantur. ¶ Item notandum quod ministros ecclesiæ maxi-

mè decet munditia, & maxime in eis indecens est immunditia seu macula, quinque de causis. ¶ Prima est, quia ipsi sunt oculi ecclesiæ. In Psal. Oculi mei languerunt præ inopia. Præ inopia, inquam luminis. Exponit hoc glossa de Apostolis qui fuerunt maiores ministri Christi. Macula in oculo maxime est noxia. Macula in cæteris membris etsi ea deturpet, tamen non reddit ea inutilia: possumus enim exercere officia sua. Multi maculatis pedibus rectè incedunt. Macula uero in oculo est inutilis reddit. Etiā modicum pulueris uisum oculi impedit. Gregor. Nequaquam in membro maculam pure considerat oculus quæ puluis grauat. ¶ Secunda, quia sunt, ut speculum ecclesiæ. Laici enim multum ad eos inspiciunt. Unde satis possunt dicere illud 1. ad Corint. 1. Spectaculum facti sumus mundo. Sicut de Christo dicitur Sapient. 7. quod est speculum sine macula: ita pro possibilitate sua ipsi deberent esse speculum sine macula, in quo pure reluceret Christi imago. Si macula fuerit in speculo, illam uidet qui in eo faciem uidere quærebat: sic si macula fuerit in ministris ecclesiæ, ad illam respiciet populus, & secundum eam se maculabit. Minister ecclesiæ debet dicere illud 1. ad Corint. tertio: Estote imitatores mei, sicut & ego Christi. ¶ Tertia, quia sunt uasa electionis regi regum, & domino dominantium. Modica

Y

macula

macula in scypho uinum infusum abominabile reddit & inutile, quantum ad potum regis: sic sapientia in multis propter maculam uitæ abominabilis redditur Deo & hominibus. Gregor. Cuius uita despicitur, restat ut eius prædicatio cõtemnatur. De uno uase electionis habes Actu. nono: Vas, inquit, electionis mihi est iste, ut portet nomen meum coram gētibus, & regibus, & filiis Israël. Vasa uero electionis hodie in uasa cõmunia sunt mutata. Osee 3, Factus est Israël in nationibus quasi uas immundum. Iudæi immundum commune dicebant. Huius immunditiæ in magna parte est negligentia circa custodiã oris. Num. 19, Vas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper, impundum erit. ¶ Quarta, quia habent mundare alios, ideo oportet eos esse raundos. Eccles. 3 4. Ab immundo quid mandabitur? Sicut non est calidi frige facere, nec frigidi calefacere: ita nõ uidetur immundi mundare. Grego. Superiectas sordes tergere non ualet manus quæ lutum tenet. Neemiæ duo decimo. Mandati sunt, sacerdotes & Leuitæ, & mundauerunt populum. 1. Machabæo. 4. Elegit Iudas sacerdos sine macula, uoluntatē habentes in lege Dei, & mundauerunt sancta. ¶ Quinta, quia ministri sunt Altissimi: ideo sicut ipse immaculatus est, oportet eos esse immaculatos. In Psalm. Ero immaculatus cum

eo, &c. Item: Ambulās in uia immaculata, hic mihi ministrabat, ad Ephe. 1. Elegit nos, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate.

¶ Quare mundi corde sint beati.

CIRCA tertium notandum, quod prima & maxima causa, quare mundi corde sunt beati, est illa, quam dominus tangit, Quoniam ipsi Deum uidebunt. In futuro uidebunt eum facie ad faciem, in quo erit maxima delectatio. Ioannis 17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te uerum Deum, & quē misisti Iesum Christum. Et super illud Psalm. Ostendam illi salutare meum, dicitur id est, Christum in maiestate, Et subditur: Hæc uisio est tota merces. In præsentem etiam uidentur Deum à mundis corde, eo modo quo prius offensum est quarta parte, in tractatu de contemplatione. Bernard. Pura ueritas non nisi puro corde uidetur. Ad Hebræos 22. Pacem sequimur, cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit Deum. Mundi corde non solum sunt beati beatitudine spei, sed etiam beatitudine uia, quia liberi à uisitatione immunditiæ, quæ magna est. In Psalm. Beati immaculati in uia. Apocal. 12. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni.

¶ De his quæ faciunt ad commendationem munditiæ.

ET notandum quod duodecim sunt quæ faciunt ad commendationem munditiæ cordis.

¶ Primum

¶ Primum est multiplex exhortatio, quam scriptura sacra facit ad munditiam uel mundationem. Leuiti. 11. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Item eiusdem 19. & 20. Item Deuter. 18. Perfectus eris absque macula cum Deo tuo. Eccle. 9. Omni tempore uersimè tua sint candida. Pet. 3. Satagite immaculati & inuolati inueniri. Esa. 1. Lauamini, mundum estote. Hierem. 4. Laua à malitia cor tuum ierusalem. Esa. 3. Madamini qui fertis uasa domini: ¶ Secundum est, quod ipsa est naturalis animæ. Bernardus in Sermone. Sicut corporis natura est sanitas, ita cordis natura est puritas. ¶ Tertium est, quod gaudium habet sibi ad eum annexum, quod ipsa uocatur gaudium, unde super illud, ad Galat. 5. Fructus spiritus est charitas, gaudium, dicit Glossa id est, puritas animi. ¶ Quartum est, purgatio quam naturaliter faciunt creaturæ irrationabiles, & etiam insensibiles, quasi exosam haberent immunditiam. Purgat se mare, mortuos ad litus expellens, purgat se uinum, purgat se etiam quod decoquitur. Corpora etiam animalium uim expulsiuam habent, quæ noxia à se expellunt. ¶ Quintum est, detestatio sui oppositi, scilicet immunditiæ peccati. ¶ Et notandum, quod quinque sunt ex quibus intelligi potest, quàm timenda sit immunditia peccati. ¶ Primum est, dignitas rei quam peccatum inquinat. Panno pretio-

siori magis timemus inquinacionem, etiã anima quæ per peccatum inquinatur, imago Dei est, & unita diuine naturæ in persona Christi. Quid diceretur de illo qui imaginem Crucifixi, uel beate Virginis in lutum proficeret, uel crucem, quæ corpus Christi tetigit paucis horis? ¶ Secundum est, difficultas recedendi, quæ patet in Lucifero, à quo immunditia peccati separati non potuit, ex quo ei adhæsit. Item ex quo homo peccauit, nullus purus homo à peccato perfectè purgatus est, ut dignus esset uideri faciem Dei: donec Christi sanguis effusus est, quo illa purificatio perfecta est. Præterea immunditia unius mortalis peccati non potest abluui, tota aqua quæ sub celo est, nisi aqua gratiæ desursum descendat, quæ cor abluat. ¶ Tertium est, huius immunditiæ uilitas, quod patet per hoc, quod dominus immunditiã corporalem non reputat comparatione immunditiæ spiritualis. Matth. 15. De corde exeunt cogitationes malæ, &c. Hæc sunt quæ coinquinant hominẽ. Non lotis manibus mäducare, nõ coinquinat hominẽ. Hæc immunditia pulcherrimã creaturã, scilicet Luciferum ita deturpauit: & quum esset in tam sublimi statu, ad eum uilificauit, ut serpentibus & bufonibus inferior uideatur esse in hoc, quod bonum ei esset, si nunquã fuisset. Uilitatẽ huius immunditiæ ostendit David,

Y 2 dicens

dicens: Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. ¶ Quartū est hoc, quod Deus nō habet ad eō bonū amicum quem non odiret ad mortē etiam aternā propter maculam unius mortalīs peccati. Eccle. 12. Altissimus odio habet peccatores. ¶ Quintū est, quod macula hæc ad eō deturpat rem in quam cadit & deteriorat, quod nisi uirtute diuina remoueat, perdita est, & melius esset ei nihil esse quā sic esse. ¶ Sextū faciens ad commēdationem munditiæ est, quod ipsa multum placet Deo. 1. ad Thessa. 4. Hæc est uoluntas Dei, sanctificatio uestra. ¶ Signa huius placitiæ multa sunt. ¶ Primum est hoc, quod ipse filius Dei dignatus est humiliare se ad mūdationē hanc faciendā. ad Hebr. 1. Qui quū sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, portansq; omnia uerbo uirtutis suæ purgationē peccatorū faciens, &c. ¶ Secundū est, quod ipse discēpturus à discipulis suis documentum dedit eis de hac mundatione. Ioannis 13. Si ego laui pedes uestros dominus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Ablutio illa, figura erat spiritalis abluitionis, qua uolebat eos abluere se inuicē. ¶ Tertium est, quod cum tantis expensis uoluit facere hanc mundationē. Voluit enim nos mundare sanguine suo. ad Tit. 2. Dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, &

mundaret sibi populū acceptabile. ad Hebr. 13. Ut sanctificaret populū suū, extra portā passus est. Apoc. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Pro mundatione mundi fecit Deus diluuium in mundo isto. Genes. 7. Et ante diē iudicii præcedet ignis, qui comburet faciem mundi, qui ascendet tantum quantum aquæ diluuii ad purgandū mundū. ¶ Quartum est, quod uoluit septē sacramenta esse in ecclesia Dei: quæ omnia sunt uel ad sanctitatem faciendā, uel cōstruendam, uel augendam. ¶ Quintum est, quod Deus mundos corde in sui societate recipit, & in presenti, & in futuro. In Psal. Domine, qui habitabit in tabernaculo tuo, &c. Et respondetur, Qui ingreditur sine macula. Ioan. 13. Si nō lauerit te, non habebis partem mecum. 1. Ioan. 3. Omnis qui habet spem in eo, sanctificat se, sicut ipse sanctus est, Apoc. 3. Habes paucā nomina in Sardis, qui non inquinauerunt uestimenta sua, & ambulabunt mecum. Eiusdem 21. dicitur de ciuitate cælesti: Nō intrabit in eam aliquid cōquinatū. ¶ Sextum est, quod mundis corde abundanter dat Deus bona sua. Iob 17. Mundis manibus addebat Deus fortitudinem. ¶ Septimum faciens ad commēdationem munditiæ est, quod ipsa cor hominis Dei habitaculum facit. August. Munda tantum cubiculum cordis: intus est qui exaudit.

diat. 1. Paralyp. 19. Opus grande est: non homini paratur habitatio, sed Deo. ¶ Octauū est, quod pinguedinem deuotionis recipit. In Psal. Pinguis fecit speciosa deserti. ¶ Nonum est, quod amicum Dei constituit. ¶ Decimum est, quod gratiam labiorum tribuit. Quæ duo tanguntur Prouerbiorum uigesimalo secundo: Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum suorum, amicum habebit regem. ¶ Undecimum est, quod radix est totius munditiæ. Ad munditiam enim interiorem sequitur exterior munditia. Ad Rom. 11. Si radix est sancta, & rami. ¶ Duodecimū est, quod ad Dei manifestam uisionem perducit. Matt. 5. Beati mundo corde, &c.

De partibus munditiæ.

CIRCA quartum notandū quod est munditia ficta, & est munditia uera. Ficta mūditia est immūditia superficialis: ut munditia Pharisæorum, de qua Matt. 23. Vae uobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod de foris est calicis & paropsidis: intus autem pleni estis rapina & immunditia. Et subditur: Pharisæe, cæce, mūda prius quod intus est calicis, & paropsidis, ut fiat & id quod foris est mundū. De ficta munditia arguitur Prouer. 30. Generatio quæ sibi monda uideatur, & tamē non est lota à fordibus suis. ¶ Munditia uera est puritas cordis. Et diuiditur in munditiam intellectus, & mun-

ditiam affectus. Bernard. in Sermonibus. Duo, inquit, sunt, quæ in nobis purganda sunt: intellectus & affectus. Intellectus ut nouerit, affectus ut uelit. Intellectus purgandus est à tribus, scilicet à falsis, ab otiosis & uitiosis. Falsitas intellectū obtenebrat. Otiositas eum impediunt. Abusio enim intellectus est, quum occupatur circa inutilia: Omnis autem potentia sui abusione prapediunt: uitiosa uerō eum coinquinant. Item purgandus est intellectus ut oculus animæ à macula, quæ intelligi potest prudentia carnis, uel opinio propria munditiæ. Item à superaffluente humore, scilicet ab importunitate mundanæ sollicitudinis. Affectus uerō mūdandus est à superasperfione, & infectione, & admistione fordiū. Superasperfio in primis motibus, infectio in desiderio moroso admisto in amore. Amor enim est quædam admistio, siue unio amantis ad amatum. Item affectus purgandus est à terrencitate, scilicet ab amore diuitiarum, & à crassitudine deliciarum, & à rubigine iræ uel odii, uel alterius malitiæ. Item purgandus est affectus à macula quæ est ex inordinato appetitu boni, & à macula quæ est ex inordinato appetitu mali, & à macula quæ est ex inordinato appetitu amorū. Prima macula est, ut macula luxuriæ uel auaritiæ. Secunda est, macula malitiæ. Tertia est, macula superbiæ.

Superbus appetit alienum malum propter proprium bonum, ut proximi deiectione propter sui exaltationem. Ipse uult facere de fratre suo scabellum pedum suorum, ut sic altior appareat. Munditia à macula malitiæ nihil aliud uidetur esse quàm innocentia, quæ sic describitur: Innocentia est puritas animi omnem iniurię illationem abhorrens. Item notandum, quod cor mundandum est ut speculum, ut sic Deo in spectori faciem suam puram reddat. Abluendum est hoc speculum lauacro lacrymarum. Mundandum est tersione, quæ est confessio, & oratio pro uenialibus & defractione quæ sit uitæ asperitate. Item mundandum est cor, ut uas cui balsamum celestis sapientiæ debet infundi. Munditia cordis adaptatur dono intellectus. Circa quartum notandum, quod munditia cordis dono intellectus adaptatur. Facit enim munditia cordis ad intelligentiam, sicut puritas, & claritas pupillæ facit ad uisionem oculi, & munditia speculi ad speculationem faciei, & munditia uasis ad hoc, quod pretiosus liquor ei infundatur. Glossa super Matth. 5. facit adaptationem, his uerbis: Spiritus intelligentiæ huic gradui adaptatur: quia intellectus mentis oculus est, & expletio mandatorum Dei aperit intellectum.

De Pace, & eius descriptione, de commendatione Pacis, de iis

quæ ad pacem habendam ualere possunt, de iis quæ paci aduersantur, & de diuisionibus ad pacem pertinentibus, qui sint pacifici, & quare sint beati, ac cui dono hæc beatitudo adaptetur. PARS XI:

Sentendatur nobis in illo uerbo, Beati pacifici &c. De qua hoc modo agetur. Primo descriptiones pacis ponentur. Secundo, eius commendationes. Tertio, tangetur de iis quæ ad pacem habenda ualere possunt. Quarto, de iis, quæ paci aduersantur. Quinto, ponentur diuisiones ad pacem pertinentes. Sexto, ostendetur qui sint pacifici. Septimo, quare pacifici sint beati. Octauo, quod donum hæc beatitudini aptetur. Pax sic describitur: Pax est concordantium in bono mentium ordinata tranquillitas. August. 5. lib. de Ciuitate Dei, multas ponit descriptiones particulares pacis, his uerbis: Pax, inquit, corporis, est ordinata temperatura partium. Pax animæ irrationalis ordinata requies appetitionum. Pax animæ rationalis, ordinata cognitionis actionisque consensus. Pax corporis & animæ, ordinata uita, & salus animæ. Pax hominis mortalis & Dei, ordinata in fide sub æternæ lege obedientia. Pax hominum, ordinata concordia. Pax domus, ordinata imperandi atque obediendi concordia cohabitantium. Pax ciuitatis, ordinata

nata imperandi atque obediendi concordia ciuium. Pax celestis ciuitatis, ordinatissima & cõcordissima societas fruendi Deo & inuicem in Deo. Pax omnium rerum tranquillitas ordinis. Et subdit descriptionem ordinis. Ordo, inquit, est parium disparitumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio. Ad pacem generaliter pertinere uidetur carentia repugnantis. Vnde dicit glossa super Matth. 5. Vera pax est, ubi nihil repugnat. August. 19. lib. de Ciuitate Dei: Quid est aliud uisoria, nisi subiectio repugnantium? quod quum factum fuerit, pax erit.

De commendatione Pacis.

CIRCA secundum notandum, quod 11. sunt quæ ad pacis commendationem pertinere uidentur. Primum est naturale desiderium pacis, quod inest omnibus. De quo August. 19. lib. de Ciuitate Dei: Sicut nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit. Quandoquidem & ipsi qui bella uolunt, nihil aliud quàm uincere uolunt. Ad gloriosam ergo pacem bellando cupiunt peruenire. Nam quid est aliud uictoria, nisi subiectio repugnantium? quod cum factum fuerit, pax erit. Idem in eodem, Superbus peruersè imitatur Deum; odit namque cum sociis equalitatem sub illo: sed imponere uult sociis dominationem suam pro illo. Odit ergo iustam pacem Dei, & amat ini-

quam pacem suam. Non amare tamen qualemcunq; pacem, nullo modo potest. Nullius quippe uitium contra naturam est, ut natura debeat extrema nestigia. Secundum est, multiplex exhortatio ad pacem, quæ nobis fit. Ad pacem monuit nos multitudo angelorum nato Domino, dicens: Gloria in Altissimis Deo, & in terra pax hominibus. Luca 2. Ad hanc uoluit Christus apostolos monere illos, in quorum domum intrarent. Matthæi 10. Intrantes domum salutate eam, dicens, Pax huic domui. Et Luca 10. dictum est discipulis: In quamcunq; domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui. Ad pacem etiã monuit Christus 10. 20 in duobus locis. Tota doctrina eius ad pacem uidetur fuisse. Vnde super illud Ioan. 16. Hæc locutus sum uobis in me pacem habetis, dicit glossa. Non solum quæ in cena, sed quæ ab initio, & maxime quæ in cena hac de causa dicit dicta, ut in illo pacem haberent. Ad idem debet esse doctrina ecclesiæ. Columba ramum oliuæ portat in ore suo. Genes. 8. Oliua signum est pacis: columba signum est Spiritus sancti. In hoc ergo signatum est, quod niri spiritalia; debent portare in ore pacem, ut ad ea quæ pacis sunt, admoneant. Ad pacem monet Apostolos ad Romanos 14. Quæ pacis sunt sectamini, &c. Eiuſdē 12. Si fieri potest quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pa-

cem habentes. 2. ad Corinth. 4. Pacem habete. ad Ephes. 4. Solliciti seruire unitatem spiritus in uinculo pacis. ad Hebræ. 12. Pacem sequimini cum omnibus. ¶ Tertium est, frequens oratio quam sancti pro pace faciunt, & ab aliis fieri uolunt. Numero. 6. Conuertat Deus uultum suum ad te, & det tibi pacem. Iere. 29. Quærite pacem ciuitatis, &c. In Psalm. Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem. 2. Machabæor. 1. Adaperiat Dominus cor uestrum, &c. & faciat pacem. Paulus ferè in singulis epistolis suis pacem optat iis quibus scribit. Similiter Petrus in suis epistolis. ¶ Quartum est, quod pax est uerum bonum amicorum Dei. Vnde super illud, Pax super Israël. dicit Glossa, Vno uerbo omnia bona dicit: qui pacem non habet, infelix est. in Psalm. Contritio & infelicitas in uis eorum, & uiam pacis non cognouerunt. Pacem specialiter reliquit Christus discipulis suis recessurus ab eis. Ioan. 14. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis, ad Hebr. 4. Relinquitur sabbatismus populo Dei. Solent homines morituri aliqua relinquere dilectis suis, & magis dilectis meliora, In hoc ergo, quod pacem Christus reliquit apostolis sibi dilectissimis, monstrauit pacem optimam esse. Multum dolere deberet qui se uidet exheredatum ab eo, quod Christus specialiter fidelibus legauit. 3. Reg. 21. dicit Naboth ad Achab: Propri-

tius sit mihi Dominus, ne dem hereditatem patrum meorum. nec uoluit aliquo modo uincem quam habebat is hereditarie commutare. Pacem comitatur gaudium. Profr. 12. Qui inuenit pacem, conuincit se, sequitur eos gaudium. ¶ Quintum est, quod pax finis uidetur esse omnium, etiam sui contrarii. Aug. Tantum bonum est pax, ut etiam suo contrario queratur. Idem: Constat pacem belli esse optabilem finem. Omnis homo etiã belligerando pacem requirit. ¶ Sextum est, quod pax enumeratur inter fructus spiritus. Gal. 5. Fructus autem spiritus, sunt charitas, gaudium, pax. Charitate diliguntur que sunt diligenda, & odiuntur que sunt odio habenda. Si absint que diliguntur, est gaudium: si absint que odiuntur, est pax. ¶ Septimum est, quod pax est specialis locus Dei. Psalm. In pace factus est locus eius. Ad hoc signandum, templum Salomonis in pace factum est. 3. Reg. 5. Nunc requiem dedit Dominus Deus mihi per circuitum, & non est satan, neque occurfus malus. Quamobrem cogito ædificare templum nomini Dei mei. Ad idem ostendendum noluit filius Dei nasci in mundo isto, donec uersus orbis pacatus fuit, & dura uixit pax illa 12. annis. 2. ad Corinth. ulti. Pacem habete, & Dominus pacis erit uobiscum. 1. ad Corinth. 4. Non est Deus dissensionis, sed pacis. Deus est pacis quasi possessiue; quia ubi pax, ibi Deus. ¶ Oditium est, quod Deus ita carè pacem

em emere uoluit. Chrysostr. Pro pace loquimur pro qua Dei filius passus est, propter quam crucifixus est & sepultus, quam nobis pro omni cepu hereditatis reliquit. Voluit Dei filius mori, ut nos reconciliaret Deo patri. Voluit quare matrimonium contrahere cum sorore nostra, scilicet cum humana natura, ut pax in mundo reformaretur. Adhuc etiam pacem peccatorum paratus est emere regno celorum. Vt illis qui tam honorabilem pacem recusant. ¶ Nonum est, quod pax mundissima est: mundat enim aquam mundantem cætera. Si aqua turbata in pace dimittatur, clara efficitur. ¶ Decimum est, quod clarè uidere facit. Aqua turbata non redit magis, ut ait Gregorius, sic cor turbatum non clarè uidet. In uitis patrum tres studiosè diligentes se, facti sunt monachi. Quorum unus elegit litigantes ad pacem ducere. Alius uisitare infirmos. Tertius abiit quiescere in solitudine. Primus laborans circa lites hominum non uales eas sedare, tertiario uictus uenit ad eum qui seruibat infirmis, & inuenit eum animo deficientem. Qui de communi consensu abierunt tertium uideri in eremo, dicentes ei tribulationes suas, & rogantes ut eis diceret statum suum: qui reticens paululum, misit aquam in scyphum, dicens eis: Attendite in aquam: & erat turbulenta. Et post modicum dixit eis: Attendite quomodo limpida facta est. Et cum intende-

rent in eam, uiderunt uultus suos tamquam in speculo. Et tunc dicit eis: Sic est qui in medio hominum consistit, non enim uidet peccata sua. Cum autem quiesuerit, & maxime in solitudine, tunc peccata sua conspicit. ¶ Undecimum est, quod pax præfens arra est futuræ pacis. Esa. ult. Erit sabbatum ex sabbato. ¶ Duodecimum est, quod pax grata est, & Deo & hominibus. Eccl. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus, Concordia fratrum, amor proximorum, & uir & mulier sibi bene consentientes.

¶ De his que ualent ad pacem habendam.

CIRCA tertium notandum quod duodecim sunt quæ ad pacem habendam ualere possunt. ¶ Primum est, amor pacis. Non enim dat Deus tantum bonum illud contemnti, sed cum desiderio magno quarenti. In Psalm. Inquire pacem, & persequere eam. Hoc est contra quosdam qui pacem oblatam reciperent, sed eam primo non quærent. Hi non uidentur intelligere pacem hereditatem esse Christianorum. Si enim se agnoscerent exheredatos ab eo quod Christus eis legauit, non expectarent quod alius eos incitaret ad hereditatem eorum recipendam. ad Hebr. 12. Pacem sequimini cum omnibus. Ad Roma. 14. Quæ pacis sunt, sectamini inuicem & in omnes. ¶ Secundum est, ut à peccato nos remoueamus, & ab eo pro posse

caueamus. Non potest enim ueram pacem habere qui male uiuit. Prouerb. 16. *Quum placuerint Domino uia hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.* August. 19. lib. de Cinitate Dei. *Pacem, inquit, iniquorum, in comparatione pacis iustorum, ille uidet nec pacem esse dicendam, qui nouit proponere recta prauis, & ordinata peruersis. Sapient. 14. Magna mala pacem appellant.* Esa. 48. *Non est pax impiis, dicit Dominus.* Quomodo pax uera est illi qui guerram habet cum omnipotente, cui iustitia Dei gladium euaginatam tenet super caput, qui in domo propriae conscientiae litem habet, cui omnia nocent & bona & mala? Si cut enim bonis bona & mala cooperantur in bonum, ita & malis bona & mala cooperantur in malum. Quomodo uera pacem habet qui iacet in spinis uitiorum, quae ueris conscientiae mordet qui onus diaboli continue portat, qui iacet in immunditia quam nobilitas animi naturaliter refugit? Tertium est, quod uoluntatem nostram diuinae uoluntati studeamus conformare. Luc. 2. *Pax hominibus bonae uoluntatis.* Quomodo pacem potest habere qui ei resistit, cui nequit preualet? Iob 9. *Quis resistit ei, & pacem habuit? Voluntati illius cui placent ea quae placent Deo, nihil repugnat, sicut neque uoluntati diuinae: ideo pacem habet.* Augustin. *Qui iugo Christi*

subiectus est, subiecta habet caetera, & non laborat: quia non resistit quod subiectum est. Quartum est, frequentatio humilis confessionis. Esa. 57. *Creauit fructum labiorum pacem.* 2. Reg. 12. *Peccaui Domino, ait Dauid, dixitque Nathan ad eum: Dominus quoque transiit peccatum tuum.* Quintum est, distinctio iustitiae. Esaie 32. *Erit opus iustitiae pax.* In Psalm. *Iustitia & pax osculatae sunt.* Esa. 60. *Ponam uisitationem tuam pacem, & prepositos tuos iustitiam.* Sextum est, terrenorum contemptus. Non enim potest habere ueram pacem, qui conuulsum sequitur quod non potest consistere. Ecclesiastic. 34. *Quasi qui apprehendit umbra, & persequitur uentum, sic qui attendit ad uisa mendacia.* Gregor. *Quid quietius, quam nihil in hoc mundo appetere? quid laboriosius, quam terrenis desideriis adhaerere? Hinc est, quod Israel sabatum accepit in munere. Aegyptus percutitur muscarum multitudine.* Septimum est, mansuetudo. In Psalm. *Mansueti hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* Homo immanis uetus & impatientis qui aduersa fugit, quae si effugit, non potest habere ueram pacem: sed qui aduersa amplectitur, tanquam pretiosa & salubria, exemplo Christi, qui quod carni molestus erat, elegit seculum Bernar. *Qui proposito sibi*

sibi gaudio sustinuit crucem. Ad Hebr. 12. *Octauum est, moderata occupatio.* Otiosus ueram pacem non potest habere. Inertia enim est impatiens sui, ut ait Seneca. Prouerbiorum 21. *Desideria occidunt pigrum, non solum: quicquam manus eius operari, tota die concupiscit, & desiderat.* Item nimia occupatio aufert pacem. Martha enim turbatur erga plurima. Luc. 10. *Exod. 18. Stulto labore consumeris ait Iehro ad Moysen. Et subditur: Ultra uires tuas est negotium glossa Augustin. Vbi mihi uidetur significari nimis interitum humanis actibus animi Deo quodammodo uacua, quo sit tanto plenior, quanto in superna & aeterna liberius extenditur.* Nonum est, quod homo non se intromittat de imperinentibus ad se. Dilatio enim solet habere scissuram: ut dicit beatus Bernardus. Prouerbiorum 18. *Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat.* De dilatauone reprehenditur Petrus, Ioann. ultimo, a Domino dicente sibi: *Quid ad te? tu me sequere.* Et discipuli Actuum 1. *Non est uestrum, inquit, nosse tempora uel momenta, &c.* Decimum est, amor sacrae scripturae. In Psalm. *Pax multa diligentibus legem tuam.* Iac. 3. *Quae desuper est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica.* Sicut scriptura hominem reddit pudicum, ita eum in pace custo-

dit. Et sicut piscis in aqua quiescit, extra aquam uero palpitatur. Tob. 5. *Sic cor humanum in aqua sapientiae salutaris quiescit: extra uero inquietatur.* Undecimum est, frequentatio orationis, in qua Spiritus sancti gratia hauritur, in quo solo est pax uera. Vnde pax numeratur inter fructus spiritus. Ad Galat. 5. ad Romanos 14. *Sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto.* Iob 3. *Si diluculo confurrexeris ad Deum, & Omnipotentem fueris deprecatus, si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiae tuae.* Duodecimum est, si sensus tuos diligenter custodias. Eccle. 28. *Ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis.* Esa. 26. *Claude ostia tua super te.* Discipuli ostia habebant clausa, quando Dominus dixit eis: *Pax uobis.* Ioan. 20.

De his quae aduersantur paci.

CIRCA quartum notandum, quod paci uidentur aduersari bellum, & lites, & tumultus interiores & exteriores, & inquietudo secundum locum. Inquietudo etiam uoluntatis fugientis malum uel praesens uel futurum, uel sequentis bonum, & non consequentis timor mali futuri, & dolor de malo praesenti pacem perturbant. In Psalm. *Non est pax ossibus meis a facie irae tuae, a facie peccatorum meorum.* Item molestia quam aliquis in uitis sustinet, pacem turbat. Ecclesi. 33. *Praecordia fatui, quasi rota carri.*

Fatuis

Fatuus qui in murmure est, de hoc quod sustinet sicut rota carni murmurat: unde non est in pace. Ite non est in pace qui transitoria ista fugacia appetit. Appetitio enim illa quedam spiritualis motio est. Vnde Augusti. Pacem animæ irrationalis dixit esse ordinatam requiem appetitionū, ut prius habitum est.

¶ *De diuisione pacis.*

CIRCA quintum notandum quod triplex est pax, scilicet temporis, peccatoris, & æternitatis. De prima legitur 4. Regum 20. Sit tantum pax & ueritas in diebus meis. In Psalm. Zelau super iniquos, pacem peccatorum uidēs. Esaiæ 47. Utinam attendisses ad mandata mea, facta fuisset sicut flumē pax tua. Baruch 3. Si in uia Dei ambulasses, habitasses utiq; in pace super terram. August. 19. lib. De Ciuitate Dei: Tantum est pacis bonū, ut etiā in rebus terrenis atque mortalibus nihil grauius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil postremo possit melius inueniri. ¶ De pace peccatoris, Ioann. 14. Pacem relinquo uobis. De pace æternitatis, Esaiæ 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. In Psalm. Qui posuit fines tuos pacem. ad Philippen. 4. Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra. Glo. 1. Deus qui est summa pax, quæ nec cogitari potest: & ideo extra eum nullo opus est. Custodiat corda uestra & intelligen-

tias uestras in Christo Iesu. id est, uoluntates & intellectus uestros, ut extra ipsum nihil intelligatis uel appetatis. Gregorius: Quid est pax transitoria, nisi quoddam uestigium pacis eterne? Quid ergo demeritis esse potest, quam uestigia impressa pulucri diligere, sed ipsum à quo impressa sunt non amare?

¶ Item notandum quod est pax bona, & est pax mala. De bona iam dictum est. Pax uero mala est triplex, scilicet inordinata, simulata, inquinata. Inordinata est, quum superior obedit inferiori: ut ratio sensualitati, uel prelatus subdito. Prouerbiorum penultim. Per tria mouetur terra, & quartum sustinere non potest. Per seruum, quum regnare ceperit. Eiusdem 19. Non decet seruum dominari principibus. Pax ista deterior est quam guerra. Hanc pacem seruauit Adam potius obediens uxori, quam Deo. Genes. 3. Quia audisti uocem uxoris tuæ &c. maledicta terra in opere tuo. Pax simulata fuit pax iudæ. Lucæ 22. Iuda, osculo Filium hominis tradis? Et 2. regum 20. dixit Iob ad Amasam: Salue mi frater. & tenens manu dextera mentis Amasæ percussit eum in latere, & effudit intestina eis, in Psalm. Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Jerem. 9. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Pax in-

quinata,

est eorum qui sunt in malo concordēs: ut Pilatus & Herodes in morte Christi pacificati sunt. Lucæ 23. Matth. 10. Nolite arbitrari quod uenerim pacem mittere in terram: non ueni pacem mittere in terram, sed gladium. Gregor. in sexta parte Moralium. Sicut esse noxium solet, si ueritas desit bonis: ita perniciosum est, si non desit malis. Idem: Peruersos quippe unitas corroborat, Deum concordat, & tanto magis robustos quanto unanimes facit. ¶ Item notandum quod distinguitur quadruplex bellum, scilicet inter carnem & spiritum, inter hominē & Deum, inter hominem & angelum, inter hominē & hominem. Et e contrario quadruplex pax. Pacem inter carnem & spiritum facit subiectio carnis ad spiritum. Genes. 3. dictum est Agar ancillæ Saræ: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manibus eius. Secundam pacem facit iustitia ex parte nostra, & misericordia ex parte Dei. In Psal. Misericordia & ueritas obuierunt sibi, iustitia & pax osculatae sunt. Tertiam pacem fecit incarnatio filii Dei. Reconciliati enim sunt angeli homini, quum agnouerunt humanam naturam associatam diuinæ naturæ in una persona. Esaiæ 57. Creauit fructum labiorum pacem. Pacem ei qui longe, id est homini: & pacem ei qui propè est, id est angelo. Pacem uocat fructum labiorum:

quia prædicta erat per prophetas. Item quia orationibus erat impetrata. Vltimam pacem facit patientia, uel mansuetudo. ad Rom. 12. Si fieri potest quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habētes, non uolmetipfos defendentes charissimi. Greg. in Pastoral. Lex Christi est charitas unitatis. Quam soli perficiunt, qui nec quum grauantur excedunt.

¶ *Qui sint pacifici.*

CIRCA sextum notandum, quod gratia quæ in uerbo isto, Beati pacifici &c. commendatur, nõ est pax, sed gratia faciēdi pacē in se uel in proximo, & hoc uel respectu Dei uel respectu proximi. Vnde pacifici amatores pacis sunt, qui studiose intendunt pacem faciendā uel in se uel in proximo. Et primo in se. Vnde glo. super Matth. 5. Pax à uobis incipit: quia dum lex carnis repugnat legi mentis, non modo alteri, sed nec nobis possumus esse pacifici. Sed postquam intus spiritus imperat ut totus homo spiritui seruiat: tunc pax ad alios deriuatur, ut pacem cum omnibus habeamus. Bern. in Serm. Sunt aliqui qui si uiderint quempiā uel leuiter scandalizatū, ualde solliciti sunt quomodo in pacē eum reducere possint: & uiderentur pacifici, nisi quoddam eorum commotio, si forte quicquam contra eos factum dicitur: uel uidebitur, tardius uniuersis difficiliusq; poterit sedari. Qui nimirum si ue-

re

re pacem diligerent, haud dubiū
quin eam quaererent sibiipſis.
Item super Matth. dicit gl. Paci-
fici sunt, qui omnes motus animi
componūt & rationi subiiciunt,
quia his nihil repugnat. Bern. in
Sermo. Per munditiam cordis
reconciliamur Deo: beati uerō
qui de sua reconciliatione non
ingrati, & pro fratribus suis piē
soliciti, eos quoque quantum
prævalent, & sibi & Deo recon-
ciliant laborant. Quibus enim
laudibus dignum, quanto am-
plexendum putas affectu, fra-
trem illum, qui sine querela cō-
uersatur inter fratres, tota solici-
tudine cauet quid in eo sit quod
ab aliis portari oporteat, & quic-
quid in aliis est onerosum pa-
tientissimē portat, qui singulorū
scādala sua reputat: Et cum Apo-
stolo loquitur: Quis infirmatur,
& ego non infirmor? quis scādala
sua reputat, & ego non uror? Qui ue-
rē pacificus est, etiam belligeran-
do est pacificus. Aug. Pacē debet
habere uoluntas, bellum neces-
sitas. Non pax quaeritur, ut bellū
excitetur: sed bellum geritur, ut
pax acquiratur. Esto ergo in bel-
lo pacificus, ut eos quos expa-
gnas ad pacis utilitatem uincen-
do perducas. Beati enim pacifi-
ci. Idem: Hostem pugnāte necē-
sitas perimat, non uoluntas.
Sicut rebellanti & resistenti ui-
lentia redditur: ita uicto uel ca-
pto misericordia iam debetur,
maximē in quo pacis perturbatio
non timetur. ¶ Et notandum

quod pacē pectoris non abrumpit
pugna cum uitis, si quandoq;
accidat. Vnde glōf. super Matth.
5. In presenti homo pacatus, est
bellum gerat cum uitis, in nullo
pacē abrumpit, quam Dominus
dedit. Vnde pax multa diligēti-
bus legem tuam domine, &c.

¶ Quarē pacifici sint beati.

CIRCA septimū notādum,
quod causa qua pacifici sint beati,
est illa quam dominus tangit,
quia filii Dei uocabūtur. In pra-
senti merito uocantur filii Dei,
quia exercent officii illud quod
habuit filius Dei in mundo isto.
Ipse enim in mūdo isto bella pacificauit.
In Psal. Ibi confregit potentias,
arcum, scutum, & gladio,
& bellū. In aduentu suo contur-
pletū illud Esa. 2. Cōstabunt gladios
suos in uomeres, &c. Ezech. 2.
Ipse est pax nostra, &c. Ipse sedauit
litē, quae erat inter nos &
Deum. Psal. Quoniam fecisti iudicium
meum, & causam meam,
Esa. 63. Ego sum qui loquor in
sistitiam, & propugnator sum ad
saluandum. Primum pertinet ad
litis sedationem. Secundum ad
belli pacificationē. Item ipse tur-
multum sedauit, dum silētio suo
silēdi exemplum dedit. Esa. 57.
Quasi agnus coram tondeute se
obmutescet. Et Luc. 23. Corā He-
rode nihil omnino respōdit. In-
quietudinem quātum ad locum
pacificauit, quando apostolis dixit,
Sedete in ciuitate, donec in-
duamini uirtute ex alto. Luc. 11.
Inquietudinē animi pacificauit,

cum

cum dixit Io. 14. Manete in me,
& ego in uobis. Eiusdem 15. Manete
in dilectione mea, ibidem
17. Hac locutus sum uobis ut in
me pacē habeatis, in mūdo autē
pressurā habebitis. Christus finis
est, ideo in eo quiescit. Nō est
quiescendum in uia, sed in fine
uia. ad Rom. 16. Finis legis Chri-
stus ad iustitiam credēti. August.
in lib. Confess. Fecisti nos ad te,
& inquietum est cor nostrum, do-
nece requiescat in te. Christus mo-
lestias mitigare uenit, in cuius si-
gnum ecclesia cruces oleo facit
in his qui baptizantur, uel ordi-
nantur, uel confirmantur, uel ad
honorem regni sublimantur, &
etiam in dedicatione ecclesiarū.
Cruciatūs praesentis exilii per
Adam factus est: oleatio uerō si-
ue mitigatio per Christum.

¶ Donum sapientiae adaptatur
paci.

CIRCA octauum notādum
quod donum sapientiae huic bea-
titudini adaptatur: qui enim pa-
cem faciunt, quasi lectum Deo
praeparant, locum scilicet quie-
tis. in Psal. In pace in idipsum,
&c. Vnde ipsi sunt quasi cubicu-
larij Dei & secretarij, & consilia
sapientiae eis reuelantur. Praeter-
ea animus pacatus clarius uidet:
ut prius ostensum est per exem-
plum de aqua. Eccles. 38. Sapientiam
scribe in tempore uacuitatis,
id est, uacuationis & quietis,
ideo dicitur in Psal. Vacate pri-
mum. Deinde subditur, Videte
quoniam suavis est Dominus.

De Patientia persecutionum.

PARS XII.

VLTIMO tangendū est in tra-
ctatu de Beatitudinibus,
de Patientia persecutionum. Et
breuiter de ea dicitur, quia in
tractatu de cardinalibus Virtuti-
bus, specialiter de Patientia tra-
ctatum est. Hanc beatitudinem
post praedictas ordinat glōf. su-
per Matth. 5. dicens, Qui usque
ad sapientiam per praedicta con-
scendūt, perfecti & roborati nō
cedunt persecutioni: quia neque
mors, neque uita eos potest se-
parare à Christo. Item sicut tan-
git glōf. in patientia persecutio-
num est ostensio perfectionis &
probatio, sicut in praecedentibus
perfectio. Eccl. 2. In igne probatur
aurum & argentum: homines
uero receptibiles in camino hu-
miliationis. Eiusdem 27. Vasa fi-
guli probat fornax, & homines
iustos tentatio tribulationis. ad
Roma. 5. Tribulatio patientiam
operatur, patientia autem proba-
tionem. Qui patiuntur persecu-
tionem propter iustitiam, sunt
beati: non qui patiuntur propter
scelera sua. 1. Pet. 4. Nemo uesterū
patiatur quasi homicida aut fur,
&c. Eiusdem 3. Si quid patimini
propter iustitiam, beati. Causa
quare tales sint beati, est quam
dominus tangit, Quia ipsorum
est regnum caelorum. Bern. in Ser-
mo. Pauperibus pariter & marty-
ribus regnum caelorum promit-
tuntur: quia paupertate quidem
emittitur, sed in passione pro Chri-
sto

sto sine omni dilatione percipitur. ¶ Eorum qui patiuntur persecutionem propter iustitiam, regnum caelorum est. Primo quia iustitia pro eis erit in futuro, sicut ipsi modo sunt pro iustitia. Unde obtinebit eis regnum caelorum. Non enim poterit aliquid fieri in iudicio extremo contra iustitiam. Eccl. 4. Usque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Secundo, quia regnum caelorum expositum est uim inferentibus. Matth. 11. Regnum caelorum uim patitur, & uolenti rapiunt illud. Quasi publice de illo clamatum est, Qui potest capere capiat. Matth. 19. Patientes persecutionem quasi quadam uim illud capiunt. ¶ Tertio, quia pretium habent pro quo regnum caelorum uenale expositum est. Matth. 20. Sedere ad dexteram uel ad sinistram, non est meum dare uobis. Vendere potius hoc uolebat, quam intuitu consanguinitatis eis dare. Augustinus in persona domini: Venale habeo. Quid domine? Regnum caelorum. Quo emitur? Paupertate regnum, do-

lore gaudium, labore requies, uilitate gloria, morte uita. ¶ Quarto, quia tales Christo societatem faciunt in uigilia praesentis afflictionis, in pane doloris, & aqua tribulationis: ideo merito erunt focii eius in festo aeternae iucunditatis, ad Roman. 8. Coharede autem Christi, si tamen compatiuntur ut simul & glorificemur. 2. ad Timot. 2. Si comortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus. 2. ad Corinth. 1. Sicut focii passionum estis, sic eritis & consolationis. Luc. 22. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono uobis, sicut disposuit mihi. 2. ter meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Ecclesi. 22. Eidentem fide cum amico tuo in paupertate ipsius, ut in bonis ipsius iudicaueris. ¶ Quinto, quia ipsi habent onus caelestis hereditatis in praesenti, & ideo merito in futuro emolumentum eiusdem hereditatis ad eos pertinebit. Praesentes pressurae, sunt debita quibus obligauerunt parietes nostrae caelestem hereditatem.

SVMMAE VIRTVTVM
FINIS.

INDEX RERVM SIN- GVLARIVM, QVAE IN hac Virtutum Summa con- tinentur.



AD amandum Deum nos iustitate debet amicitiae eius utilitas & inimicitiae danofitas. 243
 Aliquis amici quadrupliciter inueniuntur infideles. 244
 Aequalitas diuinarum personarum ostenditur. 152
 Aequitas ualet ad spiritualis aedificii firmitatem, & corporis mystici decorem. 530
 Amor Dei debet esse rectus, strenuus, letus, desideris plenus. 249
 Amor Dei propter temporalia est ipsi contumeliosus. 249
 Amatur Deus quadrupliciter. 250
 Ad amandum proximum duodecim nos incitant. 254
 Appetibilis est amare proximum quam amari a proximo. 259
 Amavit nos Christus gratuite. ibi. Ne discretet, uehementer, & fructuose, & perseueranter. 260
 Amor proximi imitari debet amorem membrorum eiusdem corporis, in decem. 263
 Amor parentum multum Deo placet. 265
 Amare uxores sexdecim inducunt uiros. 266
 Amare debemus bonos exemplo domini. 266
 Amicitiae descriptio. 271
 Amicitiam ueram duodecim efficiunt. 272
 Amicitiam quinque solent dissoluere. 273
 Aliquis dicitur magis diligere tripliciter. 274
 Amor sui efficit hominem ciuem Babyloniae. 276
 Amor sui radix est multorum malorum. ibidem
 Amare mundum, est amare adulterum. 277
 Anima quadrupliciter peccat circa bonum. 282
 Aduersantia prudentiae ponuntur. 316
 Adolescentes debent exerceri, & sensibus subici. 335
 Aureola est additio ad gloriam, & quot modis fit additio huiusmodi. 354
 Additio gloriae tripliciter. 355
 Aureola ad quam uirtutem animae pertineat. 356
 Auditus a multis est temperandus. 574
 Adiutoria contra bellum damnosa. 411
 Adoratio quam Moyses fieri prohibuit, quae dicatur. 425
 Arcendus est aliquis a bono duplici causa. 463
 Abel ostendit innocentiam. 34
 Abraham uenit ad ostendam
 Z obe

obedientiam. *ibid.*
 Ad insinuandam munditiam uenit Enoch. *ibidem*
 Ad insinuandam longanimitatem spei & operis uenit Noë. *ibid.*
 Ad demonstrandam coniugatis uitæ castimoniam uenit Isaac. *ibi.*
 Ad insinuandam laboris tolerantiam uenit Iacob. *ibid.*
 Ad retribuendum bonum pro malo uenit Ioseph. *ibidem*
 Ad ostendendam mansuetudinem uenit Moyses. *ibidem*
 Ad insinuandam contra aduersam fiduciam uenit Iosue. *ibid.*
 Ad ostendendam in flagellis patientiam uenit Iob. *ibi.*
 Ad omnes uirtutes ostendendas plenus uirtutum uenit Christus. *ibidem*
 Animalis homo dicitur quis dupliciter. 43
 Adultus rationis capax potest cognoscere Deum esse timendum, honorandum, amandum, & in eo sperandum. 49
 Argumenta quibus fides Christiana unica & uera ostenditur. 49. & 50
 Alia sectæ male sentiuit de Deo. 58
 Alexander orat ad montes Caspios, & Iudæorum sacerdotem adorat. 72. & 73
 Articuli fidei quot, & unde dicantur. 74
 Articuli fidei collecti sunt in tribus locis. 75
 Articuli fidei ad quid pertineant, & de quibus sint. 76
 Ad Spiritum sanctum tria pertinent in præsentia, & duo in futuro. 78

Ad bonitatem Spiritus sancti pertinet remuneratio tam in corpore, quam in anima. 79
 Ad cognoscendum Deum omnis natura incitat, scriptura indicat, creatura clamat. 82
 Authoritates scripturæ quibus Manichæi rebutuntur, impertinentes ostenduntur. 74. & seq.
 Authoritates in oppositum dicti erroris ponuntur. 108. & 109
 Actus qui est peccatum, est malus. 106
 Authoritatibus noui testamenti ostenditur, quod lex uetus bona sit, & à Deo data. 126
 Angeli Dei & diaboli. 135
 Anima secundum aliquos est aue potentia, secundum alios non. 154
 Animarum immortalitas ostenditur rationibus philosophorum. 159. & idem ostenditur ex Dei bonitate. 160
 Animam nulla destructione posse corrumpi ostenditur. 161
 Admirationis diuinæ super omnia habente charitatē quinque posunt assignari causæ. 163
 Ad amandum Deum nos incitat scriptura, natura, gratia, gloria, & uniuersa creatura. 138
 Authoritatem excommunicandi habet ecclesia. 174
 Alia sunt opera misericordiæ præter septem. 177
 Affectio quadrupliciter ordinata potest esse in affectu. 179
 Alas cordis debemus extendere sicut aues antequam uolent. 626

Ali

Aliud est cum ipso introire, & aliud ad ipsum exire. 628
 Alienatio mentis quibus gradibus ascendat. 634
 Ad bonum quomodo quis ordinatē se habeat. 648
 Ad perfectionem duo requiruntur. *ibid.*
 Animus tam cito sanatur, quam cito peccatum ei remittitur. 649
Boni ideo lætificantur, quia uoluntatem suam diuinæ uoluntati per omnia confirmant. 33
 Bonitas relata ad operationes sortitur quatuor uocabula. 75
 Beneficia non parant amicitiam, nisi discretè dentur. 258
 Beneficiorum Dei magnitudo attenditur ex quinque. 479
 Beneficium conseruationis magnitudo attenditur ex quinque. 480
 Beneficium cōserens multa cauere debet. 559
 Beatitudo describitur. 645
 Benignitas legislatoris Christi apparet. 646
 Bonum dupliciter. 648
 Bonum est quadrupliciter. 717
Conscientia comparatur uoxi Zenonis philosophi. 31
 Conuenientia uirtutis cum natura lætificat uirtuosum. *ibi.*
 Commendatur uirtus autoritate Saluatoris. 33
 Cognitio Dei efficit desiderium & spem. 38
 Credendum est de Dei filio enarranti, & his quibus enarrant. 42
 Cimices de puluere educti, argumenta sunt philosophorum. 62
 Credenda de Deo. 74
 Credenda de aliis à Deo. 75
 Causæ inducendi uel augendi idolatriam. 88
 Contumelia est humanæ naturæ, quando creaturæ inferiori se subdit. 89
 Constellatio non est causa bonorum aut malorum morum. 96
 Causa quare ualde fuit magnū peccatum Adæ. 101
 Creaturæ ad diuersos fines productæ sunt. 102
 Creatura omnis ordinata est. *ibid.*
 Contrariorum non sunt uniuersaliter causæ contrariæ. 104
 Corruptio rerum fit multipliciter. 345
 Certitudo duplex. 188
 Consideratio liberalitatis Dei uallet ad spem. 192
 Consideratio bonitatis Dei & misericordiæ adiuuat spem. 195
 Consideratio adoptionis, promissionis, & redditionis. 196
 Consideratio eorum quæ pro Deo agimus, & malorum quæ sustinemus adiuuat spem. 197
 Considerationis beneficiorum Dei quatuor sunt species quibus spes adiuuatur. 198
 Considerationis circa sanctorum merita species sunt quatuor, quibus spes adiuuatur. 199
 Consideratio meriti angelorum spes adiuuat. 204
 Consideratio meriti & suffragii sanctorum adiuuat spem. 205
 Confidentia in creatura, & desperatione. 205

Z 2 ratio

I N D E X.

ratio de Deo est contraria spei.	206	Charitas ex omnibus causis est laudabilis ex quibus solet uertis laudari.	333
Confidentia in creatura triplex. ibidem		Charitas est chara unitas.	235
Confidentia in homine fallax est.	207	Charitas sola est uirtus, secundum doctores.	236
Confidentia in rebus inferioribus ualde periculosa.	207	Charitas uirtus est, cuius altitudo attingit altissimum.	ibi
Causæ desperationis sunt quatuor.	208	Charitati attribuitur nomen uirtutis propter multas rationes.	237
Charitatis descriptio.	219	Captiuatio intellectus nostri debet esse quadruplex.	248
Charitas inter uirtutes est fini propinquior.	221	Charitati quatuor aduersantur.	332
Charitas est uirtus qua diligitur Deus propter se.	221	Clementia quid sit.	339
Charitas qua unaquæque res tantum habetur, quanti habenda est. ibidem		Clementiæ uirtus mediocritatem seruat.	ibidem
Charitas commendatur.	222	Clementiam in principe duodecim excitant.	331
Charitas eos in quibus est ignem efficit.	223	Continentiæ tres sunt partes.	338
Charitas mater est omnium uirtutum.	224	Corruptio carnis non priuat inuitam aureola.	445
Charitas animam Deo reddit gratiam.	225	Continentia uidualis est nobilitor coniugali.	341
Charitas est locus securitatis & gaudii.	ibidem	Continentiam uidualem quid est cere debeat.	348
Charitas locus est ueræ quietis, & mors uitiorum.	226	Castitas uidualis commendatur specialiter in iuene.	349
Charitas aliena bona sua facit.	227	Castitati uiduali tria uidentur appendentia.	ibidem
Charitas est fons singularis bonorum.	ibidem	Castitas multum competit ministris ecclesiæ.	34
Charitas Deo placet, & diabolo displicet.	228. & seq.	Constantiæ descriptio.	427
Charitas est uia excellētior & uinculum quo solo Deus ligari potuit.	232	Constantiam sex efficiunt.	428
Charitas unctio est qua filii Dei inunguntur in signum regni futurum.	232	Cultus Dei triplex.	443
		Cultum Dei tres affectiones decem.	444
		Cultus oris quid sit.	445
		Corruptionem facere incitantur ex multis.	408 Cor

I N D E X.

Corruptionem octo impediunt.	509. & seq.	Dilcretum regimen corporum latificat uirtuosum.	32
Corruptio qualiter fieri debeat.	510	Dionysius cæcum in sui cōuersione illuminat.	52
Corruptionem facturus, de Deo debet considerare.	516	Diuersitas credendorum.	74
Corruptionem libenter recipere incitant multa.	ibidem	Duo sunt genera idolorum in peccato idololatriæ.	90
Corripere peccantem, & ignorantem instruere monemur.	550	Diuersitas creaturarum contrarietatem principiorum non potest ostendere.	116
Corpus est uelut castrum fidei nostre commissum.	558	Dæmones non uiuificant corpora ab eis inhabitata.	134
Consilii donum.	608	Dæmones non detinentur uiolenter in corporibus.	135
Consilii nomen dupliciter sumitur.	ibidem	Deus qui spiritus est, ministros spirituales habet.	135
Consilium quod a multis despicitur, de faciendis est.	610	Dæmon non facit unum cum corpore quod inhabitat.	136
Consiliarium eligere monemur.	610	Deus non fecit corporalia propter creaturam purè spirituales.	22
Consideratio & contemplatio distinguuntur.	614	Deitas Filii probatur auctoritatibus.	148
Consideranda sunt quatuor. ibidem		Deitas Spiritus sancti probatur.	149
Considerationis tres sunt species. ibidem		Dicentes nullum esse peccatū ueritale, non rectè sentiunt de diuina bonitate.	176
Contemplationis quatuor species.	616	Diuersæ fides ponuntur.	183
Contemplatio distinguitur à cogitatione & meditatione.	616	Desperatio reddit hominem maledictum, & est peccatū in Spiritum sanctum.	206
Contemplationis forma uidetur in cæli uolatilibus.	617	Duodecim sunt quæ ualent ad cognoscendum quòd gloria beatorum erit magna.	210
Contemplationis sex distinguuntur species.	619	Duodecim erunt in electis post generalem resurrectionem.	212
Corpora quædam sunt cælestia, & quædam sunt terrestria.	360	Dives est qui habet charitatem, quatuor de causis.	226
Creatura spiritalis ad quid creatur, iustificatur, glorificatur.	624	Diligere inimicos, octo nos inducunt.	269. & seq.
Contemplationi diuinorum duodecim præparentur.	635. & 636		
Contemplatiui ascendunt octo gradibus.	639		

INDEX.

Doctor debet tria attendere, & duodecim faciunt ut doctrina eius sit salubris.	311. & 307	Duo dona pertinent ad contemplatiuam.	ibid.
Doctor tria debet attendere.	311	Dolor damnatorum ex diuersis causis prouenit.	602
Doctor Sacræ scripturæ non debet esse timidus uel remissus.	ibidem	Donum timoris.	ibidem
Discere Scripturam sacram septē conducunt.	311	Disciplinam morum partim ex diuina, partim ex humana institutione prouenit.	621
Duabus de causis non intelliguntur quæ scripta sunt.	315	Dilecta ex munere dilecti accipit duo remedia.	633
Diabolus habet mille tetandi modos.	413	Donum intellectus dicitur.	642
Diabolus quinque modis decipit hominem.	415	Donum sapientiæ differt à dono intellectus.	644
Diabolus supra pectus graditur, terram comedit, calcaneo insistitur.	416	Deus libenter acceptat dona humilitatis.	637
Diabolus nos impugnat molestiis & delictis.	423	Effectus uirtutis multi sunt, à quibus commendatur.	38 & sequen.
Dulcia uariè sumitur.	447	Eleemosyna cui petitur, quatuor debet attendere.	546
Deuotio describitur.	471	Errores circa ea quæ sunt fidei ponuntur in capitulo sexto.	180
Disciplina quot modis dicitur.	506	Error eorum qui dicunt Deum non esse, non solum stultitia, sed etiam insania est.	ibidem
Disciplina proprii corporis est multiplex.	517	Error eorum qui dicunt Deum non esse, non solum stultitia, sed etiam insania est.	ibidem
Dispantur dona Dei tripliciter.	863	Error eorum qui dicunt Deum non esse, non solum stultitia, sed etiam insania est.	ibidem
Dona quare dicantur.	573	Error eorum qui dicunt Deum non esse, non solum stultitia, sed etiam insania est.	ibidem
Dona Spiritus sancti numerantur & commendantur.	576	Error eorum qui dicunt Deum non esse, non solum stultitia, sed etiam insania est.	ibidem
Dona septem sunt, contra septem mala quæ enumerat Gregorius.	ibidem.	Error eorum qui dicunt Deum non esse, non solum stultitia, sed etiam insania est.	ibidem
ibidem. Et contra alia septem mala.	577	Error eorum qui dicunt Deum non esse, non solum stultitia, sed etiam insania est.	ibidem
Donum minimum inter ista præualet omni auro.	578	Error eorum qui dicunt Deum non esse, non solum stultitia, sed etiam insania est.	ibidem
Donorum tria sunt in intellectu.	578	Error eorum qui dicunt Deum non esse, non solum stultitia, sed etiam insania est.	ibidem
Donorum tria pertinent ad diuina, quatuor ad humana.	580	Error eorum qui dicunt Deum non esse, non solum stultitia, sed etiam insania est.	ibidem

INDEX.

in quatuor oppositos errores.	129	rise cum corpore fulcitur, & ostenditur.	157
Error eorum qui dicunt animas esse angelos apostatas, fulcitur impertinentibus auctoritatibus scripturæ.	ibid.	Error negantium corporum resurrectionem, auctoritatibus & rationibus destruitur.	166. & sequen.
Error idem tria ponit quæ falsa ostenduntur.	130	Error eorum qui ponunt unum- quenque saluari in sua fide, unde occasionem sumplerit, & falsus sit ostenditur.	169.
Error eorum qui ponunt animas non esse, reprobatur auctoritatibus euangelii.	131	Error huiusmodi destruitur.	169. & sequen.
Error eorum qui ponunt animas esse demones, Deo & hominibus est ualde odibilis.	132	Error dicentium animas in mortali peccato decedentes, non puniri æternaliter, multa mala inducit.	172
Error ponentium duas animas in humanis corporibus, confutatur.	138. & per totum caput.	Error ponentium animas in charitate decedentes, nulla pœna purgatoria puniri, annectit secum tres errores.	176
Error ponentium animas esse de substantia Dei, facile destruitur.	140	Error eorum qui dicunt quod non dimittitur culpa, nisi dimittatur & pœna, ualde perniciosus est.	178
Error ponentium animas fuisse simul creatas, confutatur.	141	Error dicentium ecclesiæ suffragia non prodesse defunctis, ualde detestabilis refellitur.	179
Error ponentium animas de semine traduci, refellitur.	142. & per totum caput.	Error eorum qui dicunt quod non dimittitur culpa, nisi dimittatur & pœna, ualde perniciosus est.	178
Error ponentium Christum non esse uerum hominem, fulcitur auctoritatibus, & reprobatur dupliciter.	144. & seq.	Error eorum qui dicunt quod non dimittitur culpa, nisi dimittatur & pœna, ualde perniciosus est.	178
Error condemnantium Ioannem Baptistam, fulcitur & reprobatur.	145. & per totum caput.	Error eorum qui dicunt quod non dimittitur culpa, nisi dimittatur & pœna, ualde perniciosus est.	178
Error negantium Trinitatem diuinarum personarum, improbat auctoritatibus scripturæ.	147. & seq.	Error eorum qui dicunt quod non dimittitur culpa, nisi dimittatur & pœna, ualde perniciosus est.	178
Errores contra Dei misericordiam & iustitiam numerantur sex.	156	Error eorum qui dicunt quod non dimittitur culpa, nisi dimittatur & pœna, ualde perniciosus est.	178
Error negantium filii Dei incarnationem confutatur.	ibid.	Error eorum qui dicunt quod non dimittitur culpa, nisi dimittatur & pœna, ualde perniciosus est.	178
Error dicentium animas simul pe-		Error eorum qui dicunt quod non dimittitur culpa, nisi dimittatur & pœna, ualde perniciosus est.	178

I N D E X.

Electis proueniet triplex gaudium à mundo. *ibid.*
 Exemplum triplex dat nobis scriptura, quod proximum amare debeamus. 259
 Eligendo amicum quatuor attendere debemus. 273
 Electi trib. de causis gaudent in tribulationibus. 290
 Error eorum qui ponunt ecclesiam idololatrare, eo quod adoret imagines, unde occasionem sumpsit, & quomodo destruitur. 450
 Error dicentium, quod soli Deo & non homini est obediendum, confutatur. 509
 Error dicentium neminem esse excommunicandum. 522 & confutatur. *ibid.*
 Error dicentium maleficos non esse puniendos. 524
 Eleemosyna est facienda de his quae iuste acquisita sunt. 557
 Eleemosyna data est pauperi. 558
 Eleemosyna danda est. 559
 Error eorum qui dicunt ueritatem non esse iuramento firmadam, ponitur & destruitur. 654. & se.
 Esuriam iustitiae multa iuuant. 697
 Esurientes iustitiam habent beatitudinem uitae. 699
 Esuries iustitiae aptatur dono fortitudinis. 700
Fides est prior in intentione. 38
 Fides nos Deo supponit, spes erigit, charitas unit. 39
 Fides describitur. 43
 Fides sustinet aedificium spirituale, sicut substantia substans accidentibus. 44
 Fides dedignatur esse conclusio, quia est argumentum, ex quo tria sequuntur. 45
 Fides summam ueritatem cognoscit & in eam tendit. 46
 Fides licet sit cognitio, est tamen uirtus propter quatuor. *ibid.*
 Fides adiuuatur rationibus naturalibus. 47
 Fides est lucerna ad recuperandam drachmam perditam. *ibid.*
 Fides nostra de homine probabiliora sentit. 48
 Fidelibus Christi omnia in bonum succedunt: infidelibus autem & paganis e contrario. 49
 Fides Deo multum placet, diabolo displicet, homini prodest. 50
 Fides porta est per quam princeps uniuersorum intrat cor hominis. 61
 Fides porta est ecclesiae. *ibid.*
 Fides thesaurum ostendit, hostem uincit. *ibid.*
 Fides intellectum captiuat, in arcem mentis insigne regium ponit, matrimonium inter Deum & animam imitat. 62
 Fides est uelut anulus argenteus in digito sponsae. *ibid.*
 Fides est uirginitas mentis. *ibid.*
 Fides quatum proprio sensui detrahit, itantum diuini sensus intellectum capacem facit. *ibid.*
 Fides primogenita est inter uirtutes. *ibid.*
 Fides diabolo multum displicet & eum expulit de mundo. *ibid.*
 Fides est oculus dexter animae. 64

I N D E X.

Fides contumeliam diabolo facit. *ibid.*
 Fides est ualde utilis homini. *ibid.*
 Fides inter opera recreationis prima est in minori mundo. *ibid.*
 Fides est columna ignis illuminans intellectum & fulcres cor ad exeundum de Aegypto tenebrarum errorum. *ibid.*
 Fides est lucerna, & caeteris uirtutibus lumen praestat. 64. & sequen.
 Fides est stella matutina cardinalis, & quae reges ad Christum adducit. 65
 Fides est prima gemma in corona intellectus, in qua quinque aliae sunt. *ibid.*
 Fides est uita intellectus & uitae spiritualis initium. 66
 Fides initium & radix omnium bonorum. 67
 Fides hominem filium Dei efficit. 68
 Fides uiam regni ostendit. *ibid.*
 Fides habet primum congressum in bello spirituali, & ei uictoria ascribitur. *ibid.*
 Fides uincit mundi diuitias, delicias, honores. 69
 Faciem fidei triplex mors praecedit. 67
 Fides est scutum triangulare. 70
 Fides ostendit Christum pugnantibus tripliciter. *ibid.*
 Fides est uirtus probata quae corripit insipientes. 73
 Forma multipliciter est. 158
 Fides multiplex. 183
 Fidem commendabilem multa reddunt. 186
 Fortitudo multis modis sumitur. 375
 Fortitudo describitur. 376
 Fortitudo commendatur. *ibid.*
 Fortitudo uirtus est inseparabilis. 377
 Fortitudinem iuuant duodecim. *ibid.*
 Fortitudinis quatuor sunt partes. 379
 Fides seu fidelitas. 570
 Fides seu fidelitas commendatur. 571
 Fidem seu fidelitatem debet quis alteri in quatuor. *ibid.*
 Fidelitas quantum ad bona commissa in quinque attenditur. *ibid.*
 Fortitudo donum. 607
Gaudium uirtutis excellit quadrupliciter gaudium mundi. 28
 Gaudium mundi est a Deo male dictum. 38
 Gens Iudaeorum & Torcae indigna sentiunt de Dei magnificentia. 58
 Gaudium & solatium differunt. 192
 Gloria sanctorum est ualde magna. 210
 Gaudium futurum differt a praesenti in multis. 217
 Gradus charitatis. 279
 Gratias ad agendum octo nos iocitare debent. 477
 Gratias agere Deo debemus de beneficiis generalibus & spiritualibus. 25

I N D E X.

tualibus.	478	Humilitas supplet defectus alio-
Gradus obedientię ponuntur.	495.	rum bonorum.
& sequen.		Humilitatis causę in omnibus cau-
Gratia describitur.	531	bus reperiuntur.
Gratus qui uult esse multa cauere		Humilitatis causę in nobis plures
debet.	ibidem	reperiuntur.
Gradus diuersorum generum con-		Humilitati multa conferunt.
templationis.	619. & seq.	Homo debet se reputare cine-
H omo absque fide circuit ad		rem, ex parte corporis & ani-
molam.	38	mę.
Homo necesse habet multa cog-		Humilitas diuiditur multiplici-
gnoscere.	39	ter. 676. & seq.
Homo medius est inter creaturas.		Humilitatis gradus duodecim se-
137		cundum sanctum Benedicuntur.
Hominum duę sunt personę lau-		672
dabiles.	314	Humilitas ualet ad esuriam iustit-
Hominum tria sunt genera dete-		tię. 697.
standa.	ibid.	I ocunditas boni operis lætificat
Honor multipliciter sumitur.		uiruosum.
447		Initium eundi ad uirtutes est ar-
Honor exhibendus est humane na-		duum & difficile.
turę à uerbo assumptę, Virgini,		Iesum cognouit terra, mare, in-
angelis, pręlatis, amicis Dei.		fernus uniuersorum esse De-
448. & seq.		minum.
Hominem occidere licet.	527	Idololatria honorem Deo debet
Hospitalis commendatur.	551	tum creaturę confert, æquar
Hospitio recipiendi sunt boni ui-		creaturam creatori.
ri.	553	Idolorum cultura omnis mali cau-
Hospites suscipiendi sunt frequen-		sa est, initium & finis. ibidem
ter.	553	Impotentia idolorum ostenditur.
Humiliatis triplici ratione est re-		91
gnum cęlorum.	652	Idololatria una destruit alteram.
Humilitas describitur.	654	92
Humilitas commendatur.	655	Idololatria quę ad dæmones trã-
Humilitas mirę Deo redoler.		fertur, maximę detestabilis est.
669		ibidem
Humilitas accipit intra, super-		Idololatria dæmonum improba-
bia extra in diuisione mundi.		tur. 96. & seq.
665		Idololatria militię cęli.
Humilitatis utilitas ex diuersis fi-		Ignoras peccatum poenitere non
guris delignatur.	666	potest.

I N D E X.

Ioannes Baptista commendatur.		L ibertas lætificat uirtuosum. 31
145		Latria quid sit. 87
Iugis charitatis propter sex cau-		Lex subintrauit ut abundaret de-
sas suaue est.	235	lictam, quantum ad cognitio-
Intelligentia scripturę inquiritur		nem. 125
dupliciter.	113	Lex antiqua ualde sapienter tra-
Infirmittates contingunt quinque		ditã fuit. 128
modis.	411	Lilium habet folia & grana. 348
Impugnatio quam facit diabolus		Latria describitur. 448
homini.	412	Latria commendatur. ibidem
Instabilitatem sex efficiunt	430	Latrię seu religionis quadruplex
iustitia uarię sumitur.	436	est officium. 446
Iustitia describitur.	437	Laudare Deum nos plura incitant.
Iustitia commendatur.	438	473
Iustitia diuiditur.	441	Loquela homini data est ad lau-
Impedimenta orationis.	462	dandum Deum. 474
Ieiunium commendatur ex mul-		Laudi Dei instare debent homi-
tis.	517	nes, quia redempti. 475
Iridendi sunt dicentes se non		Laudi Dei insistere uolenti neces-
posse carnem uincere.	519	saria est munditia. ibid.
Ieiunium est triplex.		Laudandus est Deus non solum
Ieiunium à cibo triplex.	ibid.	sermone, sed opere. 476
Ieiunium laudabile describitur.		Lucrum bonorum operum in tres
586		partes diuiditur. 572
Ieiunium concomitari debent		Luctus beatitudo quid sit. 690
tria.	521	Luctus duę sunt species. ibidem
Immerciori homini uidentur		Luctus sunt sex aliarum species. 691
peccata redire.	444	Luctus diuiditur. ibidem
Iniuranti parcere monemur.	550	Luctus bonus triplex. ibid.
Infidelitas est triplex circa multi-		Luctus indifferens. 692
plicationem beneficiorum Dei.		Lugentes quare beati sint. ibid.
572		Lacrymas lugentium commen-
In iudicio extremo multa sunt at-		dant quatuor. 693. & seq.
tendenda, quę timorem incu-		Lacrymę multa efficiunt sua uir-
tiunt.	592. & seq.	tute. 694
Iudicium extremum signa præce-		Lacrymarum sex sunt impedi-
dent sex de causis.	594	menta. 696
Inclinare se solet quis tribus de		Luctui adaptatur donum scien-
causis.	621	tię. 697
Iustitia quomodo sumatur, cum		M ali & peccatores multipli-
dicitur esuries iustitię.	699	citer cruciantur. 28

I N D E X.

Modus cognoscendi per fidē laude dignus, Deo gloriosus, & homini meritorius. 40
 Miracula confirmant fidem nostram. 50
 Miracula hæc talia fuerunt, quod solus Deus ea facere poterat. ibidem
 Ministri Christi maiora miracula fecerunt quam ipse. 52
 Mundus quasi duabus manibus nobiscum pugnat. 70
 Minus malum sequitur ad credendum Deum esse, quam ad non credendum, & maius bonum sequitur ad illud quam ad istud. 84
 Multæ sunt species idololatriæ. 90
 Multum est contra rationem quod homo adoret opus manus suarum. 91
 Multipliciter offenditur quod demones non sunt colendi. 92
 Malum duplex est, malum poenæ, & malum culpæ. 184
 Malum culpæ est uelut fructus degener. 105
 Marturus non timuit latronem. 196
 Meritum Christi spem nostram adiuvat. 199
 Mediatrix Dei & nostri Maria, plurimum spem nostram erigit. 200
 Maria est turris. ibidem.
 Ipsa est uirga, aurora, cellaria, quæ mortuis unum consolationis tribuit. 201
 Maria est electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata. 203
 Misericordia Mariæ non desinit Theophilo. 202
 Mali non habent pacem. 231
 Modus amandi Deum. 246
 Multa sunt quæ ualere possunt ut aliquis ametur. 259
 Mandatum de dilectione proximi dupliciter potest intelligi. 261
 Modus amandi proximum. 279
 Mos quid sit. 286
 Mala quæ ad donum scientiæ pertinent sunt duplicia. 604
 Memoriam habere monemur. 301
 Multa sunt quorum memoria est laudabilis. ibidem
 Memoriarum quinque sunt causæ. 303
 Memoria nimium confidere aut de ea diffidere uitium est. ibidem.
 Modus à quo moderatio dicitur, est quadruplex. 424
 Modestia describitur. 333
 Modus à quo modestia, est tenere decorem, & in quo consistat. 334
 Modestia indecentiam cauet in multis. ibidem
 Motus corporis non debet esse nimium tardus aut uelox. 338
 Modus sine mensura ad sobrietatem pertinet est duplex. 342
 Matrimonium commendatur ex duodecim. 364
 Matrimonium contrahens quid obseruare debeat. 367
 Matrimonium propter multas causas est inseparabile. 371
 Mutatio preparans ad tribulationem, potest diuidi in quinque species. 394
 Modus

I N D E X.

Modus repugnandi diabolo est contritio capitis eius. 420
 Magnanimitas quomodo sumitur. 433
 Magnanimus terribilia aggreditur. ibidem
 Magnanimitas iniurias recipere uilipendere facit. 434
 Magnificencia quid sit. 435
 Magnificentiæ officia tam in pace quam in bello. ibidem
 Malum multiplex prouenit ex ingratitude. 478
 Misericordia describitur. 535
 Misericordiam commendat natura. ibidem
 Misericordiam commendat scriptura. ibidem
 Misericordia commendatur ex tribus. 536
 Misericordia peccato obstat, & multos alios effectus habet. 537
 Misericordia hostem impugnat. 539, & uiam paradisi dilatat, filium Dei efficit. ibidem, & amicos multiplicat &c. 540
 Misericordiæ duæ sunt partes, quæ designantur per duo ostiola oraculi Salomonis. ibidem
 Misericordia terram in cælum commutat. 541
 Misericordia bona quæ dare uidentur in saluo ponit. 542
 Misericordia non solum est utilis, sed etiam mirabilis. ibidem
 Misericordia dupliciter habet mercedem. 543
 Misericordia præstat abstinentiæ. 545
 Misericordiam mouet multiplex meditatio. 596
 Misericordia commendabilis & detestabilis. 547
 Multa sunt propter quæ aliquis debet alii compati. 548
 Multiplex fuit causa, quare Dominus diceret, Dico uobis omnino non iurare. 568
 Memoria mortis ualde utilis est homini. 673
 Memoria mortis ualeat ad sex. 674
 Mansuetudo describitur. 685
 Mites quare sint beati. 686
 Mansuetudinem sexdecim commendant. 687
 Mansueti possidebunt terram uiuentium sibi. 688
 Mansuetudini donum pietatis adaptatur. 690
 Misericordiæ adaptatur donum consilii. 700
 Munditia cordis describitur. 701
 Munditia cordis octo efficiunt. ibidem
 Misericordia traxit Dei filium de cælo. 705
 Munditia decet ministros ecclesiæ, & immunditia dedecet quinque de causis. ibidem
 Mundi corde quare sunt beati. 706
 Munditia commendatur ex duodecim. ibidem
 Munditia partitur. 708
 Munditia cordis adaptatur dono intellectus. 710
Natura cognoscendorum requirit idem. 42
 Natura eorum quæ cognitari sunt requirit fidem. 43
 Negantes incarnationem filii Dei, contradicunt bonitati diuinæ. 166
 Occ

I N D E X.

Occasio erroris quoddam patres
ueteris testamenti sunt da-
mnati. 127
Ordo uirtutum triplex. 221
Ordo diligendi uariatur. 275
Officia prudentiæ. 288
Ordo facit quietem mentis. 305
Ordinatio quadruplex debet esse
in homine. ibidem
Ordo uirtutum cardinalium. 322
Officia temperantiæ quinque
sunt. 342
Opus carnale meritorie exercetur
à conjugatis in tribus casibus.
370
Oratio diuersimodè sumitur. 369
Opus carnale ut sit sine culpa &
meritorium, multa requiruntur.
370
Opus carnale non debet exerceri
tempore menstruorum. 373
Oratio quot modis dicatur. 453
Oratio describitur. 453
Oratio commendatur. 454
Orare Christus nos diligentissi-
mè docuit. 455
Oratio commendatur à suo effe-
ctu. 457
Orationem iuuant ieiunium &
eleemosyna. 460
Orare monemur mane exemplo
Christi. 496
Orandum est ubique. 467
Orandi locus est templum. ibi-
dem
Orandum est attentè. 468
Orandum est cum magnitudine
desiderii humiliter, confiden-
ter. 469
Orantes non debemus querere
temporalia. ibidem

Oratio diuiditur. 470
Oratio fructuosa habet species.
ibidem
Oratio infructuosa habet species.
471
Oratio insuper diuiditur. 471
Obediencia describitur. 481
Obediencia circa quid attenditur.
481
Obediencia commendatur. 483
Obediencia Abrahamæ in filii im-
molatione difficultatem pa-
tiebatur ex quatuordecim
484
Obedienciam Christus docuit in
mundum ueniens, in mundo
manens, & de mundo exiens.
486
Obediencia est commendabilis à
multiplici suo effectu. ibidem
Obediencia ponit homines in ex-
cellentissimo statu hic, & in fu-
turo. 489
Obediencia sola uirtus est, qua
menti ceteras uirtutes inferi-
492
Obedientem quinque efficiunt
quæ reddunt aliquid flexibi-
lius. 493
Obediencia perfecta se habet me-
diatè ad Deum. 500
Obediencia commendabilis &
reprehensibilis. 501
Obediencia reprehensibilis tri-
plex. ibidem
Obediencia commendabilis ne-
cessaria & perfecta. 502
Obediencia aduersantur pro-
prietatis & propria uolun-
tatis. ibidem
Obediendum est successoribus
Apo

I N D E X.

Apostolorum, & non solum bo-
nis, sed etiam malis. 505
Opera misericordiæ quædam
sunt spiritualia, quædam cor-
poralia. 548
Opera misericordiæ corporalia
sunt sex. 550
Operatio quædam est naturæ,
quædam industria. 622
Opera bona sunt cibus anime. 698
P^ruitas latificat uirtuosum. 30
Peccator ligatur seruitute pec-
cati. ibidem
Probatur testimonio Noui testa-
menti patres antiquos fuisse
bonos & sanctos. 128
Precepta legis ueteris ad quid
pertinent. ibidem
Platonis & Irenæi de animalibus
disceptatio. 192. & seq.
Per hominem corporalia omnia
ordinantur in Deum. 137
Procedit Spiritus sanctus à Patre
& Filio. 151
Peccata maiorem esse culpa. 246
Peccator iuste punitur æternaliter.
173
Preceptum de amore nostri non
datur nobis. 253
Parentes diligendi sunt affectu
duplici. 277
Prudentia diuersimodè sumitur.
285
Prudentia describitur. 286
Prudentia quomodo dicatur uir-
tus. ibidem
Prudens dicitur quis non intelle-
ctui solum, sed etiam affectu.
288
Prudentia commendatur. 295
Prudentia sanctorum debet assi-
milari sex astutiis serpentum.
299
Prudentiam docent nos bruta. 298.
Prudentia diuiditur in cognitio-
nem diuinorum & humano-
rum. 300
Prudentia distinguitur secundum
Senecam & Tullium. ibidem
Prudentia ad tria ualet. 304
Prudentia diuiditur secundum
Senecam. ibidem
Prudentia secundum quosdam di-
uiditur in quatuor species. 306
Prudentia propriè sumpta respicit
futura. ibidem
Prædicatori conuenit abrenun-
tatio propriorum, quaque de
causis. 307
Patientia describitur. 387
Passiones duplices intrinsecus &
extrinsecus natae. ibidem
Patientia dupliciter sumitur. 388
Patientia commendatur. ibidem
Patientia uiocit seipsum. 389
Patienti seruiunt peccatores.
390
Patientia hominem dicit. 391
Patiens in multis sapienter agit.
ibidem
Patientia iram Dei & proximi mi-
ligat. 392
Patientiam tria adiuuant. 394
Patientia diuiditur in tria. 410
Patientia diuisio. 425
Peccatum perpetratur quatuor
modis, in corde, & totidem in
opere. 415
Perseuerantia communicat cum
constantia, & ab ea differt. 431
Perseuerantia duplex est. ibidem
Perseuerantia commendatur. ibi-
Perse

I N D E X.

Perfeuerantiæ multiplex effectus. 432
 Preparatio ad orandū duplex. 458
 Preparatio ad orandū remota. 525
 Preparatio propinqua. 461
 Pretiositas temporis ex duobus
 perpenditur. 479
 Peccator debet cogitare à quibus
 unculis liberauerit eum Deus.
 ibidem
 Panus ieiunauit quousq; panis ei
 de celo mitteretur. 518
 Pietas diffinitur secundum Tul-
 lium & Macrobiū. 531
 Pœna inferni est multiplex. 549
 Pietas differt à misericordia. 603
 Paupertas quid sit. 670
 Paupertas spiritus uidetur in tri-
 bus consistere. 651
 Pauperes spiritu quare sunt beati.
 652
 Paupertas spiritus dono timoris
 adaptatur. 653
 Paupertas uariè dicitur. 678
 Paupertas pluribus de causis aman-
 da est. 679
 Paupertatem Deus amat. 681
 Paupertas, mater, nutrix, & custos
 religionis est. 683
 Paupertas diuinit ualde glorio-
 sa est. 684
 Pax describitur. 711
 Pax commendatur ex duodecim.
 712
 Pacem acquirere faciunt duode-
 cim. 713
 Paci multa aduersantur. 715
 Pax est triplex. 716
 Pax mala triplex. 716
 Pacifici qui sint. 717
 Pacifici quare sint beati. 718

Paci adaptatur donum sapientiæ.
 719
 Patientium persecutionem pro-
 pter iustitiam, regnum celo-
 rum est. 719
Quius à tumultu sarum cogi-
 tationum eruciati, & uer-
 mis conscientiæ lætificat uirtuo-
 sum. 30
 Quinque uidentur facere ad fidei
 unitatem. 47
 Quidam dixerunt corpus obli-
 uionis esse causam. 133
 Quatuor sunt causæ desperationis.
 208
 Quod habens charitatem non erro-
 ret errore periculoso, potest esse
 uerum duabus de causis. 327
 Quatuor de causis Deus est aman-
 dus. 240
 Quinq; emolumenta proueniunt
 ex societate proximi & amicitia
 eius. 219
 Qui se non diligit, proximum di-
 ligere nescit. 264
 Quadruplex est ordo charitatis.
 275, & seq.
 Quatuor sunt quorum oblitio ni-
 detur esse laudabilis. 301
 Quadruplex datur responsio ad
 illud Iacobi, Ante omnia nolite
 iurare. 569
 Quæ circa diuinitatem sunt, huma-
 næ excedunt intelligentiæ mo-
 dum. 619
 Quinque sunt attendenda & ad-
 miranda circa doctrinam no-
 uæ legis. 646
Regnum Dei est in cordibus
 sanctorum dupliciter. 33
 Roboratio apostolorū fidem Cui
 III

I N D E X.

si ostendit. 50
 Revelatio & prophetia ostendunt
 Christianæ fidei ueritatem. 57
 Revelatio & prophetia translate
 sunt de synagoga ad ecclesiam.
 ibidem.
 Rationes Manicheorum refellun-
 tur. 102, & seq.
 Rationes ad destructionem erro-
 ris Manicheorum. 108
 Rationes pulchræ ponuntur ad o-
 stendendum animæ immortalita-
 tem. 157, & seq.
 Res sperandæ. 209
 Reuereri tripliciter accipitur. 447
 Reuerentia debetur rebus Deo di-
 catis, 449
Sanctas lætificat uirtuosum. 30
 Superbi dimittendi sunt sibi,
 quia separatim est conuiuium
 eorum. 14
 Scelerata humilium superbis ab-
 scinditur. ibidem
 Superbi nolunt Socratem imitari,
 sed malunt uesci quàm satura-
 ri, & discere quàm nosse. ibid.
 Si uirtus esset uenalis, non inueni-
 retur qui eam emeret. 16
 Sine fide nõ cognoscimus Deum,
 neque parentes. 17
 Socrates ideo occisus est, quia no-
 luit adorare idola. 28
 Species idololatriæ ponuntur plu-
 res. 90
 Spiritus malus non infunditur cor-
 pori ut poenitentiam agat. 132
 Spiritus sanctus procedit à Patre &
 Filio. 151
 Similitudo Trinitatis inuenitur in
 creaturis. 152
 Similitudo Trinitatis assignatur
 in creaturis secundum tria, sci-
 licet modum, speciem & ordi-
 nem. 155
 Spes describitur. 187
 Spes multipliciter accipitur. ibidē
 Spes commendatur ex scriptura.
 189, & seq.
 Spes Omnipotenti innitur. 189
 Spes est uelut arbor sita in opti-
 mo loco. ibidem
 Spes commendabilis est ab effe-
 ctu. 190
 Spes meretur intelligētiam & Dei
 auxilium. ibidem
 Spes liberat. ibidem
 Spes saluat. 191
 Spes columna est totum edificium
 spirituale sustentans. ibidem
 Spes est baculus ualde necessarius
 peregrinantibus. ibidem
 Spes animam in possessionem re-
 gni cælestis ante Christum in-
 trodūcit. ibidem
 Spei sit promissio. ibidem
 Spes de illis tribus, quæ uidit Eze-
 chiel, carmen afflunit, lamenta-
 tionēs dono scientiæ & pietatis
 & dono timoris relinquens.
 192
 Spei concessum est intrare in hor-
 tum uoluptatis. ibidem
 Spes est mola superior, & timor
 inferior. 193
 Spes est commendabilis à suo con-
 trario, scilicet desperatione. 194
 Spes adiuuatur tribus speciebus
 meditationis. ibidem
 Septe considerationibus in Deum
 spes adiuuatur. ibidem
 Spes commendabilis & detestabi-
 lis. 218

I N D E X.

Spes detestabilis quadruplex. *ibid.*
 Spem commendabilem tria efficiunt. 219
 Septem sunt quæ faciunt ut aliquis ametur à Deo, scilicet sapientia, munditia, mansuetudo, liberalitas, humilitas, dilectio Dei, contentus terrenorum. 245
 Signa quibus cognoscitur Deum amari sunt decem. 251
 Sex sunt quæ ualent ut charitas proficiat. 288
 Stultiæ quibus imprudentes succumbunt in bello spirituali. 293
 Sapientia huius mundi quid sit. 317
 Societas insipientium prudentia aduerfatur. 318
 Stultitia, imprudentia, seu insipientia non solum pertinent ad intellectum, sed etiam ad uoluntatem. 319
 Stultiæ quibus peccantes mortaliter adherent. 320. & seq.
 Sobrietas quadruplitter sumitur. 337
 Sobrietas commendatur. *ibidem.*
 Sobrietas ualeat ad multa. 338
 Sobrietatis officia. 342
 Sobrietas ponit modum quo ad omnes circumstantias. *ibidem.*
 Securitas pars est fortitudinis. 380
 Solatia contra timorẽ mortis sunt duodecim. 381
 Solatia alia secundum Senecam. 383
 Securitas timorem inordinatum expellit. 384
 Securitas commendabilis & reprehensibilis. *ibidem.* & seq.
 Socrates noluit exire de carcere. 389

Sacrificia spiritualia sunt sex. 445
 Scala quam uidit Iacob quatuor habebat. 449. & sequen.
 Sepelire mortuos monemur. 556
 Sepultura priuantur aliqui propter peccata sua. *ibidem.*
 Septem dissuadentur circa iuramentum. 568
 Scientiæ donum describitur. 603
 Sapientia dupliciter sumitur. 643. & sequen.
 Sublimitatem doctrinæ Christus ostendere uoluit. 646
 Sententiæ nouæ legis ualde extraneæ sunt à sententiis sapientie mundanæ. 647
 Signa humilitatis. 678
 Sanctificatio triplex hebet in ueteri lege. 703
 Superbi dimittendi sunt, eo quod paratum sit eorum conuictio. 714
Tres sunt partes doctrine moralis. 730
 Tria requiruntur ad bene operandum. 731
 Tres sunt uirtutes theologice. *ibid.*
 Testificatio fidei qualis & à quo sit. 732
 Testium omni exceptione maiorum potest probari ueritas fidei. 733
 Testimonium fidei nostra datur Deus & homo & angelus. 734
 Testimoniũ dant domestici & extranei. 736
 Testimonium dant aliæ seculi & uniuersæ creaturæ. 737
 Tripliciter fallit hominem bona temporalia. 765
 Tripliciter mala sunt ordinata. 767
 Triplici ratione peccata abundauerunt lege data. 768

Tip

I N D E X.

465
 Tripliciter homo est insufficientis ad subsistendum. 206
 Tripliciter insufficientis est homo ad bene uiuendum. 207
 Triplex materia gaudii electorum significatur. 218
 Tria tanguntur quæ ad charitatem disponunt. 220
 Temperantia tripliciter sumit. 323
 Temperantia describitur. *ibidem.*
 Temperantia commendatur ex multiplici eius officio. 324
 Temperantiæ partes, & in quibus regunt hominem. 327
 Temperantiæ partes quæ regunt animam circa delectationis sensum. 336
 Temperantia secundum tactũ dimiditur. 343
 Tribulatio à quo fit, & in quo. 397
 Tribulatio non est proicienda, sed potius quadruplici falsâ condicienda. *ibidem.*
 Tribulationis multiplex utilitas. *ibid.*
 Tribulatio multos alios effectus habet. 401
 Tribulatio Deus assistit. 405
 Tribulatio multis modis facit perfectionem uirtutis. 405
 Tribulatio est uirga Moyfi in qua mirabilia fiunt. 408
 Tribulatio est locus quem elegit Dominus ad manendum in hoc mundo. *ibidem.*
 Tribulationis septem sunt effectus secundum proprietates aquæ. *ibid.*
 Tentatio ad multa utilis est. 412
 Trium solent esse hominibus occasio clamandi quæ nos incitare debent ad orandum. 456. & seq.
 Tempus orandi Deus determinat. 465
 Timor describitur. 582. & seq.
 Timor Domini commendatur. 581
 Timor commendatur ab effectu multiplici. 784. & seq.
 Timendum est in tribus, secundum Bernardũ, & aliæ tres causæ assignantur timoris. 786
 Timoris tres sunt spēs. 786. & seq.
 Timor filialis fugit malum culpæ, & naturalis malum pœnæ. 789
 Timor describitur. *ibidem.*
 Timoris species distinguit & describit Damascenus. 790
 Timorem homini duodecim incutiunt. *ibidem.*
 Tribus modis in gratiam cõtemplationis proficimus, & tondem uidetur contemplationis qualitas uariari. 630
 Tribus de causis in mentis alienationem abducimur. 63
 Tres modi excessionis in canticis describuntur. *ibidem.*
Vtilia docere debemus exemplo Domini. 13
 Veritas quæ in scripturis gentium est, tanquam ab iniustus possessoris surripienda est. *ibidem.*
 Vile est corpus & uilia temporalia. 15
 Virtus quomodo debeat quærì, doceri, haberi. 13
 Virtute nihil utilius. 23
 Virtutes sunt pretiosæ & ueræ diuinitas. 15
 Virtus commendatur. 16
 Virtus quia ignoratur, despicitur, nec a se queritur. *ibidem.*
 Virtus olus sola fortitudo dicitur. *ibidem.*

I N D E X.

Virtus variè nominatur in Scri-
ptura sacra & apud philoso-
phos, propter duplicem quam
habet comparationem. ibidem
Virtuosus dicitur à ui, unde dupli-
citer sibi uim facit. 18
Virtus & honestas idem re ipsa.
ibidem
Virtus describitur. ibidem & seq.
Virtus tria facit in anima nostra. 19
Virtus facit æqualitatem uitæ. ibi.
Ad uirtutem inducunt nos natura,
ratio & gratia. ibidem
Virtus est medietas duarum mali-
tiarum. 20
Virtus dicitur bona, sicut albedo
dicitur color albus. ibidem
Virtus dicitur bona, quia ducit ad
bonum. ibidem
Virtute rectè uiuitur. ibidem
Virtutes cardinales superfluitatem
excludunt & indigentiam, Theo-
logicæ curritatem. ibidem
Virtus aliquando est causa mali, sed
actus eius nusquã est abusus. 21
Virtus commendatur à dignitate
dantis, accipientis, & à bono fi-
tu. 22
Virtus non solum est bonitas ho-
minis, sed etiam operum. 23. &
seq.
Virtus est bonitas rerum tẽpora-
lium. 24
Virtus mala pœnæ in bona con-
uertit. 25
Virtus est proprium bonum ho-
minis: bona autè fortunæ alie-
na. 25
Virtus est possessio habenti suffi-
ciens. 26
Virtus est bonum iocunditatis.
ibidem
Virtus efficit dignitatem & felici-
tatem. 26
Virtutem habes assimilatur para-
diso propter amoenitatem, fecu-
nditatem, securitatem. 27
Virtus ducitur, eget & magistro ut
doceatur. 28
Virtuosum octo lætificat. 30
Vermis consciētia cruciat pecca-
torem. 30
Virtus est unctio non solum ad re-
gnum futurum, sed etiam per ea
sancti ducunt in uitam regiam.
33
Virtus est signum quo distinguun-
tur hæredes à non hæredibus.
32
Virtus est arra hæreditatis eterne.
ibidem
Virtus est pretium regni cœlestis.
ibidem
Virtutis multiplices effectus. 34
Vita triplex, naturæ, gratiæ, & glo-
riæ.
Virtutes theologicæ ad finem or-
dinant, morales ad ea quæ sunt
ad finem.
Virtutes theologicæ mētē exhi-
bent Christo uirginem castam.
39
Vtilitas charitatis. 219
Vtrum bonitas propinquitati cir-
ca diligenda præualeat. 276
Virtutes quare dicantur cardina-
les. 281
Virtutes cardinales numerantur.
282
Virtutes cardinales sunt cõtraqua-
tuor defectus originales. 282
Virtus

I N D E X.

Virtutibus cardinalibus quasi qua-
tuor lapidibus pretiosis constat
corona sponsæ Christi. ibidem
Virtutes cardinales diuersis desi-
gnantur in locis scripturæ. 283
Voluptatis amorem duodecim
dissuadent. 327
Voluptates nocent homini multi-
pliciter. 329
Voluptas diffinitur. 340
Virginitas quadrupliciter sumi-
tur. 345
Virginitas describitur. ibidem
Virginitas commendatur. 346
Virginitas est flos qui bene serua-
tus non decedit. 347
Virginitas est principium spiritua-
lis pulchritudinis. 349
Virgines sunt superior pars eccle-
siæ. 24
Virgines timere debent sex. 351. &
seq.
Vidua debet peccandi occasiones
declinare. 359
Visus est supra auditum & olfa-
ctum. 373
Visus est habitus, habens curiofi-
tatem insatiabilem. ibidem
Voluntas propria hominis multi-
pliciter nocet. 503
Vindicatio describitur. 534
Vestire nudos monemur. 554
Visitare infirmos & incarceratos.
555
Veritas duplex. 562
Veritas creata triplex. ibidem
Veritatem amare monemur. ibid.
Virtutum cardinalium diuisio se-
cundum Macrobium. 573
Vita contemplatiua in duodecim
præeminet actiua. 546
Visionis tres sunt species. 574
Vnctio tabernaculi & uasorum si-
gnificat qualiter ministri eccle-
siæ debent sanctificari. 470
Finis indicis summæ
uirtutum. A 2 3